Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bibliotheca



Palatina
Düsseldor-
piensis.

A. B. G. Kn 64

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNEST-

MC

RERU

IM

MEG

T

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNEST. JOACH. DE WESTPHALEN

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRÆCIPUE

CIMBRICARUM

ET

MEGAPOLENSIUM.

TOMUS QUARTUS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNESTI JOACH. DE WESTPHALEN

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRAECIPUE

CIMBRICARUM

ET

MEGAPOLENSIUM

TOMUS QUARTUS

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRÆCIPUE

CIMBRICARUM,

ET

MEGAPOLENSIUM,

QUIBUS

VARIA ANTIQUITATUM, HISTORIARUM, LEGUM
JURIUMQUE GERMANIÆ, SPECIATIM HOLSATIÆ ET MEGAPOLEOS
VICINARUMQUE REGIONUM ARGUMENTA ILLUSTRANTUR,
SUPPLENTUR ET STABILIUNTUR.

E CODICIBUS MANUSCRIPTIS, MEMBRANIS ET CHARTIS AVTHENTICIS
ERUI STUDUIT NOTASQUE ADJECIT

ET CUM PRÆFATIONE

INSTRUXIT

ERNESTUS JOACHIMUS DE WESTPHALEN,
CÆSAREI RUSSIACI ORDINIS S. ALEXANDRI ET DUCALIS SLESVICENSIS
HOLSATICI ORDINIS EQUES, CÆSAREÆ REGIÆQUE CELSITUDINIS MAGNI DUCIS RUSSIÆ, DUCIS
REGNANTIS SLESVICI ET HOLSATIÆ CANCELLARIUS AULÆ ET CONSIL.
INTIM. SUPREMI CONSISTOR. ECCLESIASTICI ET MILITARIS PRÆSES,
ACADEMIÆ KILONIENS. CURATOR.

TOMUS IV.

CUM TABULIS ÆRI INCISIS
ET INDICE RERUM IN OMNES TOMOS.



LIPSIÆ
IMPENSIS JO. CHRISTIANI MARTINI
MDCCXLV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A. D. G. 64
2
h



PRÆ
QUÆRÆCIPVE
UM MAJALI
LVBECENSI



In pa
fa,
eſt
tin
bu
que celebraneur. Sole
pare iungi; tantum abe
rum methodo expoſuiſſe
diligens eſt & æquus æſtima
& rerum haud protrah
eam conſuetudinem, quibus
re deroganda in non
ingenuis Scriptoribus
minearur ex omni re
Principio recenſe
tum nunc inſtituuntu
Quotannis a Senat
tribus Sverinum ab
universam obſervantia
tam unique coctum int

1) Fide quorundam Scriptore
rum & recognitionem exem
nat a Joanne Theologo, C
dis tradiores vehiculo Lub
dum Letono in Chron. M
Tom. V. de Wilpii Monum. (

KÖNIGL. BIBLIOTHEK ZU DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



del. Gravé par Fratsch, 1740.

PRÆFATIO AD TOMVM IV.

IN QVA PRÆCIPVE DISSERITVR DE ORIGINIBVS PRÆSTATIONVM MAJALIVM HAMBVRGENSIVM ET MARTINALIVM LVBECENSIVM IN AVLIS *DVCVM CIMBRICORVM* ET *MEGAPOLENSIVM*.

In pauca conferam, quæ circumscriptis limitibus hactenus exclusa, excutienda restant argumenta juris & historiarum. Primum est de annuis solennitatibus, quæ a Lubecensibus in vespera, Martino Episcopo dicata, *Sverini* & *Segebergæ* peraguntur; ab Hamburgensibus vero, ipsis Calendis Maji, *Gottorpiæ & Segebergæ* hodieque celebrantur. Solennium harum præstationum origines conjecturis saltim investigare satago; tantum abest, ut mihi videar easdem vel acu tetigisse vel certitudinem earum methodo exposuisse doctrinæ & demonstrationis. Nullius itaque, qui rerum intelligens est & æquus æstimator, indignationem in se convertet hæc tractatio, ultra metam & institutum haud protrahenda, non ad formulas publici imperii ac juris, sed ad indolem conjectionum, quibus in indagandis rebus historicis & literariis uti licet, exigenda; nec detorquenda in nonneminis incommodum ac præjudicium; cujus generis argutiæ ab ingenuis Scriptoribus ac lectoribus damnabuntur severissime, dignæ omnino, quæ exterminentur ex omni republica Germanorum.

Principio recensendæ sunt ipsæ solennitates, quæ *Sverini*, *Segebergæ* & *Gottorpiæ* etiam nunc instituuntur.

Recensio solemnium oblationum Lubecensium in aula Sverinensi.

Quotannis a Senatu Lubecensi Senior apparitorum, vulgo *Herren-Diener*, cum duobus civibus Sverinum ablegatur, qui dum Rhenam oppidulum Mecklenburgicum transit, ex inveterata observantia (*) in hospitio suo poma & pusillum panem in usum hujus solennitatis utique coctum inter pueros numerose concurrentes distribui curat.

Rhena

(*) Fide quorundam Scriptorum Megapolensium hæc quidem observantia Rhenæ obtinuit speciatim in memoriam & recognitionem exemtionis a solutione telonii; quod beneficium Lubecensibus concessum fuisse asserunt a *Joanne Theologo*, Cœnobii Rhenensis conditore & oppidi instauratore. Hodie Rhenenses quotannis die paraseeves vehiculo Lubecam portari curant panis copiam inter consules & senatores distribuendam testante LATOMO *in Chron. Meckl. ad a.* 1244. Sed hæc quidem panis distributio nilquicquam commune habet *Ratio rituum Rhenensium.*

Rhena relicta iter coeptum curru patenti ita dirigit, ut proxime ante diem, qui Martino Episcopo sacer est, Sverinum accedat. Revisis exacte in suburbio & restauratis defectibus, quos forte in itinere currus & equi passi sunt, circa meridiem portam civitatis ingreditur, ipseque & bini itineris comites, capita aperientes & inflectentes, a militibus ad portam excubantibus, armis sumtis & ad pedes positis salutantur. Mox numerose adsunt pueri & tyrones qui advenam, quem *Martensmann* appellant, votivis acclamationibus excipiunt & per vicinam portam, cui a molis nomen est, ad diversorium, quod in platea ad arcem deducente subit, certatim comitantur. Postquam Sereniſſimo Principi adventum nuntiari curavit, concurrenti ante fores hospitii vel intra domum puerorum turbæ nonnihil pecuniæ, nucum, pomorum aliarumque cupediarum subjicit. A prandio audita hora tertia, venia ipsi data, habitu sibi Lubecæ consueto indutus, cum binis Sociis itineris, qui testium vice funguntur, currum conscendit patentem rite aptatum & expolitum, cui quatuor lecti equi juncti sunt. Ponte, qui arcem civitate separat, transmisso, a statione aulica, ad quam nudatis capitibus appropinquant, more minus solemni salutantur & mox ipsum arcis interius spatium, quod ceteroquin præsente Duce nemini sine Principis concessione curru intrare licet, pileis detractis reverenter ingrediuntur, ab ingenti vulgo puerorum vociferantium, quibus tunc quævis licent, multitudine excepti, quin constituti in conspectum ipsius Ducis & omnis dignitatis ac conditionis hominum, ex palatii conclavibus, ex templo aulico, ex scalis, ambulacris & coronis aulæ & ubique prospicientium. Concitatis equis, ut a lævo ad dextram gravius incedant, advenæ illi Lubecenses per circulum in spatiosa area bis circumvehuntur; utraque vero vice circa medium areæ apparitor nuntius Lubecensis nummos projicit spargitque, quos pueri acclamantes, tum inter cuculos pulvere nitrato repletos (quos aulici injicere solent) tum inter pugnas & plagas, quas sibi invicem plerumque pannis squalidis & lutosis infligunt, certatim ac rapide colligunt. Interim currus prope scalas majores in ea regione, ubi ad culinam aditus patet sistitur, & mox nuntius Martinianus cum duobus sociis e curru descendens, præsentem ibidem ducalis arcis reique familiaris procuratorem (vulgo *Hausvogt*) cui a latere sunt notarius praefecturæ Sverinensis duoque testes, hoc quidem modo affatur. *Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino regnanti Duci Mecklenburgensi, Venedorum, Sverinensium & Raceburgensium Principi, Sverinensium Comiti, Rostochiensis & Stargardensis ditionum Domino ampliſſimus civitatis Lubecensis Senatus Salutem & Officia quævis submiſſiſſime denunciat, regimen fauſtum & prospera quævis apprecatur, optatamque totius familiæ principalis incolumitatem explorare sibique nuntiari optat, prætereaque in memoriam sibi revocans annosam consuetudinem, qua invaluit, ut quotannis nuntius Sverinum mittatur, qui ipsa vespera, quæ diem Martini antecedit, domui Sereniſſimæ Mecklenburgico-Sverinensi vas quoddam vini Rhenani offerat; id ipsum & hodie in testimonium observantiæ ex ea quidem amicitia, quæ inter vicinos coli consuevit, mittere non negligit, simulque precatur, ut Princeps Sereniſſimus jucunde & prospere eo fruatur, civitatique Lubecensium bene cupiat ac vicinitatem, ut hactenus factum, tueatur amicam.* Huic tum procurator ducalis palatii ita respondet: *Sereniſſimus Princeps ac dominus cet. clementiſſime agit gratias pro salute sibi a prudentiſſimo Lubecensium Senatu nunciata; quum vero ex verbis internuncii intellexi, quod Senatus Lubecensis hac vice non vini rhenani muſtum sed vinum rhenanum miserit, præterea hanc missionem amicitiæ saltim inter vicinos servandæ causa fieri putaverit, non possum non, quin indicem moneamque, quod Sereniſſimæ domui Mecklenburgico Sverinensi quotannis in vespera Martini vas quoddam vini rhenani muſto repletum a Senatu Lubecensi mitti debeat, ideoque hac vice quidem ejus loco vinum accipiatur, ea tamen expreſſa conditione, ut Senatus Lubecensis pro more inveterato vini rhenani muſtum & quidem ex* DEBITO & OFFICIO *in posterum mittat; ne itaque antiquo Sereniſſimi Principis juri forte aliquid decedat, ipsius nomine contra obtestor præsentibus duobus testibus ad id vocatis & notario; cui committo, ut hanc meam interceſſionem, vi officii, quo fungitur, publici, literis consignet & ad regiminis ducalis miniſtros documentum fide dignum perferat; ceterum mihi persuasum est, Sereniſſimum Ducem nihil prætermiſſurum, quod ad servandam vicinorum concordiam facere unquam poterit.* Ad hæc Lubecensium nuncius reponit: *Quum Senatus Lubecensis haud recordatur, se pacto quodam Sereniſſimo Prin-*

---

bet cum Lubecensium Martinalibus, quæ celebranrur Rhenæ & Sverini. A *Gadebuſenſibus* enim & *Schönburgenſibus* eodem etiam die Lubecam perferuntur placentæ, quæ sine ullo ritu Consulibus, Syndico, præfectis Gewettæ & Equilium (*Marſtalls-Herrn*) offeruntur, qui singuli earum binas accipiunt Causam exponunt Annales Meckl MSC. *Und werden dieſe Fladen aus der Urſache gebracht, weil die Schönberger, Gadebuſcher und Rhener allemahl auf Palmarum die Freyheit haben, in Lübeck mit ihrem Brode auszuſtehen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Principi obſtringi, hinc non poſſum non repetere priora, quod vinum non ex officio, ſed ad declarandam ſaltim animi propenſionem, quam colenda vicinitatis amicitia poſtulat, offeratur. Subjicit ducalis rei familiaris procurator: *Nil mihi quicquam aliud in Mandatis eſt, quam ut muſtum vini rhenani accipiam, mittendum omnino a Senatu Lubecenſi ex debito, uti in prioribus expoſui, quibus inhæreo.* Mox ducalis procurator hanc diſceptationem finit, jubens janitorem & ſtabularios, ut equos viſitent currumque inquirant, an forte in ferramentis, in lignis, ſoleis ferreis ceterisque rebus vel minimi defectus oſtendi poſſint. Quodſi enim hos obſervaverint, tunc currus & equi cedunt Principis ſtabulo, niſi ex ducali gratia nuntio petenti reſtituantur, quod aliquando contigiſſe conſtat: Dum hæc fiunt, cellæ ducalis præfectus currum conſcendens dolium vino refertum (vulgo a quantitate *Ohm* appellatum) aperit, atque vini aliquid Siphone hauſtum guſtat, propinatque deinde ducali nomine præſentibus adminiſtris & advenis Lubecenſibus. Dijudicata vini probitate, dolium de curru in cellam vinariam pervolvitur, & poſtquam janitor nunciavit, quod omnia integre in curru & equis ſe habuerint, ablegatus cum comitibus, in currum ſe recipit, quem auriga laxatis pauliſper equorum habenis, tertia nunc vice per aream in gyrum circumagit, cingentibus eundem & vociferantibus pueris, quibus ablegatus ille denuo numos projicit, quorum quidem ſumma ad quatuor Thaleros obulorum aſſiumque Megapolenſium computatur, forte etiam vel plus vel minus conficit ex arbitrio nuntii, cui reduci, itineriſque abſoluti rationes exhibenti, a Senatu Lubecenſi ſumtus impenſi omnes perſolvuntur. His peractis eadem, qua ivit, via, ſalutaris in tranſitu proxime excubantibus militibus & recepto ab iisdem, ut antea, honoris ſigno, ex aula diſcedit diverſoriumque repetit. Declinante in veſperam die, ad convivium paratum vocatur, depoſitoque veſtitu ſibi ſolenni, in conſortio duorum ſociorum civium, comite ædium aulicarum curatore, lampade prælucente, arcem adit, ubi in conclave, cui a contigua culina nomen eſt, deducitur. Hic convivæ omnes, præcipue Martinianus nuncius ferculis opiparis anſereque Martiniano appoſitis, mero etiam in felicitatem regnantis Ducis & Ducalis familiæ præcipue largiter perfuſo perfruuntur, ut more veterum Germanorum ſeptentrionalium per ſcypha & pocula obſervantiam fidemque & ſalutem Principis jurare, quin ipſas legationes a potu auſpicari & finire per pocula (*a*) videantur. Atque ita per totam aliquando noctem, male tamen, pocula ſoecunda vacuantes, uſum vini, palatino, rectius corrupto more, in abuſum convertunt, ut demum ebrioli convivæ Lubecenſes ad hoſpitium vel difficulter redeant, vel, dum crapula greſſus tentat debilitatque, ab aliis deducantur vel reportentur. Poſtridie matutino tempore ad prandium laute inſtructum iterum invitantur, eodemque, quo heri, loco, mox conveniunt, accumbunt, in ſalutem Prin-

(*a*) Quod docent cantiones heroicæ veterum Danorum Svecorumque, teſte STEPHANIO *in not. ad L. 2 hiſt. Dan. Saxonis p. 74. l. 1. p 48. n. 8.* Ipſi Reges Svecorum inaugurandi & voto ſe adſtringentes ad perpetranda præclara facinora iurarunt per *Bragarfull*, Bragii ſcyphum, ingens cornu Bragii memoriæ dicatum, quo exhauſto, regium ſolium occupavit teſte TORFÆO *Hiſt. Norwag. P. I L. 9. c. 25. p* 393. Univerſim moribus veterum Germanorum inualuerat conſuetudo, ſolennitates omnes & cauſas publici juris, malla & placita inſtruere compotationibus. Teſtis eſt TACITUS *de M. G. Et de reconciliandis* (ait) *invicem inimicis, & iungendis affinitatibus & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello, plerumque in* CONVIVIIS *conſultant, tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalеſcat.* Ex hac ratione mallus tum locum *judicii*, tum *convivium ſolenne* indicat, præcipue in annalibus & chartis *Saxonum antiquorum*, qui eundem morem in *Angliam* invexerunt. Docet hoc SPELMANNUS *in gloſſar. Anglоſax. voce mallo p.* 385. *Num*, inquit, *& pari ratione a mallo, convivio*, DIETA *hodie imperatoria nomen cæpit? quæro. Mos procul dubio in Britanniam olim ductus. In vita enim S. Gundelii MSC. Autor de Sanctis Wallenſium c.* 16. *Laicus quidam* (inquit) *poſuit calumpniam injuſte in unam partem terræ, quam Clerus Gunleii tenebat ex ratione, & pro calumpniis multotiens impoſitis, conſtituerat diem* PLACITANDI, *Decanus Eccleſiæ viſitavit curiam* CONVIVIO REGALI *ſanctus, ſicut* CONSVETUDO *erat tunc temporis per* PATRIAM; *Ultimo autem die convivii ante prædictum diem placitandi contra noctem, retraxit craſtini diei placita. Non exolevit hactenus mos antiquus, nam in mallis ſeu Placitis, quæ* ASSISÆ *ab aſſidendo jam vocantur, Vicecomites provinciarum bis quotannis magnam* EXHAURIUNT *vim pecuniæ in* JUDICIBUS, NOBILIBUSQVE PATRIÆ CONVIVANDIS. Veſtigia hujus conſuetudinis & apud *Cimbros & Holſatos* facile notaverit, qui ritus convivales in mallis *provincialibus & marcalibus* olim uſitatos reſciverit; quibus adnumerari poterint ſumtus, quos magiſtratus civici conviviis ſolennibus, ſpeciatim tempore *der Grentz Fahrt*, impendere ſolent etiamnunc. Certum eſt, quod ab Angloſaxonibus & a Danis ipſe uſus cornuum bibalium in Britanniam translatus ſit, præcipue a Rege Canuto Magno, docente MALMESBURIENSI *L. II. c.* 2. & CAMDENO citato a DOLMERO *in notis ad jus aulicum ant. Norwag. p.* 533. Teſtem laudo GERVASIUM TILBERIENSEM *otior. imperial. L. III. c.* 60. *quod apud* ANTIQVISSIMOS ANGLOS *uſus invaluerit,* CORNUA *grandia, auro etiam ornata, manu expoſita propinare & exhaurire* tum in feſtis palatinis, tum civilibus & ſacris. Teſtatur enim ORDERICUS VITALIS *Hiſt. eccleſ. L. IV. p* 507. quod Guilielmus II Rex Angliæ a. 1068. monaſteriis donaverit CORNUA *bubalina fulvo metallo circa extremitates decorata*; cujusmodi pocula ipſis eccleſiis etiam dono data diu apud Anglos obtinuerunt locum *calicum ſacrarum*; fide enim BINGHAMII *Orig. Eccleſiaſt. L. VIII c. 6. p.* 241. uſus cornuum in S. cœna prohibitus demum fuit in *Synodo Anglicana Calchutenſi can.* 10. *a.* 787. Apud Norwagos vero diutius hos mores ſervatos fuiſſe conſtat

Septentrionalium mores firmandi fidem per pocula.

In negotiis publicis.

Eccleſiaſticis.

Principis, tum & in commodum Senatus & civitatis Lubecenſium bibunt, cibi vero non guſtati ad diverſorium Nuntii Lubecenſis deportantur. Ipſi denique ex aula diſcedenti nuntio, nomine præfecturæ Sverinenſis moneta ſemiuncialis ſeu duarum marcarum nummus vetuſtior, typo Megapolitano, Wiſmarienſi, Luneburgenſi vel Lubecenſi notatus traditur inſtar pretii ſeu honorarii, addita ſalutis ſignificatione Sereniſſimi Ducis nomine Magiſtratui Lubecenſi renuncianda. Culinæ etiam ducalis præfectus nuntio laudato aprum, capream, vel pygargum offert, interdum tamen poſt aliquot demum dies feram trucidatam curſu publico Lubecam transmitti curat. Sumtus quoque, quos in diverſorio nuntius Lubecenſis contraxit, Princeps ſolvi jubet; hinc ille ad ſuos convertitur, quæ acta ſunt, Senatui civitatis expoſiturus. Notarius autem præfecturæ Sverinenſis documentum in memoriam rei geſtæ confectum, Regimini ducali exhibet; cujus inſtrumenti tenorem adjicio: *Kund und zu wiſſen ſey Krafft gegenwærtigen* Documenti, *daſs heute* dato *an dem Durchl. Fürſten und Herrn, Herrn* Carl Leopold *regierenden Hertzog zu Mecklenburg, Fürſt zu Wenden, Schwerin und Ratzeburg, auch Graffen zu Schwerin, der Lande Roſtock und Stargard Herr ein Ehrenveſter und Hochweiſer Raht der Stadt Lübeck abermahlen dero Diener Nahmens* Schütz, *nebſt bey ſich habenden beyden Zeugen* Johann Georg Nuppenow *und* Hans Nicolaus Haberſaat, *auf einem mit 4. Pferden beſpanneten Caleſch-Wagen ſitzend ſich heute Nachmittag um 3. Uhr eingefunden, etliche mahl mit entblöſsten Haupte auf dem Schloſs-Platze herum gefahren, darnegſt vor die groſſen Stiegen ſtille gehalten,*

---

ex LOCCENII *Antiquitatibus Sveogoth. L. II. c.* 21. ubi teſtatur, quod calices populorum Septentrionalium ex cornuum acuminibus confecti, florente chriſtianiſmo venerint ſub appellatione *Stikl*, qua hodieque ab Islandis ſcyphi & pocula denotantur. Adde autoritatem *Codicis argentei*, vulgo ULPHILÆ *Verſionis Gothicæ IV. Evangel. Marc. VII.* 4. *& X.* 42. Ubi calix vocatur *Strikla*. Nolo de Germanorum ſpeciatim moribus & ritu bibendi quicquam adjicere; præcipua enim, quæ obſervari merentur, argumenta, notata ſunt a commentatoribus in indiculum ſuperſtitionum & paganiarum *Concilii Liftinenſis a.* 743. *art. III. de Spurcalibus* (hodie Bachanalibus) *in Februario & art XXII. de tempeſtatibus*, CORNIBUS *& cochleis*, praecipue ab ECCARDO *L. XXII. Rer. Francic. p.* 428. *ſqq.* FALCKENSTEIN *in antiquitat. Nordgavienſ. p.* 270. 288. *ſqq.* CALVÖR *in Saxonia antiqua inferiori gentili P. I. L. II. c.* 6. *p.* 75. 82. Ex gentium ſaltim borealium inſtitutis convivalibus addo, quod uſus confirmandi fidem datam poculis adhibitis in negotiis publicis, fœderibus & legationibus, originem traxiſſe videatur ex ritu ſacro hujusque rationibus ad cauſas publicas applicatis. De poculis enim ſeu cornubus, tempore gentiliſmi, ritui ſacrorum memoriæque divorum dicatis abunde teſtantur pocula, cereviſia vel muſto repleta *Odini*, *Niordi*, *Thori*, in cultu & in ſolennitatibus adhibita, cornua *flaminum* mulſo referta & Diis exhibita; cornua *Thori* & *Svanteviti*; pocula *Julia* exeunte anno menſe cornuum (Hornung, hodie Februario) liberius exhauſta; cornua *Strælebegger* pocula defunctorum ſeu animarum; poculum *Arfoel* ſeu hæreditaria cereviſia in convivio funerali; cornu GIALLAR, ex quo ceu fonte ipſa ſapientia & religio bibebatur, docente OLAFI *Saga c.* 69 SNORRONE *in Chron Norwag. p* 131. *& in vita S. Olai Haraldi filii c.* 115. *ſqq.* STEPHANIO *d. l.* ELVIO *diſſ. de veterum Sveogoth. hiemali feſto Juliorum* § 5. *ſqq.* SPERLINGIO *diſſ de nomine & feſto Juel* §. 21. *ſqq.* RUDBECK *de uſu linguæ Goth. p.* 101. Recepto Chriſtianiſmo, abuſibus quidem præcipuis dicam ſcripſit Rex Magnus, Haquini filius; in locum tamen cornuum paganorum divalium introduxit *tonnas natalitias*, pocula *Julia* tempore feſti Nativitatis Chriſti mulſo vel cereviſia repleta, ipſa pocula *Deo*, *Chriſto & Spiritui S.* dicata, cornua recordationis *Minnishorne* vocata, pocula *Sanctorum* præcipue *S. Mariæ Virginis*, *S. Nicolai*, *S. Olai* Regis, qui primus Chriſti cultum apud Norwagos inſtituerat, demumque ipſa MARTINALIA, *pocula veſpere* S. MARTINI *exhauſta*, *docentibus* REENHIELMO *in Notis ad Oddi vitam S. Olai p.* 65. DOLMERO *in notis ad Hirdſkraa* (h. e. ad *aulæ* Norwagicæ *Legem*, non ad Regis alicujus vitam putante *Dn. de* FALCKENSTEIN *d. l. p.* 290.) *c.* 49. *p.* 534. JAC. THOMASIO *diſſ. de poculo S. Johann.* § 5 CHRIST. *de* SCALA *in vita S. Wenceslai p.* 56. Audi ODDONEM *Monachum in vita S. Olai c.* 24. *Et noctu innotuit Martinus Olao Regi dicens illi: Moris eſt in his terris (in Inſulis Norrigiæ) cum convivia celebrantur, in memoriam* THORI, ODINI *aliarumque* ASARUM *ſcyphos evacuare; hunc ut tu, Chriſtiane, mutes volo, atque ut in* MEI MEMORIAM *in poſterum bibatur, tua cura efficias.* Indubie & alibi apparuit S. Martinus, in cujus memoriam Cimbri, Saxones & plures Germani hodieque feſto die anſeres & panes a forma cornuum *Aszertenshoner* appellatos edunt. Accedit teſtimonium BIRCHERODII *in antiquitatibus Juliis diſquiſit. VI. p.* 128. *Bubalina cornua feſto natalitiorum Chriſti in memoriam non modo Regum & Principum verum etiam (nefas dictu) ipſius Dei bibendo adhibuiſſe veteres certo certius eſt ex jure aulico antiquo Norwagico c.* 49. *ubi legitur: Conſtituit Rex Magnus, ut quavis natalitiorum Chriſti veſpera cornua bubalina (Bolkhorn) apponerentur in memoriam Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, S. Olai cet.* Ut & SNORRONIS STURLÆSONII *in Chron. Norw. p.* 74. *Sanxit Haquinus Adeſtanus, unumquemque Norvegiæ incolam tempore Natalitiorum Chriſti tantam cereviſiæ copiam habiturum, quantum ex uno polentæ modio i. e. quarta parte tonnæ coqui poterat, aut mulctam daturum.* Plura ſingularia de feſtis & ſolennitatibus ſacris rite per pocula celebratis vide apud WORMIUM *antiquit. Danic. L. V.* KEYSLERUM *diſqu. de compotationibus ſacris majorum in antiquit. Sept p* 349 *ſqq* præcipue RUDBECKIUM *Atlant. T. II. p* 165. VERELIUM *in Notis ad Hervarar Saga c.* 56. ubi feſtos dies in faſtis Runicis cornubus erectis ſeu poculis notatos recenſent. De uſu poculorum in cauſis *militaribus* populorum Septentrionalium teſtantur nonſolum pocula votiva in memoriam militum & heroum introducta, *Bragebegere* appellata, docente YNSINGA SAGA *c.* 39. SCHEFFERO *Upſalia ant p* 334. *&* MESSENIO *Scond. illuſtrat. T. I. p.* 26; ſed etiam Sacramenta Solduriorum & fœdera militaria hauſtu poculorum firmata, uti probant STEPHANIUS *d. l. &* M. ANCHERSEN *in perdoctis indicibus obſervationum de Solduriis & Origine militiæ apud Celtas P. I. Sect. I. c.* 3. *art.* 4. Facit huc obſervatio *M.* BONDE *Humeri Trollorum alumni diſſert. de Stemmate Sveonum p.* 91. *Frequentiſſimus*, inquit, *uſus fuit cornuum in vita communi, item in re* militari & navali, *unde cornutæ naues dicebantur; in Svecia in hunc uſque diem ex hac cornuum ſanctitate, maxima pars ordinis equeſtris nomina cornutorum animalium ſuis addidit nominibus, pictaque cornua interſeruit ſuis*

Sacris & religioſis gentilium.

Chriſtianorum.

In negotiis militaribus.





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. A ad Præfat. Tom. IV pag. 4.


Arx Sverin.



Martinalia Lubecensia
Sverini et Segebergæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



ten, abgeſtiegen und gegen den Hochfürſtl. Mecklenburgiſchen Hauſs-Voigt Samuel Meckel in Beyſeyn meiner und 2. Gezeugen als des Cammer-Cancelliſten Dunckelmans und Amtſchreibers Barners mündlich vorgebracht: Es lieſſe dem regierenden Landes-Herrn ein Ehrenveſter und Hochweiſer Raht der Stadt Lübeck Dero Gruſs und Dienſte unterthænig vermelden, auch alle Fürſtl. Proſperité anwünſchen, und dabey anzeigen, daſs ein wohlgedachter Raht ſich erinnerte wie an dieſem Martini-Abend jæhrlich dem Hochfürſtl. Mecklenburgiſchen Hauſe Schwerin von einem Hochweiſen Raht der Stadt Lübeck ein Ohm Rhein-Wein præſentiret worden, dem wohlgemeldeter Raht auch itzo nachgekommen, und hætte ſolchen Wein aus nachbahrlicher Freundſchafft und guter Affection præſentiren laſſen, wünſchete dabey, daſs Ihro Hochfürſtl. Durchl. denſelben bey allen Hochfürſtlichen Wohlſeyn, und guter Geſundheit genieſſen, eines Ehrbaren Rahts der Stadt Lübeck dabey im beſten gedencken, und alle nachbahrliche Freundſchafft, wie allemahl vorhin geſchehen, erhalten möchten. Worauf der Hochfl. Mecklenburgiſche Hauſs-Voigt Meckel folgender geſtalt antwortete: Der Durchl. regirende Fürſt und Herr bedanckte ſich wegen des von einem Hochweiſen Raht der Stadt Lubeck zuentbohtenen Gruſſes halber gnædigſt; Es were aber aus dem Anbringen verſtanden, daſs ein wohlgedachter Raht der Stadt Lübeck dem alten Herkommen nach keinen Rheinen-Moſt, ſondern Rhein-Wein geſandt, über dem auch, daſs man dieſer Sendung itzo, als geſchehe ſie nur aus nachbahrlicher Freundſchafft und Affection an und vorbringen laſſen wollen; So könte man dagegen nicht unbeantwortet laſſen, daſs jæhrlich am Martins-Abend dem Hochfürſtlichen Hauſe Schwerin, von einem Hochweiſen Raht der Stadt Lübeck aus Schuldigkeit und Pflicht ein Rheinen-Moſt geliefert werden müſte, hætte es anjetzo auch kein Rhein-Wein, ſondern Rheinen-Moſt ſeyn ſollen; vor dieſes mahl wolte man zwar den geſandten Rheinen-Wein annehmen, aber mit dieſem Bedinge, daſs ſolches hinführo in keiner Conſequence gezogen würde, ſondern nach dieſem, wie Herkommens wære, von einem Hochweiſen Raht Rheinen-Moſt, aus Schuldigkeit und Pflicht am Martini Abend geliefert werden ſolte, und Ihro Hochfürſtl. Durchl. hinführo der uhralten Schuldigkeit nach damit gewürdiget ſeyn wolten. Damit nun Ihro Hochfürſtl. Durchl. habenden uhralten Recht hiedurch kein Præjudice zuwachſen möge, ſo wolte im Nahmen Ihro Hochfürſtl Durchl er dawider öffentlich proteſtiret und mich ſubſcriptum Notarium ratione officii publici hiermit requiriret haben, dieſe interponirte Proteſtation ad notitiam zu nehmen, und der Hochfürſtlichen Regierung desfalſs ein beglaubtes Documentum unterthænigſt einzuliefern; Sonſten hielte er dafür, daſs Ihro Hochfürſtliche Durchl. nicht unterlaſſen würden, alles was Dero Orths zu Erhaltung guter nachbahrlicher Freundſchafft erſprieſslich zu conſerviren. Der von Lübeck hergeſandte Diener replicirte: Ein Hochweiſer Raht wüſte ſich nicht zu erinnern, daſs Ihro Hochfürſtliche Durchl. ſie irgendwo mit verpflichtet ſeyn ſolten, ſondern repetirte ſein voriges, der Wein würde nicht aus Schuldigkeit ſondern aus nachbahrlicher Freundſchafft præſentiret, derowegen er nicht unterlaſſen könnte, gegen das eingewandte zu reproteſtiren. Der Hochfürſtl. Hauſs-Voigt Meckel wiederholete, daſs ein Ehrbahrer Raht der Stadt Lübeck jæhrlich an Martini Abend einen Ohm Rheinen Moſt aus Pflicht und Schuldigkeit ſenden müſſe, und inhærirte dem, was er bereits vorhin angebracht; Befahl ſo fort dem Amts-Pförtner, daſs er mit Beyhülffe eines Wæchters, die Pferde und den Wagen beſehen ſolte, ob auch irgend an einem Stücke der geringſte Mangel befindlich. Der Hoff-Keller-Meiſter muſte indeſs den præſentirten Wein eröffnen, und davon etwas zu koſten reichen, und wie ſolcher als ein guter Rhein-Wein befunden ward, muſten die Aufwærter den Ohm vom Wagen heben, und vor den groſsen Hoff-Weinkeller weltzen, wornegſt als der Pförtner angemeldet, daſs ſie alles gantz richtig und nirgends Mangel angefunden hætten, der Diener von Lübeck mit ſeinen beyden Gefæhrten ſich wieder auf den Wagen ſetzten, im Umwenden denen Zuſchauern abermahlen Geld auswarf, und nach der Stadt in ſeine Herberge kehrte,

ſuis inſignibus, qualia ſunt Dominorum Oxenſtiernor, Hornor, Hiorthar, Baggar &c. Denique in negotiis civilibus & privatis Cimbrorum & Norwagorum tanta poculorum autoritas invaluit, quantus eorum abuſus percrebuerat, quem SAXO, SNORRO, MEURSIUS, HUITFELDIUS etiam ad a. 1504 ita deſcribunt, ut facile intellexeris, homines ſanæ mentis in aliorum memoriam & ſanitatem inſane bibentes, propriam poculis ſponte ſubmerſiſſe, adeoque & mentis & corporis ſanitatem perdidiſſe hauſtu inhumano & ſtupenda promtitudine in propria viſcera ſæviente. Speciatim contractus abſolutos omnes junctis cornibus ſeu poculis confirmarunt Dani, Cimbri, Angloſaxones, qui eundem morem in Regnum Angliæ invexerunt, uti patet ex Hiſtoria fundationis Abbatiæ Saltreenſis in Monaſtico Anglicano T. I p. 112. Et convenerunt de compaſcuo, ut paſturæ eis eſſet omnibus communis, accedente CORNU ſub CORNU (cereviſia vulgo AEL repleto) pro pace & concordia inter ſe tuenda. Faciunt huc in antiquis Legibus Danorum Cimbrorum Saxonumque & Francorum argumenta de ſymbolicis contractarum emtionum & ſponſaliorum initorum confirmationibus, quæ appellantur

Privatis & civilitur.

kehrte, den Abend aber, auch auf den folgenden Morgen zur Mahlzeit invitiret *und nachgehends* dimittiret *worden.* In fidem documenti subscripsi & subsignavi. *Schwerin den* 10. Nov. 1743. Hinrich Hugo Runge *Amts-*Notarius. L. S.

Et Segebergæ. Eodem, quo hæc Sverini aguntur, tempore, Lubecenses etiam Segebergæ eadem solemnia institui easdemque oblationes tradi curant regio ibidem hodie præfecto. Utar verbis & fide adversariorum & annalium Segebergensium MSS. Seculi XVI. & XVII. *Von der Zeit des Oldenburgischen Stammes ist die Stadt* Segeberg *nebst dem Schloss stets bey der Königlichen* Linie (**) *geblieben, und findet sich in den* Amts-Erd-und Rechnungs-Büchern *dass dem Könige in* Dænnemarck *als Hertzogen zu Holstein die Lübeckische Pflicht und Küchen-Gefælle alljæhrlich auf* S. Martini *Abend abgetragen worden. Zu benannter Zeit (den 10. Nov.) komt ein Lübeckischer reitender Diener auf einen offenen mit 4. Pferden bespanneten Wagen um 5. Uhr an und hat 2. Lübeckische Bürger als Gezeugen bey sich. Nachdem derselbe in einem Wirthshause abgetreten und an statt der Bürgerlichen Kleydung den Habit eines Lübeckischen reitenden Dieners angeleget, lässet er dem anwesenden Herrschafftlichen Rath oder Amtmann seine Ankunfft anmelden, setzet sich nach empfangener Antwort mit den beyden Gezeugen auf dem Wagen, vor welchen eine* Laterne *getragen wird. Bey Ankunfft (ehemahlen auf dem Schloss) vor des Amtmanns Behausung erscheinet dieser* Martins-*Bote nebst den bey sich habenden mit entblösstem Haupte und nachdem dieselbe abgetreten und in ein Zimmer, worin sich der Amtmann oder der Amts-Verwalter findet, eingeführet worden, vermeldet besagter Bote oder* Martensmann *einen geziemenden unterthænigen Gruss in Nahmen des Raths und der Stadt* Lübeck, *hinzufügend: Es haben Bürgermeister und Rath nicht ermangeln wollen* das gewöhnliche aus Höfligkeit *zu beobachten und anitzo,* dem Gebrauch nach *ein Ohm alten Rhein-Wein an Ihro Königl. Maytt. zu Dænnemarck Hertzogen zu Schleswig Holstein* plen. tit. *einzusenden, wobey dieselbe für sich und der Stadt Ihro Königl. Maytt. Gnade und nachbahrliche Hulde und Freundschafft ferner weit ausbitten. Hierauf wird sogleich geantwortet: Dass dieses* keine Gewohnheit und Höfligkeit, *sondern eine* Schuldigkeit *sey; auch wird dan und wan befohlen den Wagen in* Besichtigung zu nehmen. *Nachdem der Wein* probiret *und auf Ihro Kœnigl. Maytt. zu Dænnemarck des Amtmanns und des Raths zu* Lübeck *Gesundheit getruncken, auch der Martensmann mit einem halben Rhlr. Sp. begabet worden, fæhret derselbe wiederum nach das Wirthshauss zurück, woselbst er auf Kosten des Amts mit Essen und Trincken wohl bewirthet wird. Am folgenden Tag tritt er seine Reise nach* Lübeck *an und wird dessen Bewirthung zu* Segeberg *mit 8. Rthlr. von dem Amtmann an den Wirth bezablet, auch werden einige Tage nachhero 2. Stück Hirsche an den Rabt zu* Lübeck *übergesandt. Diese* Solennitæt *kommet mit denen* Ceremonien, *die zu Schwerin geschehen, überein; wiewohl in neuern Zeiten eines und das andere so genau nicht genommen worden. Den Rhein-Wein hat aus Kœniglicher Vergünstigung der Amtmann zu* Segeberg *zu geniessen.*

Recensio Hamburgensium Præstationum in aula Gottorpiæ. Hujusmodi fere oblationes nomine Magistratus *Hamburgensium* singulis annis *Kiliam* olim perferri sveverant hodieque perferuntur & *Gottorpiam* intuitu Holsatiæ ducalis & *Segebergam* ratione partis regiæ Ducatus Holsatici, solennitatibus fere iisdem, parcius tamen adhibitis. Nec enim ab ablegatis Hamburgensibus missilia inter vulgus sparguntur, nec

---

pellantur vel OELKIOP seu AUELLKOPa cerevisia vel liquore cereali Norvagorum, in Britaniam re & nomine a *Cimbris* translato, de quo BARTHOLINUS *diss. de medicina Danorum domest. dissert. VII. &* KEYSLER *antiquit. Sept. p.* 154. vel LITKOP seu LEYKOP non a Laicis, ut THOMASIUS *in diss. de arrhis emtionum* conjicit, sed a Gothico *Leit* potu, Anglo-Saxonico *Lith*, sicera, docentibus *Ulphila, Otfrido, Bensone & Somnero;* ex qua ratione a Saxonibus & Allemannis (*Spec. Suev. c.* 359.) *Leygebere* dicuntur Siceratores caupones, *Lithaus* caupona. SCHILTERUS *glossar. Teut. h. v. p.* 542. WACHTERUS *glossar. voce Laden haurire p.* 906. Recentiori ætate, qua a Romanis & Gallis usus & cultus vini in Germaniam invectus est, innotuit emtio potu vini confirmata *Winkauf*, non a *Weyben* benedicere, nec a Danico *Vin*, propinquis, appellata. Taceo consuetudines, quæ in diplomatibus Saxonicis, Ditmarsicis & Megapolitanis laudantur, *de traditione & investitura per* CORNUA, *de jure* PRIMI POCULI *dioecesani, novellis Episcopis Raceburgensibus & Bremensibus exhibendi vulgo Stiffts-Willkomm.*

(**) Olim enim arx Segeberga cum oppido & monasterio fuit in dominio Comitum Holsatiæ *Adolphi II. & III.* deinde a. 1202. *Waldemari Regis Daniæ*, iterumque Comitis *Adolphi IV.* Facta autem inter fratres *Joannem & Gerhardum I.* Comitatus Holsatiæ divisione, Johanni Comiti Segeberga cessit, hinc devoluta est ad ejus filium Adolphum, deinde occupata ab *Gerhardo* Comite Rendsburgensi hujusque filio Hinrico. PONTANUS *ad a.* 1397. DANCKWERTH *Chorogr. Cimbr. p.* 235. *sqq.* Plura constant ex *tabulis Transactionis inter Comitem Holsat. Albertum & Ducem Gerhardum Slesvic. de arcis Segebergæ possessione initæ a.* 1394 *& ex divisionibus hæreditariis a.* 1490. & 1544. quarum vigore tractus Segebergensis transiit ad Reges Johannem & Christianum III. Accedunt Regis Christiani II. Literæ investituræ feudalis, quibus a. 1521. arcis Segebergæ administrationem ad viginti usque annos transtulit in præfectum *Georgium de Wisch* sub Lege annuæ præstationis cujusdam; cui tamen concessioni idem renunciavit in *Literis obligationis de tradenda Friderico Duci Slesvicensi Holsatico arce Segebergensi a.* 1523. *exaratis.*

nec illi a militibus excubantibus Salutatione recipiuntur. Die ultimo Aprilis Hamburgenſium conſulum ſervus ſenior, quem *Herren-Diener* vocant, patenti curru quadrijugo vectus Slesvicam advenit, mox curans, ut opifices currum circumſpecte luſtrent &, ſi qui adſint, defectus corrigant. Die primo Maji circa meridiem Gottorpiam petit, & ad pontem accedens caput aperit, aurigamque pileum reponere jubet. Curru tribus vicibus per aream arcis cicumacto, nuntius prope introitum in culinam aulæ deſcendit nomineque Magiſtratus Hamburgenſis obſervantiam & ſalutem decentiſſime teſtatur nunciatque: *Magiſtratum receptæ* CONSUETUDINIS *memorem ad declarandam animi promtitudinem hæc mittere Duci regnanti munuſcula* CONSUETA, *dolium unum, vulgo Ohm, vino rhenano generoſiori repletum, duas tonnas cereviſiæ Serveſtanæ (aliquando Hamburgenſis) centum libras oricæ & 50. libras amigdalorum.* Ad hæc præfectus arcis ducalis vel pabuli Præfectus (vulgo Stallmeiſter) reponit: *fieri has oblationes non ex humanitate vel propenſione; ſed requiri* DEBITO & PERFECTO JURE. Traditis deinde his munuſculis & reviſis curru & equis, ablegatus Hamburgenſis a Cellario ad coenam invitatur, hoſpitium quoque urbanum a *diverſoriorum militarium ſeu aulico annonæ curatore (dem Hofffourirer)* ipſe indicatur. Principis ibi ſumtibus laute excipitur, & exactis aliquot diebus, apocham accipit, qua Præfectus arcis vel pabuli Magiſter teſtatur: *quod Hamburgenſium nomine annuum conſuetum* PRÆSTANDUM *recte riteque Gottorpiam pertulerit.* Demum abitum parans, cibo potuque ipſi proſpicitur & octo thalerorum præmio donatus dimittitur juncta clementiſſima ſalute, Principis nomine Magiſtratui renuncianda.

Pari modo hæc Solennia eodem die ab Hamburgenſibus exacte inſtituta ſunt *Segebergæ* præſentibus olim Dominis regnantibus, hodieque die primo vel quinto Maji ibidem obſervantur præſente vel regio præfecto, vel dum is hodie Bramſtadiæ reſidet, ejus vicario, præfecturæ & juſtitiæ adminiſtro. Inde factum hodie eſt, quod prolixiores ritus ſenſim contrahi vel reponi tantiſper coeperint, ita quidem, ut advena Hamburgenſis, poſtquam adventum loci præfecto nuntiari curavit, currum interim emaculatum conſcendat & mox ad Præfecti domum ſe recipiat, ubi, ſignificata Magiſtratus Hamburgenſis promtitudine & obſervantia, vinum cæterasque omnes ejus qualitatis & quantitatis præſtationes, quæ Sleſvici offeruntur, exhibet traditque, dimidii thaleri vel marcæ duplicis munuſculum a Præfecto reportans. Quo facto ille ſtatim Hamburgum revertitur; Præfectus autem curat, ut circa feſtum Nativitatis Chriſti duo cervi vel IV. capreæ trucidatæ Hamburgum transmittantur. Olim vero illas quidem oblationes, quæ hodie Gottorpiam deferuntur, Chilonium miſſas fuiſſe conſtat. Adnotata eſt harum ſolennium præſtationum memoria in Libro rationum rerum arcis & præfecturæ Kilienſis A 1521. Utar ejusdem verbis: Vor Zeiten *ſind unter die Kieliſche Hoff-Küchen-Gefälle befindlich geweſen* die Hamburgiſche May-Præſtanda. *Es hat ſich jährlich auf dem innern Schloſs-Platz den 1ten* May *Mittags um 12. Uhr der Hamburgiſche* May-Wagen *eing funden mit Rhein-Wein, Zerbſter Bier, Reiſs und Mandeln beladen; nach dreymahliger Rundherumfahrung ſind der Wagen, die Wagen-Ræder und Hufeiſen* viſitiret *worden, weil, wan daran etwas gemangelt oder gebrochen geweſen, der Wagen ſamt Pferden an die Herrſchafft verfallen, dahero zu dieſer Lieferung immer ein* neuer feſter Wagen *genommen wird. Nachdem der Hamburgiſche Abgeordnete in der Gegend der Fürſtlichen Küche abgeſtiegen, hat er an* den Schloſs-Inſpector *oder Hoff-*Fourier *ſein Gewerbe, daſs die Stadt* Hamburg *das* gewöhnliche *an das Hochfürſtliche Hauſs* Holſtein *wie von Alters her gebräuchlich, einſenden laſſe, beſtellet; worauf dann geantwortet worden, daſs es kein* gewöhnliches, *ſondern eine* gebührende Pflicht *und* unterthænige Schuldigkeit der Stadt Hamburg *ſey, welche Anrede und Beantwortung von beyden Theilen nochmahl wiederholet worden, und iſt darauf dem Hoff-Fourier das auf dem Wagen befindliche überliefert, der abgeſchickte Hamburgiſche Diener auch in den Wein-Keller eingeführet und des Abends* tractiret *worden; in ſeinem Quartier hat die Herrſchafft die Koſten für* ihm, dem Fuhrknecht *und für* Futter und Mahl *bezahlen laſſen, imgleichen iſt ihm zur Zurückreyſe etwas aus der Küche und ein Trinckgeld übrigens ein gnædiger Gruſs an die Stadt Hamburg mitgegeben worden.* Cauſa autem factæ loci mutationis hæc videtur ſubfuiſſe. Poſt Comitis Adolphi IV. fata filii ejus Joannes & Gerardus, terris patriis inter ſe diviſis, rarius Hamburgi commorati ſunt, ſedesque fixas ſibi conſtituerunt, ille quidem *Chilonii*, hic *Segebergæ*. Deinde Regi Johanni Segeberga, quæ tunc arx primaria ſedesque Proregis Danici in Holſatia diu fuit, Duci vero Friderico Chilonium ceſſit; hinc autem Ducum ſede Gottorpiam translata, ſolen-

Et Segebergæ.

Olim Kiliæ.

Cauſa mutationis.

ſolennitas & præſtatio denariorum Hamburgenſium ſimul ad eandem ſedem principem transferri coepit.

Defectus documentorum in hoc argumento.

Quod ad harum conſuetudinum origines attinet; haud facile quidem licebit inveſtigare, quo demum tempore & qua occaſione illæ invaluerint, tabularia enim ducalia (*b*) fere necquicquam ejus rei literis conſignatum adſervant, niſi quod in Sverinenſi tabulario Literæ teſtantur: *ex antiquo jure, aus einer* ALTEN GERECHTIGKEIT *obtinere, quod Ducibus in veſpera Martini offeratur dolium recenti muſto rhenano refertum,* notante *b.* JO. SCHULTZ *Archivario Sverinenſi in vita MSC. Ducis Chriſtiani Ludovici ad a. 1663. &* AUTORE *Annal. Sverin. MSC. ad a. 1592. ubi ita: Es hat zwar* Lübeck *ſich dieſer* Præſtation *einige mahlen zu entziehen geſuchet; iſt jedoch durch Verbiethung der Zu-und Durchfuhr dazu wiederum genöthiget worden, wie dan a. 1592. und 1593. zu Zeit der Regierung Hertzogs* Ulrichs *dieſe feyerliche Handlung unterlaſſen worden, worauf aber durch Arretirung der Lübeckiſchen Kauffleuthe und Waaren, der Stadt-Raht zu* Lübeck *gemüſſiget worden a. 1594. auf Faſtnacht den Martensmann mit den zurückgebliebenen Wein einzuſenden. Gleichfalſs iſt zwar der Martensmann a. 1663. bey Abweſenheit des Hertzogs* Chriſtian Ludewigs, *welcher ſich zu dieſer Zeit in Franckreich befand, abermahl ausgeblieben; da aber der Hertzog im folgenden Jahr zurück gekommen, hat die Stadt Lübeck ihr gefallen laſſen müſſen, den Martensmann im Sommer d. 13. Aug. a. 1664. anhero zu ſenden, da den derſelbe zu folge der ſonſt zur ordentlichen Zeit am Abend des Biſchoffs Martini hergebrachten Gewohnheit, Abends um 7. Uhr mit der Laterne zur Tafel in der Küchen-Stube aufgeholet worden, ohngeachtet es noch am hellen Tage geweſen. Es hat auch gleichfals* Lübeck *in dem dreyſſigjährigen Krieg zu* Wallenſteins *Zeiten zwar verſuchet, durch eine* offerirte *Geld-Summe ſich dieſer Lieferung zu entledigen; es iſt aber ſelbe nicht angenommen und die Stadt* Lübeck *angewieſen worden, einen Martensmann zu rechter Zeit jährlich zu überſenden und dieſer feyerlichen Dienſtleiſtung ein Genüge zu thun.* Ad conjectiones itaque res incerta redit, quarum potiores percenſebo.

Originum conjectura prima ex moribus vicinitatis veterum Germanorum.

Prima derivata eſt ex veterum Germanorum ritu oblationum, quæ factæ ſunt ex VICINITATIS *conſuetudine*, de qua TACITUS *de moribus Germanorum c. XV. Mos eſt civitatibus ultro ac viritim* CONFERRE *principibus vel* ARMENTORUM *vel* FRUGUM *aliquid, quod pro honore acceptum, etiam neceſſitatibus ſubvenit, gaudent præcipue* FINITIMARUM *gentium donis, quæ non modo a ſingulis ſed* PUBLICE *mittuntur, electi* EQUI, *magna* ARMA, PHALERÆ, *torquesque jam &* PECUNIAM *eos accipere docuimus.* Fruſtra interpretes ad hunc locum tributa debita, decimas redituum frugumque, vectigalia & alias exactiones lege imperatas comminiſcuntur. Non confundendæ ſunt principum Romanorum infinitæ & violentæ expilationes cum penſionibus antiquis Germanorum, qui non laceſſiti mandatis & poenis, ſed virtute moti Principibus ſuis in ſignum obſervantiæ & cultus regiminis, reipublicæ & ſubditis proficui, largius ſponte obtulerunt præſtationes, quæ deinde compoſitis ordinatius veterum Germanorum Societatibus ruralibus & civicis, attemperatæ fuerunt ſubditorum fundis, a quibus iſtæ penſiones appellari cœperunt *terragia, agraria, orbethæ, cenſus arearum.* Et quamvis negandum non ſit, quod recentiori ævo, mutato etiam Germaniæ ſtatu civili & militari, laudatæ ſimplices & æquiſſimæ Germanorum penſiones excreverint in multiplices varii nominis cenſus; ex Taciti tamen verbis facile colligitur, quod iſto ævo tum ſubditi Principum ad teſtandam obſervantiæ fidem, tum vicini eorum ad tuenda mutuæ concordiæ vincula, oblationes iſtas *contulerint* ſine ſuperiorum Principumque juſſu, ultro quidem pro temporum rerumque ſtatu & ratione. Utrum vero his antiquiſſimis majorum inſtitutis Solennitates, quas recenſui, natales ſuos debeant; id quidem dubium videri illis poterit, qui paulo ſollicitius inquiſiverint in ſocietatum ſeu civitatum & pagorum veteris ævi indolem, juriumque territoriorum nexum & rationes, a quibus hodiernæ infinitis paraſangis diſtant. At licet omnino differant, ſtatu enim omnis reipublicæ civilis & privatæ valde immutato, non poſſunt non variare & Legum & conſuetudinum conditiones; nihilominus tamen negari nequit, quod a vetuſtiſſimis Germanorum moribus aliquando etiamnunc rite derivetur conſecutio ad hodierna inſtituta, præcipue quoad

(*b*) Nec in Lubecenſium archivis de horum ſolemnium rationibus quicquam reperiri teſtatur JACOBUS *a* MELLE *in Literis d.* 23. *Apr.* 1737. *Doleo omnino me, quamvis patriæ meæ antiquitates a multis annis ſollicite perquiſiverim, nil quicquam tamen hactenus de Martiniani Lubeco-Sverinenſis origine reperire potuiſſe, quam & omnes, quotquot coram conſului, ignorant; nec de ea re aliquid in meis collectionibus notavi, quas poſt mea fata Curiæ deſtinavi, ut ibi ſerventur, ſicuti Korneri Chronicon in Camera & Labores Franciſcani MSC. in Wetta cuſtodiuntur.*



Ara Got=
torpia.

Majaſia
Kiliæ, Got



Tab: B. ad Præfat: Tom: IV. pag: 7.

Majalia Hamburgensia
Kiliæ, Gottorpiæ, Segebergæ.









Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoad atavitos *ritus* & *ſymbolicas conſuetudines*, quæ, licet ſtatu territoriali & publico immutato, perdurarunt tamen, vel reliquiarum inſtar propagatæ ſunt in recentiſſimam ætatem. Voco ſaltim in exempla ſolennitates ſpeciatim apud Cimbros hodieque uſitatas, ritus *effeſtucationis*, *ſcotationis*, *inveſtituræ cum pileo*, ſolennitatis *proceſſus ruralis*, *circulorum & lancearum quatuor judicialium*, *conſuetudinis infligendorum colaphorum memoriæ cauſa tempore finium inſpectionis*, ritus *deductionis ſponſarum* apud Föhrenſes vulgo *die Uthſchufung* appellatæ, ut plura taceam ſingularia argumenta rituum morumque civilium, eccleſiaſticorum, feudalium, oeconomicorum, militarium, criminalium, opificiariorum & forenſium, ex antiquiſſimo medioque ævo ad recens transmiſſorum. Quid? quod hiſtoriarum monumenta prodant, quod laudatiſſimi veteres Germani, Gothi, Cimbri, Normanni, Suevi, Longobardi, qui alpium juga ſuperantes Italiam Galliamque ſubegerunt, ipſas ſolennitates mutuarum oblationum in expugnatas ſedes intulerint adeoque feliciter cum incolis communicaverint, ut, licet memoria Victorum dudum extincta ſit, rituum tamen ab iis invectorum veſtigia etiam nunc ſerventur. Exempla ſi deſideraveris, ablegatum te volo ad Rempublicam Capuenſem, cujus Senatus hodieque Regi annuatim, ſi quidem præſens ibidem fuerit, octoginta vaſa omnis generis frugibus onerata, cum cavea quadam avibus repleta, offerre ſuevit; quæ ipſa munera Regi Carolo a. 1734. d. 22. Dec. adventanti delata fuiſſe refert ZSCHACKWITIUS *in deſcriptione Europæ ſtatus noviſſ. P. 20. p. 1054.* ubi & hanc conſuetudinem, principibus territorialibus offerendi fruges ab *antiquiſſimis Germanorum moribus* repetiit. Plerique enim Neapolitanorum cum Germanis mutua olim conſortia coluerunt; quædam etiam illuſtrium gentium ipſis proſapiam debent vel originem acceptam referunt, quod CAMILLUS PEREGRINUS *in antiquit. Capuæ ed. a. 1651.* & CARACCIOLUS, *patritius Neapolitanus, in Opuſculis hiſtoricis* apud eruditiſſimum MURATORIUM *Scriptor rer. Italicar. T. XXII. n. 1.* haud diffitentur. Ita etiam in antiquiſſima Umbriæ urbe *Peruſio* florent adhuc *Gryphonum* gens illuſtris a *gryphibus Gothorum* appellata aliæque plures, quæ ipſo nomine originem germanicam referunt. Ex quibus nobilem *Piſlioriorum* in tractu Bononienſi progeniem, *Barilliorum* apud Neapolitanos, *Martelliorumque* a Gothis oriundorum nec aliud quam gryphis inſigne geſtantium proſapiam laudaſſe ſufficiat. Ingens enim numerus horum nominum propriorum, cognominum agnominumque Germanicæ originis legi poterit apud JANUM GRUTERUM *P. II. Tom. II Corporis inſcriptionum, in indicibus Parte VI. Cap. XXXIII. fol. CX. ſeqq.* Ipſæ quoque urbes eodem teſte *d. l. p. XLI.* & inter has Verona docente VELLEJO *in notis ad Cantilen. heroice P. 1. n. 10.* a Danis & Gothis appellationem nactæ ſunt, quin hodieque in plurimis Italiæ locis & urbibus earumque ſacellis, templis, ædificiis, numis, ſtatuis & lapidibus ſepulchralibus varia *Gothorum Teutonumque* inſtrumenta, inſignia tauri, leonis, gryphis, ipſæque inſcriptiones gothicæ conſpiciuntur, certo indicio, Germanos & poſteros & mores ſuos reliquiſſe apud Italos, quemadmodum explicatius teſtantur ANDR. *du Cheſne dans l' hiſtoire des Papes & ſouveraines Chefs de l' egliſe a la vie du Cregoire XI. p. 737.* PERINGSKIOLDUS *in notis ad vitam Theoderici Regis Oſtrogothorum & victoris Romæ p. 527.* PONTOPPIDANUS *in geſtis & veſtigiis Danorum extra Daniam ſpeciatim in Italia & Gallia T. I. p. 78. p. 185. ſeqq.*

Secunda conjectura ex decoro gentium & officiis obſervantiæ erga Principes præſentes

Secunda conjectura conſuetudinis originem refert ad officioſam & decoram Lubecenſium ac Hamburgenſium obſervantiam, qua præſentes vel reſidentes olim ibidem Principes more gentium, reverentius proſecuti ſunt. Tradunt enim annales, Duces Megapolenſes olim ſæpius, præcipue diffidationum bellorumque, quæ Megapolin ſæpiſſime obruerunt, temporibus, Lubecam conceſſiſſe ibique fuiſſe commoratos. Addunt alii: Principes ibidem a Magiſtratu ſæpiuscule conviviis exceptos fuiſſe, muſtumque vini rhenani admodum probantes, ejus quotannis quandam partem deſideraviſſe; ut inde Senatus civitatis occaſionem arripuerit, hoc quidem deſiderium annua muſti oblatione vel transmiſſione explere, qua facta, hæc voluntaria actio tandem, ut fieri in rebus civilibus ſæpe ſolet, in neceſſitatem quandam converſa ſit, ut juris perfecti loco haberi cœperit nec Lubecenſibus hodie liceat ſuperſedere vini ejus præſtatione. Huic opinioni locum feciſſe videtur *M.* LOCHNERUS *diſſ. hiſt. de ſingularibus quibusd. Mecklenb. c. 4. §. 4.* perhibens: *Martinalia Suerinenſia civis a Senatu Lubecenſi cum vini rhenani aut munere aut debito quotannis ablegatus ſingulari digna obſervatione reddit. Origo autem conſuetudinis hujus ſat vetuſtæ incerta manet; fert rumor, quod me amici reverendi & doctiſſimi literæ docuerunt, olim Sereniſſimum Ducem quempiam Suerinenſem Lubecæ ab*

ampliſſimo ſenatu convivio exceptum vinum, quod bibebatur, vehementer collaudaſſe; id vero cum auſcultarent hoſpites, ſpopondiſſe ipſos, annuum ejus donum ſe Principi transmiſſuros, Principe rurſus pollicente, ferinarum carnium mutuo munere ſe Lubecenſium vina compenſaturum. Sed vaga hæc videtur cogitatio, fido argumento deſtituta, cui nec ſolennitates nec rerum circumſtantiæ appoſite reſpondent. Quod Nordalbingiæ Holſatiæque Comites attinet, res teſtatiſſima eſt, quod Hamburgi velut in Metropoli Stormariæ (c) commorati ſint reſederintque, ut inde in veteribus chartis paſſim appellentur Comites Hamburgenſes notante GOLDASTO *in Memorandis holſaticis P. 1. c. 1.* & LAMBECIO *L. II. rer. Hamb. p. 2. n. 10.* Speciatim conſtat Comites Holſaticos Schowenburgenſes Hamburgi nonſolum templa præcipua & Monaſteria inſtauraſſe & ædificaſſe; ſed & ſedes ſibi convenientes ibidem fixiſſe, quarum memoria etiam nunc *in platea Schauenburgica ſeu regia* verſus templum S. Jacobi ſervatur, hodieque perennat tam in *Palatio* ibidem ſito *Schauenburgico* (d) & undecim, quæ ad illud pertinent, habitationibus; quam in *domo Holſatica Schawen-*

(c) Ita ADAMUS *Brem. Hiſt. eccl. L. 3. c. 27.* AUTOR *Chronicæ Slav. germanice editæ, Wendiſche Kronick ad a.* 1281. quæ latine reddita exſtat apud LINDENBROCHIUM *Script ſeptentr. p.* 206. GOLDASTUS *in memoriis Holſaticis T. I. Monum. Cimbr. P. 2. c* 10 *p.* 1152. TRAZIGER *Chron. Hamb. ib. T II p.* 1259 1275. PETRUS LAMBECIUS *orig. Hamb. L. I p. 5 n. 14. & Chronol. L. I. p. 97. n. 8* BUSSINGIUS *in Topographia Hamburg. ap. Stapherſt T. II. Hiſt. Eccleſ. Hamb. p. 90 § 1. 4* Audiamus HERMANNUM LAMBECIUM *Conſulem Hamb. in prooemio gloſſarum MSC. a.* 1497. *ad Ordalia ſeu antiquiſſima ſtatuta Hamb. & in gloſſa ad Statutorum Sect. A. art. 1. p. 8. In den olden Hiſtorien ſpört man kên Beſ bed van dſſen Landen bet an de Tid Caroli des Groten, da betügen de Hiſtorien, dat tho den Dage im Lande tho* HOLSTEN, *un in de Herſchup* STORMARN, *darinne* HAMBURG *iſs belegen, regerde ein Eddelmann* Albion, *de ſick dopen let mit* Widekinde *dem grotmodigen Fürſten der Saſſen.* ET AUTOREM *Summariæ refutationis remonſtrationis Hamburgenſi apud* LONDORP. *P. XII. p.* 535. *Inficias ire nemo poteſt, Hamburgum in Stormaria ſitum ac proinde Regi Daniæ tanquam Duci Holſatiæ & Stormariæ, Principi ſuo & hæreditario Domino homagii fide obſtrictum eſſe. His quidem Autor ut contra eat, plurima ſibi ſumma fingit, & ut non omnino nihil opponat, ad antiquam annalium fidem provocat, e vetuſtis, neſcio, quibus literarum monumentis probaturus, Hamburgum* STORMARIÆ *ambitu non contineri, ſed confinio tantum jungi, nec aliter inclytæ domui Holſaticæ quam mutua officiorum opera devinctum; quod Holſatiæ quidem Comites nonnulla Privilegia Cæſarea pro urbe impetraſſent, eique in ipſis ſuis ditionibus immunitates a vectigalibus aliisque rebus conceſſiſſent, Hamburgenſes autem viciſſim mutuam Comitibus operam auxiliumque præſtitiſſent. Verum, ut montes ac urbes ſuo dimovere loco difficile eſt, ita Autori non minus arduæ molis res erit, hunc, quam fingit, translocationi vel levem veritatis ſpeciem colloremque conciliare. Non minus enim totius orbis judicio, quam antiqua ac recentiori Hiſtoricorum fide comprobatum eſt, Hamburgum citra omnem controverſiam in territorio* STORMARIÆ *ſitum. Ipſe* TRAZIGER *Hamburgi natus, patriæque Syndicus, initium Chronici ſui ac deſcriptionis urbis Hamburgenſis facit his verbis: Hamburgum in Stormaria ſitum. Cui aſſenſum præbet* CRANTZ *Sax. Lib 8. cap. 15. verb.* STORMARIA *inſigne & vetus oppidum Hamburgum habet: Item* SPANGENB. *in Chron. Schauv. L. I. c 5. verb. Altera,* inquit, *provincia* STORMARIA *etiam* HAMBURGUM *complectitur, adhuc hodie in territorio Stormarienſi ſitum. Dum contrarium ſuſtinet autor, in ipſos Majores ſuos injurius eſt, quippe qui non tantum in ſolenni actu homagii, atque ita in conſpectu Dei faſſi ſint, ſe membra ducatus Holſatiæ & Stormariæ, non vero ejus conterminos & vicinos eſſe. Sed in literis ad Sereniſſ. Reg. Dan. Majores datis, his verbis expreſſis uſi fuerunt:* HAMBURGUM *antiquitus pro membro Ducatus Holſatiæ habitum, atque etiamnum Holſatiæ Duces ſuos agnoſcere Principes, neque S. Romano Imperio immediate ſubjectum; quod rerum judicio manifeſtum, & extra omnem controverſiam poſitum eſt. Idem repetiere Hamburgenſes in ſcriptis ſuis contra Actorem Fiſci Cæſar. Cameræ Spirenſis, his verbis: Palam eſſe & conſtare inter omnes, Hamburgum non ipſi S. Rom. Imperio, ſed Holſatiæ immediate ſubjectum eſſe. Quod adeo clarum & extra omne dubium eſt, ut etiam Hamburgenſes velut membra Holſatiæ & Stormariæ ad Comitia provincialia citati, ibidem ſe etiam præſentes ſteterint.*

Comitum ſedes & Palatium Hamburgi.

(d) Palatium hoc olim poſſeſſum & inſtauratum legitur præcipue a Comitibus proſapiæ Schaumburgicæ, lineæ Wagricæ; qua in venis Comitis Adolphi XII. a. 1390. nxtincta, binæ reliquæ Comitum ſtirpes Stormarica & Schaumburgica ſtricte ſic appellata, hæreditatem ita partitæ ſunt, ut Ottoni II. lineæ Schaumburgicæ, Domino Comitatus Schaumburgi Weſtphaliæ, obvenerint inter reliquas dictæ hæreditatis partes, *aula Hamburgenſis*, ceſſante receſſu diviſionis hæreditariæ inter laudatos comites initiæ Kiliæ *dominica miſericordias Domini* a. 1390. *Tho dem erſten, dat Wir Greve* OTTO, *Praveſt* BERNDT, *Juncker* ALEFF, *Juncker Wilhelm, unde unſe rechte Erven, ſchöllen behölden* ERVLICKEN *war wir gehatt hebben, alduſs lang in* UNSE WEHREN *in de Stadt Hamborg, unde in dem Lande to Holſten und tho Stormarn, und darto alle de Werdere, de an de Elve liggen, de wi aldáslang gehat hebben in Unſe Wehren; hierinhaven, ſo geve wi Greve* CLAUS *vorbenöhmbt, Unſen leven Veddern, Greve* OTTEN, *und Praveſt* BERENDT, *vörbenöhmbt unde ehren rechten Erven, doch Lenen willen, des ſe Uns gelavet hebben, und dörch vedderlicke Leve willen achte duſent Lübſche Pfenninge, als de Bref uthwiſet, den wi unde unſe Vedder Hertzog Gerdt vorbenöhmbt darup gegeven hebben. Vortmehr geve w ehnen* UNSEN HOFF *to Hamborg, de da ligt gegen dem Kerckhave Sünte Jacobi, de Unſen Vedder Greven* ALEFF *ſeelig Dæchtniſſe gehæret hat; vortmehr ſo geve wi ehnen dat Land den Billenwerder, unde alle de Werdere, de dartho hören, alſs de belegen ſyn tho ehren ſcheden, mit allem* RECHTE, *mit* LEHNEN, *beyde Geiſtlick und Weltlick, unde düſſe vorbenohmbte* HOFF *und* LAND *ſchöllen Unſe vorbenöhmbte Veddern um dat ſülvige löſen, dar ſe vör uthſtahn, wen ſe, edder ehre* ERVEN *willen; Unde dartho ſo geve wi ehnen alle de* GERECHTIGKEIT, *de Unſe Vedder Greve Aleff, vorbenöhmbt, hadde in dem Tegenden tho dem* OSSENWERDER, *dar de van Medingen anfördern. Vortmehr ſo geve wie ehnen up den Dodt Unſer Veddercken, Frouen Annen, de Greven Aleffs Froue was, dat* NIE LAND *unde de* NIE STADT *de in demſülven Lande ligt by de Elve; diſſe vorbenannte Lande und Stücke ſchölen ſe antoſten und beſitten na Dode unſer Veddercken vorbenömet, to ewigen tiden mit allem Rechte, mit allen thobehöringen und* LENEN *geſtlick und werltlick.* Exâreſcente vero per obitum Ottonis VI. hac linea a. 1640 tranſiit hæc cisalbinæ hereditatis portio in poſſeſſionem & dominium Regis Chriſtiani IV. & Ducis Friderici ſenioris, uti explicate patet ex Transactione præliminari hereditaria d. 7 Dec. a. 1640. inita receſſuque diviſionis hæreditariæ facto Pinnenbergæ d 20. Jun. a. 1641. ubi ita: *Der Schauenburgiſche* ZOLL *und* HOFF *in Hamburg, wie ingleichen die Schauenburgiſchen*

Schawenburgica e regione ejusdem plateæ sita, vulgo *Herren* & *Möllenhoff* appellata (*e*), cui novemdecim aliæ ædes adnumerantur. Quod vero Comites Holsatiæ aliquando & Lube-

---

schen Præbenden *und* Vicarien *in Hamburg bleiben* in communione, *und haben von den Auffkünfften des Zolles und Hofes I. K. M. drey Theile und I. F. G. zwey Theile zu gewarten, gestalt dann, die Diener, denen die* Inspection, *Auffsicht und Einnahme hierüber anbefohlen, von beyden Herren sollen besoldet und in beyderseits Pflicht sollen genommen werden. Wass auch sonsten an Bau-Kosten und nothwendigen* Reparationen *muss angewendet werden, solches soll unter beyden I. K. M. und F. G.* pro rata *ihrer Theile abgeführet werden. Die* Collationes *aber der* Præbenden *und* Vicarien *werden* secundum turnum *gehen.* Post Ottonis itaque ultimi lineæ Westphalicæ Comitis Schaumburgi & Pinnebergæ mortem, Palatium Schaumburgicum cum Holsatiæ seu Pinnebergæ Comitatu, avito jure rediit ad Dominos Nordalbingæ territoriales, Comites olim, nunc Principes & Duces Holsatiæ. Palatium vero laudatum, antiquum, solidum amplumque ædificium muris cinctum, æde contermina, stabulis, areis duabus, curruumque receptaculis, spatiosis pomario & horto rei culinariæ & floriferæ inservientibus instructum, speciali significatu vocari solet *der Schaumburgische Hoff*, aula veterum comitum Schaumburgicorum sedes; cummuni autem & latiori sensu præterea complectitur undecim domos a latere palatii in eadem platea sitas; quas omnes, aula conprehensa, Duces Holsatiæ, communi regi & Duci jure, aulicis administris, alteri regio, alteri ducali, instar beneficiorum, conferre cœperunt, ut sub lege & vinculo ulterioris fidei annuis ædium reditibus conjunctim utantur ad vitæ dies. Testantur hoc regiæ & ducalis investituræ codicilli Cancellario CHRISTOPHORO *de* LIPPE & Præfecto Cismarienſi & Oldenburgico NICOLAO de QVALEN, primis a. 1641. aulæ Beneficiariis dati, denuoque post fata eorum concessi regio & ducali ministro, intimis Consiliariis PETRO de BULCHE & FRID. CHRISTIANO KIELMANNO. Hi deinde tabulas contractuum conjunctim consignarunt ab utroque & utriusque communi mandatario *Thoma Bonarden*, Telonii Schaumb. inspectore subscriptas in festo pascatis an. 1668. quibus aulam Schaumburgicam, mortuo ejus conductore *D. Theodoro* NICOLAI, denuo locationis jure *Adriano* TEMMINGIO *J. U. D.* ad tempus sex annorum contulerunt, ædium etiam reliquarum conductoribus libellos contractuum sub obsequii fide debitarumque præstationum lege impertiti sunt. Locarium tamen tum aulæ Schaumburgicæ, tum census annui undecim domum ad eandem pertinentium inter investitos binos utiles dominos seu beneficiarios ita distribuuntur, ut regius tres earum partes, ducalis duas percipiat, detractis saltim VIII. Thaleris, qui, ut vulgo dici suevit, pro *monitura* exsolvuntur Beneficiariorum mandatario, ipsi plerumque præfecto communi vectigalium Schaumburgicorum, cujus officium requirit, ut ædibus sartis & tectis servandis invigilet, contractus locationum expediat, solvenda etiam circa festa paschatis & Michaelis locaria recipiat tradatque dominis, eorum perceptione donatis. Eo casu vero, quo forte hoc redituum faudo nemo Ministrorum donatus est, tres illæ quintæ a quæstore præfecturæ Pinnebergicæ, duæ reliquæ partes a scriba præfecturæ Reinbecensis accipiuntur & in rationum codices referuntur, contractus quoque locationum conductionum a Præfecturis vel ex earum mandato a communi vectigalium præfecto expediuntur, prouti testantur literæ contractus a regio aulæ usufructuario, status consiliario *Frid. a* GABEL *Equite* & a telonario Schaumburgico *Thom. Diet.* BONORDEN, prævio præfecturæ Reinbecensis consensu, deficientis ducalis Beneficiarii loco consignatæ & possessori alicujus ædis ad palatium pertinentis traditæ, datæ *in aula Schaumburgica in festo Michaelis* 1684. item ejusdem Regii Beneficiarii & Telonarii Bonardii Literæ *d.* 1 *Sept* 1685. scriptæ, quibus contractus Locationis conductionis Palatii cum D. Temmingio initus ad viginti usque annos prorogatur. Ratio vero inæqualis redituum partitionis repetenda est a controversiis post obitum Comitis Ottonis VI. ab ipsius matre comite de Lippe ex capite *allodii & prætensæ proximioris hæreditatis* motis, a Fisco etiam imperiali *ex argumento caducitatis feudi* oppositis regi Christiani IV & Duci Holst. Friderico Seniori, qui Comitatum, ceu Ducatus Stormariæ partem sibi vindicabant *jure aperturæ & simultaneæ investituræ.* Has lites non solum præcipue sopire studuit Rex laudatissimus; sed ipse etiam contractis ab Ottone ejusque antecessoribus comitatus Pinnebergici debitis solvendis, præcipuam partem impendit; unde etiam factum est, quod integer comtatus divisus fuerit in quintas partes, quarum tres regiæ Pinnebergam, Hartzhorniam & Hatzeburgum, binæ ducales præfecturam Barmstede complectebantur. En Regis verba in Transactione inita d. 7. Dec. 1640. *Haben Hœchst und Hochgedachte I. K. M. und F. G. nach vorgangenen Tractaten, sich dieserwegen freundvettevlich* respective *Væter- und Sœnlich end- und gæntzlich verglichen, derogestalt und also, dass alle und jede solche I. K. M. und F. G. durch tœdtlichen Abgang vor wolgemeltes Hevrn Grafen zu Schawenburg zugewachsene und angefallene Lande, in fünf gleiche Theile von einander gesetzet, davon mehrhœchstgemelte I. K. M. wegen der* prætendirten Spesen *einen, als den fünfften Theil, voraus nehmen, die übrigen vier Theile aber zugleich von einander gesetzet. Also dass Hœchstged. I. K. M. davon zwo Theile und die übrigen zwo Theile hochernandter I. F. G eingeræumet werden sollen.* Indoles harum ædium ad naturam bonorum emphyteuticorum & censiticorum *juris Germanici* proxime accedit. Cum enim pleræque ædes a 1646. communibus Regis & Ducis sumtibus, advectis ex utraque præfectura lignis tignisque, instauratæ fuerint; quibusdam etiam earum primis conductoribus larga remissio locarii per duos tresve annos indulta fuerit, ut eo lucro commode uterentur in reficiendis ædibus ruinosis; hinc factum est, quod conductoribus hæreditariis præscripta fuerit conditio, ut suismet sumtibus ædes sartas tectasque, meliores etiam, servent, iisque vel ipsi utantur vel eas, prævio Dominorum consensu, ad successores & hæredes transmittant ea perpetua lege, ut Dominis territorialibus fidem & obsequium præstent, beneficiariis Dominis annuum locarium seu censum fundarium in coronis Danicis exsolvendum statis temporibus exhibeant, securitatem hujus solutionis sub hypotheca bonorum vel accedente cautione subditi alicujus coram judicio præfecturæ Pinnebergensis vel Reinebeccensis polliceantur, privilegiis etiam & immunitatibus ædium recte utantur, & si quid illis & jurisdictioni & ducalibus utilitatibus oppositum fuerit, id mox vel beneficiariis Dominis vel eorum mandatariis vel residentibus Hamburgi Ministris regio & ducali denuntient, uti explicate testantur Literæ locationum a Dominis beneficiariis ædium possessoribus traditæ. Frustra GOLDASTUS *in memoriis comitatus Holsatici Tom. I. Monum. Cimbr. p. 1. c 3. §. 3 in nota 9 p. 883.* asserit; *Albertum Stadensem ad a.* 1139 *& Trazigevum Chr. Hamb. P. 3. pr.* AULÆ *hujus* SCHAUMBURGICÆ *mentionem feciſſe*; loquuntur enim de castro seu propugnaculo prope Alstriam.

Ædium Schaumburgicarum indoles

(*e*) *Vide Præf. ad Tom. I Monum. p. 37. in not.* Hæc aula vel a *Molis* vel a *Mœhlenio* possessore olim appellata, sæpe in documentis antiquioribus venit sub nomine *Konnigshoff*, forte a possessore quodam cujus in antiquo indice Schaumburgensium fundorum seculi XV mentio injicitur *Nicolao Konnigio*, cui forte Comites pomœriagiæ seu molaris & areas quasdam testantibus chartis seculi XIII. XIV. ibidem sitas tradiderunt, ut, servata lege censitica, ædes quasdam iis inædificaret. Non insolita sunt hujusmodi rei exempla alia, ex quibus constat, quod integræ viæ, plateæ, sylvæ a primis autoribus & cultoribus appellationem nactæ sint. Testes sunt *Milites de Wensin*, qui Conventui *Uterſen* prævia præstatione *Pacis & banni* (*Lachbietung*) *Selandiæ* (resignationis judicialis) & *Warandiæ* vendiderunt prædium *Cortenmohr* cum reditibus *des Kœniges Holtzes*, sylvæ regiæ a possessore *Johanne Ka-*

Origo & indoles aulæ Schaumburgicæ.

Lubecæ commorati fuerint, egerintque ibidem vel pacis publicæ & negotiorum territorialium, vel ludorum equestrium aliorumque festorum celebrandorum causa; id quidem constat

Kœnigholten appellatæ. DIPLOMATAR. *Coenob. Uterf. h. l. p.* 3481. Poterit tamen etiam appellationis ratio facile repeti a tempore Regis Daniæ Waldemari II. qui, postquam Comes Adolphus III in sola possessione Comitatus *Schaumburgici* acquieſcens, juribus suis ac terris cisalbinis renunciaverat, has omnes acquisivit, vindicavitque sibi igitur & ipsas ædes, areas, aulas & molas Schaumburgicas Hamburgi sitas, quas possederant vel partim ipsi exstruxerant Schowenburgici Comites Holsatiæ Stormariæque Domini *Adolphus III. Adolphus IV* testante hujus Charta de a. 1238. apud LAMBECIUM *L. I. n.* 93. Plura de hac causa referunt ARNOLDUS *Lubecenſ. Chron. L.* 6 *c.* 17. & SPANGENBERG. *Chron. Schaumb. L.* 1. *c.* 24. *p.* 56 quorum aliorumque fide constat, Waldemarum eodem tempore Lubecam etiam civitatem sibi subjecisse, ubi hodieque *platea regia* forte nomen servat a loco, ubi Dani exstruxerant castrum, postea dirutum & in monasterium conversum. Ita enim SPANGENBERGIUS *L. I. c* 30. *p* 71. *So übergab auch Graff Adolph IV* (victo in pugna Bornehovedensi Rege Waldemaro II. a. 1227.) *ſeine Burg oder Behauſung zu* Lübeck *den Prediger-Mœnchen, daraus ein Cloſter zu bauen; da aber die Burg geſtanden, wird heutiges Tages noch in der* KÖNIGS-STRASSE *genennet.* Recentissima ætate aula molaris nominari coepit *der Pelican* a lapide, cui Pelicanus insculptus est & a signo suspenso hospitii causa a possessore. Certum omnino est, aulam hanc regiam seu molarem a Palatio Schaumburgico in annalibus & chartis distingui & distinguendam esse omnino. Hoc enim demum ex hæreditate Comitatus Pinnebergici & post exstinctam stirpem Comitum Schaumburgicorum Guestphalicam ad Duces Cimbriæ perpetuo jure transiit rediitque; illa vero aula ante diutius & nullo non tempore a Comitibus lineæ nordalbinæ & regnantibus Holsatiæ, possessa fuit & ad Duces translata. In Recessu divisionis tertiæ hæreditariæ inter Fridericum II. Regem & Adolphum Ducem factæ a. 1581 diserte AULÆ REGIÆ mentio exstat: *Die Stadt Hamburg, und was fur Gerechtigkeit, Wir und Unſer gottſeeliger Vetter und Bruder darinne gehabt und von Rechtswegen haben mœgen, ſoll hinfuhro Uns, und Unſern Erben gemein ſeyn und bleiben. Was Wir auch als Hertzogen zu Holſtein in den Stifftern Lübeck und Hamburg von* Prælaturen, Canonicaten, Commenden *und* Vicarien *zu verleihen haben, ſoll Uns auch gemein bleiben, alſo und dergeſtalt, daſs Unſer einer umb den andern* per vices *nach Andeutung und Ausweiſung der alten Erbtheilung und hergebrachten Gebrauchs und* Exercitii, *dieſelben ſollen zu* conferiren *und zu verleihen haben, imgleichen es auch zu halten, mit dem* HOFFE *in* HAMBURG, *der* KÖNIGS-HOFF *genandt, welchen jetzo Kilian Fux aus Belehnung weiland Unſers gottſeeligen Herrn Vaters und Bruders, Kœnig Chriſtian des dritten hochmilder und lœblicher Gedechtniſs beſitzt.* Hoc vero ævo palatium Schaumburgicum non in Ducum Holsatiæ, sed Comitum Schaumburgensium possessione fuisse dubio plane caret. Accedit fides indicis *seu Regiſtri Beneficiorum, quæ a Ducibus Holſatiæ Lubecæ, Lutini & Hamburgi per vices conferuntur, publica fide a.* 1608. *conscripti: Zu Hamburg wird* VERLEHNET *der* KÖNIGSHOFF; *iſt itzo* D Jonasse CHARISIO *von Kunnig Chriſtian dem Vierdten verlehnet und auf deſſen Fall hat der Herr Cantzler* D. NICOLAUS JUNGE *für ſeinen Sohn Chriſtian die* Expectantz *darauf erhalten.* Indubie hoc loco intelligi debet aula a molis appellata; a Comitibus enim Schaumburgicis hoc tempore possidebatur palatium Schaumburgicum, quod demum mortuo Comite Ottone VI. ad Duces rediit a. 1640. Idem sponte patet ex Literis Ducis Friderici ad Regem Christianum IV. de reparanda aula molari perscriptis Gottorpiæ d. 30 Jan. an. 1638. *Nun ſind mit E. Kœn. Würden Inhalts Dero gethanen Schreibens vom 27ten huj. von* Christianpries *Wir darin nochmahlen einig, daſs aus eingeführten beweglichen Motiven, Unſer* GESAMBTE HOFF, *in Unſer beyderſeits Stadt Hamburg wieder gebauet und in guten Standt gebracht werde. Maſſen Wir dann Unſern Raht, Amtmann zu Tremsbüttel, Steinhorſt &c und lieben getreuen Chriſtoff Hanſi von Bülowen zu ſolchem Ende verordnet, und demſelben gnædig anbefohlen, uff E. K. W. Deputirten* Aviſation *ſich in Hamburg zu begeben, nebenſt denſelben das Gebawte auf gemeltem Unſerm beiderſeits Hoffe, in Augenſchein zu nehmen, mit Zuziehung erfahrner Bauleute einen Abriſs zu verfertigen auch einen Uberſchlag zu machen wie das Gebawte anzulegen, auch was an* Spesen *ungefehrlich darzu erfodert werden mœchte, und von ſolchem allen ſo wol E. K. W. als Uns ihre ausführliche* reſpective *underthœnigſt, und underthœnige* Relation, *mit ihren einverleibtem Guetachten, in Schrifften einzubringen, worauf Wir beyderſeits Uns alsdan endtlich eines gewiſſen zu entſchlieſſen haben; Stellen derowegen E. K. W freund-Vetter- und Sœhulich anheimb, ob Sie auch jemandt der Ihrigen verordnen wollen, welcher mit gedachtem Bulowen eines eigentlichen Tages ſich vereinbahren und deswegen obgedachter maſſen an die Handt zu geben hetten.* Et ex responsione Regis ejusdem data Haderslebiæ d. 8. Febr. e. a. *Wegen des Hauſes in Hamburgh und deſſelben nothwendigen Beſichtigungh, wollen E. Lb. Dero Raht und Ambtmann zum Tremsbüttel und Steinhorſt Chriſtoph Hanſen von Bülowen darzu auf Maaſs und Weiſe, wie ſie in ihrem Schreiben erwehnet,* committiren, *welcher von allem getreulich kan* referiren, *und haben E. Lb. Uns davon nachgehents weittere Nachrichtungh zu geben* Accedunt ipsæ Literæ regiæ recentissimæ, quibus STÖCKENIUS a. 1707. & VIEREGGIUS a. 1717. cum feudo aulæ molaris investiti fuerunt, hac notatæ inscriptione: *Königliche Belehnung auf den Hoff in der Stadt Hamburg, der* KÖNIGSHOFF *genannt.* Quo nomine eadem molaris aula insignitur in literis ducalis investituræ *Christiano* JUNGIO concessis, quamvis non negandum sit, quod tam in contractibus, quam literis & rescriptis mira circa denominationem ædium Schaumburgicarum, speciatim utriusque aulæ regnet erronea variatio. Cui tribuendum est, quod etiam in literis investituræ CALLISENIO Consiliario ducali Gottorpiæ d. 16. Febr. a. 1711. & supremo Cubiculario RÖPSTORFIO Carlsbergæ d. 23. Jul. a. 177 datis aula molaris venerit sub generali denominatione *ædium quarundam ad* AULAM SCHAUMBURGICAM *pertinentium.* De ipsis Ministerialibus, quibus Principes reditus ex ædibus locatis percipiendos olim concesserunt, constat passim ex citatis chartis & documentis. Post *Kilianum* FUXIUM, regium a. 1581. hujus aulæ beneficiarium, a Duce Adolpho cum eodem beneficio investitus fuit FRIDERICUS TRAZIGERUS a. 1591. donuo vero a Rege Friderico II. Decanus Capituli Hamburg. *Vitus a* WINSHEIM, de cujus cum Trazigero lite restantur literæ quædam insertæ *Relationi de aula Schaumburg. ed Hamburgi a. 1736. inter documenta n.* 17. 18. 19. Sopita lite successerunt regius investitus *Jonas* CHARISIUS a. 1608 post ejus fata ducalis beneficiarius *Christianus* JUNGIUS, recentiori ætate disturbiique Holsatici tempore regii ministri *Cajus Burchard a* STÖCKEN consiliarius, status ejusque frater militiæ navalis dux vicarius. Quo mortuo a. 1710. isto beneficio ex Principum concessione usi sunt *Christ. Albertus* CALLISENIUS *consiliarius status ducalis*, post hujus autem fata a. 1717. *Carolus Henr a* VIEREGGE gloriosissimi Dan. Regis Friderici IV. consiliarius intimus; ex cujus regiæ investituræ codicillo, dato Fridrichsburgi d. 2. Jul. 1717. verba quædam huc faciunt: *Als nach jüngſthin erfolgten tödtlichen Abgang des Fürſtl. Gottorffiſchen Etats Rahts und Geheimen Secretarii Calliſen welchem am 16ten Febr. a. 1711. von dem Fürſtl Hauſe Holſtein Gottorff das Lehn über Unſern Hoff in Unſerer Erb-unterthœnigen Stadt Hamburg der* KÖNIGS-HOFF *genannt, auf die Zeiten ſeines Lebens verliehen geweſen, ſolche Lehns Gerechtigkeit eröffnet, und erlediget worden, und folglich nunmehro der Turnus, dieſes Lehn an jemand anders hinwiederum zu vergeben, an Uns, und Unſer Königl. Erb-Hauſs gekommen; daſs Wir demnach in allergnæ-

constat ex historia Adolphi III. IV. Joannis & Gerhardi, Hinrici & Nicolai Comitum. (f) Conjiciunt itaque nonnulli, quod Hamburgenses ac Lubecenses præsentibus aliquando

 Comi-

gnædigster Ansehung und Erkennung der getreuen Dienste, welche Uns Unser Etats-Raht &c. Carl Hinrich von Vieregge viele Jahre her geleistet, auch fernerhin alleruntherthænigst leisten und erweisen soll und kan, demselben ermeldten Königs-Hoff hinwiederum allergnædigst verliehen und überlassen. Thun auch solches hiemit, und in Krafft dieses, dergestalt, daß er solchen Hoff, zusambt allen angehörigen Wohnungen und Kellern ohne mænniglliches Eintrag und Hinderung einnehmen, besitzen, und allermassen Zeit seines Lebens gebrauchen und nützen möge, wie selbiger vorerwehntem verstorbenen Fürstl Gottorffischen Etats-Raht verlehnet, und verschrieben, auch von demselben gebrauchet, genützet und genossen worden; jedoch haben Wir Uns, und Unsern Königl. Erb-Successoren ausdrücklich vorbehalten, daß ermeldter Unser Etats-Raht von Vieregg selbigen Hoff, mit allen angehörigen Wohnungen und Kellern im baulichen Wesen, wie solchen die Erben des Fürstl Etats-Raht Callisen, von sich zu liefern schuldig, oder wie etwa der Hoff zu seinem Besitze über kurtz oder lang gebessert werden mögte, erhalten und nicht verfallen lassen, sondern eben also mit allen seinen Wohnungen und Zubehörungen, von Ihm baulich (sumtibus possessorum) *unterhalten, nach seinem Tödtes Fall aber von seinen Erben hinwiederum unverfallen, und unverringert (es wære dann, daß durch unversehene Feuers-Brunste, so doch Gott in Gnaden verhüten wolle! einiger Schade geschehen mögte) von sich geliefert werden soll. Wann auch Wir, oder Unsere Königl. Erb-Successoren Uns persönlich nach Unserer Erb-unterthænigen Stadt Hamburg begeben werden, wollen Wir mæchtig seyn, mit den Unsrigen Hoff zu rücken, und so lange es Unsere Gelegenheit erfordern wird, daselbst Unser* LOGIS, GEMACH *und* ABLAGER *zu halten.* Alternatim igitur nunc regius nunc ducalis investitus beneficiarius ad vitæ dies perfruitur reditibus annuis tum ipsius aulæ molaris, tum ceterarum XIX. ædium ad eamdem curiam ejusque fundum pertinentium. Indoles harum habitationum convenit cum ædibus aulæ Schaumburgicæ, quæ accedunt ad naturam locationis emphyteuticæ seu bonorum censiticorum juris germanici vulgo: *Erbzinßgüter, Erbhæuer, Vestgüter.* Possessores enim qui vel ædes nuper structas vel fere jacentes vel exustas Ducum sumtibus instauratas acquisiverunt, id beneficii consecuti sunt, ut præstituto modico censu locationis, sub *vinculis & conditionibus* supra recensitis, ipsi eorumque hæredes ædibus, dum vivunt, perfruantur vel ad alios, prævio tamen Domini beneficiarii consensu, contractu etiam actis publicis præfecturæ inserto, transferre possint sub eadem quidem, qua ipsi ædes inhabitarant, fide, cautione & perpetua obligatione de *servandis, sua met sumtibus, ædificiis sartis & exsolvendo annuo locationis hæreditariæ censu* in recognitionem *dominii fundarii & supremi Holsatico Schaumburgici.* Ipsæ Literæ locationum, quas singuli Beneficiarii ædium possessoribus denuo impertiunt, ceterique, qui sub eorum auspiciis vel ab eorum mandatariis rite conficiuntur, contractus, confirmationes pactorum & transactiones tabulis publicis præfecturæ inseruntur. Requiritur porro, ut venditiones, oppignorationes, cessiones & resignationes ædium in librum præfecturæ referantur, adversariis quoque seu protocollo debitorum & hypothecarum inscribantur. Constat etiam ex actis, Præfecturam a Beneficiario Domino vel a Ministro Hamburgi residente vel a Cancellaria communis regiminis in causis civilibus & processuum requisitam, juris auxilia emphyteutis seu ædium possessoribus tulisse, subconductores morosos expulisse, perfunctamque fuisse remediis executionum. De libertatibus ædium Schaumburgicarum & Palatii ex instituto disputavit D. THEODORUS NICOLAI *Consiliarius regius & ducalis* in MSCto a. 1660. exarato *de juribus & immunitatibus aulæ & ædium Schaumburgicarum earumque Possessorum.* Quorum exemtionem a civica jurisdictione & oneribus civitatis, quæ rebus inhærent, adstruit 1. *ex juribus residentiarum & palatiorum Principum universim*; 2. *ex prima aulæ Schaumburgicæ fundatione eiusque asyli jure*; 3. *ex circuitu ejus seu attinenti districtu, cui deinde ædes hodieque conspicuæ inædificatæ sunt, olim inculto & privilegiato*; 4. *ex variis variæ ætatis documentis jurisdictionis & historiarum*; adductis etiam 5. in exemplum *exemtionibus & indole aularum principum Durlacensium, Hennebergensium & Comitum Hanaviensium in urbe Argentoratensi, Comitum Solmensium in civitate Francofurto ad Mœnum, vulgo der Solmische Hoff, das teutsche Haus, ipsoque palatii jure Ducum Luneburgensium in civitate Brunswiga*, de quo MEISCHNERUS *Decis. Cameral. T. IV. Dec. 27.* Speciatim provocat 6tum *ad trisecularem fidem annalium Hamburgensium a tempore Johannis I.* cujus lineæ ultimus Wagriæ comes *Adolphus XII* obiit a. 1390. devolutis inde ejus juribus ad Comites successores usque ad Ottonem VI. tum etiam 7. *ad Recessum civitatis Hamburgensis communi civium suffragio promulgatum* a 1529 art. 14. *Wo den vormahlen in düsser guden Stadt vele Steden und freyheit da sick dejenen de dorch Nothdrang offte anders tho ungevalle, daruth Dodschlag entstan, gekamen, entholden und geveliget, vor ogen geweest; so sehen ein erbare Rade und gemene Borger vor gut an, dat ein jeder, de also na düssen Dagen tho sodahnen Ungevalle darut Dodschlag und ander Vorwaldunge, dat Gott vorbede, entstunde, kahmen möchte,* BAVEN UNSER LANDES-HERREN HÖVE und WAHNUNGEN *binnen düsser Stadt, gewöhnlike Fryheit der Stede, de en erbar Rad und verordnete Borger dartho verordnet und nagegeven, nemlich de 4. Carspelkerken mit dem Karkhofe und We lemen, dar de Karkherrn wanen, fry und ongefaveth ock geneten schall und van dar nicht genamen, ofte gehadet worden, idt en wære, dat en Erb. Rad und gemene Borger samtlik um markliger undath willen, datsulve na gelegenheit der tad bewilleden und ock vor gudt anzegheu. Dat överste Hospital Sunte Marien Magdalenen Closter schall doch jdermann tho allen tiden, umme nemand daraff tho nehmende, offte uth tho halende, frih und ungefarth nagegeven syn; doch schall disse articul nicht forderlick syn denjenen, de dorch undath up der Frigheit misdeden und beschlagen worden.* Prolixius explicuit hunc articulum Senatus Hamburgensis *in literis ad Regem Daniæ augustissimum d. 27. Nov. 1661. datis* de jure *asyli*, Palatio & ædibus Schaumburgicis olim ante Sacra puriora introducta competenti; a jure asylorum vero ad jurisdictionem argumentum valide haud trahi putat, ædes tamen easdem inter privilegiatos locos referendas esse nec ipse inficiatur. Idem *in literis ad summum præfectum provincialem Vinnebergicum exaratis d. 22. Jan. a. 1659* reliqua verba dicti recessus ita interpretatur: *und weil bekant, daß dero und jetzige Zeit grossen Herren curialitatis causa öffters dergleichen Prædicat gegeben worden, denen man nicht subject; so mag solches auch von unsern Vorfahren (a. 1529) in solchen respect wohl geschehen seyn, und seyn demnach die angezogene verba recessus vielmehr pro curialibus als subjectionalibus zu achten.* Posteriorem vero interpretationem Præfectus laudatus *in responsione d. 16. Febr. e. a.* prolixe tuitus est argumentis ex curiarum historiarumque rationibus repetitis. Addi poterit *Codex Ordaliorum Hamburgensium seu antiquissimi juris statutarii a. 1270. & 1277. exarati c. 1 art. 4. Wo neu man* UNSER HERREN ERVE *kopen offte Weddeschatte* (pignus, hypothecam) *nemen mot: de wittigste unde den menen Rad hebben dat gelovet dat nen man* UNSES HERRN *Erve to Weddes haffte neme, de binnen dissen* WICKBELDE *belegen is, it si an tolne, an ungelde, an münte, an molen, an Voghedige offte wæt gut it sy.*

Indoles ædium.

(f) BANGERT. *ad a.* 1261. 1343. & *ad a.* 1346. *Dux primus Mecklenburgicus* (*Albertus, filius Hinrici Leonis*) *cum Euphemia conjuge Magni Smeck* FILIA *R. Sueciæ Lubecam ac Bacchanaliorum festivitatem celebrandam pervenit. Aderat & Rudolphi Saxoniæ Ducis filius, Henricus Holsatiæ Comes & cum eo nobiles multi; post ludos equestres*

Comitum Holsatiæ hospitia Lubecæ.

Comitibus præstationes potus cibique in observantiæ signum obtulerint, easque, quum Comites rarius Hamburgum & Lubecam accesserunt, ad locum, ubi illi consederant, transmitti statuerint in memoriam observantiæ & cultum decori politici, muneribus & benevolentia ab ipsis Comitibus recogniti.

Tertia de symbolo recognitionis superioritatis territorialis.

Tertia Conjectura est eorum, qui subjectionis symbolum seu nonnihil recognitionis Superioritatis in hoc solemni annuoque spectaculo prodi arbitrantur. Instar enim prærogativæ Scriptores Annalium Megapolensium Regibus Obotritarum, & qui hos secuti sunt, Dominis & Ducibus Megapolensibus, suprematus cujusdam in Lubecam antiquam & novam, *Wagriæ metropolin* (*ff*) jura & memoriam vindicare solent ex rationibus a situ, origine, fundatione, restauratione, rerumque gestarum historia petitis. Nec diffitentur quidem rerum Lubecensium Scriptores HELMOLDUS, HERMANNUS CORNERUS, BANGERTUS, præcipue PETRUS KOCKIUS *in Chronico Lub. a. 1549. conscripto, adhuc inedito* (*g*), antiquam Lubecam *Bukuam* & *Swartovianam* non solum a Wagriæ Principibus Slaviæque Mecklenburgicæ Regibus exstructam, præcipue a Godeschalco circa a. 1040. Hinrico & Pribislao Regibus instauratam & ampliatam fuisse; sed & novam Lubecam a Critone Rugiæ Wagriæque Principe fundari cœpisse inter Travenam & Wakenitzam fluvia. Quamvis etiam Annales (*h*) testentur, quod victo Pribislao & exusta demum a Rugianis veteri Lubeca Adolphus II. Comes Holsatiæ novam urbem eo, quo hodieque floret, loco, circa an. 1140. ædificaverit; tradunt tamen Scriptores Mecklenburgici, quod *Nicolotus* Rex Obetritarum jura terræ sibi competentia tuiturus, urbem illam mox obsederit occupaveritque crudeliter, Holsatiam etiam vastaverit, ut demum, pace inter Adolphum & Nicolotum inita (*i*) Lubeca diruta prorsus urbis denuo primordium & incrementa a Principibus Mecklenburgicis acceperit. Pergunt Scriptores: Henricum Leonem quidem deinde Lubecam auxiliante Adolpho II. Holsatiæ Comite circa a. 1158. oppugnavisse & instaurasse, sed & Nicolotum & ejus filium Pribislaum jura in Lubecam, turbis excitatis & funesta clade, qua Pribislaus Adolphum a. 1164. affecit vicitque, integra servasse, quin ipsum Hinricum Leonem fide HELMOLDI *L. II. c. 8.* communicato cum fidelibus suis consilio, Pribislao reddidisse omnem HÆREDITATEM *patris sui & terram Obetritarum.* Tantum etiam abesse ferunt, ut Domini Megapolenses sub Friderico I. Imperatore, qui Lubecam, prævia veterum justitiarum civitatis confirmatione, sibi imperioque addixit, jacturam jurium originariorum ex nexu territoriali ipsis competentium fecerint; ut potius eadem

Lubecensium.

---

equestres peractos Duce Meckl. ARBITRIO, *lites* HOLSATIÆ *Comitum, Henrici & Gerhardi & Senatus* LUBECENSIS *amice sopitæ sunt.* Idem *ad a.* 1316 *p.* 1326. KRANZ. *Saxon. L. VIII. c.* 41. & MELLE *hist. Lubec. recent a.* 1317. *p.* 8 testantur: GERHARDUM III. *Comitem Holsatiæ & Stormariæ, Lubecam cum tota* AULA *se contulisse, ibique civitate donatum &* HOSPITIO *exceptum fuisse usque ad vitæ finem* Vide etiam LATOMUM *ad a.* 1246 *p.* 291. *sqq. a.* 1375. *p.* 311. *& ad a.* 1543. *p.* 470. *sq* ubi servitia aulica & honorifica, Magno Duci Mecklenburgico, qui Kiliæ nuptias celebraverat, a nobilibus Holsaticis & Mecklenburgicis exhibita recensetur, Lubecensium etiam præstationes officiosas laudat: *Da hat dem Hertzoge ein Raht von* Lübeck *einen schönen Ochsen, 8. Hammel, einen Kahn voll lebendiger grosser Fische, eine Ohm* WEINS *und ein halb Last Last* HAMBURGER BIERS *in dessen Herberge zu* Lübeck *geschickt und des andern Tages dem Fürsten einen schönen vergüldeten Kopf, der jungen Fürstin und jedere Jungfrauen, so sie bey sich gehabt, einen guldnen Ring geschencket.* KOCH. *Chron. Lub. ad h. a.*

Lubeca inter terras hæreditarias Principum Venedorum numerata.

(*ff*) Quam ADAM. *Brem. L.* 2. *c.* 11. laudat civitatem in confinio Polaborum sitam. KOCKIUS *Chron. Lub. L.* I. *f.* 17 *da de Dæniſch Königk Knuth dot was, grepen de beiden Wendſchen Fürſten Pribislaff und Niclotu de* ERFLICKEN *Lande wedder an und deelden de Lande, als Niclot behelde dat Land der Obetriten, welck nu is dat Land tho Mecklenburg und dat Fürſtendohm Wenden;* Pribislaff *averſt behelde* WAGRIAM, *dartho* HÖRDE LÜBECK, *Ottenslo, Segeberge &c.*

Sedes Pribislai.

(*g*) *P. I. L.* I. *f.* 8. *ſqq. Oek tügen de Hiſtorien, dat to düſſer Stadt Olden* Lübeck *ſick vele Koplüde geſamlet und dar ſchöne Marckt-Tage geholden, dewile de Fürſten und Könige der Wenden Herrn ſin geweſen over* OLDE LÜBECK; *de erſte Konigk der Wenden, de in diſſen Ort regert hefft, iſs geweſen* Bilungus &c *darna* Miſtevojus, Lidor Godſchalck, *de dar de Kercken wedder buwete und darto en Cloſter;* Butue *und* Hinricus *ſine Söne* Crito. Canutus, Sventepolcus, Pribislaus, *welcher to* LÜBECK *Huſs helde* cet. Addantur ADAMUS *Brem. L III. c* 22. HELMOLD. *L. I. c* 20. ALBERTUS *Stadenſ. ad a.* 1066. *p.* 130. *ad a.* 1106. *p.* 150. *a.* 1133 *p.* 157. SCHEDELIUS *in Chronico mundi a.* 1497. *ed. ad a* 1104. MARSCHALCUS *annal. L. II. c* 38. FABRICIUS *in rebus Saxon. a.* 1140. BANGERTUS *in not ad Helmold. L. I. c.* 57. *p.* 137. 140. & in *Orig. Lub p.* 1245. PETERSEN *Chron. Holſat p.* 30. JAC. *a* MELLE *Hiſt. ant Lub. c.* 1 §. 8. *ſqq.*

Scriptores de anno initialis novæ Lubecæ.

(*h*) HELMOLDUS *l. 1. c. 20. 48. 57. ad a.* 1140. DETMARUS *Lector Lubecenſis in Chronico MSC. Lub. ad a.* 1139. *ſqq.* CORNERUS *Chron. novella ap.* ECARD. *T. II. p.* 683. HINRICUS *Poeta de primordiis Lubecæ apud Meibom. T. I. p.* 605. MUNSTERUS *Coſmogr. L. III. c* 441 *p.* 999. CRANZ *Vandal L* 4. *c.* 1. BERTIUS *Commentar. rer. germ. L. III c.* 6. *p.* 177. RANZOVIUS *in Deſcr. Holſ T. I Monum. Cimbr. p* 19 SARTERIUS *Orat. de Lubeca veteri:* PICTURA *vetus in curia Lubecenſi teſte a* SEELEN *de anno initiali Lubecæ hodiernæ p.* 8. ibique etiam STEPHANI MACROPII *teſtimonium in Panegyri Legatorum Lubecenſium ad Magnum Moſcoviæ Ducem ed. a.* 1603.

(*i*) KOCK *d. l. f. XXI Und makede Graf* ADOLF *ein nie* VERBÜNDT *mit dem Fürſten der Wenden, up dat de Stad Lübeck mæchte wedder gebuwet werden, und dem geſchach ſo, de Stad nam mæchtigen wedder tho.* CRANTZIUS *Vand. L. IV. c* 1. *Herm.* CORNERUS *frater Prædicatorum Lubecenſ in novella Chronica ap.* ECCARD. *T. II. Corp. hiſt. med. ævi p.* 718. ALARDUS *in Nordalbingia T. I. Mon. Cimbr. p.* 1777.

pertinaci semper studio, bello etiam aliquando, sarta tectaque custodiverint (*k*) nec eorum memoriam sub Daniæ Regum Waldemari & Canuti regimine, Lubecenſi, nec denique ipso forte bellorum Lubecensium foederisque Hanseatici tempore, deposuerint. Si quid tandem propius ex annalium domesticorum scriptoribus hoc in negotio colligere licuerit; id innixium videtur ævo Henrici Ducis Mecklenburgici, quem Hierosolymitanum vocant, qui ex viginti octo annorum captivitate apud Saracenos Romam an. 1301. rediit, ibique non solum a scriba civitatis Lubecensis Alexandro Hunen, Romam ablegato, submisse salutatus, sed etiam eodem comite Lubecam circa festum S. Martini Episcopi reversus est a populo & clero insigni cultu & a Senatu civitatis magnifico apparatu, liberali etiam convivio, per aliquot dies exceptus, demumque solenni comitatu *Wismariam Sverinumque* perductus. Qua ipsa occasione Henricum jura antiqua & postulata in Lubecam laxasse quidem & remisisse augurantur, ea accedente conventione, ut memoria eorundem ab ablegatis Lubecensibus, dato solenni symbolo, in sede ducali quotannis recoleretur. Plurium tamen fide hujus rei occasio & rationes facilius referri possent demum ad ævum Balthasaris & Hinrici, fratrum, qui post agitata cum Lubecensibus multa & funesta bella ex *diffidationibus & DEPRÆDATIONIBUS* præcipue orta, inducias an. 1507. mense Nov. circa festum Martini inierunt, pacemque denique a. 1508 die Jacobi pepigerunt perpetuam, a qua ipse Henricus Dux appellatus est pacificus, paci per omne longævi regiminis tempus deditissimus, latrociniorum & irruptionum hostis juratus, religionis etiam evangelicæ propagator. LATOMUS *ad a. 1507. p. 446. sqq.* KOCKIUS *Chron. Lubec. P. III. a. 1508.* Dixeris itaque laudatas solennitates signa initæ pacis mutuæque vicinitatis symbola, publicæ tranquillitatis & securitatis territorialis testimonia. Nolo tamen hæc diligenter ad trutinam vocare, nec illa quidem argumenta, quæ de sublato Comitis Holsatiæ Adolphi II. primi Fundatoris Lubecæ jure a Scriptoribus Mecklenburgicis afferuntur, ad veritatem exigere; contrarium enim videtur facile probatu ex Adolphi III. Waldemari Ducis Slesvicensis & Adolphi IV. historia, cujus fide Holsatiæ Comitibus major in hac causa prærogativa facile vindicaretur. Audi GOLDASTUM *in Memoriis Comitatus Holsatiæ P. I. c. 2. §. 9. 918. Und ist a. 1187. vom Kayser die Sententz gefället worden in der streitigen Sache zwischen berührten Hertzogen und der Stadt* Lübeck *an einem, und Graf Adolphen am andern Theil, wegen der* SUPERIORITÆT *und* LANDS-FÜRSTLICHEN HOHEIT; *Denn Graf Adolph wandte vor, dass er in den Grafschafften Wagern, Holstein, Stormarn und Dithmarschen, alle* HOHEITEN, RECHT *und Gerechtigkeiten, die Hertzog Hennrich Leuwe, gehabt und besessen, durch Kayserliche Begnadung erworben, und also auch die* JURA REGALIA *in der Stadt* Lübeck, *als der Haupt-Stadt der Grafschaft* WAGERN, *erlangt: Dieses wolten ihm der Hertzog und die Stadt nicht gestehen, und liessen die Sache an den Kayserlichen Hoff gelangen. Der Kayser that beyde Partheyen zur gütlichen Handelung vorbescheiden und urtheilete durch einen Macht-Spruch: Dass die Stadt dem Grafen für* LANDS-FÜRSTEICHE ERBGERECHTIG- *und* BOTMÆSIGKEIT, *die er an der Stadt zu haben* prætendiret, *solle erlegen und bezahlen dreyhundert Marck Lübisch, und noch zwey hundert für die freye Huet in dem Lande Holstein gelegen, und für die freye Schifffahrt auf der* ELBE *bis gen* TODESSLOH, *und der Graff hingegen von dem Hertzogen gleicher Weise gefreyet und unbeschwehrt seyn und bleiben, dieses Macht-Spruches gedencke Abt* ARNOLD *L. 2. c. 19. und andere alte Scribenten* PETERSEN *Chron. Holf. P. 2. f. 58.* BONNUS *Chron. Lub. L. 3.* SPANGENBERG. *Chron. Schawenb. L. I. c. 21. in f.* CRANTZIUS *L. VI. Saxon c. 53.* Et porro §. 12. p. 924. sqq. *A. 1192, ward Hertzog* Hinricus Leo *gezwungen die Grafschafften Holstein, Stormarn, Wagrien zu verlassen, welche Graf Adolph durch das Kayserliche Heer hatte eingenommen. Er verfügte sich zu dem Kayser und erhielte soviel, dass ihme der Kayser die* VORIGEN GERECHTIGKEITEN *in der Stadt* Lübeck *widerum zuerkandt,* confirmirt *und übergeben; das bezeugt Abt* Arnold *der damahls zu* Lübeck *gesessen L. III. c. 12.* CRANZ. *Saxon. L. 7. c. 5.* Malo testimonium deferre JACOBO *a* MELLE *in historia media Lubec. c. 2. §. 12. (l) Lubecenses Adolphum III. Comitem admittebant, ipsius* IMPERIO *a. 1191. se suaque dedentes ea tamen lege, ut Ducis Henrici Leonis milites salvi discederent, hinc igitur ad Adolphum rursus devolutum urbis* REGIMEN, *qui imperatori id renuntians* OMNES *civitatis reditus ab eodem obtinuit.* Et cap. 3. §. 8. c. 4. §. 2. a. 1201. *Dux Waldemarus Hamburgo capto ad Lubecam quoque expugnandam animum adjicit; Hamburg-*

(*k*) SCRIPTORES *rer. Meckl. ad a. 1262.* ibique de Johannis Domini Mecklenburgici, Slavica lingua *Knese Janike*, filiique ejus Henrici & successorum irruptionibus in Lubecam & privilegiis Lubecæ concessis. Plura dissidia recensuit LATOMUS *ad a. 1350. 1400. 1404. 1450. 1453. 1466. 1507.*

(*l*) Idem ad a. 1306. sq. testatur Gerhardum III. Comitem Holsatiæ, propugnaculum ad Travæ ostium restauraſſe, urbemque obsedisse. Addatur CORNERUS *ad a. 1342. 1349.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

burgenſiumque fata cum Lubecenſes anxii intuerentur, nec aliunde defendendæ urbi paterent ſuppetiæ, civitatem Waldemari manibus permittunt, ea, quam ſemper afferebant, lege, ne quid privilegia detrimenti caperent. Audiamus hac de re ARNOLDUM *Lib. VI. cap. XIII. Dux igitur proſpere agens, applicuit ad civitatem Lubeke famoſam, ſciens nomen ſuum dilatari, ſi tantæ civitati dominaretur. Cives autem propter captivos ſuos ſupra dictos, & propter naves in Scania detentas, animadvertentes quoque, quod ex omni parte tota terra in conſpectu Ducis parata eſſet, ita ut nullum introitum vel exitum, nec per terram nec per mare habere poſſent, neceſſitate compulſi, conſilio habito, nominatiores Duci, cum apud Bredenvelde eſſet, occurrerunt & civitatem ei dediderunt, ſicque ſuos captivos cum navibus & omnibus ablatis receperunt. Deditionis pacta ulterius ex Pontano audiemus: Itaque dedita Duci Woldemaro Lubeca legibus hiſce ac conditionibus, ut nimirum illibatæ civibus relinquerentur, quas a Cæſare & Duce Henrico, tum &* COMITE ADOLPHO *accepiſſent, immunitates ac privilegia; ſuisque legibus ac jure, quomodo uſi fuiſſent ſemper, fruerentur, ac denique naves & mercimonia, quæ in Dania Rex Canutus detinebat, arreſto ſoluta, ipſis libera ac ſalva permitterentur. Lib. VI. Travemunda tamen nondum erat expugnata, uti vult Pontanus, ſed perduravit obſidio, donec una cum oppido Molnenſi ipſi Regi Canuto, altero, quo urbem noſtram magno cum apparatu eſt ingreſſus, anno traderetur. Hermannus* BONNUS *omnia hæc fere acta anno 1200. memorat. Magis autem fallit* CHRONICON *Slavorum, dum in 1209. annum transfert: Anno 1209.* inquit, *capta eſt civitas Lubicana, per Waldemarum Ducem Sleſvicenſem, fratrem Regis Danorum. Et ſic Danis ſubjecta, eisdem ſub tributo ſervivit fere viginti tribus annis. Adolpho in Daniam abducto captivo, Canutus Rex Dan. Lubecam adventat. Poſtquam is acceptis obſidibus receſſerat, frater regis Waldemarus reliqua Holſatiæ ſategit ſubjugare; Segebergam rerum omnium copia non mediocriter inſtructam conatu irrito obſidebat Waldemari miles, quam ob rem ipſe dominus manum admovens graviter coarctat caſtellum, quod demum ipſi traditur. Jam* SUBDITA *erat* WALDEMARO *Holſatia nec non an. 1203. idem Canuto fratri vita defuncto in Daniæ regno ſucceſſit. Tum, ut* ARNOLDUS *Lib. VI. cap. 17. memorat, circa Auguſtum cum magna gloria & infinita multitudine venit Lubecam, ibique cum multa jucunditate Rex Danorum & Slavorum, &* NORDALBINGIÆ DOMINUS *ſalutatur. Beneficia & jura, quæ Lubecenſibus conceſſit* WALDEMARUS, *digna ſunt, quæ adſcribantur ex Pontani Hiſtoriæ rerum Danicarum libro VI. Hinc (Waldemarus) menſe Sextili magno cum procerum atque aulicorum comitatu Lubecam profectus, poſtquam ab omnibus ſumma ſimiliter veneratione eſſet exceptus, ei tandem, ut* VAGRIÆ NORDALBINGIÆ DOMINO, OBSEQUIUM *ac* FIDEM *polliciti Lubecenſes verbis conceptis* SACRAMENTUM *dixere. Ille* CIVIBUS *viciſſim totique* URBI *poteſtatem fecit in inſulis ſuis inque Scania ac Falſtria, cum ibi halecariæ piſcationi opera daretur, res & mercimonia ſua vendendi ac diſtrahendi, & viciſſim, quicquid ibi venum exponeretur, libere commercandi. Indulſit præterea ac permiſit, ut præfectum ſibi ipſi, quemcunque vellent, iisdem in locis conſtituerent, cui fas eſſet inter cives, & quicunque ipſorum jurisdictioni ſubjiceretur, juſtitiam adminiſtrare: exceptis homicidii ſimilibusque cauſis, quæ aut vulnus aut contuſionem, membrorumque mutilationem intuliſſent. Has enim ad ſuum ſeu* REGNI *forum referri voluit. Conceſſit ad hæc pannos, cum laneos, tum lineos, per ulnam divendendi, aliaque per lancem & libram diſtrahendi copiam, modo Regi, quod* DEBEBATUR, *vectigal portoriumque penderetur. Quin & Lubecenſium, ſi forte quispiam a Regis telonario accuſaretur, ei per populares ſuos, non vero peregrinum cauſam agere, ſeque purgare jus eſſet: ſi quem etiam vita ibi excedere contingeret, ejus bona non in Regis fiſcum, ſed ad heredes defuncti, ſi adeſſent; ſin vero abeſſent, ipſorum præfectus aut ejus nomine ex civibus quicunque id in ſe oneris ſumere vellet, demum ad proximos heredes ea referendi poteſtatem haberet. Sunt & alia, ſed ſpecialiora, quæ vel evectionis, vel transvectionis bonorum furtique cauſas ſimiliaque concernunt, cujusmodi recitare ſingulatim omnia longius foret:* Et paucis interjectis de conſtituto Nordalbingiæ PROREGE ALBERTO *Orlamundano Comite: Lubecæ,* inquit, *quæ acropolis erat, & velut caput Vagriæ, ſitu, munitionibus ac portu amoeniſſima, arcem ac propugnaculum conſtituit, idque Danicis* PRÆSIDIIS *muniri curavit.* Deinde conſtat, quod Comes Adolphus IV. Schaumburgicus legitimus Holſatiæ hæres & dominus, a Holſatiæ Proceribus, regiminis Danici & proregis Uſurpatoris Alberti Comitis Orlamundani pertæſis, excitatus, patriam omnem recuperaverit, ipſamque Lubecam in libertatem reſtituerit. Non ſolum enim ipſe a. 1227. copiis Lubecenſium & foederatorum præfuit, ſed & ipſo prælio in campis prope pagum Sventinefeld, hodie Bornhövet, inito, Regem Waldemarum vicit. Prolixe hoc argumentum proſecuti ſunt* ANB. STAD. *ad an. 1227.* CRANZIUS *Sax. L. VII. c. 22. 41.* LEERBEK *Chron. Schowenb. p. 28. D.* OLAUS ERICUS *in hiſtoria Svecor. Gothor. a Meſſenio edita L. 3. p. 106. &* MELLEN. *c. l. c. 4.*

§. 13.

Archiepiſcopo SUBJECTAM recognoſcere debuiſſe ejus SUPERIORITATEM per oblationem *vini* & *ſalis* ad ejus reſidentiam: *Hallenſes*, inquit, *de Anno Domini 1375. cum Petro de Brunna XXXI. Archiepiſcopo Magdeb. litigaverunt, qui abſtraxerunt ſe a ſolutione* STOPARUM VINI MELIORIS, *quod in civitate venale poterit reperiri omni die, dum & quando in caſtro ſuo Gebinchſtein reſideret, cum aliquibus fruſtris* SALIS, *in quibus ad dandum & ad repræſentandum ſibi in Gebinchſtein* OBLIGATI EXISTEBANT; *tandem cauſam in Curia* IMPERIALI *præfatus Dn. Archiepiſcopus ſententialiter vicit, & Hallenſes ſibi via concordiæ dederunt quatuor millia cum quingentis ſexagenis groſſis criciferorum, & perpetuo ad dandum* VINUM *ſupra dictum manent* OBLIGATI. Speciatim exempla accedunt repetita ex ipſa *Megapoli* & *Stormaria*. Ex reliquiis enim chartarum Fratrum religioſorum conventus Temzinenſis, a Clemente pontifice *Curia* S. ANTONII, vulgo *Tonnies Hoff*, vocati luculenter conſtat, quod Henricus Burewinus I. Dominus Megapolenſis d. 7. Jun. an. 1222. & in feſto nativitatis e. a. Magiſtro & fratribus S. Antonii prope Temzinum conſedentibus contulerit *villam Temzyn* juxta Wiſmariam, *cum paſcuis, fluviis, tertiaque parte ſtagni ibidem, cum ſaginatione 300. porcorum, utilitatibus & attinentiis, ſervitiis & exactionibus omnibus libere poſſidendam, a* JUDICIIS TERRÆ DOMINI *exemptam ea lege, ut Burewino Domino* TERRITORIALI *Megapolitano ejusque filio & ſucceſſoribus in* RECOGNITIONEM SUPERIORITATIS & DOMINII *unam* CARRUCAM *ſeu* PLAUSTRUM CEREVISIÆ, *modium* UNUM PISARUM & SUCULUM *S. Antonii* (S. Tonnies Fercklein) SOLEMNI PROCESSIONE *offerre teneantur* QUOTANNIS; quæ ipſa privilegia & jura reſervata confirmata ſunt ab *Henrico Leone*, iterumque ab ejus filio *Johanne* a. 1351. (k) Eodem fere modo *Herwerdeshuda*, dimidio milliari ab Hamburgo diſtans, Comitibus Holſatiæ ad ſervitia terræ obligata, ex eo tempore exemtionibus quibusdam frui

Curiæ Temzinenſis.

Herveſthudæ & Coenobii S. Johannis Hamburg.

Monachi Sangallenſ. MONACHI *Sangallenſis in Vita Caroli M. apud* HAHN *Collect Monumentor. ined. T. II. p.* 597: *Imperator Ludovicus etiam cunctis in palatio* MINISTRANTIBUS *& curia regia* SERVIENTIBUS, DONA *largitus eſt, ita ut nobilioribus aut baltheos, flaſcilones, precioſiſſima veſtimenta a latiſſimo imperio perlata diſtribui juberet, inferioribus vero Saga friſonica (Freſe) omnimodi coloris darentur.* Plura argumenta exoſuerunt MURATORIUS *in notis ad Enoldum Nigellum L. II. n. 62. &* STRUBEN *d. l. p. 183.* probantes: *fuiſſe morem Regum tum Francorum, tum Germanorum, ut ſi quis Regi ſe* SUBJICERET, *fidelitatem ei Sacramento* OBSTRINGENS, *viciſſim & Rex* DONA *illi conferret.* Recentioris ævi exempla recenſent SENCKENBERG *in Select. jur. & hiſtor. T. V. p. 466.* LUNIG *P. II. Collect. novæ von der Landſäſſ. Ritt. p. 295. Und wollen Wir* (Duces Pomeraniæ) *ihnen* (Nobilibus Pomeraniæ) *in Ehrenzügen und Folgen auſſer Landes,* FUTTER *und* MAHL *und den* HUFFSCHLAG *geben, dazu* STALL-MIETHE *oder* RAUCHFUTTER *in den* HERBERGEN *zahlen, auch billig* TRINCKGELDT REICHEN LASSEN. *Da Wir auf Reichs- oder andern Tagen liegen, wollen Wir die von der Ritterſchafft ihres* Logements *und Betten halber entfreyen; Wir wollen ihnen auch an den Orten, wohin wir ſie erfordern und wenn ſie mit uns innerhalb Landes ziehen,* FUTTER *und* MAHL *geben, auch die* STALL-MIETHE *und das Rauchfutter in den Herbergen zahlen laſſen.* Idem ex Saxoniæ inſtitutis & annalibus confirmat JO. SEB. MÜLLER *in annalibus Saxon. ad a. 1614. p. 276.* ubi exhibet Schedulas a metatore hoſpitiorum aulicorum confectas, vulgo *die Hof-Fourier Zettul*, in quibus nomina & hoſpitia Vaſallorum nobilium leguntur, qui Electori & Ducibus Saxoniæ in conventu Naumburgenſi a ſervitiis & comitatu fuerunt. In receſſibus provincialibus & privilegiis nobilitatis Brunſvicenſis-Gvelpherbitanæ apud LUNIG *d. l. p. 175. n. 41.* proviſum eſt: *Wan der engere oder gröſſere Ausſchuß von der Ritterſchafft in Landes-Angelegenheiten oder auch die Landſaſſen zum* AUFWARTEN *und Dienſtverrichtung verſchrieben werden, genieſſen dieſelbe aus der Caſſe ihre Defrayrung oder* FUTTER *und* MAHL. Ex literis convocationis ab Electore Saxoniæ Auguſto datis a. 1555. notavit RICCIUS *doctiſſ. tractatu de nobilitate Landſaſſ. p. 387. Wir ordnen und befehlen, wan hinfuhro die Amtſaſſen in Aemter zu unſern Dienſten erfordert, daß ſie mit* FUTTER, MAHL *oder gebräuchlichen Auslöſung verſehen werden, wie ſolches an jedem Orte von Alters her geweſen und herkommen iſt.* Plura exempla ex antiquis & recentioribus Principum Germanicorum inſtitutis ſpeciatim *Tecklingburgenſibus, Würtenbergicis* & *Sileſiacis* recenſuit laudatus CRAMERUS *d. l. § 15. p. 89 not. e.* ubi recte etiam judicat *p. 86: Ex monumentis luculentiſſime apparet, vaſallos nobiles ad ſervitia aulica evocatos ſuis ſumtibus ſe & famulos ſuos eo apparatu, quem Domini præſcripſerunt, inſtruere debere. Sed conſtat etiam, antiquiſſimæ in Germania conſuetudinis eſſe, ut Domini Vaſallis, qui in aulis ipſis* SERVIUNT, *aut in itineribus ſolemnibus illos comitantur, eorumque famulis & equis de* VICTU & PABULO *proſpiciant.*

Muratorii.

Lunigii.

Mulleri.

Riccii.

Crameri.

Reliquiæ S. Antonii Eremitæ apud Wagrios.

(k) Ex eisdem chartis colligitur, fratres hujus conventus originem retuliſſe conventui Grunbergæ Haſſorum, cujus Magiſtris ceu præceptoribus generalibus competiit jus viſitationis curiæ Temzinenſis. Quod etiam conſtat *ex Faſciculo V. Actorum MSC. viſitationum eccleſiarum Mecklenb. Num. X. n. 13.* quæ ſervantur in archivo Sverinenſi. Sigillum hujus curiæ oblonga forma expreſſum convenit fere cum ſigillo *eccleſiæ S. Antonii Neofanii Wagriæ*, vulgo *Nigenkerke*, ab Adolpho IV. fratre minori fundatæ a. 1238. quod æri inciſum conſpicitur *in Tab. III. Tomi III. Mon. Megap. p. 559.* Apud Neokirchenſes cultus & reliquiæ *S. Antonii Eremitæ*, cujus oſſa ordo coluit circumtulitque, ſervantur etiamnunc; inter quas ſunt (1) imago ipſius cum ſuculo verſus boream (uti Nuchelæ prope Altare) ligno inciſa prope ſubſellia Oeliendorffenſia. (2) *Signum* T. ſeu *Tau*, inſigne Fratrum S. Antonii Eremitæ (teſtantibus BARONIO *annal. Tom. XI. ad a. 1089 1095.* SANDER *de S. Antoniis L. I. p. 8. & ipſo* SIGILLO *c. l. p. 559. n. 28.*) lapidi ſepulchrali ante altare ſito inſculptum. (3) *Nundinæ S. Antonii*, quæ ſecunda poſt feſtum S. Trinitatis dominica celebrari ſolent, vulgo *Tonnies Marck.* (4) *Vicariæ nonnullæ* in honorem S. Antonii, virginis Gertrudis & Catherinæ a Marquardo a Siggen & a Ranzoviis fundatæ. Laudantur etiam *obſervantiæ & privilegia S. Antonii*, quorum præcipuum fuit ſingulare judicium parochiale *Neofanienſe*, vulgo dictum *Tonnies Kirſpiel Recht*, cui præfuerunt *ſeptemviri*, verbi divini miniſter, bini jurati eccleſiæ ac quatuor villici parochiales; a quorum ſententiis, ſi quidem appellans *unam tonnam* (vas ſeu cupam) *cereviſiæ* obtulerit, provocare licuit *ad Oldenburgum*, hinc ad *Neomonaſterium*

frui cœpit, quo villa in usum monasterii sacrarum virginum S. Benedicti (a) cessit, quod ibidem Adolphus IV. Comes Holsatiæ in memoriam victoriæ Bornhovedensis a Danis reportatæ an. 1227. (b) exstruxit & Heilwigis conjux ejus præcipue dotavit a. 1245. & 1246. cum *dominio suo, quod habebat in ipsa villa, ejusque agris cultis & incultis pascuis, molendino, areis* cet. Accesserunt huic doti eodem anno 1246. donationes Ottonis Marchionis Brandenburgici, confirmationes donationum an. 1250. (c) & novæ largitiones fratrum Joannis & Gerhardi Comitum Holsat. & Stormariæ, filiorum Adelheidis, datæ ex bonis paternis, speciatim ex reditibus molendinorum Hamburgensium an. 1248. & 1258. (d) quæ deinde an. 1293. ab Hinrico comite & Seculo XIV. XV. auctæ sunt largis Comitum Holsatiæ Adolphorum & Gerhardorum beneficiis & libertatibus (e). In territorialis tamen dominii recognitionem a Præposito & conventu Hervesthudæ quotannis die viridium Comitibus Stormariæ offerri debuit cum cerimoniis quibusdam *taurus bene faginatus, floribus & lemniscis ornatus*, qui inde Pinnebergæ diutius & adhuc ineunte Se-

---

sterium & inde ad *Principem*. Effloruit etiam Fratrum *Temzinensium S.* Antonii sodalitas, præcipue inclarescens acquisitionibus & legatis, speciatim insigni cura, quam pauperibus & hospitiis dicaverat, cui accesserunt frequentes fratrum peregrinationes in terram sanctam, ex quibus reduces curiam ac ædem sacram reliquiis sanctorum præcipue instruxerunt, visum etiam sepulchrum dominicum in anotaphiis templorum delineari curarunt, notante ANDREA OCKELIO *in dissertatiuncula de peregrinatione votiva ad locum S. Antonio Eremitæ sacrum vulgo S. Antonius Hoff seu Temzin, haud procul Lubeca situm*, quam præmisit ANTONII SANDERI *Presbyteri & Iprensis ecclesiæ canonici tribus Libris de claris Antoniis ed. Halæ a. 1714.* Addenda est commentatio *Jacobi a* MELLE *de itineribus Lubecensium sacris p. 24.* ubi ex testamentis a. 1415. 1424. 1428. conditis observat, Lubecenses etiam ex singulari hujus loci existimatione motos fuisse, ut eundem donis ac religiosis itineribus prosecuti fuerint. De ipso S. Antonio Eremita, Ægyptio, a. 356. defuncto, in cujus memoriam ordo S. Antonii circa a. 1095. a Gascano Franco, nobili provinciæ Viennensis, institutus est, & de ejus sacro igne ac miraculis legi merentur HIMARUS FULCO, *ejusdem ordinis præceptor in Historia Antoniana c. l.* HERIB. ROSWEYDUS *in vitis Patrum:* LINDANUS *tr. de fugiendis idolis ibique de proverbio: in S. Antonium nemo impune peccat:* CHEMNITIUS *in Exam. concil. Trid. p. 579.* & HOLSTENIUS *in collectione regularum S. Benedicti*, quibus inseruit *Regulam Mopachis a laudato* ANTONIO MAGNO *præscriptam*, quam tamen subtestæ fidei facile incusaverint rerum istarum ingenui censores. *Et Megapolenses.*

(a) LITERÆ *Georgii advocati ejusque conjugis a. 1242.* in quibus Curiæ Hevesthudæ resignant molendinum ibidem situm *to der fundatie des Klosters Benedicti.*

(b) HERMAN. *Leerbeccensis in Chron. Com Schawenb. p. 31. In memoriam ergo dictæ, & magnæ victoriæ in civitate Hamburgensium volens esse memoriale, pront in Lübeke, Monasterium sub honore divæ Mariæ Magdalenæ, Fratres ibidem Minores statuendo. Extra muros vero versus Holsatiam, in loco, qui dicitur Reinebecke, sanctimoniales ponendo; Monasterium vero monialium in diœcesi Mindensi dictum Bischoperode in oppidum Kuntelen transtulit; Uterseu & Helwerdeshusen, aliis Parochialibus & villanis Ecclesiis exceptis, fundavit.* Fata clausturi, post sacra reformationis Hamburgensis introducta destructi, indicat HELDUADERUS *in sylva Chronol. Circuli Balth. ad a. 1530. In diesem Jahr ist bey Hamburg das herrliche Kloster Hervesthude an der Alster gelegen in Grund niedergerissen, die Nonnen enturlaubet und an der Stedte eine öffentliche Wirthschafft angerichtet, dahin man des Sommers kan lustiren gehen.*

(c) Datæ a Fratribus Comitibus *Jo. & Gerhardo d. a. Kalend. Jun.* in quibus recensent & confirmant dona & legata sororis & matris suæ Heilwigis, data ex bonis a patre Adolpho IV. resignatis pro usu *panum oblatorum & vini in claustro Hervesthude*, adcitatis testibus *Adolpho Patre Monacho, Alberto Abbate S. Mariæ Stadensi*, Fratre *Orthisio Canonico Hamb.* aliisque Canonicis & militibus.

(d) Eod. anno Comites laudati *Jo. & Gerardus* in privilegio de limitibus civitatis Hamburgi mentionem injiciunt finium a porta media Hamburgensi usque ad rivum *Herverdeshude: Ascendendo ab eodem rivo usque ad rivum Henninghude* (prædium seu possessionem Henningii) *apud* LAMBEC. *l. II. R. H. n. 275.*

(e) De quibus constat ex *Registro chartarum Cœnobii Hervesthude ab a. 1246. usque ad a. 1546.* ex membranis LXXXVII. authenticis *consignato Hervesthudæ a. 1549. die Saturni post vincula Petri* præcipue ad a. 1383 1401. 1405. 1407. 1413. 1425. 1438. sqq. ubi laudantur accessiones redituum & villarum *Alstertorp, Borstell, Hasselfelde, Meigendorp, Langlo, Winterhude, Lothbeke, Hatlinge, Einsdale, Bilsen* cet. Aliquando illud Cœnobium appellatur Conventus *Jungfrowendale*, testantibus charta *Erici Marchalei* militis & *Segebadi* filii de *reditibus in superiori Twielensleet, Hervesthudensi cœnobio venditis a. 1419.* & literis *Adolphi Comitis Holsat. & Stormar.* qui consentiente fratre Erico Episcopo Hildesiensi & Mindensi vendidit Conventui a. 1339. villam *Eimesbuttel* cum omni jure, judiciis, terminis & proprietate possidendam *van den Gestlicken Jungfrowen to Frowendahl to Hervesthude Bremischen Stiffts;* ut & charta venditionis villæ Eppendorff, quam Adolphus Comes cum omnibus attinentiis, libertatibus, teloneis, judiciis & terminis a. 1343. resignavit *den Jungfrawen, Ebbedissin, Priorissin unde Convent des Klosters im Frovendale to Hervesthude.* Unum saltim addo beneficium Adolphi Comitis Holsatiæ & Schowenburgi, qui in literis a. 1311. exaratis ecclesiam Herveshudæ a Majoribus suis fundatam, Joannem præpositum & Virgines sacras ibidem recipit in protectionem, indulgens iisdem *ob damna in pago & agris veteris Hervesthudæ perpessa liberum usum campi prope villam Todenhusen*, ut ibidem exstruant ædes colonarias sufficientes *mit allem Egendohm högesten und sidesten Gericht mit allen Rechtigkeiten und Nüttichkeiten, keine Gerechtigkeit in denselven Hüsern noch Uns noch Unsern Nachfolgern darinnen beholdende, sondern dat Land, welckes de* LANDWEERE *wert geheten, mit den andern Unsen* LÜDEN *schollen helpen verbidden unde* BESCHARMEN; *ock tolaten Wy gedachter Kercken dat dejenen de dar wohnen in gerührten Hüsern mögen gebrucken der sülvigen Gnade und Gunst als andere Lüde Unseres Landes in Weyden, Holtingen und Torff to gravende &c. Gegeven tom* JUNGFROWEN DAHLE *in Jegenwardigkeit* Bartram Kuhlen *Unsers Vogedes, und* Johann Ricken *Riddern, und* Johannes *Unsers Notarii und mehr andern Lofswürdigen. Im Jahr des Herrn MCCCXIII. in crastino beati Urbani Martyris.* Excerpta quædam ex *Libro Provisoris & Monialium monasterii in Hervedeshude ab a. 1438. - 1530.* & ex *libro Fraternitatis S. Johannis Evangelistæ in Hervesthude* ab a. 1461. - 1464. vide apud STAPHORST *Vol. I. p. 232. sqq.* *Fides diplomatarii Hervesthudani.*

Seculo XVII (f) ab Hamburgenſibus ibidem ſtato die traditus eſt; in cujus locum demum a. 1619 prævio indultu ac conſenſu Comitis, ſurrogari cœpit ſolutio XL. Thalerorum. Nam circa annos 1603. & 1609. denuo movebantur diſſenſus de bovis cura & bonitate, adeo ut Pinnebergenſis præfectus ad antiquas obſervantias provocans bovem pinguiuſculum ſaltim & leviter curatum (g) repelli a præfectura juſſerit. Increbuerunt deinde Hamburgenſium contradictiones, quas poſtulato præfecti Pinnebergenſi: *fieri hanc* OBLATIONEM *ex* JURE & DEBITO: oppoſuerant: *præſtationem non fieri ex debito ſed ex* VOLUNTARIA LARGITIONE *inſtar puri* DONARII *in eum finem, ut Domini Comites mutua officia colant exhibeantque, præcipue in ſolvendis ſiliginis penſionibus annuis, vulgo Hauer-Rocken, quas nonnulli Pinnebergæ coloni ex tabulis veterum donationum, debent Coenobio S. Johannis Hamburgenſi.* Ad ſopiendam primam de qualitate bovis litem inita eſt a. 1619. laudata conventio (h); alteram vero nec Comites nec eorum hæreditarii Succeſſores Duces Holſatiæ ac Reges Daniæ benignius tractarunt, data nimirum reſponſione: *illam recognitionem* DEBITAM *omnino eſſe præſtationem annuam, neutiquam donarium ſingulare, ad quod exhibendum præterea Hamburgenſes obligentur* OFFICIALIBUS *Pinnebergicis, ut penſiones ſive reſiduas ſive annuas frumentorum in uſum coenobii liberaliter colligant vel demum ertorqueant.* Acceſſit etiam regium mandatum de præſtanda hac debita penſione, promulgatum *d. 30. Aug. an. 1672.* quod ſecutæ ſunt e. a. regiæ literæ exhortatoriæ ad ſenatum Hamburgenſem datæ, eodemque anno die Luciæ in conventu ducalium Commiſſariorum & Deputatorum Hamburgenſium, telonii Schaumburgici cauſa, inſtituto repetitæ, quas demum excepit d. 24. Dec. e. a. ipſa in reditus Hamburgenſium defixa executio. Plura conſtant ex actis hujus cauſæ, quæ inſcribuntur: *Jura regia wegen jährlicher Lieferung des Hervſthuder Ochſen.* Collector eorum ſuam ſubjungit conjectionem, quæ huc redit: Accidiſſe Comitibus liberalius quippe agentibus in cauſa Herveſthudana idem quod contigerit iisdem in aliis poſſeſſionum & beneficiorum cauſis, quæ licet ipſis debeantur ex juſtitia, non juris tamen, ſed donarii & favoris nomen induerunt, teſtantibus Joannis Comitis Holſatiæ & Stormariæ Literis Capitulo Hamburgenſi datis de libertatibus villarum Holſaticarum a. 1342. *Cupimus fore notum quod in villis Wulfsdorp Spreng, Todendorp, Hoiersdorp, Grotenſee, Papendorp, Kronenhorſt, Sternwarde, Wedingbuſch, Oſtenſtenbeke, Boocksbuttel & molendino in Schipbeke honorabilibus viris Dominis Præpoſito Decano & Capitulo Eccleſiæ Hamburgenſis Bremenſis Dioeceſeos ſpectantibus in* NOSTRO DOMINIO *ac* COMITATU *conſiſtentibus ſive ſitis nihil proprietatis libertatis aut jurisdictionis nobis uſurpavimus, imo prædictæ villæ cum omni Jure, libertate, proprietate & commodo ac Judicio majore ac minore ad prædictos duos & eccleſiam Hamburgenſem pertinere libere dignoſcuntur & ſi aliquo tempore coloni dictarum villarum nobis aliqua* SERVITIA *præſtiterunt, illa non ex* JUSTITIA *ſeu* DEBITO; *ſed de* SPECIALI BENEPLACITO ET FAVORE *dictorum Dn. Præpoſiti Decani & Capituli Hamb. exhibita fuere & impenſa. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum Dat. Ploenæ A. Domini MCCCXL. ſecundo in die S. Geogrii Martyris glorioſi.* Reponi vero poterit huic ratiocinio, nondum conſtare, quod a Comitibus unquam in cauſa Herveſthudana daræ fuerint literæ reſignationis vel argumenti ejusdem, quo refertæ ſunt literæ citatæ. Aliud exemplum refero ex *Annalibus Ditmarſicis*, quorum fide conſtat, Ditmarſos Marchionibus ſuis, Comitibus, aliisque, qui ſenſim iis imperarunt, mox capeſſo regimine non ſolum *crateres philoteſios argenteos* in ſalutem & felicitatem auſpicatæ guberna-

Ditmarſicæ provinciæ.

(f) Quod patet ex binis literis *Ceciliæ ab Oldenſen* Abbatiſſæ Herveſthudanæ ad *Joannem* BARNER *Droſetum curiæ & prædii* (Hauſs und Gut) *Pinnebergæ* exaratis *Hamburgi a. 1540.* in quibus fatetur nonſolum obligationem annuæ præſtationis, ſed etiam addit: *Wy weten unſem gnædigen Herrn van Schowenborch in nene Wege to weygernde mit unſe Underſaten to den anhaven Werck 3. Dage in der Wecken Ægidii Abb to Stüv und to Hülpe to kamen, und wo wohl wy verſtandiget worden, dat unſe Lanſten vele in de mene Kranckheit bevallen ſyn, ſo willen wy doch gegen unſen Gnædigſten Herrn und juwen Gunſten alſe Gehorſame* UNDERSATEN *mit dem Volcke de noch geſund ſyn, alldar up de vorbeſtemmde Tyd ſchicken. Dat Hamborch am Mont. poſt Barthol. Apoſtoli a. 1540.* Faciunt & huc literæ Abbatiſſæ *Geſche Meyeræ* ad eundem Droſetum perſcriptæ de ſervitiis angariarum: *De Vorſpann-Perde mit Wagen willen wy unſem gnædigen Herrn to Schomborg up den halven Weg to ſchicken, bidden aber dat wy künfftigen damit verſchonet blyven und by unſen Privilegien gelaten und beſchirmet ſyn mögen. Dat. Hamb. am Dingſtag nach Catharinen a. 1544.* Teſtantur plures ejusdem Abbatiſſæ & *Dirck Honſen Conſulis Hamb.* literæ ad eundem Præfectum a. 1545 & 1546. exaratæ de cauſis quibusdam jurisdictionis civilis & criminalis inter Comites & Hamburgenſes controverſis, de quibus etiam conſtat ex *citatione* (quæ Tageleiſtung inſcribitur) *a Comite Adolpho Coadjutore Archiecclefiæ Colonienſ. Comite Holſatiæ, Schowenburgi & Sternbergæ perſcripta ad Conſules Hamburgenſes*, ut compareant *Wedeliæ* ad lites Herveſthudanas ibidem definiendas, data *Pinnebergæ a. 1537.*

(g) Fide teſtimonii *Catharinæ Gravers Dominæ Cœnobii S. Joh exarati d. 12. Maji a. 1603.*

(h) *Index reditnum Pinnebergenſ. an.* 1619. & documenta præfecturæ, quæ exſtant *in Pinneberga diplomatica MSC. P. II. f.* 203. *ſeqq.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bernationis obtuliſſe; ſed & imperium eorum recognoviſſe annuis præſtationibus ex optimis terræ frugibus collectis. Quin teſtes ſunt patrii ſcriptores ARNOLDUS *Lubecenſis L. 2. c. 1.* CRANZIUS *Saxon. L. 6. c. 45.* HAMSFORTIUS *in Rebus Holſatorum & Ditmarſ. T. I. Mon. Cimbric. p. 1784.* GOLDASTUS *in memor. Comitat. Holſat. T. I. p. 915.* quod Bernhardus Dux Saxoniæ, poteſtatem Adolphi III. Domini Comitatuum Holſatiæ, Stormariæ, Wagriæ & Marchionatuum Ditmarſiæ & Stadæ, torvo vultu intuens allaboraverit, auxilio fratris ſui Sigfriedi archiepiſcopi Bremenſis an. 1184. Ditmarſiam Adolpho Comiti eripere ſibique ſubjicere; quibus tamen Adolphus Comes vires & arma oppoſuerit, Ditmarſiamque ſui JURIS & DOMINII contra ducem & Epiſcopum feliciter defenderit, donec ille a. 1186. hanc regionem ſubdidit eccleſiæ Bremenſi, *ſervatis tamen ſibi in memoriam & recognitionem* DOMINII *præſtationibus quibusdam quotannis ad arcem Ditmarſicam & ſedem ejus* HANRAW *deferendis.* Utar verbis PETERSENII *Chron. Holſat. P. 2. f. XLVI. Zu dieſer Zeit (an. 1184.) hat Graff Adolph zu Hollſtein die Ditmarſchen und die Grafſchafft Stade unter ſeine Gewalt und Herrſchafft gebracht, aber Sifridus der Ertz-Biſchoff zu Bremen hat darnach mit groſſem Ernſt gearbeitet, daſs er ſeinen Bruder Hertzog Bernharden zu Sachſen zu einem Herren der Ditmarſchen machte, aber Graff Adolph hat mit gewaltiger Handt Ditmarſchen vor dem Biſchoff und ſeinem Bruder dem Hertzogen zu Sachſen, biſs zur Zeit Biſchoffs* Hartwici *des andern zu* Bremen, *behalten, welcher mit Grafen Adolph daſs er ihm Ditmarſchen* wieder überlaſſen *gehandelt, mit ſolchem Beſcheid, alſs daſs die Ditmarſchen Grafen Adolpho* jährliches *aus den Dorffen Guderherſte, Guderwelle und Noterſtede* etlichen Weitzen, Rogken und Schaff *zu* Unterhaltung des Hauſes Hanrowe *geben ſollen; dieſen Zinſs haben ſie 200. Jahr gegeben, biſs in das 1404. da Hertzog* Gerhardt *in Ditmarſchen in der* Hamme *erſchlagen ward.*

Quarta conjectura originem ſolennitatis refert ad *indolem clientelæ civilis ſeu protectionis*, qua Principes Lubecam & Hamburgum proſecuti ſunt. Cauſam Lubecenſium ſummatim expoſuit b. JO. CHRIST. BESELINIUS *in miſcellis Meckl. MSC. f. 512* (i). *Lubeca*, inquit, *regum quondam Obotritarum tempore usque ad Pribislai ævum, terræ Mecklenburgicæ adnumerata eſt, ab Hinrico Leone cum univerſa Holſatia citeriori ſive Wagria demum ſubrepta, quo tamen non obſtante domini & duces Megapolenſes jura & prætenſiones ſuas in Lubecam ſibi quavis data occaſione vindicare atque ad ſuam ditionem reducere allaborarunt; tempore autem Friderici II. Imperatoris, qui illam civitatem immediato juri imperii an. 1226. addixit, e re ſua eſſe putarunt, poſtulationibus ſuis ex ditionis & dominii territorialis jure enatis finem imponere, ea conditione, ut jus protectionis ſeu* CLIENTELÆ, *ſalvo jure imperiali, ipſis ſervaretur, quod & factum eſſe ex variis documentis & transactionibus ex eo ævo initis, conceſſis etiam a Ducibus nonnullis immunitatibus haud obſcure colligitur; vidi tamen quod etiam in antiquo quodam documento hæc Lubecenſium præſtatio nominetur orbeda, de qua Rhetius.* Fide itaque laudati autoris ex hoc clientelari nexu exortas dixeris præſtationes Lubecenſium annuas in ſignum officioſæ recognitionis hujus clientelæ ſolenniter exhibendas. Quoad *Hamburgum* ſupra ex teſtimoniis ſcriptorum luculenter patet (k), jura quidem clientelaria Holſatiæ Ducum nec ab ipſo Senatu & ordine civico negata fuiſſe. Audi AUTOREM *Apologiæ Hamburgenſis p. 12. Daſs nun die zwiſchen Ihro Kœnigl. Majeſt. als Hertzogen zu Holſtein Herrn Vorfahren und Ihro Kœnigl. Majeſt. ſelbſten und Hamburg beſchehene Annehmung nichts den ein* SCHUTZ *und* SCHIRMS VERWANDNISS *und* per modum pactorum *aufgerichtet, erhellet aus denen Annehmunges (al. Huldigungs-) Formuln und aus Ihro Königl. Majeſt. und Dero Herrn* Anteceſſoren *der Stadt Hamburg gethanen Gegen-Verſprechung.* Et SPANGENBERGIUM *Chron. Schaumb. L. 1. c. 24. p. 56. Graf Adolph*, (tertius, qui Stormariæ invitus renunciaverat) *hat ſich an. 1204. in die Grafſchafft Schawenburgk begeben, und ſich darinnen gantz ſtill und geruhiglich verhalten, und ſich umb nichts weiters angenohmen noch bekümmert auch nicht wieder in Holſtein kommen, biſs zu dem 1224. Jahr, da er ſeinen Sohne Graf Adolffen den IV. wiederumb zu ſeinem Erb und Landen geholffen, daſs aber bey dieſer anderweith Eroberung, Hamburg Graf Adolff*

Quarta conjectio de ſymbolo recognitionis clientelæ civilis. Lubecæ civitatis.

Hamburgi.

Teſtimonium Pauli.

Spangenbergii.

(i) Ubi etiam monet, REINKINGIUM *conſiliarium quondam Megapol. dein Daniæ Regis cancellarium* in eadem fuiſſe opinione.

(k) Adde teſtimonium TRAZIGERI *ad a. 1364. d. 1 p. 1398:* Graf Adolph beklagte die von Hamburg für Kayſer Carol den Vierdten; der verordnete zu Commiſſarien Hertzog Albrechten zu Mecklenburg, für dem kam die Sache zur Verhör, und ward endlich durch einen Machtſpruch aufgehoben und verrichtet, darauf gelobet Graf Adolff ſie zu SCHÜTZEN und zu handhaben, bey allen ihren privilegien und freyheiten. Accedit AUTOR *Fundamentorum cauſæ Hamburgenſ.* MSC. *a.* 1643: Das Neſſelblatt in alten Müntzen und an den Pforten kan wohl wegen übergebener Müntze oder *ex cauſa fœderis*, CLIENTELÆ *& honoris potius quam*

Teſtimonium Trazigeri.

Syndici Hamburgenſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Adolff alleine zum SCHUTZHERN *angenommen, und ihme keine Huldigung geleiſtet, auch keiner Freyheit mehr geſtehen wollen, ſolches ſchreibet wol* D. Tratziger, *als ein Holſteiniſcher Cantzler, zuvor Hamburgiſcher* Syndicus, *aber iſt unbeweißlich, auch bekennet er ſelbſt, daſs Graf Adolff den Hamburgern habende Privilegia und Freyheit confirmirt und beſtetigt.* Accedit opinio LANGENBECII *in introductione & præfatione ad Codicem juris Hamb. an. 1497. collectum: Van Anbeginne der Chriſtenheit is ungetwivelt Hamborch underdanich geweſen dem Römiſchen Ricke, gelick andern Steden in düdeſcher Tungen belegen, daraver Carolus und ſyne Nbakomelinge gemene Herſchop gehatt hebben. Wowoll andere Forſtendohme und Greveſchop fürder van ehme ſyn tho Lehne entfangen und vorwerven. So de Text apenbahr betüget Sp. 3. art. 52. de Düdeſchen. Alſe den nha Chriſti Gebordt MCXLVI. Hertoge van Saſſen ahne Söhne vorſterff, vorleende Keyſer Hinrick de 5te dat Hertogdohm van Saſſen Greve Lüder van Suppelingkborch, de nha dem vorſchreven Henrico dat Keyſer Ricke vorwerff und wort Lotharius genömet. In denſülven Tiden beroveden de Unchriſten van Oldenborch de Stadt Hamborch und fengen Gotfridum Greven tho Holſten, dem ſe ſyn Hovet affslögen, Sus alſſe de nene Erven nhaleth vorleede Hertoch* LÜDER *van* SASSEN *de Greveſchop tho Holſten Juncker* ALEVE *van Schowenborch und ſynen Erven, de den mit grote* ARBEIDE *und Blodtſtortinge tho mehr Tiden hebben* GEREDDET, BESCHÜTTET *und* BESCHERMET *dat Land tho* HOLSTEN *und de Stadt* HAMBORCH, *vor den Denen und Wenden, ſo apenbahr menigerley Hiſtorien betügen und uthwiſen. Darnha alſe de Greveſchop tho Holſten ahne Middel dem Ricke is worden gewandt und underdanich, heft Greve Aleff de voffte* SYNER *Stadt* HAMBORCH *vorworven de nhabeſchreven grote Gnade und Fryheide van Kayſer Frederick I. an. 1189.*

Langenbecii.

Magiſtratus Hamburgenſ.

Et ipſa aſſertio Magiſtratus Hamburgenſis in literis ad Regem Chriſtianum III. in cauſa temperamenti religionis controverſæ propoſiti, quod vulgo *Interim* vocant, exaratis die Ven. poſt Eſtomihi an. 1547. *So willen wy uns up juwer Kœnigl. Mayt. by ehrem Statthölder, deme erbarn und veſten Breyden Rantzowen tho Uterſſen und itzt avermals by unſern Geſandten geſchener Thoentbiedinge gæntzlich vertröſten und verlathen, dat juwer Königl. Majeſt. wo ehre hochlöblichen Vorfahren und Anherrn gedahn, werdt uns und gemeine Stadt Hamborg jegen unbillige Gewalt, mit allen Gnaden in* SCHUTT UND SCHERM NEHMEN, *und mit Rade, Troſt und Hülpe nicht verlathen.* Et in literis in eodem argumento ad Regem ſcriptis die Ven. poſt diem Jo. Baptiſtæ an. 1548. *Dewile düſſes interims halver dat ſchwareſte tho vermodende, und wy nah Juw. Königl. Mayt. und Fürſtl. Gn. Rade und Erfurderinge göttlickes Wordes dat Interim nicht annehmen, und derwegen mit Kriegen, Belegeringe, acht oder dadelicker Beſchedigunge beſchwert wurden, wat Troſtes, Hülpe,* SCHUTT UND SCHERMES *wy uns tho Juwer Königl. Majeſt. und Fürſtlichen Gn. alsdenn thoverlatlich zu verſehen hebben mögen, an düſſen allen werden Ihro Königl. Majeſt. und F. Gn. deme Allmechtigen ein gefellig chriſtlich Werck, ehrer Königlicher und Fürſtlicher Hoheit und Geboer mede tho ehrem egen Beſten leiſten und ertögen, und wy willen ſolckes umb I. Kön. Majeſt. und F. Gn. und de ehren glickesfalles alſe Chriſtene ehrlicke und getrüwe Lüde und* UNTERDAHNEN *getruwlick und danckbrlick benwedderumb tho verdenende, nah allem unſerm Vermögen gantz bereitwillig und unverdraten gefunden werden.* Et denuo in literis Regis Dan. Chriſtiano III. exhibitis d. 28. Apr. an. 1554. exaratis: *Obngeachtet bedrohentlichen beſagten Schreibens Hertzogs Hinrich zu Braunſchweig Lüneburg haben wir uns aus allerley bedencklichen Uhrſachen, auch inſonderheit, da wir nicht durch die euſerſte Noth gedrungen, ohn Ew. Königl. Majeſt. Rath und Vorwiſſen mit ſolchem Kriegs-Volck in einigem Handel und Vertrag, noch zur Zeit einzulaſſen nicht gewuſt. Alsdann ſolche vorſtehende Kriegs-Handlung ſich nicht allein dermaſſen, als zu unſern Ew. Königl. Majeſt. Unterthanen Verderb und euſerſten Schaden laſſen anſehen, ſondern auch, wie zu vermuthen, zu den andern Ew. Königl. Majeſt. Landen und Leute Unheil gelangen möchte, Als gelangt an Ew. Königl. Majeſt. unſere unterthænige gantz fleiſſige Bitte, Ew. Könl. Maj. ſolch unſer Anliegen gütlich bebertzigen, und zu Verhütung des vorſtehenden Schadens, uns gnædiglich* SCHÜTZEN, HANDHABEN, *auch mit gnædigen Rath, Troſt und Errettung* BEHÜLFFLICH *erſcheinen,*

---

quam ſubjectionis geführet ſeyn. Et porro: Die formul der Huldigung iſt alſo eingerichtet, daſs ſie *a parte* Hamburg ein mehrers nicht als CLIENTELAM, *obſervantiam & mutuam amicitiam*, wie zwiſchen die alte Grafen und die Stadt vor Jahren geweſen begreiffet, nicht aber eine Unterthanen-Pflicht und Herren-Recht, ſondern *a parte* des Königes &c. eine feſte obſervantz und Handhabung der Privilegien und der Stadt nach höchſten Vermögen *obligative* würcket, und ſind ſie vermöge der Annehmungs-Gelübde befugt, die Stadt ſo wohl als ihre eigene Unterthanen zu BESCHÜTZEN, nicht aber zu beherrſchen. *Item:* Hamburg iſt dem Kayſer unterworffen und ein Gliedmaſs der Lande Holſtein Stormarn *quoad* PROTECTIONEM. Daher die Dæniſchen und Holſteiniſchen Unterthanen in Hamburg iederzeit *mutuis officiis & beneficiis complectiren* und helffen, Handel und Wandel treiben und einer des andern nicht entrahten können *pro neceſſitate corporis & per mutuum commerciorum conjuncti.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nen, und nicht verlaſſen wollen (*). Nec deſunt prorſus teſtimonia ipſorum Comitum Holſatiæ ac Stormariæ, ſpeciatim argumentum Privilegii a Gerhardis Comitibus Hamburgenſi civitati indulti a. 1281. *Noverint igitur: quod nos ad meram amicitiam, qua noſtros cives Hamburgenſes amplectimur & eorum plurima grata ſervitia, nobis impenſa, nobis cum ipſis convenientibus, volentes ipſis facere gratiam* SPECIALEM, *conferimus, ut ſi Dominus noſter Bremenſis Archiepiſcopus, quod abſit, vel dominus Henricus de Barmſtede miles, ſeu* QUICUNQUE ALIUS *in eorum diſtrictibus vel alias eos* INFESTARET *vel* GRAVARET, REBUS *vel* CORPORE *& in* OMNIBUS *aliis cauſis in hoc incidentibus, quemadmodum iidem cives noſtri* NOBIS *ſæpius ſunt conqueſti, ipſos noſtros cives* PRÆESSE *debemus amicabilibus* PLACITIS, *quouſque hoc penitus evocetur; ſi vero placitis hoc efficere non poſſemus, ipſis tenebimur* MANU NOSTRA, *ſi ab eis requiſiti fuerimus, ſuffragari.* Addo argumentum ex *Concordatis inter Daniæ Holſatiæque Dominum ac hujus terræ nobiles & civitates præcipue Hamburgum & Lubecam publicatis Segebergæ an. 1470. Anlangend erſte, dat wy vorbenanndte Nicolaus und Alberth* BISCHÖPPE, RIDDERSCHAP, MANNSCHOP, *unde* STEDE, WICKBILDE, STALLERN *und Unſe Underſathen, ſchölen unde willen en jewelick van Uns ſchall und will unſer rechten Herren dohn, dat Wy edder welck van Uns under van ehren unde Rechtswegen plichtig ſyn unde ſchölen unde willen den ehrgenanndten hochgebohrnen Förſten und Herrn, Herrn Chriſtiern Könige truwelicken helpen und Byſtandt dohn, dat he in den verſchreven Landen* SCHLESWIG, HOLSTEIN *unde* STORMARN *aller Herrlicheit unde Gerechtichett de ehm van Recht tho kamen unde behören, brucken mögen. Oock ſchölen wy vorgeſchreven Chriſtiern König unſe Erven und Nakömlinge, Biſchöppe, gemeene Ridderſchop unde Manſchap der Stede* LÜBECK *unde* HAMBORG Privilegia *na ehren Inholde by allen Wehrde holden unde holden helpen, ehre Börgere, Inwahnere unde Underſahten, an dem genandten Lande und Gebehden in ehren rechtfardigen Saacken trülicken* BESCÜTTEN *und* BESCHIRMEN *unde nicht ſteden, dat ſe an Lieff edder Gohde beſchädiget werden.* Si igitur poteſtati clientelari aliquid originis hujus rei vindicandum fuerit, pronam ejus occaſionem & peraccommodatam huic argumento repetieris rationem *Chartarum.*

(*) Ex adverſo ſtatunt Scriptores rerum Holſaticarum: Clientelam hanc non ex foedere & patrocinio, ſed ex ſuperioritate repetendam, connexam eſſe cum dominio & ſubjectione territoriali; cives Hamburgenſes non clientes vocari ſed Comitum fideles & ſubditos; Comites autem non protectores appellari ſed Dominos territoriales & hæreditarios civitatis, qui & ipſi, jure circa ſacra & civilia inſtructi, civitatem & terras Hamburgenſes jure hæreditario & territoriali invicem partiti ſunt. Provocant ad fidem annalium & ad ipſa Cæſaris Caroli V. mandata ſupra allata & ad Chartam Brunonis Præpoſiti Hamburgenſ. a. 1245. teſtimonio Conſulum & Burgenſium Hamburgi roboratam: *Notum eſſe cupimus, quod de proventibus decimarum terræ Oldenborch Adolphus IV. Eccleſiæ Hamb. aſſignaverit duas præbendas, hac adhibita conſideratione, quod quælibet præbendarum iſtarum circa XXX. marcos denariorum valeat annuatim & ſic octo præbendis majoribus coæquentur, has præbendas autem unus ex* HÆREDIBUS *puerorum dicti Adolphi, qui tunc fuerit* DOMINUS CIVITATIS *vel* SENIOR, *ſi plures hæredes fuerint, conferendi poteſtatem liberam retinebit.* Ut & literas Comitum Joannis & Adolphi a. 1356. exaratas: *Proteſtantes ad noſtram perveniſſe notitiam, quod Proconſules & Conſules oppidi Hamburgenſis non attendentes, quod dictum Oppidum cum ejus* FINIBUS *&* TERMINIS *&* FUNDO *ad noſtros* PROGENITORES *piæ recordationis Comites Holſatiæ & Stormariæ* LIBERE *pertinuit & ad nos tanquam ipſorum* VEROS *&* LEGITIMOS HEREDES *pertinent, cum omnibus* JURISDICTIONIBUS *& pleno juve, ipſi quandam domum privatam, dictam Schofferhuſs, ſitam in Parochia Eccleſiæ beati Petri dicti oppidi, ſub noſtra* TEMPORALI *jurisdictione & in noſtro* FUNDO *conſiſtentem, in Capellam ſive oratorium ac Eccleſiam mutare & erigere ac facere conſecrari contra juſtitiam præſumunt ſine noſtro beneplacito & conſenſu. Nos vero irrationabile & indignum reputantes unam Capellam ſuper vacuam conſtruere ſeu erigere & plures Eccleſias deſtruere, prædictam conſtructionem, fundationem aut erectionem Capellæ in prædicto Oppido noſtro* HAMBORCH *vel aliquo loco fieri tenore præſentium ex certa ſcientia prohibemus; & ſi, quod abſit, per ante dictos Proconſules & Conſules præſumpta fuerit hujusmodi conſtructio, ipſam ex nunc caſſamus, & irritamus &* NULLAM *& irritam declaramus.* Addunt fidem actorum homagialium & privilegiorum a Regibus ac Ducibus Holſatiæ Nobilibus & civitatibus indultorum, inter quas Hamburgum primo loco poſt Sleſvicenſes civitates numeratur, ſpeciatim probante Confirmatione privilegiorum data a Chriſtierno Rege a. 1460: *Thom erſten um Beſtendichheit derſülven Lande, in Frede tho holden, willen wi und ſcholen den Chriſten Loven und Gadesdenſt und de Rechtferdigheit holden, holden laten, beſchermen und nicht krencken, men meren na unſerem Vermögen einem islicken Inwaner der er benomeden Lande geiſtlick und weltlick, Ridderſchop, Stede, als Schleſwick, Flenſsborch, Haderslene,* HAMBORCH, *Kiel, Itzeboe, Rendesborch und alle ander Stede, klein und grodt der vorbenomeden Lande, ehre Inwaner den Koepmann, und wanderende Minſchen, bi ehrem Rechte und Friheide tho laten, und ſe daran beſchermen, und alle ehre* Privilegia, *Friheit, Recht und alle ehrlicke ſeden und Wahnheit aver alle deſe vorbenömeden Lande.* Præcipue laudant ipſas literas Conſulum Hamburgenſ. ad Chriſtianum II. Regem Dan. & Duces Jo. & Adolphum datas d. 10. febr. a. 1545: *Darum ock iſs unſe Proceſs wedder den Keyſerl.* Fiſcal inſtituiret, *dat wy durch de Rykes Anſchläge, de wy wante an düſſen Tag nicht gegeven, van dem Förſtendohn Holſtein nicht abgetogen wörden; dat tho einen Afbröcke des Förſtendoms gereken würde; und wo wol wy nicht twiſeln juwe Königl. Mayt. und F. G. der beſchweringe genedigen werden wethen vorthokommen, ſo hebben wy dannoch unſer verwantniſſe na, nich mogen underlathen luwer Königl. Mayt. und F. G. deenſtlichen antotögen unde tho erinnern, dat wy alles wes uns tho recht erheblich, damit wy vam* FÜRSTENDOME *nicht under dat* RICKE *gebrocht wurden.* Et a. 1552. ad eosdem: *Twiveln ock nicht daran, juwe Königl. Majeſt. und derſülven gelevede Gebrodere unſere unit Landes-Förſten und gnedige Hern, werden demſülven alſo mit gnaden nachſetten und an nohtwendigen Oerdern nothurfftige Vorwendung doen und interponern laten, damit* *Diſſentientium argumenta quædam.* *Fide chartarum.* *Litterarum Hamburgenſium.*

Rationes Originis ex Historia Adolphi IV. Com. Holf. & Henrici Comitis Suevinenf.

nem ex singulari protectione, qua ADOLPHUS IV. *Comes Holsatiæ* & HINRICUS *Comes Suerinensis* a. 1225. & 1227. Lubecenses & Hamburgenses magnis implicitos periculis sublevarunt & demum in integrum restituerunt. Exule enim e Patria Adolpho III. Holsatiæ Comite, sub dominatu Regis Daniæ Waldemari Lubecenses, & sub Imperio ejus Vicarii Alberti Orlamundensis vixerant Holsati & Stormari, multis incommodis & malis ultra viginti annos agitati, vehementer demum impatientes jugi Danorum. In spe & voto recuperandæ avitæ libertatis illos primus firmavit Comes *Adolphus IV.* qui a. 1223. precibus nobilium Holsatorum fatigatus e Comitatu Schaumburgico, redierat in Holsatiam, ut causam & auxilia inveniret recuperandi Patris possessiones (l). Mox votis Holsatorum adimplendis tempestive ansam præbuit *Comes Suerinensis* HINRICUS, qui injurias sibi, ut putabat a Rege

---

mit wy van dem Furstendoem HOLSTEIN *und* STORMARN *unaffgeruckt, und hy unsern hergebrachten Fryheiten und Gelegenheit unbeschwert bliven mögen.* Accedunt preces civitatis Regi & Ducibus die Veneris post vincula Petri a. 1554. oblatæ: *Gelanget an E. Königl. Maj. und F. G. unsre unterthænige fleissige Bitte, E. K. M. und Fürstl. Gn. als unsere gnædigste gnædige Herrn und* LANDS-FÜRSTEN *uns gnædiglich in dieser unser befugten Sachen die auch E. K. M. und F. G. selbst ohne das ihrer* SUPERIORITETEN *halben verfænglich seyn wolt, uns schützen, handhaben, und an hochgedachten Hertzogen Hinrich zu Braunsweig, auch obgedachte seiner Fürstl. Gn. Krieges-Volcks, Obristen und Befehlhaber schrifftlich wollen gesinnen und gelangen lassen dass wir hinfüro vermög des aufgerichteten volnzogenen Vertrags unbescheidiget und unangefochten bleiben mögen.* Literæ ejusdem civitatis ad Hinrici Ducis Brunsv præfectum militarem Joach Bieben scriptæ a. 1554. *Gesinnende, uns ein wohlverwahrt Geleid to schickende und Uns und den Unsern alse Kön Würd tho Dennemarcken und F. G. tho Holsten und Stormarn unser gnedigsten und gnedigen Hern* UNDERTHANEN, *nicht tho beschwerende oder tho beschedigende.* Literæ civitatis ad Regem Dan. & Duces Holf. a. 1555. perscriptæ: *Der Sachen Grund beruhet uff lebend ger Leute Aussagung und Gezeugniss, damit wir zu beweisen und ausfundig zu machen hoffentlich dass die Stadt Hamburg von alters her für ein Glied des* HERTZOGTHUMS HOLSTEIN *gehalten und noch die Hertzoge zu Holstein vor ihre* LANDES-FÜRSTEN *erkennet und dem heiligem Reich mit keinen* UNGEMITTELTEN *Pflichten unterworffen, welches dann unsers erachtens notorium, uns auch in unser Fürwendung wider den Kayserlichen Fiscal fruchtbarlich wert erheben und vortragen mögen.*

Recessuum civicorum.

Recessus I. civitatis Hamburgensis die S. Sixti a. 1410. promulgatus: *Schall de Rad nemande leyden vor Börger schult in desser Stadt, utgenamen* FÜRSTEN, LANDESHEREN *und* SENDEBADEN *der Heren, uff e der Stede und dese denne myt sick hebben, men averst dat de Radt dorch Noeth und Nüttichheit willen desser Stadt jemande leydede, dat schall men den Schuldeneren kundigen, up dat sik de Borger vor unrechtem Anvange desto beth waren mogheen; weme averst in vortyden Leyde gegeven is under der Stadt Ingesegele alse den Fresen, dat schall in syner Macht blyven.* Recessus II. ejusd. civitatis d. 17 Oct. a. 1458: *Worde ock der jennen de so myssdaen hadden, edder myssdeden, flüchtig edder wickhafftig, und vor desser Stadt Gerichte, alse he rechteswyse geeschet worde, tho Antworde nicht kamen wolde, den schall men vort verfolgen, so sick na desser Stadt Richte und Rechte gebordt. Worde aver uth anderen Steden we wickhafftig edder vordreven, dar schall de Radt neynerleye Arbeit edder Unkost umme doen, van der Stadt Gude, de wedder tho bringende, idt en schege van Gebade edder Eschinge unses aldergnedigsten Hern des* KEYSERS, *unses* ERFFGEBARNN FÜRSTEN, *edder der Stede van der Dudeschen Hense, dar unse Stadt is mede inne begrepen, dar wy und unse Stadt sunder Last nicht van bliven mochten.* Proæmium recessus IV. civici Hamburgensis d. 16. Febr. a. 1529: *Gade denn Allmechtigen tho Lave, Romescher Keyserlicker Majestet, des gelicken ock denn* ERFFBARENN LANDES-HERENN, *de und er Vorfaren Hamborch myt marcklickenn Privilegien begavet und confirmeret, tho Eren und Bestentlicheit, Gedye und Wolfarth der guden Stadt Hamborch, de Gadt van Hemmel myt sundergen Gnaden begavet.* Et Art. IV. *Worde ock jemand uth anderen Oreden wykhafftig offte vord evenn, dar schall ein Erbar Radt neynerleye Koste edder Arbeit umme doen van desser Stadt Gude de wedder inthobringende, idt geschege van Gebrde Rom. Keys. Maj. offte uth vorderinge* UNSES ERFFBARENN LANDES-FÜRSTEN, *edder der Stede van der Dudeschen Hense, dar unse Stadt mede in begrepen is, up dat desse Stadt derhalvenn sunder Lasth bliven moghe, in den Falle will syn Erbar Radt Rüggespracke nehmen, myt den vorordenten Borgerenn der veer Carspele.* Addo testimonium LANGENBECII *in proœmio Codicis jur. Hamb. a. 1497: A. D. 1264. bewillede insunderheit die vorschreven privilegium* Gerhardus *Greve tho Holsten und Schowenborch, darby gevende de Rechticheit, der de van Lübeck plegen tho bruckende, woruth vellichte de van Hamborch gevsacket und bewogen worden* ROLANDES BILDE *tho verhevende, und int midden der Stadt tho setten, in* MENINGE *und Andacht, dat se dorch sus dane Keyserlicke und* FÜRSTLICKE BEGNADINGE *gantz weren entfryet und gelöset van* TRUWE *effte* HORSAM *des* GREVEN THO HOLSTEN *und dem Romischen Ricke* AHNE MIDDEL *gewandt und thogedahn, gelick van Lübeck, so se sick verromeden und begrepen vor dem allergrodtmechtigsten Keyser* Carolo *dem Veerden, in Tiden alse he was tho Lübeck mit der Keyserinnen A D MCCCLXXV. dar doch uth Forderinge und Insage der Hern van Holsten und ehrer Herren und Fründe, dorch den Heren Keyser erkant wort, dat de van Hamborch nicht* AHNE MIDDEL, *den alse* LEDEMATHEN *der Graveschop tho* HOLSTEN *dem Ricke gewandt und thogedahn wehren. Nha welcker Sententien de van Hamborch* ROLANDS BILDE *aff deden und nedder leden, darvan nach hütiges Dages Rolandes Brügge den Namen hefft beholden. Und wowol nhumahls Ao. Dn MCCCLXXV. Keyser Frederick de dudde den van Hamborch vorlenende, gelick de van Lübeck, Gulden tho müntende in Wichte und Korne, en darby vorlovende alle Gnade, Fryheit und Gerechticheit der de van Lübeck plegen tho bruckende van Rechte eff e Gewonte, is doch nicht ere* MENINGE *gewesen, dardorch entsettet tho seinde der* PFLICHTE *und* UNDERDANICHHEIDE DES HERTOGEN *van* HOLSTEN *buten sin wetent und Vulbordt.* Idem asserit CRANZIUS *Sax. L. X. C. II.* Olim enim Jureconsultos statuam marcalem seu Rolandinam ex communi errore, hodie quidem profligato, habuisse pro signo civitatis imperii liberæ ac immediatæ, satis omnino constat ex WINCKELMANNI *Exequiis Rulandi Bremensis Tomo III. Monumentorum insertis.*

Langenbecii.

Memoria fœminæ a Dieft, nobilis Holfatæ.

(l) Rem prolixe recensuit SPANGENBERG *Chron. Schaumb. L. 1. c. 28.* præcipue observans, foeminam nobilem Holsatiæ *a* DIEST, *dominam in Kellingdorff*, suasu & consilio nobilium Holsatorum adiisse Adolphum III. Senem, in Comitatu Schaumburgico sedentem, & repetitis precibus & persuasionibus ab illo demum impetrasse, ut filius Adolphus IV Holsatiam commigraret animumque ad recuperandam patriam adjungeret. Addit: eundem Comitem Kellingdorfii an. 1223. latentem usum fuisse consiliis & auxilio nobilium Holsatorum, quorum ope *Segeberga*, interfecto præfecto juris Danici tenacissimo, primo loco occupata fuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rege Daniæ illatas ulturus, eodem anno Insulam Lioe, Fioniæ proximam, petiit, Daniæque Regem Waldemarum II. cum filio, simulata amicitia, nocte, quæ diem Joanni sacrum præcedit, in navim suam pertraxit & captivum utrumque transduxit in Megapolin (m). Tunc Henricus foedere sibi adjunxit Comitem Holsatiæ Adolphum, qui tum armis nobilium Holsatorum tum Patris Adolphi III. & Comitum Suerinensis & Werlensis auxilio, plures Holsatiæ ditiones an. 1225. occupavit, Hamburgum inter votivas acclamationes sibi asseruit & ipsum Comitem Albertum Orlamundanum, Regis Daniæ Vicarium, in terris Holsatorum captivum tradidit Hinrico Comiti Suerinensi, qui illum Regi Waldemaro, Dannebergæ, deinde Suerini in captivitate adjunxit. Hac fortuna excitati Lubecenses a Comite Suerinensi non solum impetrarunt, ut duriores Waldemaro Regi, civitati proficuas præscriberet libertatis conditiones (n); sed etiam ipsi, tempori intervientes, ansam arripuerunt, expetendi ab Imperatore jura civitatum liberarum imperialium & auxilia contra Danos. Utrumque factum est an. 1226. In his autem beneficiis obtinendis præcipue usi sunt consilio & ope Comitum Suerinensis & Holtatiæ *Hinrici* & *Adolphi*, quibus *etiam Imperator in mandatis dedit, ut cum Burewino Venedorum Domino & vicinis aliis Principibus, civitatem Lubecam ab Imperio Germanico per Danos avulsam gravi servitute eximerent.* Cessit res omnis ex voto Lubecensium, qui prudentia & potentia Comitum adjuti, demum milites Danos Lubecæ excubias agentes vicerunt, & arce regia dejecta, avitam libertatem recuperarunt, mox etiam *defensam* & *firmatam* a Comitibus obtinuerunt. Rex enim Waldemarus captivitatem & jacturam regionum, præcipue defectionem Lubecensium ulturus, sequenti anno 1227. instructissimo exercitu ex Danis, Ditmarsis & militibus Ottonis Ducis Brunsvicensis collecto, Holsatiam ingressus est, quo denuo Lubecenses & Hamburgenses perterriti, auxilia imprimis & protectionem Comitum *Adolphi & Hinrici* supplice obsecratione requisiverunt, offerentes & operas suas in bellum conferendas & milites ex civium numero lectos Comitum exercitu adjungendos. Constituto deinde *Holsatiæ Comite* ADOLPHO exercitus Duce primario, mox auspicata est Holsatorum & Lubecensium expeditio militaris, cui præcipue Henricus Comes Suerinensis, Albertus Dux Saxoniæ, Hinricus Dominus de Werle & Burewinus Dominus Megapolensis interfuerunt, ferentes ubique suppetias favente Marte. Exercitus enim Holsatorum & Lubecensium hostibus fortiter occurrens an. 1227. die S. Mariæ Magdalenæ proelium iniit in campo Bornhovedensi luctuosum adeo & faustum, ut dissipatis Danis Regeque Daniæ cum vitæ discrimine in fugam coacto, victoriam reportarit discesseritque superior. Præcipue itaque *Comitibus* HOLSATIÆ & SVERINI tum occasionem recuperandæ libertatis, tum auxilia, defensionem ipsam ac restitutam demum avitam pacem (o) debuerunt civitates *Hamburgum* ac *Lubeca*, quas propterea obligatas fuisse dixeris ad solennes annuas præstationes in memoriam protectionis & in signum fidei clientelaris, qua Comitibus obstringebantur. Placuit hæc opinio nonnullis, quibus calculum adjecisse videtur JARGOWIUS *in descriptione Ducatus Meckl. Kluveriana aucta & emendata* P. 1. p. 61. *Es ist nemlich bekandt, dass Graff Hinrich von Schwerin den König* Waldemarum *von Dænnemarck mit List gefangen nahm, und denselben erstlich zu Schwerin, hernach zu Danneberg im Gefængniss hielte;* vid Pfeffing. ad Vitr. T. 2. p. 502. *Weil nun dieser König auch den Lübeckern vielen Schaden gethan hatte; so suchten die Lübecker von dieser Gelegenheit zu* profitiren, *und da sie es bey dem Grafen Hinrich dahin brachten, dass er ihnen* Satisfaction *und* *Testimonia.*

(m) Facta hæc fusius exponunt LERBEK *Chron. Comit. Schawenb. p.* 27. HUITFELD *Chron. Dan. d. a.* PONTANUS *Hist. Dan. L. 6. p.* 309. *Historia gentis Dan. apud* LINDENBROGIUM *p* 272. 204. HELVADERUS *Sylva Chronolog. c.* 16. *p.* 86. GOBELINUS PERSONA *Cosmodrom. c.* 64. *p.* 276. CHRONICON *Montis Sereni p.* 144. HISTORIA *Bardevici apud* MEIBOMIUM *T. III. p.* 75. CRANZIUS *Metrop. L.* 7. *c.* 40. CHEMNITIUS *in Historia Comitum Sverinens. apud* GERDES *Collect. docum. Meckl. P. II. p.* 101. *seqq* BANGERTUS *in orig Lubec. T. I. Monum. med p.* 1298. qui omnes fere divertunt in exponenda hujus facti impulsiva ratione, quam nunc ab Injuriis patri Comitis Hinrici illatis, nunc a vitiis matri, iterumque conjugi & liberis ejusdem comitis oblatis repetunt. *Autoritas historicorum.*

dem Dominæ Elenæ ducentarum marcarum reditus, in bonis ſuis melioribus aſſignabunt, quibus velit eſſe contenta, ſi CIVITATEM *Hamburgenſem tantum voluerint rehabere. Ad obſervantiam præmiſſorum, nos & noſtri* FRATRES *ſæpe fati & avunculus noſter prædictus Illuſtr. Princeps Dominus Otto Dux Braunſwicenſis & de Luneborg,* PATRUI *quoque noſtri Adolphus & Johannes, Holſatiæ Comites* FIDEM *præſtitimus* MANUALEM *& ſigillum noſtrum, una cum ſigillis eorum præſentibus duximus apponendum.* Accedunt literæ diviſionis hæreditariæ a *Nicolao* Comite Holſ. *Gerhardo* Duce Sleſv. filiisque Comitum Hinrici, Ottone Comite ceterisque Comitibus & Domicellis Holſatiæ initæ an. 1390. cujus virtute Ottoni & Bernhardo Comitibus addicuntur *dat Land de Billenwerder und alle Werder der darto hören alſe belegen ſyn in eren Scheden mit allen Rechte und mit* LEHNEN *beyde geiſtlick und weltlick.* Subjungo literas feudales, de reditibus quorundam prædiorum & molendinorum communi civitati vel civibus quibusdam impertitis, ſpeciatim a Comite Adolpho an. 1321. *Noſcat ætas in perpetuum, quod matura noſtra providentia & hæredum noſtrorum conſenſu ac* FIDELIUM *noſtrorum conſilio dilectis nobis Hinrico Blomberch,* CIVI *noſtro in* HAMBORG *ac ſuis pueris filiis & filiabus nec non filiorum filiarumque hæredibus nunc natis & perpetuo naſcituris, quinque choros ſiliginis Wiſchepel vulgariter dictos, videlicet duos in novo molendino in Hamburg, qui quondam fuerant fidelium noſtrorum Marquardi & Johannis Statren & progenitorum ſuorum, donavimus & contulimus liberaliter & ſine cujuslibet contradictione* PHEODALI JURE PERPETUO *ſtatutis temporibus percipiendos & pacifice poſſidendos; verum cum bene rationi congruat, ut digni dignis reſpiciantur præmiis, propter multa grata obſequia patri noſtro bonæ memoriæ & nobis a dicto Hinrico cum* FIDELITATE *exhibita & amplius exhibenda, eisdem Hinrico, pueris filiis & filiabus, ac filiorum filiarumque hæredibus omnibus perpetuam volumus facere libertatem, ipſos ab* ARMORUM *ſervitiis, quæ* HÆREVART *dicitur, & ab* OMNI EXPEDITIONE *& ſimpliciter, ut nihil excludatur, a cunctis ſervitiis, quæ de* BONIS PHOEDALIBUS *nunc & impoſterum fieri ſolent, liberos eſſe volumus a nobis & noſtris ſucceſſoribus & ſolutos. Damus inſuper & concedimus ſæpedictis Hinrico & ejus pueris filiis & filialibus nec non filiorum filiarumque hæredibus omnibus plenam & liberam poteſtatem vendendi, obligandi, ſeu donandi nominatos quinque choros ſiliginis cuicunque, ſeu quibuscunque voluerit in parte, vel in toto & nos eidem, vel eisdem, cui vel quibus, ſic venditi, obligati fuerint vel donati, eosdem* PHEODALITER *conferre tenebimur omni occaſione, negatione excluſa, quin imo ipſis libere fruentur, prout præfatus Hinricus, aut ejus hæredes ipſos poſſederunt ſalvo* JURE *nihilominus* PHEODALI. *Ut igitur hæc omnia ſupraſcripta invilolabiliter conſerventur, præſentes literas cum poſitione teſtium videlicet Dn. Zawell de Lawenburg milite, Marquardo Staben,* ADVOCATO *noſtro* (Hamburgenſi) *& Johanne fratre ſuo, Joanne de Hummerſebuttel, ac Joanne de Monte fidelibus noſtris & aliis quam pluribus fide dignis, ſigilli noſtri robore communivimus. Datum & actum Hamburg in coena Domini anno 1321.* Eisdem plane verbis Comites Adolphus & Joannes Hamburgi an. 1323. & an. 1324. in octavis trium Regum in vigilia b. Jacobi Apoſtoli Hinrico, Joanni & Wigando fratribus *de Stendaln*, civibus Hamburgenſibus, conceſſerunt reditus quosdam ex antiquo & novo molendino Hamburgenſi absque *Hærvart & expeditione* percipiendos, alienandos etiam prævia tamen confirmatione Comitum & ſalva *Jure pheodali.* Ejusdem tenoris exſtant literæ Gerhardi Comitis Holſatiæ & Stormariæ an. 1325. in profeſto b. Agatæ Virginis datæ, quibus quinque choros ſiliginis in molendinis Hamburgenſibus novo & antiquo hactenus a fidelibus Marquardo & Jo. Starke ejusque progenitoribus civibus Hamburgenſibus *Pheodali Jure*, ſtatutis temporibus perceptos & poſſeſſos, tradidit fratribus de Stendeln civibus Hamburg. absque ſervitiis armorum poſſidendos ſalva nihilominus jure pheodali. Ex adverſo Hinricus Comes Holſatiæ & Stormariæ, ac Adolphus & Gerhardus Duces Sleſvicenſes civibus Hamburgenſibus Hinrico & Alberto Hayern perceptionem quinque chororum tritici cum dimidio, & duorum ſiliginis e novo molendino Hamburgi an. 1416 conceſſerunt ſalvis nihilominus præſtationibus *militaribus* & PHEODALIBUS quibuscunque, quas tamen anno 1417. & 1418. *ex ſingulari beneficio*, pretio quodam interveniente & ſalva *recadentia* & *reemtione* iisdem remiſerunt. Facit huc inveſtitura & promiſſio clientelaris ab Adolpho Duce Sleſvicenſi, Comite Holſatiæ & Stormariæ data Conſuli & civi Hamburgenſi fratribusque Monaſterii S. Johannis Ordinis prædicatorum Hamburgi an. 1441. *Und willen wy unde unſe Erven dem Convente to Nutte und gude de jærlike Korn Rente und weyten Moltes Rente, de van uns tovor an den erbarn Hinrich Hoyer Burgermeiſter tho Hamborch und Albert ſyn Broder, Bürger darſülveſt,* VERLEHNET

NET UNDE BESTEDIGET, *und von en alſe milde Allmoſen um Gades willen an den Convent geven iſs, binnen 65. Jahren* BESCHERMEN *und* VORTEGEDINGEN *vor allen denjenen, de vor recht kamen willen, glick unſern egenen* ERFLIKEN GÜDERN, *und wære dat unſe Erven und Nakomelinge Herren to Holſtein de vorſchreven Rente na 65. Jahren jemand anders to gude und nicht to erer egenen Brukinge vor de vorſchreven 150. Marck lödiges Sülvers wedderkopen wollen; ſo ſcholen de Rente by den Convent bliven in der Herrſchop von Holſten* BESCHERMINGE, *ſo lange dat de Herſchop de Rente to erer Brukinge wedderkopen.* Ipſi quoque Alberto Hoyern, fratri Hinrici, Conſulis Hamburgenſis, Comes Adolphus officium præfecti prædiorum ruralium Hamburgenſium & aulicorum contulit inſtar feudi & ſtipendii (x), teſtantibus literis an. 1459. exaratis. Idem Comes an. 1460. iterumque Otto Comes Holſatiæ an. 1493. proventus inſulæ Hamburgenſis *Stikhorn* civibus Hamburgenſibus Ottoni & Hinr. Graten titulo feodali conceſſerunt; ut plura alia taceam documenta de reditibus telonei Hamburgenſis civibus in feudum collatis a Comitibus an. 1301. 1309. 1321. Nihil vero inſoliti eſt, quod hujus generis obligationes & libertates feudales recognitæ fuerint ſervitiis & præſtationibus, puſillis ſæpe (y) & partim ludicris (z) Seculo præcipue XIII. XIV. XV. Singulares apud *de* FALCKENSTEIN *in Codice diplomat. Nordgav. p. 12. 23.* exſtant literæ majeſtaticæ Imperatoris Conradi Salici, in quibus a. 1092. privigni ſui ducis Allemanniæ Erneſti II. ceſſionem ſeu traditionem Civitatis Wizenburch cum omni territorio hujusque ſubditis, vaſallis ac miniſterialibus factam acceptat in honorem & uſum imperii, addita nominatim ſervitiorum aulæ deſignatione Vaſallis concedenda: *Petebant itaque* (Vaſalli & Miniſteriales Ducis) *in hunc modum: optamus, ut*

Exempla recognitionis nexus & obligationum feudalium.

Civitatis Witzenburch.

(x) Prædiis ſorte deinde venditis vel in uſum civitatis collatis, hæc officia æqua ac jura proficua alia ab ipſis Hamburgenſibus titulo feodali in beneficium ſunt conceſſa. Facit huc Receſſus civicus Hamburgenſ. III. a. 1483. promulgatus art. XVIII. *Watterleye* LEHNE *den Raede nha deſſer tidt loes werden van Boemſlütern,* HAVEMESTEREN, *Doerſlüteren und Schencken will de Raedt framme Borgeren, de des begeren und dartho gadelyck ſyn, vorlenen, de dar Wißheit vor doen konnen, dat dat ghemeyne Gudt darby nicht geargert werde.* Quæ repetuntur in Receſſu civico IV. a. 1529 art. 44. qui agit: *van allerley Heren Lene:* quibus adnumerantur officia *der Bumeſtern, Waiſemeiſtern, Wage- und Tegelmeſtern, Hoppenmettern, Thyſevogten und Vogeden.* In eodem Receſſu art. LVI. agitur: *vou den Lenen der Cloſterperſonen, und Papen de evlick und tüchtig leven;* & art. LVII. *van den Dompröven, Vicarien, Commenden ofte andere* LENEN *to Gads Ere geſtichtet.*

(y) Teſtante Charta Caroli Regentis regni Franciæ a. 1358. *in Chartaphylacio regio Regeſt.* 89. c. 521: *dabunt octoginta* OUBLEIAS (panem tenuem ſeu oblatum) *ibidem* ANNO QVOLIBET *in craſtino nativitatis domini ſolvendas ſeu ſolvere conſuetas, ſcilicet quamlibet oubleyam furnitam una ſextario avenæ ad menſuram caſtri Nantonis:* Idem Charta apud Dominum GUDENUS *Sylloge Diplom. p. 16. 22: Abbati pro remedio animæ meæ predium illud in jus hæreditarium conceſſi eo tenore ut* ANNUAM *penſionem* DECEM CASEORUM *habentium pretium inde perſolvant, & ipſi prædictum prædium remota omni inquietudine poſſideant & ſub hac, quam prædiximus,* ANNUA *&* MEMORIALI *penſione eandem hæreditatem libere poſſideant, excolant, teneant.* Conveniunt Literæ a. 1310. apud SCHANNAT, *Client. Fuldenſ. n. 531: Nos & conventus noſter recognoſcimus, quod duas* NAPPAS *cum domo & arca adjacentibus ab Abbate Fuld. in* FEODUM *procedentes apud ſtrenuum virum de Wilbrecht juſto & legitimo emptionis titulo comparavimus; Nos vero devote poſtulantes, ut predicta bona nobis & Monaſterio appropriaret, qui ex mera liberalitate Nappas prædictas cum domo & area adjacentibus nobis & monaſterio noſtro appropriavit. Sic quod in* SIGNUM RECOGNITIONIS VERI DOMINII *nos eidem* SINGULIS ANNIS *in feſto* B. MARTINI *daremus X.* MAGNOS CLASEOS *clauſtrales, theutonice* MUNICHKESE *dictos.* Et Charta a. 1142. apud *de* GOEBEL *de jure & judicio ruſticorum p. 36. ut quotquot ibi manſi* (liberi) *habeantur, totidem notis a poſſeſſoribus eorum* QVOLIBET ANNO *denarii perſolvantur, quo prædium non ſuum ſed noſtrum eſſe profiteantur.* Plura exempla habent SCHILTER *ad jus feud. alem. c. 6. §. 5.* WEHNERUS *Theſaur. pract. voce Hoff-Lehn.* SPENERUS *jurisprud. publ. p. 459.* Accedunt qui de ſubjectione territoriali & ſervitutibus juris publici extra territorium ſcripſerunt, KNICHENIUS *de jure territor. c. 4.* BRUCKNER *diſp. de particulari territorio ſubinfeud. p. 7.* HERTIUS *diſſ. de ſubjectione territoriali:* ENGELBRECHT *tract. de Servitiis juris publici:* STRYKIUS *de jure principum circa & extra territorium Francof. hab. a. 1676.* aliique plures, qui de Adoha ſeu ſervitiis equeſtribus, de feudis procurationis & convivii, de feudis & beneficiis culinæ vulgo *Küchen-Lehn*, de feudis aulicis talliatis, cenſualibus, cameræ & cavenæ, bonis libellariis, cenſiticis & emphiteuticis commentati ſunt.

Exempla oblationum anſuarum puſillarum.

(z) Refert BEJER *in Commentario ad Schobelii diſſert. feudales diſſ. VIII. th. 7. p. 295.* indecoram quandam annuam obligationem *Balduini, dicti le Petteur*, qui terras ex *beneficio regis Angliæ per ſervantiam* (ita enim loquitur ſcriptor) *tenuit & poſſeſſionem earum recolere debuit ſingulis annis die natali domini coram domino Rege Angliæ faciens unam* SALTUM *unumque* SUFFLETUM *buccarum cet.* de quo ſervitio vide CAMDENUM *in Icenis p. 337. &* LYMNÆUM *T. I. jur. publ. L. I. c. II. n. 97.* Recte de his præſtationibus Balduini LANSIUS *in conſultat. ſuper Principatu Europæ Orat. contra Angliam ed. Amſtel. 1637. p. 408.* ita judicat: *O regia quaſi ſervitia, o feuda nobilia, o piam in die Chriſti natali devotionem.* Id quod etiam de ejusdem turpitudinis ſymbolis recognitionis Kæmthienſi & Tirollenſi dici poterit, quæ referente GIOVANNI *in Germania principe* fieri debuerunt in curiis. Forte tamen, quæ de hujus generis præſtationibus dicuntur, parum abſunt a fabulis, quibus etiam adnumeraverim turpe in vulgus notum *ſervitium coxæ* Dynaſtis præcipue regionum ſeptentrionalium & aliquando Canonicis temere affictum, a gothico *Kona*, fœmina, vel angloſaxonico *Kin*, prole appellatum, quia vel indolem feudi fœminini ſeu utriusque prolis indicat, vel conſuetudinem innuit veterum Germanorum, qui omnes fere, quin ipſas Torneamentorum ſolemnitates ſuaves demum & feſtivas duxerunt, præſentibus ſexus ſequioris incitamentis. Teſtantur hoc ipſæ, quæ citari ſolent, Literæ inveſtituræ *Comitum de* CASTELL, qui liberos Barones *de Heſſberg* officio hæreditario *Subpincernæ*, jure beneficiario donarunt, addita lege conſortii ſexus pulchrioris: *alle Jahr einen Zug mit 12. Pferden, dazu ein gut Mahl und dazu mit einer ſchönen Frauen den Dominum directum zu bedienen ap.* LUNIG *Spicil. Secul.*

Et ludicrarum.

ut jura beneficiorum (feudorum) *nobis firmentur præceptis imperialis poteſtatis; deinde pro filiis ac poſteris noſtris efflagitamus, ut dum primum curiam veſtram frequentare nituntur, per præſentem annum propriis bonis ſuis* (ſumtibus ſuis) *deſerviant, nihil accipientes, excepto in prima anni feſtivitate pelles* (tentoria a corio facta) *cum pellicio* (veſtimento ex pellibus confecto) *regales III. Denique pro filiabus noſtris petimus, ne unquam cogantur in ſervitium pediſſequarum, excepta Italica* EXPEDITIONE, *tum quidem proficiſcantur Wizenburch Feria II. ad reſarciendas veſtes ſeu quælibet neceſſaria uſque in Feriam IV. His ſingulis ad* SERVITIUM *decrevimus dandum* URNAM *unam* MEDONIS (Mede) *dimidiam* VINI, *V.* CEREVISIÆ, *ſingulis diebus* SIMILAGINEM *unam* (ſimilam) *& ſubtilem* PANEM *unum & duodecim* VOCATIAS (placentas focarias, vulgo Fladen) *modium unum de* PABULO. *Venationes nemoris II. ſcilicet ferarum beſtiarum, avium, piſcium, apum examina, fœniſecationem eo jure petimus, quo a Domino noſtro hactenus habuimus. Hæc eſt traditio Comitis Erneſti pro qua, recompenſato ſibi honore Ducatum Bojoaricum tradidimus. Primi ſervitiorum ejus fuerunt Reginzo de Salebach, Wizo de Wimersheim, Adelger de Curte. Igitur, ut hæc noſtra auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc cartam inde ſcriptam ſubtusque manu propria roboratam, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Juſtitia eorum clientum ſcilicet ſingulorum eſt, ut in Italica expeditione ſinguli ab Italica traditione accipiant* DECEM *talenta* (marcas XX. ſolidorum vel XII. unicarum) *&* FERRAMENTA (*Pferd-Geſchirr*) *quinque equorum* PELLES, *caprarum II. &* BURDONEM I. (mulum) *oneratum duabus manticis* (Mantelſack) *plenis neceſſariorum cum ſerviente trahente alio pellente & uterque* TALENTUM *unum &* CABALLUM *accipiant. Domino eorum victus poſt Alpes transcurſas de curia* (aula imperiali) *detur. Ubicunque Rex vadat in expeditione alterius terræ, dentur clientibus V. talenta, & caballus abſque one-*

Civitatis Norribergæ.

re, & ferramenta quinque equorum, & duæ pelles caprarum. Teſte etiam SPANGENBERGIO *P. I. Specul. Nobilitatis L. 10. cap. 18. f. 309.* civitas Norimbergenſis Landgravio Alſatiæ & Epiſcopo Argentinenſi in recognitionem meri imperii ſequentes oblationes debent: *Die Stadt Nürnberg,* inquit, *nimt das* HALSS GERICHT *vom Biſchoff zu Strasburg als dem Land-Graven in Elſaß zu* LEHEN *und ſchickt deſſen zum Zeugniß* JÆHRLICH *gen* STRASBURG *in die Wag ein ſcharf ſpitz* SCHWERD, *da auf der einen Seiten ein gülden Marien-Bild, und auf der andern S. Georgen Bildniß geetzet, und zween lincke* HANDSCHUH, *ſtarck und gut wol heran biß an den Elenbogen gehend, und einen* WEISEN STAB *oder* baculum, *beneben einem* GÜLDEN, *geben ſonſt von ihrer Wahre, ſo durch Straßburg gebt, vom Centner mehr nicht dann einen Heller*(*)

Malchoviæ.

Adde LYMNÆUM *jur. publ. T. IV. addit ad L. 7. c. 35. p. 268.* Luculentum exemplum exſtat in tabulis beneficiorum & donationum, quas *Nicolaus Dominus de Werle* Coenobio Malchovienſi, ſalva recognitione annua feudali, contulit Warnæ an. 1299 cujus verba citabo ex autographo: *Contulimus religioſis Dominabus ſanctimonialibus Monaſterii in Malchow*

---

cul p 167. Reſpondent huic ſignificatui antiquum nomen germanicum GANNA ſeu *Cunigunda*, foemina veterum Germanorum fatidica, latinum *Venus*, Suecicum *Kinsla*, virginitas. Plura de hac voce vide in HENRICI *Ducis Brunſvic. Conſtitutione de jure caduci ſeu manu mortua* vulgo *Baulebungs & Bedemunds Recht* promulgata a. 1433. apud SCHOTTEL *d. l. c. 2. §. 13* WINSLOVIUM *in farragine arctoa c. 7. § 9. p.* 189. *in* EDDA *& Gothrici Saga & ap.* GERHARDUM *de* SCHUEREN, *Cancellarium Civenſem, in Teutoniſta ed. a.* 1477. Fabulas vero de coxæ ſeu marchetæ ſervitio, male quippe vel intellecto vel applicatio fuſe narrant *Mart.* ZEILER *Cent. 3. Ep. 3 p.* 219. HACHENBERG *germ. ined diſſ. 5 §. 17.* CHOPPINUS *ad Leges Andegav. L. I. T. I c.* 31. *n.* 3. KOHL *de ſervitiis feudal. P. IV. n.* 130. 146 & KESTNERUS *in peculiari diſſertatione de hoc argumento*; qui tamen, ut pleraque ipſa exempla ab iis adcitata teſtantur, honeſta ſervitia & tributa CORNAGII *ſeu* CORNERII h. e. præſtationes vel a *cornu cujuslibet animalis* ſeu a beſtiis cornutis, vel a *frumento* debitas mutarunt in turpia & incaſta. Plura de his *Cornagiis*, apud Cimbros & Angloſaxones olim uſitatis, ab Anglis & Britannis hodieque HORNGIELDUM & a Batavis BOVAGIUM appellatis obſervata lege apud LITLETONIUM *Sect.* 156. *& in Monaſtico anglic. Tom. I. pag.* 192. 976. *T. II. p.* 17. 812 1032. *T III. p* 107. *&* FLETA *L. III. c.* 14. §. 9. Neque plane ſubſcribo ipſerim. KEYSLERO *in antiquitat. ſeptentr. & Celticis p* 485: Reſtant, inquit, *ejuſmodi reditus vectigalis pudicitiæ reliquiæ paſſim in Belgio & Anglia. In terris* MECKLENBURGICIS *pretium unius unctalis ſive thaleri paſſim ſtatutum eſt, qui thalerus vocatur* DER KLAUEN THALER, *credo, quod eo perſoluto virgo unguibus dynaſtæ eripitur; non nullibi tempora ſolvendi ſtipendii translata ſunt. Novimus oppidum in tractu Albino, cujus incolæ mulieres nuptæ quotannis die* MARTINI *ante ſolis occaſum quatuor numos minutos argenteos cum dimidio quæſtori tenentur afferre. Tabulæ publicæ eos reditus conſignant ſub rubro* FRAUEN GELD. *Idem juris obtinet in ditione Hamburgenſi* die Vier Lande *dicta; aliis in locis ita moribus receptum eſt, ut defuncta demum uxore vacca vel marchetæ pretium ad dominum deferatur, equus autem mortuo hero Multis locis foeminæ liberæ ſunt maritique tantum ſtipendium ſolvunt, utpote in quorum gratiam cedit beneficium, nimirum das Baulebungs-Recht, jus capitale Köhr Recht, Budtheil, Gewandfall, cetera.* Plura de præſtationibus Servitiorum turpium notarunt STRUVIUS *ſynt jur. feud. c. XI. aphor. 5. n.* 18. ROSENTHAL *de feud. c. 6. concl. 22. n. 2. 3.* SPEIDELIUS *Speculo jurid. Lit. L. n. 54. in f.* LYMNÆUS *jur publ. Tom. I. addition. L. 4. c. 7. p. 603.* KRUPPIUS *de feudo pignoratit. c. 6.* aliique citati a SENCKENBERG *in lin. juris feud. p. 7. c 13 §. 66.*

(*) Aliud exemplum refert AUTOR *des Græfflichen Wertheim. Gegen-Berichts wider die Würtzburgſche Rähte c. 3. p. 40.*

Malchow tredecim Agros sive Manſos cum totidem areis in villa Lubbien, in agris cultis pariter ac colendis, lignis, ſiluis, pratis, paſcuis, paludibus, Nemoribus, Rubetis, Piſcationibus, aquis & aquarum Decurſibus cum ſuis Pertinentiis & uſurariis quibuscunque, prout continentur in ſuis Metis & Terminis actualibus Ville ejusdem TITULO PHEODALI *& Jure cum dimidia Decima majori & minori totius ville Lubbien libere perpetuo poſſidendos. Proviſo tamen quod dictæ moniales in* RECOGNITIONEM HUJUS PHEODI *nobis & noſtris heredibus deinceps* UNO PARI CALIGARUM (*) *in Natali Domini noſtri ad ſervitium* ANNO QUOLIBET *teneantur. Ceterum ſi moniales prænarratæ in extorſione redituum ſuorum & talis decimæ villæ Lubbin impedimentum aliquod ſeu injuriam paterentur, nos requiſiti ipſis ſuper iſto noſtrum non eſſet auxilium denegandum, ſed noſtris interpoſitis nunciis aut noſtrorum officialium & advocatorum reditus jam dictos & ipſam decimam debebimus in modo pignoris extorquere. Si etiam aliquis dicta bona & decimam præſcriptam in petendo nomine Dominii modo quocunque easdem moniales monaſterii in Malchow ante dicti moleſtaret, nos vero ſuper hoc requiſiti, quotiens ipſæ neceſſe habuerint reditus ſæpedictæ villæ Lubbien cum ipſa decima, expediendo easdem a qualibet impetitionis moleſtia penitus eximemus. Item volumus & ſtatuimus, quod* HOMINES, *prædictos agros ſive manſos colentes* (Bauerhufen, Steuerbare Hufen) *non debent trahi nec cogi ab officialibus, & advocatis noſtris, ad* SERVITIA COMMUNIA CASTRORUM, OPPIDORUM, *cæterarumve* MUNITIONUM, *ſeu ad* AGGERUM *extructionem, armorum* EXPEDITIONEM *& ad* VECTIGALIUM *adminiſtrationem, ſed ſolummodo ad* DEFENSIONEM TERRÆ *teneantur. Ne hoc autem rationabile factum noſtrum a nobis aut a noſtris ſucceſſoribus infringatur, præſentem literam noſtri cum ſigilli appenſione fecimus communiri. Teſtes hujus ſunt Do. Archidiaconus novæ civitatis Röbelle, Hinricus de Exen, miles, Reinerus Bunno, Thidericus Vlotow, miles, Nicolaus de Oeritze, Jonas Paſſow, Hinricus Priſſebur, miles, Tacius & Jo. Scolares noſtri & viri cæteri fide digni.* Idem ſervitium mini- *Kerſebomi.*
ſtrandi *unum par caligarum* Hinricus Dominus Megapolenſis vindicavit *Hennekino Moltkenio*, qui villam *Kerzebom* prope Roſtochium ab omnibus ſervitiis exemtam jure feudi oblati vendiderat, addita conditione, ut hanc libertatem emtores recognoſcerent annua præſtatione, quæ in diplomate Henrici dato Petzekowiæ a. 1327. in die Ypoliti & ſociorum ejus ita deſcribitur: *Recognoſcimus præſentibus publice proteſtantes, quod dilectus nobis Hennekinus Moltik famulus filius Vickonis Moltiken militis pie memorie coram nobis recognovit ſe maturo prehabito conſilio ac cum conſenſu omnium quorum intereſt villam ſuam dictam Kertzebom, Kunegunde puellule filie Johannis Papen bone memorie civis in Rozſtock, ſimiliter Engelberto de Bomgarden, Reynekino Pyken, Henningho de Magdeburgh ac Bertoldo Nachtraven, Burgenſibus in Rozſtoch eorum omniumque heredibus ad manum conjunctam pro centum & ſeptuaginta quinque marcis puri argenti rite & rationabiliter vendidiſſe ac in* JUSTUM PHEODUM & JUS VASALLICUM PORREXISSE *cum omnibus ſuis pertinentiis videlicet in curia prope ſita ſilvis, campis, arcis, pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, poſſeſſionibus aquis aquarumve decurſibus piſcationibus virgultis paludibus, viis & inviis exitibus & regreſſibus, ſeu aliis quibuscunque prout infra terminos & per terminos ſuos, in longum & latum protenditur, cum omni utilitate, libertate, ac proprietate, absque ſervicio quolibet perpetuis temporibus, libere & pacifice poſſidendum, excepto jure majori, videlicet manus & colli, quod jure & more* VASALLICO, *mediante precaria ac* PHEODALI COLLACIONE *ſibi & ſuis ſucceſſoribus reſervavit. Villa in eadem pro ſervitio dicto Hennekino & ſuis heredibus* ANNIS SINGULIS, *qualibet vigilia nativitatis Domini* UNUM PAR CALIGARUM MINISTRABIT *benivole ac benigne. Conditum eſt etiam, quod ſi prædicta juvencula Kunegundis heredesque ipſius, ſeu aliquis nomine ipſorum vel alii prenotati videlicet Engelbertus, Reynekinus, Henningbus ac Bertoldus, & eorum heredes dictam villam Kerzebom, vendere ſeu obligare decreverint, illi ſeu illis Hennekinus ſupradictus, & heredes ipſius, eandem villam conferre* JURE PHEODALI *debebunt contradictione non obſtante. Præterea ſi medio tempore curia adjacens villæ ſupradictæ ad nichilum redigeretur, ſeu deſtrueretur, ex tunc coloni dictam villam inhabitantes, & eorum ſucceſſores pro cenſu & penſione ejusdem curiæ ſupradictis, & eorum heredibus*

---

3. p. 40. ubi teſtatur: *Daß das Cloſter Brumbach in recognitionem banni ſeu judicii ſanguinis ſchuldig ſey nicht allein jährlich einen Wagen mit Heu und Stroh dem Scharfrichter zu Wertheim, ſondern auch nothdürfftiges Brennholtz zu Juſtificirung der Miſſethäter aus ihren Waldungen herzugeben.*

(*) Vel ocrearum & tegumentorum crurum pedumque. Apud Saxones enim, Cimbros & Angloſaxones caligas hunc ſignificatum habuiſſe, docent BENSO *in gloſſar. Angloſaxonico* & SCRIPTORES *de Origine ordiligas hunc ſignificatum habuiſſe, docent* BENSO *in gloſſar. Angloſaxonico* & SCRIPTORES *de Origine ordinis Periſcelidis, des blauen Hoſen-Bandes a.* 1344. Vide BERNH. PIC. CARD. *T. IV. des Ceremonies & contumes religieuſes de tous les peuples* & JO. GEO. *ab* ECCARD *in explicatione des Nürnbergiſchen Kleinod. Kæſtl. p.* 21 *ſqq.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pomeraniæ. *bus annis singulis octo marcarum redditus erogabunt.* In Pomerania idem servitium symbolicum in recognitionem feudi franci, ab oneribus liberati, obtinuit, testantibus literis resignationis & confirmationis feudi Sanze a nobilibus de Beehr venditi, cui exemtionem *a servitiis equestribus, ab omni* FEUDI *servitio* DEXTRARII *dominorum vel equi de ipsis faciendo* indulserant Comites Gutzkowienses Joannes senior & junior an. 1334. teste SCHWARTZIO *in Hist. Rug. & Pom. feud. P. II. p. 350. Ipsos mansos cum suis redditibus & marca redditurum de ipsis mansis nomine precariarum predictarum & pertinentiis universis liberos absque omni* SERVITIO FEUDI VASALLORUM *nobis nostris heredibus & successoribus in perpetuum faciendo aut requirendo, de eisdem predictis fratribus Hinrico Ludekino, ipsorum liberis & veris heredibus in* FEUDUM *contulimus & conferimus in hiis scriptis perpetuis temporibus libere possidendos, illo duntaxat excepto, ut in* SIGNUM DOMINII NOBIS *unum par* CALIGARUM *in festo nativitatis domini dare liberaliter teneantur.* Addit laudatus Schwartzius d. l. hanc commentationem: *Mit denen erwehnten* Precariis *oder Beden hatte es diese Bewandniß, daß, gleichwie sothane Art der Contribution von denen Land-Gütern, ohne Unterscheid, sie mogten aus Ritterhufen bestehen oder nicht, jährlich in zwey Terminen abgegeben werden muste: Also auch die von Behren, nach Aussage dieser ihrer eigenen Briefe, dieselbe von dem Guth Santz abzugeben gehabt. Nur 1. Marck von jeglicher Hufe (welches nach des Dorffs damahligen Hufen-Anschlag etwa 18. Marck ausmachte) war ihren Vorfahren schon von denen Grafen von Gützkow, als ein freyes Lehn gegeben. Wie sie nun oberwehnten Bürgern auch diese mit verkaufft hatten, so wurden dieselbe ihnen auch in vorangeführten Worten von denen Grafen unter eben der Qualitæt mit verliehen. Sonst belief sich die Bede aus dem gantzen Dorff Santz auf 73. Marck und 24. ß. Im übrigen ist fast nicht zu ersehen, wie die Landes Herren sich entschliessen können, dergleichen Veränderungen mit den Lehn-Gütern vorzunehmen, wodurch sie an denen Ritter-Diensten, als der damahligen Krieges-Macht, einen mercklichen Abgang gelitten. Und vielleicht mag dieses die Ursache gewesen seyn, warum es sich mit der Bestætigung des Verkaufs der 7. Hufen und, ehe Graf Johann der Jüngere die beiden Greifswaldischen Bürger damit belehnet, biß 1336, verzogen.* Aliud exemplum suppeditat AU-

Augustæ Vindelicorum. TOR *der Reichsvogtischen Apologie c. 12. p. 400.* ex literis investituræ a Gottofredo Comite de Hohenlo, præsente Domino Conrado, illustri Romanorum Rege, datis a. 1246. *Ottoni Bogenario* civi Augustano & Selindæ uxori eorumque omnibus hæredibus successoribus, quibus cessit contulitque palatium suum Augustæ Vindelicorum instar *feudi franci* cum area apud antiquam portam civitatis sita & cum omnibus attinentiis, hac tamen addita lege, ut Bogenarius non solum feudi Dominum ejusque heredes, quoties Augustæ commorarentur, libero hospitio exciperet, sed etiam Comiti Hohenloensi in recognitionem beneficii *duas* CALIGAS *de* SAGETO *seu aluta crispata*, singulis annis offerre obstringeretur; adjecto etiam hoc, quod, si forte Bogenarius domum eam vendere alii voluerit, Imperator ejusque successores perpetuo obligentur, quotannis die Michaelis festo, Comitibus Hohenloensibus *duos urogallos* seu anseres duos galeatos (Auerhane) *in censum* ANNUUM FEUDIQUE RECOGNITIONEM *conferre.* Accedit exem-

Comitum Dannebergæ. plum ex historia Comitum Suerinensium apud CHEMNITIUM *in Chronico magno Megap. in vita Guncelini VI.* ubi testatur, quod Comites Dannenbergici in signum recognitionis cujusdam beneficiariæ seu feudalis Episcopo quotannis obtulerint duo pondera majora nautica halecum 2. *Last Heringe* quem censum Episcopus a. 1306. consentiente capitulo, *jure investituræ* transtulit in Episcopum Suerinensem Guncelinum VI. Eodem fere mo-

Villæ Schwatz. re usus est Nicolaus Dominus de Werle, qui villam *Zetze*, hodie *Schwatz*, ab omni servitiorum præstatione liberans sibi stipulatus est in locum memoriæ & recognitionis eorum annuum censum quem Ecclesiæ b. Cæciliæ & Canonicis Gustroviæ contulit singulari donatione an. 1308. *Dimittimus iis proprietatem villæ in agris cultis & incultis viis & inviis & aquarum decursibus piscatitionibus futuris & actualibus in sui utilitate & fructu, sicut ad omnem positionem continetur suis in terminis, ita quod terminorum distinctiones ejusdem ville de cetero dimensionis funiculis, non attingat sine omni servitio perpetuo possidendam. Renunciantes insuper duabus* TESTUDINIBUS, *quas & vi voti solempnis quondam construi novimus in ecclesia supra dicta. Ceterum unum* PUNT MELLIS, *quod in ipsa villa quovis anno loco* SERVICII PHEODALIS *habuimus, ecclesie prædicte & canonicis ibidem dimittimus & relaxamus perpetuo, super eo ut nostri patrui Domini Henrici & nostri patris dilecti Domini Johannis Dominorum de Werle ac matris nostre Sophie atque uxoris nostre Riczen dilectarum nobis & nostri, dum mori contigerit memoria quovis anno die Dominica ante Assumptionem virginis sancte Marie in vigiliis & missarum solemp-*

lempniis pro defunctis, ut oportet perhenniter habeatur. In chartulario Conventus Nemorovienſis occurrunt a. 1356. literæ venditionis villæ Stove, cujus reditus *novem pactos pecuniæ denariorum Brandenburgenſium Vicke de Judenschwegen, miles*, accedente conſenſu filiorum, cum omnibus judiciis, libertatibus, ſtagnis, cauponis, gallinis & cum *feudo eccleſiæ* reſignavit commendatori & conventui *Nemerovienſi*, impoſita iis hac obligatione, *ut hanc poſſeſſionem recognoſcerent* ANNUA *præſtatione* UNIUS *libræ* PIPERIS. In Saxonia Electorali teſte LEYSERO *jur. Georg. L. I. c. XXVII. p. 117.* ſæpe feudorum ſervitia vel onera prædiorum remiſſa ſunt ea conditione, ut illorum loco Domino quotannis liber uſus alicujus equi *ein Lehnpferd*, vel aulæ ejus & miniſtris detur aliquid eſculentorum & potulentorum, docentibus literis inveſtituræ Joannis Rebenitſch in Koniswalda a. 1675: *Wir behalten uns aber zuvor, daſs er und ſeine Erben unſern Jægermeiſter und Amtleuthe zu Grimbayn, wan ſie über den Kretſchmar jagen, Futter, Speiß und* TRANCK *umſonſt zu geben ſchuldig ſeyn, weiter aber von uns nicht beſchweret werden ſolle*; ut & literis Matth. Kloſterlein über den Freyhoff zu Eibenſtock a. 1657: *Wegen dieſes* FREYHOFFS *ſoll er und ſeine Erben und Erbnehmen, Uns, Unſeren Erben und Nachkommen einen Jagt-Hund, wenn wir ihm den zuſchicken, erziehen, die hohen Tücher oder Wild-Netze, wenn wir um Eybenſtock jagen, mit einem Pferde helffen, und einem Jæger ſelbſt dritte Eſſen und Bier zu trincken, Haber zu füttern und Streu denen Hunden nothdürfftig geben und verſorgen.* Ejusdem paſſim indolis ſunt feuda franca & curiæ nobilium in Franconia Orientali *freye Ritter-Lehn* exemta ab omnibus ſervitiis ſub lege recognitionis ſolennis. Conſtat etiam Vaſallos aliquando & ſubditos certis diebus ad declarandum nexum clientelarem cantilenam quandam in aula Domini muſice modulari vel etiam viridem ramum præ ſe ferre, itemque uxorem Domini feudalis feſtis diebus ad ſacra euntem comitari debuiſſe, uti GOTHOFR. ANTHONIUS *diſp. 7. T. I. Lit. D.* indicat. Ita etiam RENATUS CHROPINUS *Commentar. ad Q. Andegavenſ. L. I. T. I. c. 31. n. 3. 8. p. 232.* CAMILLUS BORELLUS *conſil. I. n. 147.* conſuetudinis cujusdam feudalis meminerunt, qua vaſalli obſtringuntur, in recognitionem feudi a ſervitiis exemti, ſaltationem quandam inſtituere; iterumque alaudam, curru patenti bobus junctis vectam, aliquando etiam (ut in prædiis *Dominorum d'*ARGENTON *Baronum de Montcontour* moris eſt) catenulis vinctam apportare inque aulam deferre. Pari ratione KNICHENIUS *tr. de ſuperiorit. territor.* LYMNÆUS *jur. publ. L. I. c. II. n. 97. & Marc.* RODENUS *diſſ. de ſervitiis feudalibus Vaſallorum Pomeraniæ orientalis cap. I. theſ. 5.* perhibent, nonnullis ſubjectorum hanc impoſitam fuiſſe obligationem, ut quotannis in prædio domini convenientes, ranarum clamorem inhibuerint, quod fieri ſolet adpoſita lucerna, quæ concluſam habet candelam accenſam. Alibi vaſalli ligni quandam ſtruem in prima luce, quæ nativitati Chriſti ſacra eſt, culinæ vel foco domini Feudi inferre, vel ut id fiat, curare tenentur, prouti ex moribus Galliæ ſpeciatim de ſervitiis *Domino de* LANSAC impoſitis teſtantur LAURENTIUS BOUCHELUS *in Theſauro juris Gall. T. I. p. 1197.* & LYMNÆUS *in addit. Tom. IV. ad L. IV. c. 7. p. 601.* Alibi duos modios muſcis repletos quotannis exhibere vel caput aprinum, *une hure de ſanglier*, offerre obſtringuntur. Præcipue in Franconia moris eſt, ut clientes quidam quoquo anno *die b. Martini memoriæ dicata* dominum territorialem accedant & in recognitionem *ſervitiorum feudalium* vivum trochilum ſeu regulum, puſillam aviculam, exhibeant teſte BESOLDO *theſ. pract. voce Lehn-Dienſt pag. 570.* Ex eadem ratione receptæ aliquando ſunt *Gallinagia* ſeu *annuæ gallinarum* (***) *præſtationes* in recognitionem dominii feudalis & jurisdictionis. Quam puſillis quoque rebus alibi dominium directum recolatur; id quidem docent exempla, quorum fide id non raro fieri ſuevit unius nummi, ovi, vituli vel alius rei tenuis oblatione ad culinam Domini, vel parvæ ligni portionis translatione ad focum referente HOFFMANNO *de jurisprud. ſymbolica p. 58.* & VALASCO *jur. emphyteut. qu. 11. n. 19.* In Chartis Holſaticis Seculi XIII. paſſim occurrit *exemtio a talliis & ſervitiis prædiorum ruſticorum & bonorum pheodalium reſervata tamen recognitione* SOCCI *unius*, h. e. ſoccagii, vulgo *einer Pflugſchaare*; quod conſtat ex rationibus a SPELMANNO *in gloſſario Anglo-Saxonico* adductis & ex Charta apud GOLDASTUM *T. II. Rer Allemann. n. 50. Dum advixero, ipſas res habere debeam &* CENSUM *de more hoc ſingulis annis in feſtivitate S. Galloni* SOCCUM *unum aut IV. denarios.* Et in *Polyptico Toſſatenſi ap.* BALUZIUM *Capitular. T. II. p. 1387. Solvit unusquisque* (Soccomannus ſeu arator)

Nemoroviæ.

Alia exempla ex moribus Saxoniæ.

Franconiæ.

Galliæ.

Holſatiæ.

(***) De his antiquiſſimis præſtationibus Tacitus de M. G. C. XXV. *Servis non in noſtrum morem deſcriptis per familiam miniſteriis utuntur; ſuam quisque ſedem, ſuos penates regit;* FRUMENTI *modum dominus, aut præſtationum* PECORIS *frugum, galli-*

tor) *usque ad monaſterium carroperam unam & soc & cultrum;* Item in vetuſto jure ſuperiori Yſelano apud MATTHÆUM *in anal. veteris ævi T. VI. P. I. art. 7. Wanner en Denſtman ſtervet, die guet holde van ons, dat gued ſchall ſyn rechte* LEHNFOLGER VERSOCKEN (jure ſoccagii recognoſcere) *an uns binnen Jahr und Tach.* Faciunt huc variorum laudemiorum & releviorum præſtationes, *equus ephippiatus, veſtimentum ſelectius, vini quantitas, curriculum ſejuge, bijuge,* cujusmodi exempla plura (*) adduxit NEUSTAD. *tr. de feudis.* Inter exempla illuſtria referendum eſt, quod Ungari inveſtituram feudalem
Ungariæ. a Rege recognoſcentes dona obtulerint culinaria, piſces, feras, gallinas & aves, fide ULRICI *ab* REICHENTHAL *in den Handlungen des Conſilii zu Coſtnitz an. 1413.* editis *Auguſtæ Vindelicorum an. 1536 fol. XXVI.* ubi teſtatur: *Alſo lihe unſer König Sigismund den Ungarn ir Lehn und brachten im darumb Gaben, alsdan von* ALTERS *Herkommen iſt, ene Wanne mit Fiſchen, Wildpret und Feder-Vieh.* Referunt fere in hunc cenſum officium ſingulare
Neapolitanorum. Regis Neapolitani, qui olim Pontifici Romano equum gradarium vel ephippia aurata & ſaccum holoſericium certa argenti ſumma refertum mittere a multis retro ſeculis conſuevit; quemadmodum Maltenſes ad Hiſpaniarum regem in recognitionem dominii directi *falconem* transferri curant; nonnulli etiam Auſtriaci Vaſalli, forte ex imitatione Archiducis Auſtriæ, feudum recognoſcunt ſervitio & oblatione equi, equo inſidentes capite operto. Noſtro quidem ævo illuſtris & ſolennior haud ignota eſt præſtatio annua,
Angliæ. quam Anna Angliæ Regina Duci Marlborougio ejusque heredibus, pro conceſſa ipſi in beneficium *ditione Woordſtoockienſi* demandavit, hac conditione præfinita, ut quotannis die 13. Aug. quo Galli prœlio Hochſtadtenſi ſuperati ſunt, vexillum liliis tribus deauratis exornatum Reginæ offerant, de quo CASP. HENR. HORNIUS *jurisprud. feudal. Longobard. Teutonica c. 18. § 5. in f. p. 739. &* HENR. HILDEBRAND. *diſſ. jurid. de equo ſequelæ & equeſtri cap. 2. §. 1.* Plures præſtationes in ſignum recognitionis obligationum feudalium factas adnotavit WEBERUS *diſſ. de inveſtituris & ſervit. feudorum ludicris § 5. p.*
Haſſiæ. *85.* ubi ex amicorum relationibus præcipue recenſuit: *Daſs der Lehn-Mann* Clodius a Neuſtadt *alle Jahr* in recognitionem *eine Schüſſel voll Trauben dem* LEHN-HERRN *nach* HOFFE *ſchicken müſſen* referente Vicecancellario *von Metzger.* Et porro: *Es ſey ein Schwartzburgiſch Lehn zu Riednordhauſen geweſen, von welchen mit einem Legel* MALVASIER *Folge geſchehen und ſolches mit 24. Gülden bezahlt worden.* Coronidis inſtar accedit ſolennitas ſymbolica annua, qua etiamnunc Abbas Coenobii Paradiſi prope Swiebuſum
Zulichoviæ. obligationem, ex veteri nexu feudalitio prædiorum *Zulichauenſium* oriundam, teſtatam reddit Regi Poruſſiæ & Electori Brandenburgico ita quidem, ut quotannis circa feſtum Pentecoſtes rheda opertoria quadrijugis equis albis inſtructa vectus, oppidum Zulichaviam petat, ibique puſillum aliquid auri exſolvat inſtar recognitionis. Utcunque demum ſit, id ſponte ex adductis exemplis conficitur, quod ex ſingulari jure conſuetudinum territorialium Germaniæ ſæpe invaluerint ſolennes modicæ Vaſallorum nobilium & burgenſium præſtationes, præcipue in recognitionem nexus feudalis vel ob remiſſa onera feudalia introductæ in eum finem, ut feudi indoles & beneficia annuo ſigno recolantur, diviſique etiam vel adducti paululum & ſuſpenſi dominii memoria quotannis obfirmetur vel ſpes & ju-
Opinio Buderi. ra recadentiæ ſalva ſerventur. In hunc cenſum indolem ſervitiorum Lubecenſium, quæ in aula Suerinenſi quotannis præſtantur, retulit CHRIST. GOTTLIEB BUDERUS *juris publici & feudalis hiſto-*

---

nagiorum feudalium. PECORIS, *aut* VESTIS (hinc Gewand-Fall, jus exuviarum) *colono injungit & ſervus hactenus paret.* Olim itaque Gallinagium fuit præſtatio annua data, in recognitionem aſſignationis prædiorum fructuumque ruralium & poteſtatis dominicæ, ex qua orta deinde eſt jurisdictio patrimonialis. Hinc ſenſim eædem præſtationes in chartis & diplomatibus dicuntur, tum ſymbola ſubjectionis, tum ſigna *fidelitatis*, defenſionis, advocatiæ, judiciorum, recognitiones bonorum *feudalium*, emphyteuticorum, clientelarium. Exempla de *Gallinagiis* in recognitionem bonorum juriumque feudalium præſtitis copioſe exſtant *in dem Lehns-Regiſter der Adelichen und Bürgerlichen Reichs Lehn* de a. 1590. apud de LUDEWIG *Comment. ad Aur. Bull. T. II. Tit. 29. p. 1051. ſqq.* Spectat huc quod de præſtatione *Gallinarum advocatiæ* notavit HUNDIUS *in dem Bayriſchen Stamm-Baum T. II p. 409: Was der Adell vor Jahren zu den Gottes-Hæuſern für Güter geben, haben ſie ſich gewöhnlich eine Vogtey vorbehalten, etliche Metzen Habern und Hüner oder Geld zu Erkentniß daſs dieſe Güter von ihnen* HERKOMMEN, *und daſs ſie der Güter Beſchützer ſeyn wolten.* Teſtantur etiam HUSANUS *de hominibus propriis c. 6. n. 64.* COTHMAN. *Vol. I. Reſp. XL. n. 34.* SCHEPIZ *ad Conſuet. Brand. P. I. Tit. 3. n. 6.* quod in Megapoli, Holſatia, Saxonia, Marchia & in tractu ad Rhenum Dominis offerri ſoleant Gallinæ quadrageſimales, quæ a termino præſtationis, proxime ante primordium jejunii Papalis olim factæ, dicuntur, *Faſtnachtshüner, Früſteuer*, quarum loco in Saxonia & Thuringia exhibentur tres groſſi, oves cenſuales, *Pflichtſchafe*; in Pomeriana autem teſte SCHWEDERO *von Anſchlag der Güter c. 13. p. 143.* anſeres fumoſi RAUCHGÆNSE, non a locis fumo expoſitis, nec a plumis, nec ab infumatione, ſed a *fumo* ſeu habitatione & foco (vulgo der Feuerſtedte dem eignen Rauch und Heerd,) appellati, uti docent BESOLDUS *Theſ. P. I. p. 786.* & DEINLIN *de præſtationibus Gallinariis §. 5 p. 20. 24.*

Præſtatio ſaltationis. (*) Quibus accenſenda videtur conſuetudo, quæ in *oppido* LANGENBERG *Dominii Gerani* a multis retro ſeculis conſueta & ſaltatio dicta *der Pfingſt-Tantz, Frohn-Tantz*, tertia Pentecoſtes feria inſtituenda a dynaſtiæ

historiarumque professor Academiæ Jenensis præclarissime meritus in amoenitatibus Juris feud. a. 1741. editis Obs. 26. p. 180. An ex nexu quodam FEUDALI *aut ex alio jure, an vero pro libertate piscandi in Dravi & Stepnitii amnibus, illa fluat cerimonia, quæ Serenissimi Megapoleos Duces, qui Suerinum tenent, inclita urbs imperialis Lubeca, vas vino rhenano plenum currui impositum, per publicum ministrum singulari pompa transmittit, atque ipso Martini Lutheri die festo, singulis annis exhibendum curat, disquiritur. Vero simile ex* FEUDALI NEXU *vel* DOMINICA CAUSSA *hanc currus transmissionem ortam, cum* ACCLAMANTIS *turbæ ad spectaculum concurrentis clamor: Hey Marten, Martensmann; tum maxima* CEREMONIÆ *pars declarare videtur.*

Sexta conjectura, quæ forte ad caussam proprius accedit, solemnia illa repetit speciatim ex veteri indole *expeditionum militarium & provincialium*, ad quarum præstationes ingruente bello vel poscente utilitate obstricti erant tum vasalli & nobiles, tum monasteria (a) civitates & subditi omnes. Varias hoc expeditionum commune servitium, quod indolem civitatum & regionum in medio præcipue ævo maxime prodit, sortitum est appellationes, varias etiam complexum est præstationes & operas in bello & pace subeundas. Fide diplomatum præcipue huc pertinent nomina HEERFAHRT, HEERBANT, LANDWERE, *terræ defensio*, BORGWERCK *&* BORGWERE, *castrorum ubicunque munitio & defensio*, BRUCKWERCK, *pontium & aggerum constructio*, *operæ* ANGARIÆ *&* PARANGARIÆ, MANNDENSTE, UTHBODE, SEQUELÆ, SERVITIA *communis terræ*, FEODI *castrensis & militaris*, *servitia* DEXTRARIORUM *&* CLYPEORUM, ADÆRATIONES, *onera quibus* OMNIS TERRA *obligatur* (b). Inprimis frequens fit mentio curruum expe- *Sexta de expeditione militari, Heerfart.*

---

stiæ Geranæ subditis, adscitis etiam vicinis amicis celebranda in signum & recognitionem servitiorum prædialium docente WILDVOGELIO *in Chronoscopia legalia exercit. IV. cap. 4. de eo, quod justum est circa festum Pentecostes* §. 9 *p.* 210. Addit idem, quod subditi choream illam in destinato publico loco ducere obstricti sint, nisi multam sexagenæ incurrere malint, ita quidem, ut choream apparitor judicii primus incipiat, cæteri vero suo sequantur ordine; pro quo servitii genere certus *placentularum numerus* & aliquot *cerevisiæ mensuræ* ipsis porriguntur, prout testatur PETRUS MULLER *in jurisprud. element Corroll. 2. ad Disp. XII X.* quamvis in ditionibus Comitum de Schwartzburg lineæ Rudolphopolitanæ hæ choreæ pentecostales, teste Cancellario Schwartzburgico AHASVERO FRITSCHIO abrogatæ sint, postquam civis quidam Rudolphipolitanus inter saltandum misere erat trucidatus. Cujus saltationis, instar servitii feudalis, præstandæ (*Dienst-Tantz*) meminit EPHR. GERHARDUS *disp. juris Germ. de servitutibus in faciendo consistentibus ed. Jena a.* 1710. §. 8. *p.* 29. ubi hæc subjungit: *illud observo unus hocce* PRÆDIIS *inhærere & ab incolis prædiorum præstari, adeoque in hocce cum servitiis & operis prædialibus convenire.*

(a) Ipsos adeo Episcopos & Abbates bellicis expeditionibus adesse oportuit, ex qua ratione præcipue Monasteria precibus sæpe Dominos flagitarunt, ut Cleri eximerentur a servitiis militaribus, quæ corpore peraguntur. Audiamus preces populi francici ex Capitularium Caroli M. Libro VII. c. 7: *Flexis omnes precamur genibus Majestatem vestram, ut Episcopi deinceps hactenus non vexentur hostibus; sed quando vos nosque in hostem pergimus, ipsi propriis resideant in Parochiis, Deoque fideliter famulari studeant & eorum sacrosancta Mysteria canonice & Deo placite peragere satagant, atque pro vobis & cuncto* EXERCITU *vestro una cum omnibus sibi commissis orare viriliter Missasque decantare & Litanias, atque eleemosynas facere decertent &c. Nam sine dubio potius vobis nobisque proficere possunt, si remanserint, quam si in hostem, vel ad* PUGNAM *perrexerint, quia tunc eorum precibus adjuvamur, & modo eorum pressuris gravamur.* Factum inde est, teste MAGERO *de Advocatia armata CXI. n. 7.* ANT. MATTHÆO *in Notis ad Annales Egmundanos p. 257: quod Monasteria Principibus debuerint interdum tantum* ORATIONES *jure privilegii, interdum simul* MILITIAM *in corpore, interdum* ADPARATUM *ad faciendam militiam necessarium*, (Contributionem militarem) EQUOS *in usus militares, præstationes ex* ÆRARIIS *suis pro rata parte conferendas.* Item docet præcipue *Notitia servitiorum militarium & donorum a Monasteriis præstitorum in Aquisgranensi Conventu a.* 817. *consignata apud* BALUZIUM *Capitular. Reg. Franc. T. I. p.* 591. De præstationibus Monasteriorum ad expeditionem REGALEM *&* EXERCITALEM, *hostiles*, CLYPEOS *& curiales* VECTURAS obligatorum ex Seculo X. & XV. testantur diploma Ottonis Imp. a. 972. *in Suevia ecclesiastica p.* 383. & *de la* ROQUE *Tr. de Ban & Arriereban c.* 6. citati *a* BUDERO *Amoen. jur. feud. p.* 66. *sqq.* ubi exemplis & documentis evicit, quod raro ipsa Monasteria exempta fuerint ab Oneribus expeditionum. Quod autem de Monasteriis notavit MABILLON *annal. Ord. Bened. T. I. p.* 554: *illa, nisi immunitate omni a* SERVITIIS *donata fuerint, dare debuisse Dominis* MUNERA ANNUA; id omnino verum est respectu civium & civitatum ad servitia vel ad recognitionem eorundem & memoriam symbolicam obligatarum. In ipso Instrumento pacis Westphalicæ provisum est art. V. § 26, *ut jura aperturæ, Hospitiorum, Servitiorum & operarum Regibus & Dominis, vel Fundatoribus, vel Advocatis competentia, in Monasteriis salva tectaque maneant, ad annos normales exigenda.* *Communis obligatio servitii expeditionis.*

(b) Charta Henrici Burewini de libertate prædiorum Doberanensium a. 1192: *Homines etiam de Abbatia liberi sint ab* EXSTRUCTIONE URBIUM *&* PONTIUM, *ab exactione vectigalium & qualibet exactione, nisi in* TERRÆ DEFENSIONE, *ita quod terram non exeant, sed intra terram contra inimicos terræ, si comparuerint,* EXPEDITIONEM *faciant, & si per triduum in expeditione positi inimicos exspectavint, qui non venerint, die quarta quisque ad sua redire possit.* Charta ejusdem a. 1222. de libertatibus & mansis ecclesiæ Raceburgensis: *Consensimus etiam ego & filii mei in eo, quod villam Mandrowe in liberam possessionem episcopo dedimus, hoc excepto, quod homines villæ illius* BORCKWERCK *&* BRUCKWERCK *operentur per circulum urbis Magnopolensis.* Diploma Hinrici Burewini II. de fundatione ecclesiæ Gustrovienſis a 1226: *Censo etiam predicta bona ecclesie nominate libera ab omni exactione tam petitionum quam vectigalium & expeditionum & edificatione urbium & pontium sed si necessitas postularit eam expeditionem observabunt que vulgariter Landweere appellatur.* Charta Alberti Ducis Saxoniæ de translatione villæ Beluwe Monasterio Reinfeldensi venditæ a. 1243: *Nos vero ad petitionem Dn. Abbat. totiusque præfatæ ecclesiæ Conventus pro 50. Marcis vendidimus eidem jam dictæ Eccles. ejusdem villæ proprietatem ita duntaxat ut Coloni septem mansorum ejusdem villæ, cum cæteris indigenis* *Servitia expeditionum. Borgwerck. Bruckwerck. Landwere.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Heerwagen fide chartarum Holf. & Megapoleuſ.

expeditionum DER HEERWAGEN, quibus bellum juvarunt civitates & villæ. Teſtantur hoc literæ Hinrici & Nicolai Comitum Holſatiæ an. 1227. *Noverint igitur, quod bona eccleſiæ novi monaſterii in banno Saxonum in loco Mohr ſita, in* SOMARIIS (jumentis far-

(k) Omnium primæ præstationes fuerunt *decimæ* ab omnis generis frugibus terræ & pecoribus; quibus jam Regum Francorum tempore *census mansorum, qui arari debent, camporum, hominum, mercium rerumque omnium* fere accessisse luculenter constat ex CAPITULARIBUS *Caroli M.* Sub imperio Regum Germanicorum istæ & aliæ *exactiones aestiuræ* religiosum DECIMATIONIS nomen plerumque retinuerunt, uti constat ex OTTONIS III. *diplomate a.* 983. *Francowurthi dato* apud SCHÖTTGENIUM & KREYSIGIUM *in spicileg. diplom. Saxon. super. P. IV. p.* 187. in quo sub *decimationis* nomine omnem fisco ipsius e villa *Setlehovesdorff* competentem CENSUM *frugum, pecudum, pecuniarum, vestimentorum, mellis, crusinarum* (vestium pelle geminatarum) *omniumque utilitatum, quibus mortales utuntur, nec non* WARCOPHUNGHAM *&* TALUNGAM *familiarum rusticorum jure donationis cæsarea transfert in ecclesiam Misnensem.* WARCOPHUNGA vero est nummus arearum. *Wara* enim in chartis hujus ævi Saxonicis & Anglicis notat *terram arabilem, agrum novalem vel recens subactum,* quod patet ex chartis obviis in MONASTICO *Anglicano Tom. I. p.* 525. *II. p.* 128. *Concedimus eidem unam Waram* (Wurth) *& duos cotelandas cum prato.* In FLETA *L.* 2. *c.* 72. *&* 73. *§.* 10. occurrunt *ager Warectus* h. e. prosciissus; *Warectatio,* agri prosciissio. Alibi laudatur WARASCHETTUN VILLARUM h. e. WURTSCHATT, census arearum in charta a. 1148. apud MARTENE *T. I. Anced. p.* 1038. Quæ appellatio eadem est cum Anglo-Saxonica notione WURTINSSE *in charta Ottonis & Wilhelmi Ducum Brunsv. an.* 1348. ap. GRUPEN *antiquit. Hannov. p.* 125. *&* WURTPFENNING, quæ appellatio exstat in charta Archiepiscopi Magdeb. a. 1181. apud LUDEWIG *T. V. Reliqu. p.* 3. *Remissimus etiam censum arearum qui dicitur* WURTPFENNINGE *in omnibus curiis eorum.* Quod voces *Talungæ rusticæ familiæ* attinet, putaverim, illam significare præstationem vel servitia colonorum, qui, veteri curiæ idiomate, pertinebant ad *familiam* domini. Dicitur autem *talunga* a *tallia,* exactione, quæ in taleis seu tesseris fissis ligneis annotari sueverat; unde *tallhium & tallagium* vocantur exactiones decimarum apud MARTENE *T. I. col.* 446. *& in Monast. Angl. T. I. p.* 193. Ut itaque censuum & Bedarum præstationes fierent commendatiores, e re esse duxerunt Principes & Episcopi, illas referre ad indicem & *accessiones decimarum,* quin etiam vocare *decimas* AGRARIAS. In partes voco privilegium Adalberonis Archiepiscopi Hamb. de divisione & conterminis paludis australis in Santaw an. 1143. datum: *Quas villas æqua portione inter nos divisimus & ab omni tam nobilium quam ministerialium seu rurcolarum appellatione liberam factam habitatoribus excolendam dedimus: Erat autem Nobilis hæc cum colonis illis conventio, ut quotquot ibi* MANSI *habeantur, totidem Nobis a possessoribus eorum,* QUOLIBET *anno denarii persolvantur: quo prædium non* SUUM, *sed* ECCLESIAE *& Nostrum esse profiteantur &* DECIMAM *frugum & porcellorum & anserum, ovium & caprarum, atque apum examinum secundum* USUM TERRÆ NOSTRÆ *dare non negligant. Sed &* SOLEDRUM *denario &* VITULUM *dimidio redimant.* Et Adolphi Comitis Holsatiæ literas donationis decimarum villæ Rolika. 1214. *Voluntati Episcopi Lubec. satisfecimus, donantes eidem nostrorum medietatem decimæ; præcipimus igitur, ut coloni, si quam de redimenda decima fecerint conventionem, sicut eam nobis ferre solebant, ita de cætero in civitate Lubeke eam repræsentent. Si vero eam in* CAMPO *colligi fecerit, vel quicunque ad quem per ejus ordinationem devoluta fuerit, ab onere* VECTIONIS *sint absoluti.* Item transactionem inter Albertum Episc. Lubecensem & Johannem I. ac Gerardum I. Comites Holsatiæ de decimis terræ dominicæ Oldenburgensis cultæ & incultæ initam a. 1248. 1249. DECIMÆ *quatuor modiorum puræ siliginis exsolvantur, & talis qualis pro* CENSU *solet cum mensura modii qua hactenus id, quod datum est pro decima mensurari consuevit. Et si agros* INCULTOS *quoque dimittant agricola hoc eos* PRÆSTATIONE DECIMÆ *supradictæ non poterit excusare. Dicti igitur Comites duos mansos Ecclesiæ nostræ contulerunt in villa Sussouve cum omni jure & libertate, hoc eligentes & præcipientes, ut ad hanc villam omnes homines de terra Aldenburg suas* DECIMAS *singulis annis* EXPENSIS *propriis,* DEDUCERE *teneantur. Insuper de sex villis theuthonicis videlicet Helerickedorp, Poppendorp, Tulendorp, Harikendorp, Olinckendorp, in quibus prius pro* DECIMA *solvebantur, sex modii ordei de* ARATRO, *nunc ut supradictum est IV. modii siliginis de manso quolibet exsolvantur, quos ex integro percipiet ecclesia Lub. licet ante domini Comites de ordeo, quod solvebatur medietatem acceperint cet.* Accedit charta Johannis Comitis Holsatiæ, decimas villarum quarundam episcopo Lub. oppignorantis an. 1249. *Item decimam in Segeberge de* CAMPO, *qui vulgo dicitur Burvelt & medietatem* DECIMÆ *villarum videlicet Stubbekestorp & Gladenbrugge* MAJORIS *&* WINORIS *quæ est* DECIMA AGRARIA *& quidquid in terminis prædictarum villarum sive per extirpationem Teutonicorum, vel Slavorum, vel quocunque modo aliquid novale, vel nova villa accesserit sub eadem obligatione recipient.* In chartis Germanicis hæ decimæ dicuntur *plogteigende, Pflugzinse,* testante diplomatario Coenobii Itzehoæ ad an. 1319. 1379. 1412. 1419. 1435. 1459. 1470. ubi præcipue laudantur *die Pflugzehende zu Olixdorff, Willerskope, Pünstorp, Warstedt & Rensling, cum aliis decimis frumentorum, item Buwinge (ædificiis & utilitatibus) & Borgvrede in Hillingstede.* Speciatim ibidem ad an. 1459. eadem pensio appellatur WUPTTEGENDE census arearum. Quæ decimarum agrariarum præstatio sæpe etiam commendatur in Recensione chartarum ecclesiæ Lubecensis, quæ inserta est *Tomo II. Monument. p.* 2442. *seqq. & in Diplomatario Raceburgensi & Doberanensi,* ubi precariæ laudantur sub nomine *decimarum majorum & minorum.* Sensim vero Seculo XII. & XIII. decimæ & bedæ quæ uno fere nomine coaluerant hactenus, invicem separari & seorsim peculiari jure exigi cæperunt, nominibus subinde mutatis reique & subditorum ingeniis accommodatis. Audiamus præcipua. Joannes Comes Holsatiæ ejusque filii Christophorus & Adolphus in literis de decima totius villæ Sommerlande Canonicis ecclesiæ Hamburgensis vendita a. 1312. statuerunt: *quod decimis singulis* ANNIS *temporibus ad hoc statutis, dentur quadraginta marcæ denariorum Hamburgensium ratione* CENSUS PERPETUI *quod* ODSING (possessionis census, pensio allodiorum: in autographis non nullis legitur *Odhing* eodem sensu præstatio a bonis vel possessionibus) *dicitur jure hæreditario ac vigore proprietario libere absque ullo impedimento perpetuo possidendi; idem census medius dabitur in festo Walburgis virginis & medius in festo Jacobi proxime subsequente. Damus & prædictis Hermanno Johanni & Nicolao omnem libertatem proprietatem,*

Wurtzinse.

Tallunga.

Decimæ agrariæ.

Pflugzinse.

Odsing.

usum

ſtationum acceſſionibus (m) multiplicata, novisque demum exactionum rationibus &

uſum fructum, utilitatem ac juſtitiam, quas nos in eisdem decimis hactenus habuimus & in ipſos earundem decimarum proprietatem quæ Egendum dicitur. Quæ verba repetuntur in Gerhardi, Johannis & Adolphi Comitum literis de decimis villæ *Grönland* cum toto cenſu butyri ejusdem villæ venditis Nicolao Volsekino vicario eccleſiæ Hamb. an. 1319. Spectant huc verba chartæ Friderici II. Imp. an. 1220. apud LEUCKFELD *antiquit. Blanckenb. p.* 97. AREAS *autem clauſtrales &* CENSUM AREARUM *civitatis Nordhuſen qui* WIRZINS *dicitur, volumus eccleſiæ permanere.* Sæpius vocatur WORTHINS & WURTHINSSE, ut in chartis a. 1309. 1336. 1343. 1348. 1351. apud GRUPEN *in antiquit. Hannov. p.* 125. *ſeqq.* 131. recentiori idiomate *Bedetinſſe, Grundzinſſe.* Wurthi enim eodem loco p. 125. & 105. in decreto S. Bernwardi de fundatione & prædiis monaſterii S. Michaelis apud Hildenesheymenſes an. 1022. dicuntur POSSESSIONES, Germanica lingua *Wurdhæ vel* WEREN. Propius forte appellantur a WERVE vel *Worth*, fundo, gleba aggreſti, aggeribus & tumulis; a quibus etiam appellantur *in jure* FRISICO *Orientali & Batavico* WARFFDIECKE aggeres ædium, WARFFLEUTE menſores, curatores aggerum, & WORSATI, terræ antiquæ ſeu allodialis incolæ docente HACKMANNO *de jure aggerum c.* 2. *n.* 13. *c.* 10. *n.* 229. *c.* 12. *n.* 232. HARENBERGIO *in vindic. p.* 44. 62. Hunc ſignificatum firmat Diplomatarium Coenobii Itzehoenſis ad an. 1402. ubi agitur de donatione Marquardi Wulfii: 2. *Hofe I andes und dazu IV. Würde mit aller Fryheit.* Et ad an. 1471. quo Druda Rixtorffia Abbatiſſa vendidit *de* GRANDHUER *voll up Martini uptobören van Jürgen Timmermann und ſiner Nakamen Hoff oder* WURTH *belegen in dat Weſten;* item ad an. 1564. 1653. 1669. ubi exſtant confirmationes privilegii *der* WURHRTSTEDTE *Johannis Meyeri*, quæ area in ipſis literis deſcribitur: *eine abgebrandte und wüſte, nunmehro zu bebauende Haus und Hofſtædte, Hofraem.* In aliis chartis vernacule exaratis occurrunt *Grundſchoß*, fundi cenſus, qui in chartis marchicis *ſaggitatio* appellatur docente RHETIO *d. l. c.* 2. *p.* 23. *n.* 56. item ERDSCHATZ *vulgo* EHRSCHATZ, penſio honoris ſeu feudalis, laudemium, rectius forte cenſus arearum ſeu *terragium.* Patet enim ex documento an. 1466. quod ad probandam indolem bonorum *ehrſchatzicorum* attulit SCHILTERUS *diſſ. de bonis laudemial. in Commentar. ad jus Alleman. p.* 647. quod cenſus *Erſchatz* omnis inhæſerit fundo areæ. Convenit *vox* ERDHÜRE in transactione inter ſeniores eccleſiæ. *Miſtede & Huſumenſes* & poſſeſſores cenſiticos prædiorum eccleſiæ Milſtede an. 1579. in feſto S. Mich. a Matthia Paiſen, advocato Huſumenſi, conſignata; & in literis Petri Abbatis & Conventus monaſterii *ruris regii* vulgo *Rudecloſter*, hodie *Glücksburg*, de agris & poſſeſſionibus quibusdam Senatui Sleſvicenſi reſignatis an. 1493. *Grund iſſte Erdhüre binnen de Stadt belegen und an St. Michaelis Berge*: præcipue in Jo. BOYSENII *Canonici Sleſvicenſis Conventione cum Senatu Sleſv. inita de præſtandis oneribus, quæ domui inhærent, an.* 1476. cujus argumentum, ex quo de jure & effectu Scotationis ſimul conſtat, adduco: *Updat ſodane Erdhüre Bürgerrecht und Stadt-Recht van dem Huſe und Hofe nicht kame uth der Dachtniſſ der Börger, ſo will ich de* SCHÖTING *de my Claus Myſſener ergenöhnt in dem Huſe und Hove deit, vort einem Börger von Schleswig, iſſte of de eine verſtorve, einen andern Börger vor dem Rade laten toſcriven in dat* STADTBOECK, *welcker Borger eſſte is Inwahner eſſte Hebber des vorbenöhmten Huſes und Hoves ſodane baven geſcrevene Betalinge der* 9. *ſtl. Erdhüer, Stadtrecht und Börgerplicht nicht dede iſſte beſchickede, wat Verſümeniſſe von deshalven ſchege, davör ſchall de Börger, dem ſothane Schötinge is gedahn, deme erbenomenden Rade in allen Stücken ſo vorbenömed is andtworten ſünder jenige Wedderſpracke.* Aliquando veniunt iidem cenſus ſub nomine *talliationum & talliarum*, teſtante charta Johannis Comitis Holſat. an. 1348. *T. III. Monum. Cimbr. p.* 582. *Volentes etiam ſubditos & colonos villæ Hertze ab omni jugo ſervitutis, præcariis & exactionibus dictis* GREVENSCHATT & TALLIATIONIBUS, *quocunque* NOMINE *ſanctiantur haberi ſupportatos penitus.* Et in literis Epiſcopi Lubecenſis Nicolai, quibus dotem duarum vicariarum eccleſiæ S. Egidii Lubecenſis a Gertrude Vorrades conſtitutam confirmavit an. 1411. *Exceptis L. marcarum perpetuis redditibus, in & de & ex prænommatis Villis & ſtonis ac univerſis & ſingulis eorum pertinentiis in duobus terminis videlicet Paſchæ viginti quinque & Michaelis totidem, Vicariis, qui pro tempore fuerint libere & expedite, absque* OMNI TALLIA SEU EXACTIONE, *aut quibuscunque aliis gravaminibus civitatis Lubecenſis perſolvendis.* Æque ac in conceſſione Alberti Comitis Holſatiæ ab Adolpho & Gerardo Ducibus Sleſvicenſibus confirmata Segebergæ a. 1428. *Ne reſpectu libertatis colonorum & eccleſiæ Lubecenſis in hominibus noſtris difficultas generetur, hoc adjicimus, ut quotiens* TALLIAS, SEU PETITIONES GENERALES, *vel* PARTICULARES *per* TERRAM NOSTRAM *fieri facimus in earum collectione ſint præſentes nuntii Epiſcopi, cum judiciis noſtris, ut requiratur tam ab hominibus eccleſiæ, quam a noſtris uniformiter, quod unum quemque dare contingeret.* Quam confirmationem Epiſcopus Lub. Joannes eodem anno ita expoſuit in literis ad Duces: *Magnifici domini prout noſcitis ante quatuor annos vobis & Dn. Henrico fratri veſtro intimavimus noſtrum privilegium, quod pecuniæ ratione* PETITIONUM *in* DOMINIO VESTRO *per vos factarum a colonis noſtris provenientes per officiales noſtros debeant colligi & quamquam illa ſumma* 450 *marcarum Lubec. quas ante IV. annos ratione illius tunc* GRAVIS *impoſitæ petitionis in dominio veſtro generaliter tunc factæ a noſtris colonis colligi fecimus, ſolum ad nos ſpectarat & eam in noſtros uſus potuiſſemus convertere, nihilominus tamen eandem ſummam vobis compræſtavimus in utilitatem* DOMINII VESTRI *converſam; & nunc iterum ratione* PETITIONIS *per* VOS *pridie* GENERALITER IMPOSITÆ *a* QUOLIBET *manſo octo ſolidos, a noſtris ſubditis ſummam CXVIII. marcarum Lubec. collegimus, quas in duabas ſacculis hic apud nos habemus ut nos & eccleſiam noſtram eo propenſius* RECOMMISSOS *habeatis cet. Etiam notificamus vobis, quod licet coloni noſtri manſos* ARENOSOS *habentes & colentes, de quolibet manſo arenoſo ex* ANTIQUA *conſuetudine ſolum medietatem taxæ* PETITIONIS VESTRÆ *ſolvere conſueverant & nunc non plus, quam quatuor ſolidos ſolvere tenerentur, tamen iſta vice de quolibet manſo octo ſolidos ad præſentes etiam noſtros exſolverunt & expreſſe proteſtati ſunt, quod non intendunt propterea in poſterum reſilire ſeu recedere quoquomodo a conſuetudine tali.* Alio denuo nom ne bedæ inſigniuntur in literis, quibus fratres de Pleſſe Epiſcopo Lubecenſi pagos Stove & Guſtekove vendunt an. 1327. *De quolibet manſorum ſolvuntur annuatim nomine* PAGTI & HURE *tredecim modii ſiliginis, cum dimidio & totidem modii ordei, & viginti ſeptem modii avenæ. Item in eadem villa ſuperfluit terra, quæ vocatur vulgariter Overlant, unde ſolvuntur annuatim nomine* PAGTI & HURE *unum tremodium ſiliginis, unum tremodium ordei, unum tremodium avenæ. Præterea villa Güſtekowe, habet quinque manſos, & de quolibet ſolvuntur annuatim, nomine Pagti & Hure, duo tremodia ſiliginis, tria tremodia ordei, & quatuor tremodia avenæ. De quibus* MANSIS *omnibus & ſingulis prædictis ſolvetur* PRÆCARIA: *ipſas etiam villas coram Domino noſtro Magnopolenſi reſignamus,* REDDITIBUS DECIMALIBUS *prædictis, Domino Epiſcopo Swerinenſi ex antiqua conſuetudine debitis duntaxat exceptis.* Alibi dicuntur *Landgülde, Pauergülte, pactus ſeu reditus de precariis, Pachte und Bede* uti docent chartularia Sleſvicenſia & chartæ Megapolenſium Ducum ad an. 1394. 1408. & 1500. Aliquando in diplomatibus Oldenburgicis & Holſaticis veniunt ſub ſignificatu des *Veſtegeldes, Bedeſchattes* & *Rodetinſſe* ſeu *Rottagii, Terragii*, de quo alibi dictum eſt.

Tallia.

Pachtus.

Landgülde.

(l) Quod conſtat fide diplomatum ſpeciatim ex ſolenni abbatis & monaſterii *Reynvelde* & Gerhardi *Negendanck* m. *Bedæ ſimplicitis* in Parochia Protzeken dioeceſeos Raceburgenſis conventione, quam inſcripſerunt *Denckbreve an.* 1412. *cet.*

Vortmehr

& modis adaucta præcipue ex eo tempore, quo introducto milite ſtipendiario & mutato

Vortmehr ſchölen de van Rheynveld dat liden, dat Ghevd Negendanck und ſine Erven der Heren van Mecklenburg SCHLICHTE WOHNLIKE BEDE *in den tween Dorpern Bekerwitze und Tarnewitze alle Jahr upbören, van derſülven.* Faciunt huc chartæ, quæ evincunt, Dominos territoriales ſæpius fidem feciſſe de non augendo nec *Olim non auctæ.* multiplicando ſimplici & conſueto onere bedarum. Audi Witzlaum Principem Rugiorum qui de quantitate penſionis a Sundenſibus ſolvenda ita ſtatuit an. 1290. *Promittimus quod dicti noſtri conſules Burgenſes & inha-* *Apud Pomeranos.* *bitatores civitatis noſtræ prædictæ nomine univerſitatis ſuæ ac communitatis ac redituum noſtrorum dictorum* ORBAR *nobis noſtris perpetuis hæredibus & ſucceſſoribus* SINGULIS ANNIS *in perpetuum in feſto nativitatis dominicæ ſemel tantum in anno ducentas marcas denariorum Slavicalis monetæ exſolvant & cum hic quacunque proſperitate temporalis abundantiæ circa dictam civitatem noſtram & ipſius inhabitatores tempore perpetuo ſuccedente. Nunquam de cætero per nos, hæredes noſtros poſteros & ſucceſſores noſtros prædictæ penſionis quantitas debeat* AUGMENTARI, *non obſtante, ſi etiam dictam civitatem noſtram futuro tempore contingeret ultra ſepta ſua & multum ampliari & longari vel etiam extra eundem aliqua* ÆDIFICIA *vel* STRUCTURAS *de novo ædificari, de quibus nobis & noſtris* *Holſatos.* *hæredibus ac ſucceſſoribus perpetuis nihil penitus teneantur.* Eodem modo indolem bedarum provincialium Holſatiæ explicuerunt Hinricus & Adolphus fratres Duces Sleſvici & Comites Holſatiæ in tabulis privilegiorum datis Plonæ an. 1422. *Betügen dat unſ bedarven Manne in dem Lande tho Holſten, unde alle Inwane deſſülven Landes, uns edder unſen Erven kenes Denſtes eſſte volgeplichtige ſyn tho dohn by ehren egene Koſten forder als up de Landſchede, tho des Landes Noht tho Holſten, ſondervick na Dennemarckiſcher Siden nich forder als up de Levings-Aue, ock ſünd ſe Uns nener Bede plichtig tho geven, ſondern wann Gott will, dat Wy Unſe Döchtere beraden, unde geven de Enen Vorſten tho der Ehe, na Rade Unſer truwen Rahtgever des Landes tho Holſtein, offte dat Gott vorbede, dat Wy einen Hofſtriet verlören up dem Felde, tho deſſer beyder Behuef ſind Uns de Holſten plichtig und na Gewahnheit tho geven, van enen jeglicken Hoffe de beſettet is van Buhren offte Bürgern achte Schillincke Pennige weſſe Uns vackene Bede twidet hebben, unde vorder Folge gedahn hebbet, dat hebben ſe nich gedahn umb older Wahnheit willen edder umb Rechtens willen, men ſe hebben dat gedahn, umme groter Behoeff unde Noht willen, Unſer und des Landes, dar ſe ſick ſülveſt tho bekendet, dat wille Wy und Unſe Erven jegen Se und ehre Erven gerne verſchülden.* Quod etiam aſſeruit Dux Adolphus in literis in caſtro Segebergæ exaratis a. 1459. *Als Unſe leven getruwen Ridderſchop und gude Manne in dem Lande tho Holſten an.* 1459. *am Middewecken in den Pingſten up dem Vierdte tho Bornehövede in Unſer wittlicken Noht, ener* FRÜNDLICHEN BEDE, *van euem jeglicken ever* LANSTEN *eine Marck Penninge tho gevende wellichlicken geweden hebben, dat ſe doch Uns al ſe ſchliger Dechtniſſe Unſe leve Broder unde Wy, enem Breff in vortyden ehn darup gegeven und beſegelt nicht plichtig wehren, doch den vorbenömden Unſem Broder und Unſem Breven nich tho vorfange und ungeſchrigt bekennen und betügen Wy noch vor Uns, unſe Erven, und vor Unſe Nakommelinge, in deſen ſülven Breve, ſodane* BEDE *nicht vor* RECHT *und* WAHRHEIT *tho hebbende, men wes des geſchehen is, dat ſe dat van ehren guden Willen gedahn hebben. Vortmehr ſchölen de Raht, Borger und Inwahner tom Kyle Uns, Unſen Erven offte Nakomlingen nenen Manndenſte effte Volghingen buten Landes dön up dat ſe unſe Stad deſto vlitiger bewahren ſünder wat de mene Mannſchop des Landes deit; ock ſchölen nene Bede dhon haven eren jarlicken wonlicken* TYNST *und* PLICHT. Idem ſtatuit Fridericus I. Rex Daniæ in privilegio an. 1523. dato Chilonienſibus de civium & poſſeſſorum ædium civitatis communibus præſtationibus & ſervitiis *Stadplicht* (orbeda) *Wacht* & *Burchwerck*, de quibus *vide Præf. T. III. p.* 126. 128. Explicatius cauſam interpretatus eſt *Fridericus* in ducali Privilegiorum, ſubditis tractus paluſtris, qui *Keitbruch* dicitur, a patre an. 1608. conceſſorum confirmatione an. 1640. *Als haben Wir denen Eingeſeſſenen die gnædigſte Zuſage gethan, daß ſie bey dieſem Land-Gelde der* 21. *ſil. oder* 14. *gute ſchwere Schilling, von jedem Morgen binnen Landes* 467½. *Morgen, des buhten Landes aber* 73. *befunden, welches auf künftigen Martini erſt beraget ſeyn ſoll, beſtändig und beharrlich auf vorbeſchriebene Maaß bleiben, und ihnen daſſelbe nimmermehr verhöget oder geſteigert, und dann daneben daß ſie auch ſonſt mit keinen neuen Pflichten oder Dienſten, auſſerhalb der Schweine, Hüner und Dienſte, die ſie von alters hero gegeben und geleiſtet, beleget werden ſollen; würden ſie aber je, aus erheiſchender hohen Nohturft bisweilen von Unſern Reinbeckiſchen Beamten umb eine Hülffe erſuchet, und dieſelbigen, wie dann wohl etlichmahl geſchehen, aus unterthænigen freyen Willen leiſten, ſoll ihnen ſolches allemahl an habender Gerechtigkeit unſchædlich, u. in Nachlagen für keine Pflicht oder beharrliche Dienſte aufgerücket, verſtanden oder aufgedrungen werden.* In Megapoli *Megapolenſes.* etiam Johannes Albertus & Ulricus Duces ordinibus provincialibus & civicis, qui debitis omnibus ducalibus ſatisfecerant, fidem dederunt literasque Guſtroviæ an. 1560. exaratas: *Sie ſollen auch ſolche und dergleichen Beſchwerungen auf ſich zu nehmen hinfürder nicht ſchuldig ſeyn, ſondern in alle Wege bey ihren alten Privilegien und Freyheiten und den gewöhnlichen Hülffen und Landbeden ob einige Uns oder Unſern Erben in künftigen aus redlichen Urſachen von nöhten und dieſelbige von Unſerer Landſchaft freywillig bewilliget worden, gelaſſen und weiter oder darüber nicht beſchweret werden.* Idem factum eſt in aſſecuratione an. 1572. & Revers. 1621. ubi confirmantur præſtationes *der* EINFACHEN *Beden.*

Beda ordinaria. (m) Genuina & antiquiſſima Beda in chartis dicitur ſimpliciter *Precaria* vel *Beda ordinaria*, ut in confirmatione venditionis villæ Kronshagen a Comite Holſatiæ Joanne data an. 1334. *in Tom. III. Monum. p.* 580. Eadem precaria recte deſcribitur in literis venditionis duorum manſorum tetræ Polæ adjacentium vulgo Vorwerck dictorum a Fratribus militibus Negendanck exaratis an. 1329. *Hos manſos eidem vendidimus tali libertate, ut ad nulla ſervitia vel* ANGARIAS *coloni teneantur, ceu a* VECTURIS *&* ARATURIS, *a* BORGWERCK *&* BRUGGEWERCK *penitus ſint immunes; ad* DEFENSIONEM *tamen* TERRÆ, *ſi hoſtilis poteſtas urgeat, cum aliis occurrere ſint aſtricti; de* PRECARIAM *etiam, prout in* TOTA TERRA DOMINI MAGNOPOLENSIS *impoſita fuerit, intra* QUINDENAM *a tempore denunciationis ſibi factæ* (quod hodieque obſervatur) EXPEDITE *perſolvent. Quod ſi forſan propter guerram aut Kariſtiam ſeu aliam quamvis cauſam inhibitio generalis vel ſpecialis facta fuerit de annona non aducenda; nihilominus liceat emtori prædicto vel ejus nuncio ubilibet dictam annonam vel deducere vel facere deportari.* Famoſa jam tum Seculo XIII. & XIV. præcipue audita eſt diſtinctio inter pre- *Converſa in bedas minores, majores, medias.* carias *minores* ſeu ſimplices, vulgo *Bede*; & *majores*, generales, provinciales, vulgo *Landbede*, quibus mox *mediæ* acceſſerunt, teſtantibus chartis Raceburgenſibus & Megapolitanis *T. II. Monum. ad an.* 1231. 1261. *ſqq.* 1302. 1303. *ſeqq.* Facit huc charta donationis Joannis Ducis Megapol. an. 1443. *Geven dem Gadeshuſe binnen de Stadt Vrede-Lande* ALLE UNSE BEDE *de Wy hebben in den Dorpe und Feldmarck Willershagen; wo Wy ock* LANDBEDE *don edder unſe Erven in unſe Landen dar ſchölen ocke de vorbenömde Gude notloſs weſen.* *In Megapoli & Saxonia.* Ut & charta confirmationis Ducum Saxoniæ *Erici, Bernd & Ottonis Fratrum*, qui *Hartvici Wulffi* militis venditionem & reſignationem pagorum *Sabynze, Ellenhoſt & Pampau* Abbati Bertramo, Priori & Conventui Reynevelde factam ſtabiliverunt an. 1421. *Und entvryen ſe van allen* GEMENEN *und* BESONDERHEN HERRN *und* LANDBEDEN, SCHATTINGEN, *Plichten und Unplichten.* Mox audita eſt *Beda precaria* ſeu *ſpontanea & violenta.* Hinc Joannes Dux Saxoniæ in Decreto, quo uſum duellorum in terra Raceburgenſi an. 1280. abrogavit, pollicitus eſt & recognovit: *quod in bonis* LIBERIS NOBILIUM *ſeu* VASALLORUM *nullam facere*

tato tum in Imperio tum in territoriis (n) pacis bellique & judiciorum ſtatu reditus Principum

cere debeat PETITIONEM VIOLENTAM *excluſis iis qui ipſi ad dandam* PETITIONEM *ſunt adſtricti. T. II. Monum. ined. p.* 2191. Eodem modo Comes Holſatiæ Johannes in literis venditionis villæ Seretze juxta flumen Schwartowe ſita an. 1318. ſtatuit: *Colonos quoque villæ ea volumus libertate & immunitate gaudere ut exactione* VIOLENTA *vel* PRECARIA, *collectis & talliis ac* VECTURIS *noſtro ac hæredum noſtrorum nomine perpetuo non graventur, nec Borgwerck nec Burchwerck operentur, excepta tamen Landwere generali.* Quod etiam declaravit Joannes Comes Holſatiæ & Stormariæ in confirmatione venditionis villæ Morſee *an.* 1338. *T. III. Monum. p.* 581. Alia invaluit diſtinctio, quæ ex una & ordinaria beda eaque annua, *quadruplices* ſenſim *præſtationes*, æſtivas & hiemales demumque & autumnales & vernales derivavit, quæ in diplomatibus dicuntur *Sommers bede, Winter- Herbſt & Maybede*, item *Hornungsbete* & *Vaſtelabendsbede* fide chartæ *in T. II. Monum. p.* 2312. & *antiqui Codicis MSC. redituum apud* SCHILTER *de curiis dominic. §.* 24. *Homines, qui dicuntur Hoffſüte-univerſaliter ad curiam in Gugenheim pertinentes, reſidentes, vel moram facientes extra villam G. ubicunque locorum ſimul contribuant annuatim pro* DUABUS COLLECTIS (realibus) *meſſis videlicet & Februarii vulgariter Hornungsbete, LX. libras denar. ſecundum convenientem æſtimationem & inſuper dant ratione* PERSONÆ *mortuarium:* h. e. curmedam aulæ penſionem teſte CÆSARIO *ad Regiſtr. Prum. ap.* LEIBNITIUM *Collect. etym. T. II. p.* 493. Teſtatur hanc ampliationem luculentiſſime *Laurentius Dominus de Werle* villam *Gordeshagen* Nicolao Præpoſito & Conventui *Dobbertinenſi* vendens fide literarum, quæ *Gutztrowæ* datæ ſunt a. 1382. *Alle unſe Plege unde Richtigkeit, alle unſe Richte hogheſt und zydeſt mit alle Bröcke, allem Deenſt, Borghdeenſt, Brüggendeenſt, Lantwere u. Herevarthdeenſt, alle Hundekorn,* (quem cenſum Hinricus Dn. Megapolitanus a. 1319. fruſtra poena infernali dignum judicaverat teſte MARESCHALCO *Annal. l. 5. c. 4.*) *und den teynden Penninghe mit* ALLE BEDE, *alze Szommerbede, un Winterbede de wy bidden edder tho thokamender Tyd bidden möghen, unde menlicken alles des wy unde unſere Erfnamen hebben edder hebben möghen in dem Dorpe und an den* BUREN *tho deme Gherdeshagen unde mit alle deme dat in des Dorpes Schede lycht, möchten van* RECHT *unde van* GNADE *hebben alze, dat wy edder unſer Erfnamen dar nichts anbeholden, und wy noch unſe Ammetlyde, Mannen edder Knechte ſcholen dar* AFLAGER HEBBEN *un den Buuren tho ſchadende mit Unkoſte un an Landeryghe nynerley Wys. Ock ſcholen wy un willen myd unſen rechten Erfnamen, Ammetlyden, Vogheden un Dener dit verſprockene Gud, Buur unde Inwaner deſſes beſchermen laten un heghen mit allen truwen, glyk unſen eghenen Ghude; unde weret dat wy edder unſer Erfnamen dorch unſir unde unſes Landes* NOLT *willen ene* BEDE *heden van Unſen* MANNEN, *nemlicken* GHESTLICK *und* WERLICK, *deſſe uns fry deden van Gnaden, de ſchælen de* BUREN *unde Inwaner tho dem Ghevdezhagen us nicht gheven.* Hinc novæ iterum bedarum extenſioni locus factus eſt, ducta a decimis & arearum cenſibus conſecutione ad fructuum rerumque omnium fere novam perceptionem, nomine ſaltim mutato. Habes itaque in quietantia fratrum de Stralendorp an. 1377. *T. II. Mon. med. p.* 2277. diſtinctionem inter penſiones & pactus *pecuniarias* & *annonales*. Quam diſtictionem facile explicant chartæ Seculi XIV. XV. & indices veterum redituum Præfecturarum & civitatum, inter quos laudantur *Habernbede, Betkorn, Margarethenbede*, ſeu *Kornzinſe, Kornzehnde, Pachthaber, Bambete, Flachsbete, Huefenhaber, Windfangsgülde* ſeu *Mühlenſchoß, Waſtbede* ſeu *Wachszinß, Bierbede*, hodie *Acciſa*. A prædiis & frugibus deventum eſt ad *gallinas, apes, Ymmebede*, ad *bedas* PULLORUM *de* AREA *in Dip. Rac. p.* 2058. 2289. *ad oves cenſuales S. haaſſchatz*, ad anſeres ſeu *Genſebede* vulgo *Würtzweihezehende*, quarum ſolutioni ex Saxonicis conſuetudinibus præfixus eſt dies XV. Auguſti circa feſtum aſſumtionis Mariæ vulgo Wurtzweihe. Jus *Saxon. provinc. L. II. art.* 58. De reliquorum campi pecorum cenſu teſtatur charta vendi-tionis tredecim manſorum in nova Stapelfelde, nova Radelſtedt & in Hamme ab Adolpho Comite Holſ. factæ in uſum Canonicorum Hamburgenſium, an. 1288. *Reſervatis nobis tamen judicio & cenſu qui dicitur* SWINESCHATT *& de quolibet manſo unum modium avenæ, cavebimus etiam quod Advocatus noſter qui pro tempore fuerit, favorabilis Judex, erit hominum bonorum eorundem, & nullam* PETITIONEM *ſeu* EXACTIONEM INORDINATAM *& inconſuetam faciet in homines prædictorum bonorum.* Et charta Adolphi Comitis Holſ. an. 1304. exarata, qua eximit colonos parochiæ Kellinghe & terræ More ab exactionibus: *colonos omnes dimittimus liberos a quadam* VIOLENTA EXACTIONE *quæ* KÖSCHATT (al. Koname) *dicitur mandantes advocatis noſtris, ne hujusmodi exactionem aliquatenus exigant.* Nec non teſtimonium Nicolai Comitis Suerinenſis Ducumque Saxon. de venditione villarum terræ Raceburgenſis an. 1294. & 1295. *T. II. Mon. p.* 2225. & 2227. *Item bona ſæpe dicta libera erunt & penitus abſoluta ab omni gravamine, petitione majore & minori, ab exactionibus, quas in bonis eccleſiæ vendicare conſueverunt Duces, in* PORCIS, *in* PECUNIA, *in* ANNONA. Teſtes ſunt LYMNÆUS *Jur. publ. L. VI. c. 4. n.* 20. & WILDVOGEL *in Chronoſcopia legali Exerc. IV. p.* 213. quod Pentecoſtes feſtum multis in locis hodieque ſubditos inter pellet de cenſu vaccarum *Pfingſtkühe*, ſuperioribus aut Dominis ſolvendo, qui inde a tempore ſolutionis nomen accepit. Hujus generis tributa alibi præcipue in indicibus cenſualibus ſeu Libris emolumentorum fiſci regii dicuntur reditus *vaccarum inferendalium*, item nummi *bovium cenſualium* & *Parefredorum* h. e. equorum maſculorum, caballorum juſtæ ætatis, militiæ ſervientium, quorum cenſuum reliquias dixeris recentioris ævi contributiones, quæ dici ſolent *Viehſteuer, Trifftgeld*. Neque demum Advocati & Fiſci in reperiundis novis cenſuum modis ingenium exercentes obliti ſunt *hominum, mercium, negotiorum rerumque ceterarum* fere omnium, uti copioſius docent diplomataria, ſpeciatim charta Borwini Domini Roſtochienſis an. 1237. *T. III. Mon. p.* 1482. *Fratres ipſi Doberanenſes liberi ſint ab omni infeſtatione advocatorum & judicum, ab urbium, pontium, aggerum exſtructione,* AVECTIGALIUM *&* THELONEORUM EXTORSIONE *nec non ab omni defenſione, cum terra ab* EXTRANEO *domino impetitur etiam a qualibet ſeculari juris* EXACTIONE. Et charta Johannis Comitis Holſat. & Storm. de donatione villarum Stockelsdorff, Thomberge & Nienhoff Bertramo Vorado facta an. 1344. *Mit Bede, Beſchattinge, Ghevinge na dem Lope der Tyd*: Literæ Adolphi Comitis Holſat. quibus poſſeſſionem villarum Niendorp & Reke terræ Holſaticæ in Hermannum de Oſſensbrugge translatum confirmat an. 1377. *Mit aller Mackelichheit, Ghülde, Rente, Zinſe, Tovall, Beede, Denſte, Giffte effte Gave, Schote edder Beſchattinge, Beſchweringe effte Borden.* In privilegiis (*quorum præcipua argumenta citatæ ſunt in præf. T. III. p.* 57. 58. *ſeqq.* Sleſvicenſis civitatis ab an. 1252. usque ad an. 1461. occurrunt ſub communi nomine *ſolutionum, exactionum, tallationum juri regio attinentium* ſequentes præſtationes: *Thelone* THORGYALD (tributum, gabella ad portam urbis ſolvenda) ARNEGIALD (cenſus ædium, *Heergeld*, vel agrarius, *orbeda* ordinaria, uti conjeci *T. III. Monum. p.* 1526.) *Solutio XL. marcarum quæ dicitur* BYGYALD (hodie Stattgeld, Schatz) DENARII EXPEDITIONALES *ratione expeditionum, vulgo* UTLAGEN, LETHING; ARFFKYOP (*Erbkauff*) GRAVAMINA *in* CALDARIIS, CULCEDRIS *&* POTTIS *ad* CASTRA, *vulgo* LIEFERUNG *allerhand Hußgerahts; item Exemtio ab* INNÆ, STATH QUÆRSÆDE; (oneribus realibus & expeditionum): IMPETITIO *ſeu* BEDA *exactoria vulgo* SCHATTINGE; CONTRIBUTIONES *ex communitate debitæ vulgo Landbede,* ALLGEMENE UPBOTH, THOLAGEN *des gemenen Landes*; CONTRIBUTIO *quæ dicitur* SKOOTH; LIBERTAS *ab* OMNI *genere* PRECARIARUM GRAVAMINUM *&* DEBITORUM, SOLUTIO TOREFORTUGH, *exactio* FREDARUM (mulctarum) immu-

In violentas & ſponteneas.

Æſtivas, hiemales.

Pecuniarias & Annonales.

Bedas pecorum.

Ex inſtitutis Holſatiæ & Megapoleos.

Et bedas mercium rerumque.

Recenſio nominum exactionum Sleſvicenſium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pum & ordinariæ ex domaniis, prædiis & feudis, præstationes haud sufficerunt tuendis commodis

Augmenta Servitiorum veterum.

Orbedarum veterum norma hodie observata in Contributionibus. Apud Megapolenses.

Pomeranos.

Cimbros juxta carrucagium.

Anglos.

Modus contribuendi a prædiis nobilium Cimbrorum.

Præfecturarum.

Civitatum.

immunitas BYFRIDH (Stadfrede) *& libertas a* BYTHING, die placiti seu judicii civitatis; ut taceam, quæ in *Legibus* SCANICIS *L.* 14. *c.* 3. & in *Constitutione Regis Dan.* ERICI §. 6. nominantur onera *Brendestud, Studkorn, Utboth* seu *Lething*, pensiones a rusticis solvendas *die* S. ANDREÆ. Pleraque quæ recensentur, nomina explicatu difficiliora videbuntur, quorum rationes & significatus alibi investigabo. Cæterum quod dictum est de vario *censuum* augmento; idem de *servitiorum veterum* auctis nominibus & novis modis testatissimum est. Antiquissima enim servitia, de quibus supra passim ex verbis diplomatum constat præcipue fuerunt *expeditio* castrorum, defensio & munitio; pontium refectio; operæ *angariæ & parangariæ, rastura*, vulgo *Wegeschuld* h. e. refectionis viarum. Quibus operis quidem nostro ævo Holsatia aliæque regiones adeo indigere videntur ut facile subscripserim judicio cordarissimi Theologi beati GERBERI *P. III. de Peccatis haud agnitis p.* 925. ubi negligentiam in reficiendis viis retulit in numerum ejusmodi peccaminum. Ultra vero hæc vetustioris ævi servitia sensim introducta sunt plura alia, publica, dominica, civica, œconomica, quibus subditi, incolæ, cives, rustici & homines proprii adstricti fuerunt vel subjiciuntur etiam nunc vi, clam & precario, de quibus (abusibus) alii dispexerunt, præcipue MEINDERS, GRUPENIUS, STRUBE, POTGIESSERUS, BÖHMER, PFEFFINGERUS, SCHOTTELIUS, BURI.

(n) Refer huc collectas quæ vocari solent *Reichs-Crayß-und Türcken Steuren* seu *Römer-Monate, Cammer - Zieler, Fræulein-Steuer, Legations-Kosten zu Reichs Deputations - und Crayß- Tagen, Garnisons und Vestungs Baukosten, inquartationes seu collocationes hospitiorum militum, contributiones*, de quibus singulis variæ existant deductiones & decisiones speciatim in *Megapoli*. Neque tamen in auras abiit antiquissima Bedarum territorialium contributio & computatio, quæ etiam nunc perdurat, quin ipsa origo est & norma modi in colligendis contributionibus hodieque in Megapoli & Cimbria recepta juxta areas, mansos, possessiones & juxta aratra vulgo *nach Hufen und Erben, nach Pflug Zahl*. Ipsæ etiam collectiones, quæ in imperii, circulorum, expeditionum cameræque imperialis & Principum Virginum elocandarum usus requiruntur, in Megapoli computari sueverunt secundum antiquam *simplicium Bedarum provincialium* computationem, vi cujus a mansis rusticorum XL. a casatis VIII. & ab ædificio integro in civitatibus 30. solidi exiguntur. Confirmatus est hic contribuendi modus secundum mansos & ædificia ducali autoritate an. 1570. sqq. cæsareaque an. 1678. 1684. & sæpius, eo tamen lege, ut mansi tributarii & immunes seu equestres possessiones, agri & prata civitatum curatissima invicem comparatione & dimensione investigentur. Plura observant KIRCHOVIUS *Volum. Consil. c.* 36. BESELINUS *in variis Provincial. Meckl MSC.* In Pomerania ulteriori olim idem modus circa bona tributaria universim obtinuit, prouti patet *ex consignatione seu matricula an.* 1628. Sublata vero est ab Electore Brandenburgico an. 1682. computatio contributionum ab immobilibus civitatum; substitutis in earundem locum *capitationibus & accisis*. In Ducatu Slesvicensi & Holsatico contribuendi modus hodieque est *bedalis seu fundarius*, facta computatione secundum carrucas seu arratra Vandalica & Slavica antiqua (vulgo *Pflugzahl*) quorum unum olim tantum agri complectebatur, quantum coli poterat per spatium unius diei; quare in chartis *carrucatæ terræ* vocantur terræ arabiles, curru seu caruca aratri subactæ. Eadem vocis significatio occurrit in *Lege* ALLEMANNICA *Tit.* 96. *in Lege* RIPUARIA *Tit.* 44. SALICA *Tit.* 40. §. 1. *& in Legibus* CAROLI M. *apud* MURATORIUM *Tit.* 1. *Script. Ital. P.* 2. *p.* 108. *col.* 2. Præstatio vero contributionis, aratris impositæ, passim in antiquis monumentis appellatur CARRUCAGIUM. Opinabile est, eundem modum antiquissimis populis *Cimbris, Jutis, Anglis & Saxonibus* haud incognitum, invectum fuisse e Cimbria in Angliam, ubi *de qualibet terra carrucata in toto episcopatu Nordfolck & Southfolck quatuor denarii, annui tributi instar solvuntur, una vero vel carruca terræ appellatur* PLOWLAND, *terra ad unam carrucam sufficiens* testantibus chartis *in* MONASTICO *Anglicano T. I. p.* 293. *an.* 1013. *&* 922. *T. II. p.* 968. Accedit quod notant BROMPTONIUS *&* MATTH. *Westmonasteriensis ad an.* 1193. *&* 1224. *quod Regi concessum fuerit per totam* ANGLIAM CARRUCAGIUM *de qualibet carruca duo solidi argenti:* Et ad an. 1235. *Eodem tempore cepit Rex* CARRUCAGIUM *scilicet duas marcas de caruca* AD MARITAGIUM (Fræuleinsteuer) *sororis suæ*. Quin testis est GUILIELMUS NEUBRIG. *L.* 5. *c.* 1. quod Richardus Rex *ad sumtus belli cum Rege Francorum gerendo impendendos tributum indixerit universo regno minus usitatum ideo, quia a singulis* CARUCIS *indifferenter* GEMINATUM SOLIDUM (Bedas duplicatas) *exegit*. Explicatius de quantitate terræ unius carucæ constat *ex chartis T. II. Mon. angl. p.* 27. *&* 107. *Duodecim carucatæ faciunt unum* FEODUM *militis, unicuique carrucatæ terræ sunt sexaginta aëræ terræ ad perticum nostrum, videlicet viginti quinque pedum.* Et e Commentario juris Anglicani seu FLETA *L. II. cap.* 72. §. 4. 5. *p.* 159. *Certificetur in primo adventu suo seneschallus de custagiis* CARUCARUM *in quocunque manerio, quæ sciri poterunt per hanc rationem, ut terræ sint tripartitæ, tunc nonies viginti aëræ faciunt carucatam, eo quod IX. in hyeme IX. in quadragesimo & IX. in æstate pro warecto debent exarari §.* 5. *De terris vero bipartitis debent ad carucam octies viginti aëræ computari, ut medietas pro warecto habeatur, & medietas alia in hyeme, & quadragesima seminetur, & perinde de numero carucarum de facili poterit certiorari.* In Cimbriæ Ducatu Slesvicensi hodie a prædiis nobilium Slesvicensium a quovis aratro, finito cujuscunque mensis spatio, præstantur II. Th. XVI. sol. annuatim XXVIII. Th. In Holsatiæ Ducatu a quaque prædiorum nobilium carruca debentur III. Thaleri menstruo quovis spatio exsolvendi; quorum omnium pars dimidia utrique Duci cedit. Olim hæc ordinaria terræ contributio, quæ in commune ærarium provinciale, vulgo *Legekasten* conferebatur, hodie mox ab ipsis ærariorum Præfectis regiis & ducalibus seorsim accipitur vel stato tempore exigitur, cujus quidem præstationis præcipua pars facile ab imperantibus consumitur in servando milite stipendiario & sustinendis iis rebus, quæ ad militiam & ad negotia oneraque imperialia subeunda requiruntur. Computatio etiam collectarum, quæ tempore elocationis filiarum principum fiunt, numero *aratrorum prædialium* attemperata, olim complexa est VII. & XII. solidos antiquæ valoris, deinde III. marcas cet. Extraordinariæ vero contributiones non nisi exigente rerum publicarum ratione & necessitate cogi solent, quemadmodum juxta *normam agrariam seu aratralem* communi ducali nomine factum est an. 1711. imposito terræ unius aratri carrucagio LXXXX. Thalerorum, testantibus actis provincialibus ejusdem anni. In ducalibus præfecturis & pagis, provinciis & civitatibus Slesvicensibus ac Holsaticis contributio itidem secundum *aratrorum* numerum computatur, ita, ut ab uno aratro singulis mensibus solvantur Thaleri duo, quibus exactionibus ibid. jungitur menstrua Hospitationis præstatio XVI. solidorum (Kiliæ I. Th. cum dimidio a quolibet aratro solvenda vulgo *Quartiergeld*. Computatio vero aratrorum in civitatibus speciatim Kilonienli ita instituitur, ut ædificiorum qualitas æstimetur & distinguatur per cellas, quarum quatuor integram seu majorem domum constituunt; integra iterum domus conficiat unum aratrum, minor vero domus seu duæ cellæ dimidium ejus saltim complectantur. Recepta etiam in civitatibus alia adhuc est exactio vulgo *Schatt vel Schoß* vocata, itidem ædificiis imposita, vulgo *nach Pflugzahl*, ita quidem, ut ab integro aratro præstentur annuatim III. Thaleri; quibus denique accedunt annuæ aratrales itidem impositiones, seu antiquæ exactiones, quæ *Trastura* dicuntur, vulgo *Strafengeld* & recentiores præstationes *Laternengeld* appellatæ, quorum prior summa unius aratri annua III. Thaleros; posterior unum conficit. Taceo tributum an-

modis eorum ſtatuique publico & regimini ſuſtinendis (o). Cum itaque communis ſcriptorum

annuum IV. ſolidorum, qui ſecundum pretia ædificiorum libro peculiari inſcripta a qualibet marcarum centuria impenduntur in ærarium incendiorum cauſa collectum *Feuer-Caſſe*. Taceo *Acciſas* & *Licentias*, quas a rebus invectis & conſumendis pendunt *cives ſubditi*, exceptis collegiorum Ducalium & Eccleſiarum miniſtris, nobilibus & Academiæ Profeſſoribus; taceo vectigalium, quæ vel communi vel privativæ jurisdictioni ſubſunt, exactiones, quibus quidem ſubjiciuntur cives mercatores; exemti enim ſunt nobiles & miniſteriales ſupra laudari, data telonariis de rebus in uſum domeſticum importandis epiſtola aſſertoria, quam certificationem juratam vocant. *v. Privil. Regis Friderici an.* 1524. ACTA *Provinc. & vectigalitia an.* 1542. *an.* 1668. 1669. 1671. 1711. Ceterum in ducalium præfecturarum villis, una cum ſupra adductis *contributionis & hoſpitationis* nummis, a ruſticis exiguntur præſtationes quædam ſub nomine HERRENGELD, quæ penduntur in nummis coronatis vel in vulgaribus cum collybo ſeu permutationis fœnore. Videtur hæc exactio aliis recentior, ex ORBEDARUM *cenſu adaucto & extenſo* forte orta. Debetur enim etiam a ruſticis cotariis, qui nec agros nec prata (*Saatland & Wieſwachs*) poſſidentes nil quicquam contributionis præſtant; obnoxii tamen ſunt hoſpitationum exactionibus & huic oneri, quod annuatim ab integro tugurio conficit ſummam XVI. Th. & aliquot ſolidorum. Speciatim in præfectura *Neomonaſterienſi* hodieque colliguntur *Bedæ quinquennales*, quæ poſt elapſum cujuscunque quinquennii præſtantur ita quidem, ut manſionario majori (Vollhufener) I. Th. 32. ſol. a manſionario minori (*Halbhufner*) 40. ſol. & porro a ſingulis Cotariis & Bodenariis partes juſte compoſitæ exſolvantur.

Villarum hoſpitationis.

Speciatim Neo-Monaſterii.

(o) Mota eſt an. 1675. ab ordine nobilium Megapolenſium quæſtio contra obligationem præſtationum, quas Dux requiſiverat, impendendarum *Legationibus ad dies deputationum & circulorum imperialium, munitionibus civitatis Domitiæ, militiæ ejus præſidiariæ & tribunali cameræ imperialis*. Cauſa diu & prolixe agitata deciſa demum eſt ſententia cæſarea *d. X. Jul. an.* 1698. contra ordinem nobilium lata, de cujus rationibus ex verbis & analogia receſſuum imperii an. 1543. §. 24. 1548. §. 102. a. 1555. §. 81. 1566. §. 41. 1576. §. 11. an. 1594. 1598. 1603. 1654. §. 108. reſcriptoque cæſareo an. 1671. & ſententiis cameralibus ſpeciatim petitis, conſtat ex *deductionibus a* Jo. CHRISTIANO BESELINO *conſiliario ducali* in lucem editis. Haud licuit ſcriptori tunc quidem in auxilium vocare argumenta medii ævi diplomatum, quorum fide quidem teſtatiſſimum eſt, quod ipſo antiquiori ævo, quo communis bedarum provincialium uſus viguit, requiſita præterea omnino fuerint *ſervitia* ALIA *communis terræ cauſa ſubeunda*, præcipue caſtrorum, urbiumque munitio, terræ expeditio & defenſio, *Burch- & Landwere*; adeo ut eo caſu, quo prædiorum poſſeſſoribus ab omni beda, exactione & ſervitio, exemtio indulta fuit, hæc onera tamen a Dominis relata plerumque ſint inter reſervata. Supra *fide*. in rem adductis chartarum teſtimoniis de an. 1294. ſequ. adjungo verba *Abelis Dan. Slavorumque regis in privilegio conventui S. Joh. Sleſvicenſi* dato an. 1250. *T. III. p.* 359. *Volumus ipſos colonos & villicos in nullo obligatos eſſe præterquam ad* OPUS *urbium &* TERRÆ *defenſionem de quibus ſervitiis* NULLI *penitus eximuntur*. Quæ fere ipſa repetuntur in litetis venditionis villarum *Sperickſee & dimidiæ Wœhre in Schwartau*, quas *Joannes Comes Holſatiæ & Stormariæ* abbatiæ Lubecenſi tradidit an. 1250. Accedit teſtimonium Joannis & Alberti Ducum Saxoniæ in literis permutationis *novæ & antiquæ gammæ an.* 1302. *renunciamus omni juri, quod nobis in hujusmodi manſis poſſemus ullo tempore vindicare præter Borchwere, Brucwere & Landwere, quod nobis* RESERVAMUS. Item GUNZELINI *Comitis Schwerinenſis* in literis donationis villæ Godin. *ut prædicti agri & eorum cultores a communi ſervitio, quod ad conſtituendam urbem vel ad parandam debetur & ab omni exactione præter eam, quam terræ defenſio poſcit, liberi maneant v. T. II. Mon. p.* 2234. *ſeqq.* LUDEWIG *T. IX. reliqu. p.* 497. Taceo argumenta alia, quorum præcipua repetenda ſunt ex rationibus introducti militis mercenarii perpetuique Principum ſumptibus alendi, & inde *ceſſantium ſervitiorum equeſtrium, onerumque expeditionum militarium*, bello ingruente olim præſtandorum ROSS-*und* MANNDIENSTE, *Ritterpferde*. Notari meretur ſanctio *juris feudalis Tecklenburgici apud de* LUDEWIG *T. II. reliqu. p.* 298. *Præfati noſtri infeodati* CORPORE, *&* REBUS *nobis ſervire obligantur*; & teſtimonium AUTORIS chronici Hildesheimenſ. apud SCHATENIUM *T. I. annal. Pad. p.* 695 *Urbis autem defenſores erant tam* NOBILES, *quam* MINISTERIALES, *quos Dux fere omnes captos abduxit*. Accedunt rationes memoratu dignæ de *ſervitiis palatinis* præter militaria officia, Domino territoriali olim exhibendis a miniſterialibus & militibus, qui circa ſeculum XIII. hodieque dicuntur EQUITES, NOBILES. Ne enim dicam de honorariis officiis, quibus curam olim ſæpius impendere tenebantur in ſolennitatibus *elocationum filiarum illuſtrium, nuptiarum, victoriarum, exequiarum, deductionum conjugum in aulam* aliisque curialibus ceremoniis, ſuismet impenſis celebrandis; bina ſaltim hæc adnotabo, quod milites laudati ſeu vaſalli nobiles olim ſecuritati Principum tum in aula, tum extra eandem in itinere proſpexerint, præcipue eosdem curiam cæſaream & comitia ipſa inviſentes comitati ſint, quin ipſis *Legationibus* ad recipiendam inveſtituram imperialem inſtitutis, ſuis quidem expenſis interfuerint. Audi verba diplomatis an. 1073. quod MEICHELBECK *Hiſtor. Friſing. T. I. p.* 264. *Offeruntur autem monaſterio Rotenſi viri* MILITARES, *qui dicuntur* MINISTERIALES *cum* PRÆDIIS *& poſſeſſionibus ſuis, quos domi foriſque* CUSTODES LATERIS *habebat Chuno comes palatinus, monaſterii conditor, quibus etiam jura ſtatuit, ut monaſterii gloriam teneant & abbatibus honeſto loco gradu & ordine deſerviant*. Hinc eſt quod HELMOLDUS *Chron. Slav. L. II. c. 2. n. 4. p.* 218. laudet SATELLITES *Ducis Henrici Leonis & Gunzelini comitis Suerin.* MILITES PRÆSIDIARIOS *caſtri Ilowe*. Facit huc obſervatio AUTORIS *in dem gründlichen Beweis von Wiedereinſetzung der Ritterdienſte in den erſten Zuſtand &c.* 34. *daß der* ADEL *vor Zeiten groſſen Herren ſtatt einer* LEIB-WACHE *gedienet, die Stelle der heutigen Cavalier-Garde verſehen, die Fürſten an allen Orten* BEGLEITET, *und ſo wol im Felde und* KRIEGE, *als zu Hauſe an ihrem Hofe beſchützen müſſen*. Quod convenit indoli Miniſterialium & militum medii ævi, teſtante CONRADO II. *Imp. in Conſtitutione de expeditione romana edita a Gebauero p.* 257. SYFRIDO *presbytero Miſnenſi ad an.* 1231. *apud* PISTORIUM *S. R. G. T. I. ex editione Struv. p.* 1043. aliisque citatis a doctiſſimo ESTORE *in commentariis de miniſterialibus*. De ſervitiis itinerum ſeu comitatus extra Patriam teſtatur FRIDERICUS RUDOLPHI *T. I. Gothæ diplomaticæ c.* 5. *p.* 22. ubi de Ludovico ferreo, Landgravio Thuringiæ Fridericum I. Imperatorem inviſente refert: *Daß derſelbe nach Naumburg bey Freyburg alle Grafen, Herren und Edele verſchrieben, und dieſelben ſtatt einer Mauer um das* SCHLOSS *herum ſtehen laſſen, welches dem Kayſer annehmlich geweſen*. Spectat huc teſtimonium Jo. CAMERARII *in annotat. rerum geſtar. an.* 1558. *ap.* FREHERUM *T. III. S. R. Germ. p.* 494. quod ad electionem regis Romanorum Ferdinandi I. in comitiis Francofurtanis convenerint marchio Elector Joachimus cum 250. equitibus; Auraniæ Princeps cum 100. equitibus, de quo argumento proviſio exſtat *in aurea Bulla Tit. I. §.* 22. & in ipſo jure feudali Saxonico c. IV. apud SENCKENBERG *in Corp. Jur. feud. Germ. p.* 180. *Wann de Dütſchen enen Kunig küſen und er zu Rom fart zu der Wunge, ſoll da varen jeglich Mann mit ſinen* HERREN, *der des Riches Gut zu* LEHN *hat, oder he ſall die vart loſen mit dem zehenden Pfunde* (talento decimo) *das he jahrlichen van dem Herren hat*. Plura teſtimonia & exempla de ſervitiis vaſallorum præſtandis in

Palatinis militaribus.

Et ſolennibus extra territorium.

Teſtimonia & argumenta.

Speciatim de ſervitiis præſtitis olim militaribus.

Exempla.

ſcriptorum rerum Mecklenburgenſium concio in ea conſpiret aſſertione, quod Lubeca a Regibus

comitatu Dominorum ad coronationem regis Germanorum & imperatoris proficiſcentium, vide apud LUNIG *Collect. novæ de nobilitate Landſaſſica* P. I. p 377 ſeqq. & CRAMERUM *c. l. p.* 23. *n.* 9. *p.* 33. *n. c. d. e jeqq.* Præcipue ſervitia vaſallorum provincialium comitialia *in comitatu ad curias Imperii* Dominis exhibenda in lucem conſtituuntur fide documentorum apud LUNIG *T. I. Theatr. ceremon. p.* 37. 68. *&* AUTOREM *Electorum Juris publ. T. V. p.* 415. Speciatim Jo. JOACH. MULLERUS *in Hiſtoria Proteſt. ſtatuum evangelic. L.* 3. *c.* 8. *§* 8. *p.* 458. *&* RICCIUS *de nobilit. Landſaſſ. p.* 2. *c.* 19. §. 35. *p.* 403. laudant mandatum a Joanne Conſtanti, Electore Saxoniæ, iter ad comitia auguſtana parante, Vaſallis ſingulis ad comitatum ejus vocatis præſcriptum an. 1530. *Du wolleſt deine Sachen allenthalben darnach achten und mit zweyen* GERÜSTETEN *Pferden im Leber Farb gekleidet, wie dieſer Zeit unſere gemeine* HOFFARBE *iſt, als für einen Schützen und dem Spießgeräth zuführen, bey uns erſcheinen.* Cui accedit narratio Jo. SEB. MÜLLERI *in annal. Saxon. a.* 1530. *p.* 84. *am* 8. *apr. brach Churfürſt Johannes zu Sachſen nebſt ſeinem Sohn zu Torgau auf und ging nach Augſpurg auf den von Kayſer Carl dem* 5*ten ausgeſchriebenen Reichstage, und funden ſich in deſſen Suite* 70. *Sächſiſche von Adel, welche zuſammen mit den Dienern* 160. *Pferde ausmachten.* Eodem modo Elector Saxoniæ Auguſtus ad comitia auguſtana an. 1566. tendens vaſallis, comitibus ſuis, indixit: *ſich mit ihren Kleidern gefaßt zu machen und zum Einritt mit einer ſchwartzen ſammiten* PUFFGACKEN *ſtaffiret zu ſeyn. it. daß ein jeder* 3. *reiſige (gerüſtete) Knechte und einen Spießjungen in gewöhnlicher ſchwartzen Kleidung und auf dem Hut mit gelben Federn bey ſich haben, der Spießjunge auch mit einer wolgezierten Sturmhaube und Knebelſpieß oder langen Bersrohr ſtaffiret ſeyn ſolle,* teſtante mandato apud BUDERUM *in collectione documentorum ined. p.* 520. Idem ex pacto ſingulari Ducum Barnimi & Philippi, Jo. Friderici Bogislai, Erneſti Ludovici & Caſimiri an. 1560. inito denuoque a Friderico I. Rege Sueciæ, Duce Pomeraniæ citerioris repetito an. 1727. obſervavit DE LUDEWIG *in Form. ducatus Brand. c.* 8. §. 4. quod legi prolixius meretur apud RHODIUM *de ſervitiis feudalibus vaſallorum Pomer. orient. c.* 2. §. 13. *de Teſſin jur. publ. Suec. in T IX. reliquiarum Mſcr. a Ludewigio edit p.* 428. *&* Lunigium *T. II. Corp. Jur. feud. Germ. p.* 1067. *P II. collect. nov. p.* 294. *Wann auch uns oder unſern Succeſſoren die von der Ritterſchafft und Adel in Ehrenzügen auſſerhalb Krieges, als zur* LEHNSEMPFAHUNG, RE CHS- *oder* ANDERN VERSAMMLUNGS-TAGEN, *Fürſtlichen Höfen, Heimführungen und dergleichen Zügen auſſerhalb Landes folgen und ſich in unſere, oder unſerer Succeſſoren Farbe kleiden ſollen; ſo wollen Wir einem jeden von Adel, der mit zu reiten erfördert, nach alter Gewohnheit das Tuch auf ſeinem Leibe, als* 5. *Ellen Gewand und die Farbe auf ſo viel Perſonen, als ein jeder Pferde haben ſoll, ſammt den Muſter in ſeiner Behauſung zu ſchicken und billig Trinckgeld reichen zu laſſen; da Wir auch die von der Ritterſchafft innerhalb Landes fordern, ſo ſoll es der Kleidung wegen, wann ſie ſich in unſere Farbe kleiden ſollen, allermaſſen Wir oben gemeldet, mit ihnen gehalten werden.*

Speciatim Megapolitana.

De obligatione ipſorum Megapolenſium vaſallorum teſtantur annales & acta inveſtitur rum imperialium & itinerum Ducum ALBERTI & JOANNIS *fratrum*, ALBERTI PULCHRI aliorumque in quorum comitatu tum ſplendoris, tum ſecuritatis cauſa fuerunt milites armigeri & Bannerii vexilla & inſignia provinciarum portantes. De *Ducis* MAGNI comitatu teſtis eſt *Jo.* RIEDESEL *in Chronico Haſſico apud* KUCHENBECKER *Collect. III. annal. Haſſ. ad an.* 1495. *p* 63. *iſt Herr Maximilian im Königl. Majeſt zu Worms geſeſſen mit aller Zierath, in Beyſeyn vorgeſchriebener Fürſten, die ihr Lehn und Regalia empfangen haben; Herr Bertold. Ertz-Biſchof zu Maynz iſt geritten gekommen mit* 2. *Pannier und* 206. *Pferden &c. Hertzog Friedrich zu Sachſen mit* 13. *Pannier, ſammt* 200. *Pferden; Friderich Marggraf zu Brandenburg mit* 9 *Pannier und* 400. *Pferden, it. auf den nechſten Tag diviſionis Apoſtolorum iſt Hertzog* MAGNUS *zu* MECKLENBURG *gekommen mit* 6. *Pannier, darnach die* 2. *Fürſten Landgrafen zu Heſſen mit* 7. *Grafen, Herren und ihrer Ritterſchafft mehr dann auf* 300. *Pferde und* 2. *Pannier.* Accedunt ſingularia ſervitia & onera, ad quæ ſubeunda nobiles vaſalli Megapolenſes obligati fuerunt eo caſu, ſi Dominus *cingulum militare* acquiſiverit, teſtantibus privilegiis Nicolai de Werle Vaſallis terrarum Röbelæ & Malchoviæ & Wenden datis an. 1285. *h. l. in Diplomatar. Meckl. d. a.* Denique de Vaſallorum nobilium ſervitiis & impenſis *Legationum publicarum* conſtat ex *Wilhelmi ab* EYBEN, Ducum Brunſvicenſium ad recipiendam ab Abbate Corbeienſi inveſtituram, ablegati, in relatione apud LUNIGIUM *Corp. Jur. feud. T. I. p.* 1040. *& ex* MAXIMILIANI imperatoris tabulis confirmationis Pacti Ducum Sileſiæ an. 1575. apud *de* WEINGARTEN *in Codice Ferdinandeo Carolino Regni Bohem. p.* 71. *die Ritterſchafft mit Dienſten und Aufwarten zu verſchonen, es ſey dann, daß bey Ihro Fürſtlichen Gnaden erleuchte Perſonen ſich einfinden, oder anſehnliche Geſandtſchafften zu kommen.* Taceo plures rerum imperialium & provincialium rationes, judiciorum etiam & collectarum imperii origines & indolem, de quibus diſſeruit LUDOLFF *P. I. variar. obſerv. forens. obſ. c.* 11. *de modo collectarum antiquo cum moderno collato p.* 264. Quæ cum ita ſint facile apparebit, quod dicendum ſit de obligatione vaſallorum nobilium ad conferendas collectas ſeu præſtationes, quibus hodie ſuſtinendis Principes territoriales curam & ſumtus impendunt, recentiori ævo appellatas *Legations, Garniſons-Veſtungs-Bau-Reichs Deputations- und Crayß-Tage-Koſten, wie auch Commerzieler.* Sublata enim ſunt exhibita olim eorum loco ab ordine Vaſallorum ſervitia *militaria, caſtrenſia, comitatuum & comitialia.* Nihilominus tamen cauſa Megapolitana, præcipue de conferendis *legationum & militiæ præſidiariæ* impenſis, viſa nondum eſt plane expedita, quod appareret ex interpoſito a Nobilibus contra ſententiam cæſaream beneficio rev ſionis & inito demum a parte quadam ordinis equeſtris ſolenni Receſſu Suerinenſi an. 1707 quo ipſo omnes diſceptationes de cogendis collectarum ſpecialium præſtationibus ita ſopitas voluerunt, ut univerſim ordinarius omnium contributionum provincialium computus redactus fuerit in communem ſummam 120000. Thalerorum.

Quæſtio alia controverſa.

Spectat huc etiam quæſtio a conventu S. Mariæ Lemgovienſi mota: *an privilegium exemtionis ab omni onere ſervitutibus vigiliis exactionibus talliis & contributionibus eidem a comite Simone de Lippe a.* 1306 *conceſſum, conventum immunem præſtet a præſtationibus collectarum imperialium &* CIRCULARIUM? Quam quidem negaverim ex plerisque diplomatum Germaniæ principatuum formulis & ex rationibus a mutata indole ſervitiorum ſtatusque publici & imperialis derivatis Negavit etiam eandem HERTIUS *Reſp. T. I. R. VII.* GRUBEN *diſcept. for. obſ. IV p.* 895. STRUBE *de Jure villicor. c.* 5. §. 9. *p* 265. *ſeqq. & obſerv. Jur. Germ. obſ.* 7. *ſ.* 3. *p.* 247. *not. a.* Accedit recentior caſus, quem LUDOLPHUS *d. l.* recenſuit & definivit: *In regione aliqua imperii, ubi ſubditi ſunt etiam homines proprii, conventio erat inita an.* 1614. *inter Dominum territorii & nobilem eid. territorio ſubjectum, daß deſſen Leibeigene mit Schatz- und Steuer nicht beleget werden ſollten, hæc conventio antiqua, tempore in quo vivimus, non poterat intelligi ita cruda, ut etiam de collectis imperialibus & circularibus, vel etiam iis, quas vocant Land Steuern* i. e. *provincialibus proprie ſic dictis, eſſet accipienda. Seculo XVI. & initio XVII. ſi quæ collectæ Imperii nomine exigebantur, quod de Turcicis eſt certum, nullus ſubditorum erat exemtus, adeo ut Imperii Judicia promtiſſime contra inobedientes auxilium ferrent. Circulares & provinciales tunc in tali frequentia, qua ſunt hodie, non erant. Aliæ poterant eſſe collectarum ſpecies, quæ ad ſolius Domini commodum referebantur. Has in iſta conventione intellectas non vero alias, veroſimilius viſum fuit.* Dubium ſaltim videtur aſſertum, quod AUTOR *h. l.* de Bedis provincialibus in privilegio non remiſſis indiſtinctim comminiſcitur.

Regibus Obetritarum *Miſtevojo & Godeſchalco* fundata ſit & inſtaurata dominiique territorialis nexu cum Megapoli juncta, facile ſequitur, quod jura etiam orbedæ, ex jure quippe fundationis urbis ac territorii (p) oriunda, Domini Megapolitani ſibi vindicave- *Megapolenſium rationes intuitu Lubecæ.*

(m) 3

tur. Remiſſæ enim omnino videntur petitiones provinciales antiqui ævi, vel quæ tum an. 1614. in dicta regione vel in uſum publicum, vel fiſcalitium ſeu cameralem Domini ſolvebantur. Ultro tamen patet ab exemtione *a precariis, Bede, Landbede* & ceteris exactionibus provincialibus medii ævi, non trahendam eſſe conſecutionem ad tributa recentioris ævi *imperialia & territorialia* ex rationibus ſtatus mutati publici, vel ex pactis impoſita. Pertinet huc quæſtio in Holſatia olim de modo & qualitate impenſarum, quæ Cameræ Imperii deſtinabantur, excitata. Hodie vero non opus eſt hujusmodi diſceptationibus, cum, ut in plerisque regionibus & ducatibus factum eſt, præſtationes omnes in Holſatia comprehendantur ſub una & communi ſumma pecuniæ contribuendæ, quam principes & ubus imperialibus & territorialib9 propriisque impendunt. Non poſſum itaque ſubſcribere ratiociniis AUTORIS *des gründl. Beweiſes, daß ein Fürſt berechtiget ſey, die Ritterdienſte entweder in den erſten und alten Zuſtand wieder zu ſetzen oder ein proportionirliches Stück Geld alle Jahr dafür zu fodern.* Quamvis enim non neſciam ex ſanctione in marchia electorali Brandenburgenſi an. 1717. promulgata hodie in locum equorum equeſtrium onerumque feudalium veteris ævi ſurrogatum fuiſſe annuum canonem XL. Thalerorum; ubique tamen hujusmodi novatio vel ſurrogatio recte haud admittit æquam applicationem. Obſtant enim vel pacta & transactiones rite omnino ſervandæ provinciales, vel ipſæ aliorum onerum præſtationes, quæ vices veterum ſervitiorum militarium ſeu feudalium abunde explent. Hujus generis eſſe videntur: *Die Reichs- und Türcken-Steuer, Contributions Guarniſons-Koſten, Quartier-Geld &c.* quæ in ſummam collectæ vel ſuperabunt vel certe exæquabunt impenſas, onera & ſervitia olim, præcipue bello urgente, præſtanda a militibus ſeu vaſallis, quos, velut tela & arma, in uſum præliorum & ſecuritatem terræ olim reſervatos Domino & communi terræ ſervire oportuit tum *corpore*, tum *equis feudalibus*. Ut taceam extraordinarias, quas hodieque paſſim ordo equeſtris, neceſſitate efflagitante, ſolvere, ſuevit contributiones, de quibus proviſum nonnihil eſt *in Receſſu Imperii an.* 1548. §. *Wiewol nun, & an.* 1582. §. *und dennoch &c.* & ſpeciatim in Receſſibus ac Formulis cujuscunque loci provincialibus notante curatius de BERGER *diſp. de liberalitate neceſſaria* § 41. *ſeqq. Zieglero de jur. majeſt. L. II. c.* 2. Facit huc ipſa ab ordine equeſtri *nobilium immediatorum Imperii Germanici* mota olim contra ſolutionem *exactionum communium, des gemeinen Pfennings*, controverſia & exceptio, ſopita demum ſub auſpiciis Caroli V. Imp. ſpontanea compoſitione, vi cujus nobiles fidem obſtrinxerunt de præſtando in caſu inſtantis neceſſitatis *ſubſidio charitativo*, cogendo tamen & colligendo a ſubditis equeſtrium prædiorum, docente KOELERO *diſp. de ortu ſubſidii charitat. imperatori ab ordine equ. immed. præſtiti p.* 7. *ſeqq.* Idem fere obtinet intuitu *ordinis nobilium mediatorum*, qui origine ſua militari, indole & immunitate immediatis haud poſtponendus eſt, recteque perfruitur *avito* JURE *ſubcollectandi*, ſeu colligendi a ruſticis ſubditis ſolvendas communes & extra ordinem indictas præſtationes. Iterum ex his rationibus ultra eſt ad intelligendum, quam parum & conſcientiæ & juſtitiæ, quin ipſi principum utilitati conſulant, qui in augendis antiquis vel excogitandis & cogendis novis onerum generibus faciles ſunt & ingenioſi. Omnes enim moleſtiæ oneraque omnia recidunt demum in humeros colonorum pauperumque ſubditorum, jugo & ſervitiis preſſorum ſatis, non opprimendorum tamen, ſed, ſi fieri unquam poterit, ſublevandorum, ut majora veraque commoda ad Principem & patriam inde revertantur. Juvat nomina & indolem veteris noſtrique ævi præſtationum ac ſervitiorum comparare invicem & conferre ex moribus *Holſatiæ* ſigillatim hoc modo: onera veterum expeditionum communis terræ & ſervitia militaria, *Landwehr*, hodie converſa ſunt & ſummatim redacta in præſtationes *contributionum communium & ordinariarum*, quæ juxta computum jugerum ſolvuntur *a nobilibus civitatibus & præfecturis*, quibus ac cedunt provinciæ paluſtres Ditmarſicæ & Cimbricæ. In locum veterum *angariarum hoſpitationum urbiumque, caſtrorum pontium*, aggerum exſtructionem & defenſionem ſucceſſerunt hodie præſtationes, quæ ab hoſpitiis *militis perpetui* appellantur, *inquartationes, Brakengeld, Quartiergeld*, quæ impoſitæ ſunt fundis & numerantur præcipue ſecundum jugera in ducalibus præfecturis, provinciis, civitatibus. Memoriam *Landbedarum* ſeu precariarum provincialium urgente temporis ratione & ſingulari caſu extra ordinem *a communi terra* exactarum, ſervant hodie *contributiones extraordinariæ & collectæ*, quæ ab elocatione filiarum illuſtrium dicuntur *Fræulein-Steuer*. Denique *Bedarum ordinariarum minorum & majorum, ſimplicium & auctarum, pactuum*, reliquarumque annuarum exactionum & ſervitiorum indolem, hodie in CIVITATIBUS Holſaticis referunt cenſus annui ſecundum fundos vel ædes æſtimari, vulgo *Schattung, Herren-Schoß*, & reliquæ præſtationes ædibus impoſitæ; in PAGIS PRÆFECTURARUM vero cenſus dominicus fundis inhærens, nominatim in præfectura Kilonienſi HERRENGELD, DIENSTGELD, quibus accedunt *Bedæ quinquennales*, quarum ſumma eſt quincarum monetæ coronatæ a quolibet manſo. In præfecturæ Neomonaſterienſis pagis præterea a colonis exſolvendi ſunt plures cenſus *Herrengeld, Grundhæuer, Heuerrocken & Pflichtſchafe* in pecunia numerata. In *Neomonaſte-* oppidulo ſeu villa parochiali, *dem Flecken Neumünſter* cenſus *Grundheuer* venit ſub appellatione *Wurthgeld*, & præterea præſtantur *bedæ quinquennales, Herrengeld, Dienſtgeld & Heuerrocken*. Præfecturæ Bordesholmenſis *Bordesholm-* prædiis ac villis, præter onera illa *Herren-& Dienſtgeld*, inhærent, cenſus fundarius *Grundheuer*, & *cenſus in-menſi veſtituræ*, vulgo *Veſtgeld*, qui a ruſticis manſi poſſeſſionem auſpicantibus *beym Antritt der Hufe* exſolvi, vel deinde numerari conſuevit, male tamen, cum uſuris annuis. Obtinet etiam idem cenſus in præfecturis Kilonienſi & Neomonaſterienſi. In præfectura Trittovienſi ſolutioni *Herrengeld & Dienſtgeld* adjungitur cenſus ſuarius, *Trittovienſi, Schweinlagergeld*. In præfectura autem Reinbeccenſi a villicis cenſus *Herrengeld* & *Heuerrocken*; in *Tremsbut-telenſi*, cenſus *Herrenſchoß* ſeu *Herrengeld*; & in *Ciſmarienſi* & *Oldenburgenſi*, præter *cenſum dominicum*, a ruſticis, quibus *hominum propriorum indoles* eſt, penduntur *Gænſe-* & *Hünergeld, Schweingeld, Zehendrocken*, & paſſim in Ciſmarienſi præfectura *Dienſtgeld*, cujus ſolutio fit a Cotariis & hominibus liberis, a ſervitute exemtis. En ſummam onerum colonorum, qui præterea in ſingulis præfecturis, ut ſupradixi, ad exhibendas præſtationes *contributionum & inquartationum vexationes* obligantur, exceptis *Ciſmarienſibus & Oldenburgenſibus*, qui Glebæ & ſervituti adſcripti *cenſum hoſpitiorum militarium, Quartiergeld*, ignorant Univerſim ergo conſtat, quod ſolutio annua CENSUS FUNDARII & DOMINICI, *Herrengeld*, ubique etiamnunc adſervata indolem prodat tueaturque *veterum* BEDARUM *ſeu* TERRAGIORUM, quæ ideo quotannis circa menſem Maji, hodie circa feſtum *Martini* exſolvuntur quæſtori *cameræ redituum ducalium*; quemadmodum penſiones contributionum & hoſpitiorum militarium deferuntur ad *ærarium militare, den General-Kriegs-Commiſſariat*. Addo etiam, quod cenſus dominicus & cetera onera a villicis ſubeunda numerentur æſtimenturque ſecundum quantitatem AREARUM *ſeu poſſeſſionem jugerum & fundorum*. Unde varia nata ſunt nomina *der voll- und halb-Hufener, groß- und klein-Kötener, Inſten-Kötener, Viertelhufener oder Kötener, Bodener*, ſeu $\frac{1}{2}$. *Hufner, klein & halbbodener ſeu Brinckſitzer* $\frac{1}{12}$. *Hufner*.

Aprecariis ad tributa imperialia nulla conſecutio.

Uſus Holſatiæ.

Rationes de non augendis contributionibus.

Comparatio veterum ævi noſtrique præſtationum ex moribus Holſatiæ.

Landwehr.

Angariarum.

Landbedarum extra ordinem.

Bedarum ordinariarum.

In civitatibus.

Præfecturis.

Tremsbuttelæ.

Ciſmariæ.

(p) Patet hoc luculenter ex chartis præcipue ex literis Witzlai III. Rugianorum Principis civitati Sundenſi datis *Jura Orbedaan. rum ex fun-*

caverint (pp) ipſaque denique ſolemnia martinalia reputarint pro ſymbolis & recognitione annuæ, quam fundariam vocant, penſionis. Obmovit quidem huic conjecturæ ipſe laudatus autor dubium; ſed & ab eodem conjectura vindicatur verbis fere, quæ ſequuntur, latine redditis: *Dixerint alii: urbem veniſſe in aliorum poteſtatem vel nactam fuiſſe libertatem;* reſpondeo: *jura in eandem maxima cum contentione a Conditorum ſucceſſoribus vindicata ipſamque urbem in jus & controverſias ſæpius vocatam fuiſſe, nec unquam Duces Megapolitanos veteri dominio quidem privatos, jura* NEXUS TERRITORIALIS *prorſus amiſiſſe, certe jura* AREARUM *ſeu Bedarum, quæ fundo innituntur, cedere recuſaſſe* (q)*; tandem forte in has conditiones conſenſiſſe, ut Lubecenſes memoriam priſci Dominorum Mecklenburgenſium dominii & juris & territorialis, ſi minus expreſſe, ſymbolice ſaltem quotannis recognoſcere cœperint* CIVICA *quadam* LEGATIONE *& ſolemnitate, qua quidem in ipſa* ARCE *Suerinenſi, præſente Duce, exhibendum fuit conſtans teſtimonium veteris eorum* OBLIGATIONIS, *ſymbolum debitarum olim* PRÆSTATIONUM TERRITO-

datione urbium repetita.

an. 1273. III. Nonar. Apr. *Conſenſu fratris noſtri Juramari ac aſſiſtentibus noſtræ curiæ potioribus militibus concordatum fuit unanimiter in hunc modum, quod nobis & noſtris heredibus perpetuo ſingulis annis ducentas marcas denariorum uſualium centum quidem in nativitate b. Joannis Baptiſtæ & centum in feſto nativitatis dominice exſolvant conſules Sundenſes nomine univerſitatis ville ejusd. ita quod quacunque proſperitate temporalis abundantiæ circa villam hanc ſuccedente nunquam de cetero vel per nos, vel per poſteros noſtros prædicte* PENSIONIS *qualitas debeat augmentari. Nomine autem ville Sundenſis hic intelligi volumus id ſolum, quod tempore hujus noſtræ conceſſionis intra ſepta munitionis ejusd. ville dignoſcitur comprehenſum; ſi communicato diſcretorum virorum conſilio aliquo tempore extra prenominatæ villæ munitionis ambitum villam* DE NOVO FUNDATAM *tanquam priori annexam edificari contigerit per conceſſionem pretactam nobis ſeu noſtris heredibus nolumus in hac parte prejudicium aliquod generari, quo minus in illa* PLANTATIONE ADJECTA *penſionem hujusmodi prout viſum fuerit rationabiliter & ſecundum tolerantiam exigere & recipere valeamus.* Ut & ex Henrici Domini Megapolitani charta venditionis villæ Proveſthagen an. 1303. in qua laudantur *ſervitia ſibi & ſuis progenitoribus in ipſa villa a ſua* FUNDATIONE *reſervata, ædificationes pontium & urbium & expeditio terræ, quam generalis neceſſitas requirit.* Inde in privilegiis civitatis Ribnicenſis *a Waldemaro Domino Roſtochienſi an.* 1276. & ab *Erico Rege Dan. & Vandaliæ* an. 1311. conceſſis reperiuntur verba: *Und ſchælen Raht und Börger to Ribenitz alle Jahre dem Herren des Landes Roſtock XX. Marck Roſtocker Münte tho ener* BEKENNUNG DES HERREN (in recognitionem dominii) *geben, welcke utgifft up kenerley Wieſe durch den Herrn von Roſtok off ſinen Nakomlingen edder eren Advocaten künftig ſchall verhœhet waren.* Quo ſpectat transactio inter Fratres Adolphum Frid. & Jo. Albertum Duces Mecklenb. inita Fahrenholtziæ an. 1611. §. 10. *Die Ohrbær ſoll in den gemeinen Stædten Roſtock, Wiſmar, Parchim, Brandenburg, Friedland, Sternberg, Malchin, Teterow, Wahrn, Röbel und Woldeke getheilet und davon einem jeden der halbe Theil jæhrlich entrichtet werden; aber die Orbær aus Sverin und Guſtraw bleibet demjenigen allein, welchem die eine oder die andre* STAD *zufallen wird.* Recte igitur *Matth.* STEPHANI *L. 2. de juriſd. p. 1. c. 7. n. 49. & 50 p. 435.* obſervavit, quod Principes imperii in fundationibus & dotationibus civitatum tria præcipue ſibi reſervare ſueverint: JUS ORBEDARUM, JURISDICTIONEM & JUS PATRONATUS, quorum *primum* præcipue reputarunt pro non alienando.

Fide diplomatum Pomeranorum,

Megapolenſium,

Grupenii.

Lubecenſium obligatio ad Orbedas tempore Henrici Leonis.

a. 1158.

(pp) Opinabile eſt, Reges Megapolenſes ipſum arearum cenſum olim a civitate *Lubeca* exegiſſe, quin Hinricum Leonem, Megapoleos occupatorem, eadem Regum Megapolenſium jura ſibi victori vindicaſſe. Ipſum audi Henricum Leonem in literis fundationis eccleſiæ Raceburgenſ. an. 1158. T. II. p. 2030. *Conſtituimus ſimiter ut nulli liceat in prædictis manſis* (eccleſiæ donatis) *aliquas exactiones vel* PETITIONES *facere ſed liberi ſint ab omni gravamine & a* WOGIWOTINZA *qui cenſus Ducis dicitur.* Germanice hoc vocabulum reddideris vel *Orbedam,* cenſum villicum a Slavico *Wogi,* vico, via, appellatum; vel etiam cenſum dominicum *Herrenzinß;* olim enim *Woymo* ſecundum excellentiam dictus eſt princeps dominus. In aliis chartis, quæ de villis *epiſcoporum* agunt, idem cenſus dicitur *Bizopotinzha,* EPISCOPI CENSUS, ut in charta an. 1221. *b. l. p.* 903. Idem

u69. 1174.

Dux quantitatem hujus tributi deſcripſit in charta de libertate trium ad albim epiſcopatuum *an.* 1169. *d. l. p.* 2042. & in literis de villis *Rodemisle, Clotesvelde* aliisque an. 1174. *ib. p.* 2046. *Cenſus autem Slavorum* WOGIWOTINZA *per omnes terminos horum epiſcopatuum eſt, ſolidus unus de unco* (Hackenhufe) *tres menſuræ ſeu modii ſiliginis qui* (modius) *dicitur Kuritz, toppus lini unus, pullus unus.* Explicate hanc cauſam recenſet HELMOLDUS *Chron. Slav. ad an.* 1162. *L. 1. c. 87. n. 13. Et præcepit Dux Slavis qui remanſerant in terra* WAGIRORUM (Lubecenſium) *Polaborum, Obotritorum, Kycinorum, ut ſolverent reditus epiſcopales, qui ſolvuntur apud Pomeranos & Polonos, hoc eſt de* ARATRO *tres modios ſiliginis & XII. nummos monetæ publicæ, porro Slavicum* ARATRUM *perficitur duobus bobus & totidem equis.* Conferri merentur verba HELMOLDI *L. 1. c. 12. n. 13. Dabatur autem pontifici Oldenburgenſi* (tempore Regum Obotritarum) *annuum de omni* WAGIRORUM *ſive Obotritorum terra tributum, quod ſcilicet pro decima dabatur, de quolibet* ARATRO *menſura grani & quadraginta reſticuli lini & duodecim nummi puri argenti. Ad hæc unus nummus precium colligentis; Slavicum vero aratrum par boum, aut unus conficit equus.* onſtat itaque Ducem Hinricum Leonem *cenſum arearum* epiſcopis & eccleſiis remiſiſſe, non autem civitatibus & ſubditis ceteris; quo jure etiam denuo poſt Pribislaum, cui terram omnem Obotritarum excepto tractu Suerinenſi Henricus Leo reſtituerat, uſi ſunt Principes Megapolenſes. Facit huc obſervatio GRUPENI *in orig. & antiquit. Hanov. p* 124. *In der Stadt* LUBEC *hatte* Henricus Leo, *wie in* partibus Slaviæ *faſt alles von deſſen Autorität abhienge, den* CENSUM DUCIS, *welcher* Wogiwozinza *genannt wurde, deſſen er in Privilegio a.* 1170. *ap.* RETHMEYER *Chron. Brunſv. p.* 434. *der Stadt* (rectius *den Biſchöffen*) *erließ; und daß er gleichergeſtalt in Hannover den* cenſum arearum *gehabt, findet um ſo viel weniger Zweifel, weil in diviſione Paterbornenſi an.* 1203. *Hanover cum omnibus ſuis attinentibus Henrico Palatino zugetheilet worden.* Accedit confirmatio & melioratio antiquarum Legum civitatis Hannoveræ data ab Ottone puero Duce Brunſvicenſi an. 1241. apud PFEFFINGERUM *Hiſtor. Brunſ. P. 2. l. 5. c. 8. p.* 954. *Cenſum* AREARUM *infra civitatem accipiet advocatus poſt nativitatem Domini præter cenſum eccleſiarum b. Ægidii ac Galli, viginti marcas argenti debent Burgenſes ad juſtam* PETITIONEM *noſtram in nativitate Domini annis* SINGULIS *perſolvendis.*

Teſtimonium Helmoldi.

Principum rariſſima juris bedarum renunciatio.

(q) Rariſſime enim Principes *juri bedarum* prorſus renunciarunt, niſi egerint cum eccleſiis & monaſteriis, moti ex religione & pietate. Unum ſaltim ex multis adjicio exemplum ex conceſſione JOANNIS *Domini de Werle an. 1278. tertio Kalend. Jun.* data, qua donationem *fratrum Ketelhot,* qui eccleſiæ Wademeshagen hodie Wattmanshagen

TORIALIUM. Accedunt & alia conjectionum adjumenta. Conſtat enim, oblationes, quas *orbedas* vulgo, *precarias & præſtarias* vocant, antiquitus conſtitiſſe in frumentis, *cereviſia, vino, melle, frugibus, nummis* & ejusmodi rebus (r), quibus dolium vini rhenani muſto repletum & dona reliqua facile adnumerantur. Conſtat & hoc, quod in Megapoli ex antiqua conſuetudine communis terminus præſtandarum penſionum venerit exſtiteritque circa ipſum feſtum S. MARTINI. Provoco ad fidem chartarum Megapolenſium Sec. XIII. XIV. XV. ſpeciatim ad literas Hinrici Leonis Domini Megapolens. quibus poſſeſſionem quatuor manſorum & ſervitia equorum advocato inſulæ Poelæ conceſſit a. 1294. in Caſtro Wismarienſi hac lege: *Quos manſos ipſi dimiſimus pro duobus tremodiis ſiliginis nobis & noſtris heredibus aut ſucceſſoribus* ANNUATIM *eo tempore, quo* CETERI SUBDITI *noſtri cenſum ſuum perſolvere conſueverunt, videlicet in* FESTO BEATI MARTINI, *ſine reclamatoria qualibet exigendis; Porrigentes predictos quatuor manſos eidem Willekino & uxori ſue Geſe, nec non heredibus ſuis ſive Succeſſoribus, ab omni* SERVITIO *exemptos, perpetuis poſſidendos temporibus, dummodo nobis & noſtris ſucceſſoribus exinde, ſicut ſuperius expreſſimus,* ANNUATIM *predicta* DUO TREMODIA *ſiliginis in prenotatis miniſtrentur* TERMINIS EXPEDITE. Idem proviſum eſt in charta Hinrici Domini, Fratribus Kalendarum in inſula territorii Stargardiæ dimittentis proprietatem quorundam bonorum & redituum in Fredelande aliisque pagis an. 1308. *Videlicet dimiſimus illis in civitate Fredelande proprietatem ſuper reditus quinque ſolid. minoris Monetæ Brandenburg. in penſione* AREARUM, WORTINS *dicta &c. Nolentes pios fratres pio & felici ex affectu, in dictis bonis & redditibus perceptionis tempore, ſcilicet in* FESTO MARTINI CUJUSLIBET ANNI, *aut etiam in aliis, ad eorum piam voluptatem, prout decet, in Divinis ampliandam ab aliquibus aliqualiter impediri.* Et in Charta Hinrici Domini Megap. & Stargardiæ an. 1316. *publice proteſtamur, quod famoſo militi Heinoni de Stralendorp Seniori dimiſimus ac gratioſe conceſſimus jure* PHEODALI *in villa noſtra Methenſtorp duodecim marcarum reditus ab ipſo & ſuis veris heredibus* ANNUATIM *in* QUOLIBET FESTO MARTINI *in* PRECARIIS *dicte ville Metenſtorpe ſuſcipiendos donec ſibi a nobis aut heredibus noſtris centum marcas Slavical. denar. fuerint perſolutæ.* Item Johannis Moltke in dotatione vicariæ eccleſiæ Blanckenhagen data Tangeruni an. 1318. in vigilia Bartholomæi apoſtoli: *item dona-*

Orbedarum præſtatio circa feſtum S. Martini conſueta.

manshagen tres manſos & octo caſas cum curiis & areis adjacentibus, agris cultis & incultis villæ Wademeshagen donaverant, confirmavit & auxit donatione jurium ſibi competentium: *Nos vero* CULTUM DIVINUM *intuitu Dei & matris ſue Marie & beati Pauli apoſtoli augeri cupientes dictam donationem & voluntatem predictorum ratam & gratam habere volentes, ſano fidelium noſtrorum ducti conſilio domus liberaliter & donamus* SUPER *bona prefata proprietatem perpetue libertatis videlicet quod Rector eccleſie Wademeshagen predicte, qui pro tempore fuerit predicta bona cum omni jure, judicio majore & minore ſcilicet manus & colli, cum vedditibus fructibus, uſibus, commodis, utilitatibus, emoluementis ac libertatibus univerſis, cum* OMNI PRECARIA, *quotiescunque, quandocunque & quantumcunque de aliis manſis noſtris petierimus toties & tantum predicto Rectori & omnibus in perpetuum ſucceſſoribus de omnibus bonis totaliter debeant cedere & non aliter perpetuis temporibus, ut premittitur poſſidebit. Inſuper renunciamus omni donationi devolutorum omni juri, juſticie & injuſticie ſi quid iſtorum nobis aut ſucceſſoribus noſtris in ipſis bonis poſſet competere in futurum nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum in iisdem nihil penitus reſervantes. Predicti etiam manſi & eorum* CULTORES *in perpetuum a ſervitiis* CASTRENSIBUS *dictis & a defenſione terre Landwehr dicta & generaliter ab omni ſervicio noſtro nomine requirendo omnino ſint liberi & exempti, ſed omne onus exactionis & ſervicii quod ipſis infligi poterit Rectori predicto & ejus ſucceſſoribus, ipſi facere tenebuntur.* Sed & ne ſic quidem univerſim & indiſtinctim. Hinricus enim Dominus Megapoli tanus literas donationis, quibus an 1325 perceptionem redituum *villæ Dalen* Fratribus *Kalendarum de inſula, vulgo auf dem Friedlandiſchen Werder*, confert, hac conditione munit: *Nobis autem ac noſtris heredibus & Succeſſoribus* PRECARIAM, *quæ de ipſis manſis provenire poterit reſervamus.* Eadem reſervatione utitur Albertus Dominus Megapolenſis in confirmatione reſignationis villæ *Dabel*, conventui ſanctimonialium Dobbertinenſium venditæ an. 1336 *Cum omnibus libertatibus, judiciis, ſervitiis & ſervitutibus, nihil nobis in ipſa villa,* PRECARIA *dontaxat* EXCEPTA *reſervantes.* Accedit inſigne exemplum NICOLAI *Domini de Werle*, qui tanquam legitimus tutor & curator patrui JOANNIS *domicelli de Werle* donavit quidem an. 1360. Joanni Schonenberg & Nicolao Molne in Lawe proprietatem ſeptem manſorum *villæ teutonicæ Kobraw*, ſed ſervatis tamen pupillo precariis: *Donamus eisdem nomine patrui, cujus pro nunc* JURE HEREDITARIO & CONSUETUDINARIO TUTELAM & CURAM *gerimus ſeptem manſos, quorum manſus dabit in* PACTU ANNUATIM *quinque marcas Slavic & quendam agrum dictum* QUERLAND *dantem pro pactu viginti quatuor ſolidos, & unam* KOTAM *in villa Weytendorp dantem pro pactu tres marcas monetæ ſupradictæ cum omni jure & utilitate;* JUDICIUM *vero* MAJUS, ANNONAM CANINAM & PRECARIAS QUASCUNQUE *in eisdem manſis fratruo noſtro Johanni domicello de Werle prædicto & ſuis ſucceſſoribus* RESERVAMUS, *dantes tamen prædictos ſeptem manſos liberos & ſolutos a* SERVITIO DEXTRARII *ita quod ampius ad nullum feodale ſervitium teneantur, etiamſi aliquo ſervitio prius fuerant aggravati.* Quemadmodum igitur recte annotarunt *de* LUDEWIG *diſſ. de diſpari nexu civitatum imperial. cum imperio c. 6 §. 6* PFEFFINGER *Vitr. ill. T. I. tit. 18. p. 718 & Teſtimonio* SENCKENBERG *Tom. II. Sel. jur & hiſtor. p.* 606 quod villæ & vici imperiales omnes ærario ſeu fiſco regio garum. bel as & bedas ante trecentos ac plures annos ſolverint vel debeant etiamnunc niſi iſto onere liberatæ ſint pacto vel privilegio; id etiam certum eſt de villis Principum eorumque municipiis & civitatibus territorialibus veteris & noſtri ævi; ut patet ex chartis copioſius adcitatis.

Fide diplomatum Megapolenſium.

(r) De præſtatione bedæ ex frumento vulgo *Kornbede*, item STUFFKARI, HIMPKORN, forte a modii nomine appellata, teſtantur chartæ apud SCHANNAT. *Hiſtor. Epiſc. Worm. in Cod. Probat. n. 6. & 15. & in Vindem. literar.* *Præſtationes Bedarum frumentorum.*

donamus reditus in manſis tribus tali medio interſerto, quod ſacerdos, qui ipſam pro tempore officiaverit in dictis redditibus & manſis jus aliud ſibi non uſurpabit, niſi quod CENSUM *inde tollat in feſto quolibet* MARTINI, *quem tamen cenſum per pignora extorquere poterit licite ſi neceſſe fuerit.* Ut & Eckardus & Detlevus a Negendanck milites in literis venditionis duorum manſorum villæ *Vorwerck* dat. Wiſmariæ an. 1329. *Ceſſimus rite diſcreto viro Domino Hinrico de Hattorpe Canonico & Cantori Eccleſie Lubecenſis, ementi & recipienti pro ſe ac nomine ejusdem eccleſie duos manſos adjacentes Ville Vorwerck ſitæ in terra Poele, ſolventes ſimul annis ſingulis pro* CENSU *in* FESTO BEATI MARTINI *undecim tremodia dure annone & novem tremodia avenæ.* Porro Senatus Wiſmarienſis in literis reſignationis curiæ alicujus militibus Chriſti ibidem traditæ an. 1330. *Deſſe Hoff ſchall liggen to allem* LÜBESCHEM RECHTE *alſo de anderen Mönnecken Höfe de in unſer ſtaat belegen ſint, beſchedelicken der Mönnecken van Doberaan van ſünte Bernhardes Orden, und van dem Cyſiner van ſünte Benedictus Orden. In dem Hofe ſcholen ſe effte ere Nakomelinge ynich nicht buwen, der der Staat ſchedelick ſi offte unſen Rechte. Vor ander* PLICHT *unſer ſtaat tho donende ſcholen ſe gheven yowelckes Jares tho yowelchen* SÜNTE MARTENS DAGHE *twe Marck Pennighe Lübſcher Münte uns und unſen Nakomelinghen ewelcken.* Ut & Johannes Abbas & Prior conventus Ciſmarienſis in literis venditionis hæreditariæ XXIV. jugerum cum Lamberto molendinario in Dammenhuſen initæ an. 1331. *Vendidimus tali conditione, ut idem emtor ac ſui heredes de dictis jugeribus ſingulis annis* IN FESTO MARTINI *duo tremodia avene nobis & eccleſie noſtre ſolvat expedite intra civitatem Wyſmer remoto quolibet impedimento.* Pariter Albertus Dux Magnopol. in literis, quibus octo talenta redituum jure feudi caſtrenſis & reſidentiæ in caſtro Stargardiæ Henningio Beren confert an. 1337. *Eidem tria talenta cum dimidio Brandenburgenſis monetæ, quæ Henningius ſuſtulit, annis ſingulis in* FESTO MARTINI *de* PRECARIA *in Cloxin, renovabile aſſignavimus annuatim in dicto feſto* MARTINI *tollenda in* PRECARIA *villæ Bodereſchen cum aliis tribus talentis & dimidio percipiendis ibidem ſingulis annis in eodem feſto* MARTINI *tollendis in precaria ante dicta; & hæc ſeptem talenta redituum ad caſtrenſe feudum caſtri noſtri Stargardiæ ſibi conferimus in his præſentibus. Sed quod ſi in prædictis redditibus in* IPSO FESTO MARTINI *aliquid deforet huic, hic in feſto Walburgis, computatione de ipſo reſtu inter ipſum Henninghum & noſtrum advocatum habita, de* PRECARIA *tum ſuppleatur. Et cum his redditibus habet octo talentorum redditus in pacto villæ Grunowe ſibi per præſentem noſtram jure feudali collata, ad caſtrenſe feodum ſumptum, & pro his redditibus in dicto caſtro reſideat, ſicuti de* FEODO CASTRENSI *de Jure tenetur reſidere.* Accedit Detlevi Perkentin, Epiſcopi Raceburgenſis charta a. 1418. exarata, qua Gerhardo Negendanck militi hypothecam conſtituit in reditibus pagorum quorundam hac lege: *Unde verpanden em un ſinen Erven allent wat wy hebben van teghenden tho Eggerſtorpe to Lantderſtorpe und in ſinen Dörpern to Weitendorp und to deme Kromekenhagen vor anderthalf hundert Marc Lübſch, de wy ſynen Vader ſchuldig bleven, do wy unſe Slot to Stour löſeden, deſſe vorbenomde tegeden mach Gherd vorbenohmt unde ſine Erven alle yar upbören* TO SÜNTE MARTENS DAGHE *und mach de bruckende loeſen in all der mate alſe wy unde unſe Vorvarende vor dan hebbet.* Explicate rem definit Dux Johannes Albertus in privilegio civitati Fürſtenbergæ indulto an. 1568. *Dagegen und zu danckbarer Erkentligkeit ſolcher Wolthaten, der Raht und gemeine Bürgerſchafft vor ſich und ihren Nachkommen Uns und Unſern Erben und Nachkommen alle Jahr* VIERTZIG *Gulden guter gangbarer Müntze zur* ORBÖHR *auf* MARTINI *geben und entrichten ſollen und wollen, doch wann bemeldte Unſere Stadt Fürſtenberg an Beſſerung und Gröſſe zunehmen würde, alsdann wollen Wir Uns unſern Erben den Hertzogen zu Mecklenburg ſolche Orbœhr ihnen zu erhöhen hiemit vorbehalten haben, ſie ſollen auch nichts deſto-*

weniger,

---

literar. Collect. 1. *n.* 28. *ibique charta an.* 1108. *Quam traditionem poſſeſſionis noſtræ & IX mancipiorum ea firmavimus conditione, ut noſtris, poſt mortem autem noſtram, uſibus fratrum deſerviant, etiam per* SINGULOS ANNOS *quatuor quadrantes* FRUMENTI *& alia quatuor* BRACCII (vulgo Maltz) *nobis præſtentur.* Spectant huc *garbæ bedales* & SCOTALES, quarum mentio fit *in diplomatibus & in* FLETA *L.* 2. *c* 4 *ſ.* 25. Exem-
Mellit. pla Bedarum feudorumque MELLIS recenſent MOSER *T. II. R. S. Handb. p.* 299. FALCKENSTEIN *Codic. diplom n* 49. ibique Charta Comitum de Henneberg an. 1264. *renunciamus* FEUDO MELLIS, *per quod antiquitus eramus* INVESTITI, *eccleſiam Lyſtettenſem ab hujusmodi* MELLIS PERSOLUTIONE *perpetualiter*
Vini. *exonerantes.* De bedis vini, BETWEIN, vide MAGERUM *de advocat. armata c.* 7. *n.* 243. ubi addit, quod illæ regulariter *non niſi ordinario magiſtratui in Germania ſolvantur in recognitionem dominii & ſignum ſubjectionis docente Reſponſo* GOEDDEI *in cauſa civitatis imperialis Friedbergæ P.* 1. *n.* 10. 12. Quod etiam adſtruit KELLER *de officiis jur. & politicis L.* 2. *c.* 10 agens de Præſtationibus ex reditibus, vini, vulgo *Betohmer.* Idem fere patet ex Regiſtro Monaſterii Capellenſis, cujus meminit WALDSCHMID *diſſ. de bonis ex Waldrecht ſ.* 1. *lit. e.* & CALMET *in Probat. hiſtor. Lotharing. in P. I. p.* 397. ubi in charta an. 996. mentio fit inveſtituræ feudalis cum *IV.* CARRADIS VINI *intuitu poſſeſſionis villæ Dalheim & XII. manſorum ingenuilium*

h e.

weniger, wie zuvor ſchuldig und pflichtig ſeyn, Uns zu der alten und neuen Mühlen die Dienſte, und was ſie ſonſten anders mehr biſsher gethan nochmalen unweigerlich zu thun (s). Facile tamen Orbeda Lubecenſium, ex iisdem, quibus Dominis Megapolitanis aſſeritur, rationibus etiam Comitibus Holſatiæ vindicari poterit. Teſte enim LEERBECK *in Chron. Schow. ad an. 1156.* Lubeca nova ab Adolpho II. Comite Holſatiæ fundata eſt & condita *in* TERRA *ipſius Comitis eo loco, quo vetus Lubeca ſteterat.* Cui ſuffragantur plures cum BANGERTO *in Orig. Lub. ad an. 1230. p. 1304. Adolphus IV. Lubecam urbem, cujus conſilio & opera Holſatiam recuperarat, quod a ſuis* MAJORIBUS *&* IN SUA TERRA *condita, quod avo ſuo Adolpho II. ab Hinrico Leone erepta, quod denique a Friderico I. Imperatore patri ſuo Adolpho III. redituum media pars ex urbe aſſignata eſſet, ſibi aſſerere & uſurpare ſummo conatu anniti cœpit.* Accedunt literæ civitatis Lubecenſis Sec. XIV. XV. XVI. & adhuc an. 1558. ad Duces Holſatiæ translatæ, in quibus fatentur obligationem: *Die gewöhnliche* LANDBEDE *aus etzlich ihren geiſt- und weltlichen Dörfern zu leiſten.* Quod autem de Lubecenſium Orbedis harumque indole dictum eſt, id facile & locum invenire dixeris apud Hamburgenſes, ad præſtandas ſpeciatim ORBEDAS olim Comitibus Holſaticis obligatos. Teſtem adduco LAMBECIUM *orig. Hamb. L. II. n. 236. Ceterum proſpecto jam enarratis rationibus negotiantium commodis, tranſitum inde eſt ad curam augendæ libertatis & transferendi ad ſe paulatim vel pretio vel precibus, quicquid* JURIS *&* IMPERII COMITIBUS *in urbem ſupererat. Primus tanti* MOLIMINIS *gradus jactus eſt anno* CIↃCCLIII. *quo a Comitibus Joanne & Gerardo inſigne impetrarunt privilegium, cujus argumentum ex codice quodam manuſcripto erutum debita fide hic ſubjeci:* JOANNES *&* GERARDUS *Comites Holſatiæ Hamburgenſibus* CENSUS AREARUM, *quos* HABUERANT, *qui vulgariter* KONIGESTINS *infra munitiones Civitatis Hamburgenſis nuncupantur, dimiſerunt integraliter, libere & quiete absque impedimento, jure hæreditario ipſis & ſucceſſoribus eorum in perpetuum a.* CIↃCCLIII. *die converſionis S. Pauli Apoſtoli. De interpretatione hujus diplomatis nondum ſatis mihi liquet. Nam quæ de cenſu regali in Capitulari Imp. Caroli M. & Ludovici Pii leguntur, pauca ſunt & ſubobſcura, nec videntur huc pertinere* (t). Recte LAMBECIUS vidit, ex capitu-

Rationes pro Holſatiæ Comitibus intuitu Lubecæ.

Et Hamburgi.

Obligati ad Konigstinſ. a. 1253.

h. e. francorum. Speciatim annuam VINI præſtationem adnumeratam fuiſſe SERVITIIS FEUDI CASTRENSIS docet charta apud SCHANNAT *in Client. Fuld. an.* 1287. *n.* 455. *Nos Henricus & Eberhardus fratres de Schowenburg recognoſcimus quod cum Abbas Fuld. nos recepit in Caſtrenſes ſuos in caſtro Salecke IV. Carratas de curia ſua in Hamelnburg vini communis cum haberi poteſt, alioquin pro qualibet Karrata triginta ſolidos denariorum Fuldenſium nobis annis ſingulis dandas pro Caſtrenſi feodo aſſignando.* Et an. 1473. n. 225. ibid. *Anno Domini* 1473. *Pentecoſtes hat Henn von Buchſeck ſin Lehen entphangen, mit Namen ein nuwe Fuder Wyns an ſweve und an ſule in eyme nuwen Faß, ein nuwen volbeſchlagen Wagen mit allen Geſchirren und uff dem obgenanten Faß ein Themen Becher und darinn dry Phunt Heller Geldis.* Addi poterit teſtimonium BOTHONIS *in Syntagm. Gandersheim. ap.* LEIBNITIUM *S. R. B. T. II. p.* 334. ubi agit de exactionibus & petitionibus, quas Bertholdus Epiſcopus Hildeſienſis indixerat de *rebus venalibus &* CEREVISIIS *præſtandas.* Idem cenſus nec CIMBRIS nec ANGLIS incognitus fuit teſtantibus chartis; quin uſu receptus apud *Britannos*, docente WAGSIO *ad chartam Joannis Regis Angl. de libertatibus foreſtæ an.* 1215. ubi Scotallum interpretatus eſt *ſymbolum* (rectius contributionem) ALÆ *ſeu* CEREVISIÆ *anglicanæ.* Diſſentit quidem SPELMANNUS *in gloſſ. archæol. h. v.* pro communi *exactionis* ſeu *tributi* ſignificatu pugnans; ſed utraque vocis ſignificatio commode in variis charitis locum ſuum tuebitur.

Cerevisia.

Alæ anglicanæ.

(s) Quo more etiam vixerunt *Pomerani* teſtante charta obligationis *Hinrici de Suerin, Hermanni Roſenhagen aliorum que militum* an. 1316. exarata: *Promittimus fide* DATA *ac* MANU JUNCTA *viris honorabilibus conſulibus in vanorum. Demyn, quod tricentum marcas denarior. de* PENSIONE ANNUA *danda* DOMINO *noſtro Wartislao in feſto b.* MARTINI *debeant obtinere.* Ut & *Bremenſes* docente charta Henrici Ducis Bavariæ & Sax. an. 1171 apud VOGTIUM *P. I. Monum. Bremenſ. p.* 10. *ſqq.* Idem etiam terminus præfixus legitur pactis reluitionis ac redemtionum. Teſtes adſunt *Conradus & Nicolaus fratres Bramülen*, qui ſeptem manſos ac viginti quatuor ſolidos redituum villæ Kotraw an. 1346 vendiderunt hac cautione: *reſervamus tamen nobis facultatem redemendi pro ſoluta ſumma in proximo feſto* MARTINI *& ultra ad duos annos ſubſequentes; ac ſi in termino* MARTINI *non redemimus, ſtamus emtoribus pro* WARANDIA *ſeu* WARSCHOP *per* ANNUM *&* DIEM *ſicut eſt* JURIS *&* CONSUETUDINIS. Item Detlevus Epiſcopus Raceburg. in venditione judicii ſupremi terræ Boytin a. 1398. *Jedoch dat wi dat vorſchrevene wedderkopen mögen alſo, dat wy den Wedderkop ſcholen kundigen vor en gantz Jahr uppe S.* MARTINS *Dach unde wen dat Jare umme kamen is, ſcholen wy de Summe up* S. MARTINS-DACH *binnen de Stad to* LÜBECK *betalen.* Faciunt hunc diplomata Hinrici Ducis Mecklenb. quibus an 1448. & 1450. caſtrum, oppidum, advocatiam & terram omnem *Sülten* cum Wichbildo ſeu tractu oppidi Marlow, & cum judiciis omnibus, *bede* & *landbede* oppignorationis jure tranſtulit in poſſeſſionem *Fratrum de Löh*, exceptis KERCKENZINS & MANDENSTE & reſervata ſemper reluitione circa feſtum S. MARTINI *aliquando inſtituenda, ne juri ducali Thurorbedarum unquam obſit præſcriptio*, uti in explanatione horum diplomatum docuit MARESCHALCUS *Thurorbedarium

pitularibus quidem Francorum Regum explicationem diplomatis haud petendam esse; frustra tamen capituli allegati argumentum obscuritatis accusat, quod planum est: *Missos regios* CENSUS REGIOS, *undecunque antiquitus ad partem Regis exire solebant, diligenter perquirere debuisse.* Explicate de hac causa fisci regii constat ex Capitulari Caroli M. an. 812. sancito *de villis & curtis imperatoris apud* ECCARDUM *Comment. rer. franc. T. II. p. 911.* ubi ex instituto recensentur larga commoda e villis regiis earumque proventibus, cura missorum, advocatorum, Comitum eorumque vicariorum fisco Regum Francorum inferenda; unde & hæc emolumenta veniunt sub nomine *inferendorum Cameræ* seu *bonorum fiscalinorum* in capitulari Wormatiensi Ludowici pii apud BALUZIUM *T. I. Capitular. Reg. Franc. p. 605. 662.* Eodem jure etiam usos fuisse Reges, Imperatores Germanici imperii (u) dubium quidem nemini videbitur, qui inspexerit tabulas tributorum, collectarum, orbedarumque, quæ ex villis, monasteriis, forestis & civitatibus regiis *Cameræ fisci regii* illata sunt in recognitionem supremi Regii dominii. Inde *regium bannum, der Königsbann*, dicitur judicium regium supremum & criminale, advocatis regiis concessum; census etiam annuus Regi vel advocato solvendus nominatur *der Kœnigs-Zinss.* Spectant huc Concordata inter Archiepiscopum Bremensem Hilleboldum & civitatem Bremensem inita an. 1259. apud AUTOREM *assertionis libertatis Reip. Bremens. p. 746. Ock schall de Vaget van wegen des* KÖNINGS GERECHTICHHEIT, ALLE JAHR *up* S. MARTENS DACH, *by Sünnenschine* DEN KÖNINGETINSS *entfangen, unde de den nicht uthgifft, by dem* SÜNNENSCHINE, *deme schall de Tinss dubbelt upschlan, so vacken de Klocke schleit, de Hane kreyet, de Wint weyet, Sünne und Maen, Ebbe und Floet up unde daelgeyt. Ock hefft de Bischop macht, up des* KÖNINGES *frien Straten to Bremen, wente in de solten See, dorch synem Richte Vaget tho hindern unde tho tœven.* Cujus rei explicationem dedit AUTOR *Vindiciarum juris Ducalis & Archiepiscopalis Bremensis, Prodromo deductionis jurium civitatis Bremæ an. 1642. oppositis num. 87. So erhebet auch der Voigt noch alle Jahr von den* KONIGSPFLICHTEN *auf St.* MARTINI TAG *bey Sönnenschein den* KÖNIGSZINSS, *und bestraffet die morosos: Gestalt dann weylandt Burgermeister Johann Herde, des verstessenen* KÖNIGSZINSS *halber, so ein Schwaren oder halben Pfenning austræget, sich mit 6. Stübichen Reinischen Weins* ne domus ipsius caderet in commissum, anno 1618. *uff s.* MARTINI *abfinden müssen; hat auch wegen seines Brudern weyl. Herman Herden in an. 1631. auf Martini, weiln des* defuncti creditores, *den Schwaren oder halben Pfenning Kœnigzinss, zu bestimbter Zeit nicht entrichtet, dem jetzigen Stadt-Voigt durch einen reytenden* RAHTS - DIENER, *nahmentlich Friederich Bremer, zur Ausschnunge zwey Reichsthaler entrichten lassen.* Ex adverso AUTOR *assertionis libert. Brem. p. 752. sqq.* ita statuit: *Der* KÖNIGSZINSS *ist ein* in quantitate *gantz geringer jährlicher Zinss, der aus etzlichen weinichen der Stadt Hæusern, uff* MARTINI *Tag, nicht nur dem Vogt, sondern auch einigen geistlichen* Collegiis, Hospitalen *und* Ecclesiasticorum beneficiorum possessoribus; *item einem Bürgerlichen Statt Bremischen Geschlecht, der Balleer, gereicht worden: Und ist* vetus traditio, *dass bey nicht Auszahlung desselben bey Sonnenschein an besagten Tage, die Gefahr gestanden, dass er tæglich doppelt uffgeschlagen;* prout de censu non soluto disponit jus SAXON. *Landr.* lib. 1. art. 54. post princip. *und also ein Rutscherzinss sey, der tæglich furthruthschet.* Gl. Lat. ad text. German. *Landt - Recht* Libr. 2. art. 58. *Woher uhrsprünglich solcher Zinss entstanden, und den Namen* KÖNIGZINSS *habe, davon ist nicht einerley Meinung. Es sey aber darum- wie es wolle, hat man wegen der Herren Ertz-Bischöffe in der Statt habenden Hauses, denen Vogten als zu dessen Verwaltung verordneten Dienern, gleich andern, denen dergleichen gebühret, solchen Zinss gereicht: die ihn aber gereicht, sein nicht selbst pflichtige, sondern das* onus *stehet* extra obligationem personarum, *bloss uff den* HÆUSERN. *Doss aber der Vogt die* morosos *zu bestraffen Macht gehabt, oder auch ein Hauss, druff solcher Zinss gelegen, wegen desselben nichtzahlung* in commissum *gefallen sey, ist irrig und ohnerhört. Wann der Zinss nit entrichtet, hat der Vogt als Empfanger, es fürm Raht oder verordneten Richtern des Kayserlichen Nieder-*

Explicatio vocis.

Usus apud Bremenses.

Monastici Anglicani Tom. I p. 922. & apud SOMNERUM *in Tr. de Gaveleto seu* GAVELKYND *h. e. jure & portione hæredum legitimorum in bonis avitis Anglorum & Saxonum p. 29. Quilibet terram tenens, dabit ipsi* SCOTALLIUM *pro se & uxore sua 52. obulos & vidua vel Kotarius unum obulum.*

Exempla ex historia Regum Germanorum.

(u) Constat ex diplomate an 991. apud *de Ludolff Consult. & Decis. for. T. II. P. 2. p. 514. quod* OTTO III *Imperator omnem decimam tributi de partibus orientalium* FRANCORUM *vel de* SLAVIS, *quam vulgari lingua* STIORA *vel* OSTERTUOFA *vocabant, per omnes pagos de qualicunque re fisco suo vindicaverit.* Stiora autem eo & recentiori ævo venit sub significatu decimarum & *Orbedarum*, quemadmodum patet ex *Transactione inter conventum sanctimonialium S. Mariæ in Altenberg & civitatem Wetzlariam de liberte ædium quarundam ibidem inita an. 1298. ap.* LUDOLFF *p. 2. Obs. forens. append. 2. p. 428. Et nos consules & cives conferimus conventui per præ-*

Nieder-Gerichts, anzuklagen gehabt; Gestalt, da anno 1615. *im Januario, der Vogt Zierenberg die Lassung eines Hauses (worin er* nomine *seines gnädigen Herrn, einen verfessenen Königzinß* prætendirt, *dessen aber* cedentes *nicht gestændig gewesen) nicht für sich thun lassen, und dero Behuef sitzen wollen, uff Anbringung solchen Beginnens, der Rabt ihm, Zierenbergen, sagen lassen, worde er sich der Lassung halber niederzusitzen, und dieselb für sich ergeben zu lassen ferner verweigern, so solten sich ihre, des Rabts, verordnete Richter, dazu niedersetzen: Hette er aber wegen des Königs-Zinß über jemandten zu klagen, das solte er fürm Rabt thun. Worauff er sich niedergesetzet, und die Verlassung* coram se *thun lassen. Aber auch wie* in terris juris Saxonici *solcher Ruthscherzinß* & pœna dupli (*die annoch mit dem Beding verordnet gewesen, daß der Herr den Zinß zu Recht verfolgt, und an seines Mannes Hauß gebeischt haben muste, Landtr.* d. art. 54. post princ. vers. *Also doch &c.) in Abgang gerathen, und* loco illius, præstatio interesse a tempore moræ succedirt BERLICH d. loco num. 6. 7. *Also ist zu Bremen wol nie gehört, noch ein eintzig Exempel fürzubringen, daß ein solche* exactio dupli in singulos dies, *statt gefunden hette; Sondern, weil die Vögte, als verordnete Empfangere, und denen dieß* lucellum pro parte salarii *mit angewiesen, allweg dem gemeinen Mann so grosse Gefahr dabey einzubilden gewust: hat mænniglich lieber* pro redimenda vexa *mit etzlichen Stübichen* WEINS, *oder Abtragung zweyer oder dreyer, zuweilen mehrer Reichsthaler, Fried erhandlen, als sich dergestalt beunruhigen lassen wollen. Und uff diese Weise mag weyland Bürgermeister Johann Herde, sich wegen seines und seines Brudern Hæuser Zinses, mit dem Vogt abgefunden haben. Wiewol, wan er und andere es aufs Recht ankommen lassen wollen, der Vogt vielleicht nicht so viel zu erhalten gehabt hette, zumahl der Rabt bereits vor 50. Jahren dem Vogt diesfals ein mehrers, dann ein Stübichen Wein, nicht gestændig gewesen.* Versabuntur forte nonnulli in ea opinione, quod census iste regius Bremensis advocato archiepiscopi exsolvendus, nominis originem debeat *Ottoni magno* Regi Romanorum, qui Archiepiscopum Hamburgensem advocatiæ Bremensis seu potestatis judiciariæ bannique jure a. 937. (v) instruxit, iterumque a. 966. Archiepiscopo Adeldago concessit *bannum & theloneum nec non monetam totumque quod inde regius reipublicæ fiscus obtinere poterit, ut in omnibus potiantur eo jure, quali cæterarum* REGALIUM *institutores urbium.* (w) Forte vero aliis placuerit, nominis originem vindicare *Lothario Duci Saxoniæ*, qui tempore Archiepiscopi Liemari circa a. 1089. ipse Comes seu advocatus Bremensis ecclesiæ factus (x) censum ab *areis* & *fundis* debitum sub nomine BEDARUM *Comitis* vel *census Archiepiscopi*, fisco ejus intulit, deinde vero Regis Romanorum & Cæsaris fastigium adscendens facile caussam præbuit, qua census ex concessione regia Archiepiscopo ejusque in causis secularibus advocato exsolvendus (z) venerit sub appellatione *census* REGII; quemadmodum constat, quod ipse Lotharius Cæsar an. 1134. in nova cœnobii Ægidiani Brun-

Origo denominationis.

præsentes, quod bona earum subnotata, domos, curias der GREVENHOFF *&c. intra muros & metas civitatis nostræ ad præsens sita utcunque de* PRECARIIS *exactionibus seu* STURIS *quibuslibet serenissimo domino nostro Regi Rom. seu nobis dandis quocunque tempore vel solvendis libera esse volumus in perpetuum & ab omni genere servitutis.* Item *ex charta Ludovici IV. Imperatoris de* STEURIS *seu* PETITIONIBUS *Halensium librarum* a civitatibus imperialibus Wetteraviæ circa festum B. Martini exsolvendis an. 1313. apud SENCKENBERG *T. I. Sel. jur. & hist. p.* 188. Refero huc Hinrici III. Imperatoris chartam apud LEIBNITIUM *R. B. T. II. p.* 535. *& dedit etiam* GLORIOSUM CENSUM AREARUM *per totam civitatem Goslariensem, qui vulgariter Wazschare* (Wurtschatt) *nuncupatur.* Ac FRIDERICI I. *Imp.* privilegium, quo Spiram civitatem a solutione nummorum quos vulgo BANNPFENNING (mulctam vel contributionem in banno seu tractu urbis) & SCHOZPFENNING (censum arearum) *appellant, liberavit an.* 1182. apud TOLNERUM *Cod diplom. palat. n.* 63. Plura exempla de REGIO *&* CÆSAREO *Bedarum jure* vide *in Registro registrandorum ævo Caroli IV. consignato* apud GLAFEY *in anecdotis Histor. & jur. publ. p.* 322. 325. 331. 425. 581. *sqq.* Quibus accedunt *chartæ de precario censu civitatis Wetzlarienses ap. Dn. de* GUDENUS *Syllog. I. diplom p.* 464. 494. *sqq.* aliæque citatæ a Dn. STRUBE *Obs. III. de collectar. & ærar. provincial. orig. p.* 88. Ex instituto de commodis juris fisci regii egit doctissimus GRUPENIUS *in peculiari observatione & in antiquit. Hannov. p.* 252. ubi mentio fit census arearum civitatis Hannoveræ vulgo KÖNIGZINSSE.

(v) Confirmavit hæc privilegia & regalia archiepiscopo concessa OTTO III. an. 985. Diploma exstat apud MENCK. *S. R. G. T. I. p.* 587.

(w) MEIBOMIUS *Script. rer. Germ. T. II p.* 127. LINDENBROCH *in privilegiis Archiecclesiæ Hamb. p* 131. *Testimonia.* Accedit privilegium Ottonis Imp. an. 967. *Concedimus insuper ut nullus Dux neque Marchio vel Comes aut alia quædam judiciaria potestas ullam sibi in prædictis omnibus usurpent potestatem, nisi prædictæ sedis archiepiscopus, & advocati quos ipse elegerit. Ipsi vero advocati nostro banno constringant omnes viros prædictarum ecclesiarum ad omnem justitiam faciendam.* Quod privilegium stabilivit Hinricus II. Rex Rom. an. 1003. conferens archiepiscopo *omnia, quæ aliquomodo ad jus ipsius* REGIUM *pertinere poterant; ib. p.* 135. *sqq.*

(x) WINCKELMANN *in Exequiis Rud. Brem. T. III. Monum. ined. p.* 2083.

(z) Spectat huc testimonium RODENII *in Chr. Brem. MSC.* ubi meminit *einiger Aecker Vogtbannfrey, ock von* SCHATTING *und* DENST *des* GREVEN. Plura notavit doctus AUTOR *Annalium rerum Bremensium MSC. denis, ab an.* 1000. *usque ad* 1630. *uos inscripsit: Haubt Deduction worin aus vielfæltigen Archivalischen Documenten und Historischen Attestatis bewiesen wird, daß Bürgermeister und Rabt zu Bremen, samt ihren* pro tempore *verhandenen Bisch- und Ertzbischöfen beydes in und ausserhalb eines wahren oder falschen Privilegii sowohl vor* *Speciatim Re-*

Brunſwicenſis fundatione ſibi & Arci ſuæ reſervaverit *advocatiam*, JURA *judicii ſecularis* & PENSIONUM REGALIUM *regenda & obſervanda ab ipſius adminiſtris*, teſte AUTORE *Relat. Hiſtor. Brunſvic. P. I. c. I.* Quicquid vero ſit, id certum eſt, cenſum regium a civitate *Hamburgenſi* olim ſolutum nomen accepiſſe ab imperio Waldemari II. Regis Daniæ, qui Comitem Adolphum III. (Spangenbergio V.) ab ipſo captum in libertatem reſtituit ea lege, ut ſua hactenus Holſatiæ, Stormariæ Wagriæque dominia ſoli Regi traderet, quod factum eſt circa a. 1204. At vero ante Waldemari II. imperium idem cenſus arearum Comitibus Holſatiæ ſolutus eſt, *Grevenſchatt* ſeu cenſus comitum (a) appellatus, quod nomen nec poſt evanuit, certe in conſuetudinem rediit, poſtquam demum Comes Adolphus IV. an. 1224 ſub auſpiciis ipſius tunc in ſenio conſtituti Patris Adolphi III. Hamburgum, Stormariæ, Holſatiæ, Wagriæ & Dithmarſiæ avitas regiones recuperaverat (b). Exempla adduci poterunt ex diplomatibus Holſaticis ejusdem & ſequentis ævi. Albertus enim Comes Orlamundæ & Holſatiæ, quem Waldemarus II. Rex Daniæ in locum Comitis Adolphi III. Holſatis obtruderat, in Literis donationum tractus Wittenborgi cum pagis & fundis, quos omnes ſanctimonialibus in Poretz impertiit a. 1222 hac formula uſus eſt: *Omne præterea Judicium ſive Capitis, ſive Manus, majorum vel minorum cauſarum, ſuper homines ejusdem conventus, colonos, villicos & agricolas, eidem eccleſiæ contulimus judicandum, ita ut prædictæ cauſæ ad nullius, niſi ſolius præpoſiti vel ejus Vicarii, quem ipſe ad hoc negotium exercendum elegerit, referentur examen, & omnes homines villicos & colonos & agricolas ejusdem eccleſiæ ab omni* EXPEDITIONE, PETITIONE, VEXATIONE, GREVENSCHAT & BURCHWERCK *penitus abſolvimus, & fecimus immunes. Hoc ſolo excepto, quod generalem Terræ defenſionem, quæ* LANTWERE *vocatur, cum aliis obſervabunt.* Ipſe Adolphus IV. Comes Holſatiæ & Schaumburgi paternas regiones recipiens congregationem ſanctimonialium Porezenſium in campo S. Mariæ denuo inſtituit dotavitque Reinoldesburgi a. 1226: *Ordinamus etiam ut omnes ejusdem eccleſiæ coloni, villici & agricolæ ab omni expeditione, exactione &* PETITIONE, *quæ* GREVENSCAT *vocatur & Borchwere, penitus immunes ſint & abſoluti; Hoc ſolo excepto, quod generalem Terræ defenſionem, quæ Landwere vocatur, ſupra dicti coloni tenebuntur obſervare.* Joannes etiam Comes Holſatiæ & Stormariæ cœnobio Reineveldenſi remiſit cenſum eundem a. 1248: *Bona in Cronſmore viginti videlicet jugera, de quibus nobis in cenſu, qui dicitur* GREVENSCAT *& in expeditionibus ſubſervire tenebantur, eisdem fratribus ut quies ipſorum in Dei ſervitio melius ac fortius conſervetur, omnem expeditionis & cenſus præfati exactionem abſolute & integraliter relaxamus. Et ne in poſterum iidem fratres in expeditionibus faciendis & in cenſu, qui dicitur* GREVESCAT *exquirendo, de præfatis viginti jugeribus aliquatenus impetantur vel a quoquam moleſtentur, præſentem paginam ſigilli noſtri patrocinio roboramus.* Notabilis accedit transactio, quam epiſcopus Lubecenſis Johannes II. & Comites Holſatiæ Jo. & Gerardus pepigerunt *Rensveldæ a. 1256* de remittenda quidem ſubditis Capituli communi præſtatione *Grevenſchatt*, ſed reſervato tamen cenſu a *Hollandis conductoribus prædiorum* ſpeciatim ſolvendo: *Item quamlibet exactionem* GENERALEM *quæ* GREVENSCAT *dicitur, omnibus Epiſcopi colonis, ſecundum privilegium eccleſiæ, in perpetuum relaxamus, ſed de quibusdam, ad quos ſpectat* HOLLENDERSCAT, *de conſenſu Capituli recipiemus annuatim.* Hunc cenſum deinde Comes Holſatiæ & Schowenburgi Gerhardus jure permutationis contulit Burchardo Epiſcopo Lubecenſi in literis datis Plonæ an. 1288. die omnium Sanctorum: *Præterea quandam permutationem fecimus cum domino Epiſcopo congruam & deinceps duraturam, de cenſu noſtro* DEBITO & CONSUETO, *qui* HOLENDERGREVENSCAT *dicitur, quem ſingulis annis de villis infra ſcriptis recipimus, videlicet de Uthyn, Nygendorpe, Junkeruwenorde, Bocholte, Gumale & Zarnikowe, de quolibet manſo viginti ſeptem denarios, ipſo domino Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus ſeptimam dimidiam marcarum redditus reſignavimus vice noſtra annuatim percipiendos, reſiduum nobis*

Speciatim Hamburgi tempore Regis Waldemari.

Ante & poſt illum obtinuit præſtatio cenſus Grevenſchatt.

---

alſs nach 1. *biß* 600. *Jahren wieder die Herrn Grafen zu Oldenburg und Frieſiſche Nation auf und bey den Waſſerſtrom keiner hohen weltlichen Jurisdiction und Regalien jemahls fähig geweſen noch dieſelbe rechtmæſſig beſitzen können.*

Greventoll. Greventing.

(a) A quibus etiam dicitur *cenſus mercium*, qui Hamburgi ad Comites redibat, olim GREVENTOLL, cujus rationarium exſtat *in Codice Mattfeldiano juris antiqui ſtatutarii Hamburgenſis* an. 1276. teſtante RICHEY *Hiſt. jur. ſtat. Hamb. p.* 18. Eadem nominis origo eſt judicio ſupremo dem GREVENTING, de quo GRUPEN *in antiquit. Hannov. p.* 40. *& paſſim.*

(b) SPANGENBERG *Chron Schaumb. L.* 1. *c.* 29. *p* 68. *Als nun die Hamburger ſahen, wie freudig und getroſt Graf Adolff der Jünger, ſich in Wiedereinnehmung ſeiner Erblande gehalten, und darüber auch das Schloß, ſo G. Albrecht von Orlamunde, etwan auf ſie gebawet, in der Faſtnacht zerſtöret, und nieder geriſſen, übergaben ſie ihme ihre*

bis, si aliquid superfuerit, reservantes (c). Spectant huc tabulæ emtionis & venditionis a Comite Holsatiæ Adolpho & Magistro Hinrico Bocholte, Decano Lubecensi, an. 1311. exaratæ de villa, quæ dicitur *teutonicum Nüchele* in parochia Slavicalis Nichel sita: *Ac in eum Decanum transferimus omne jus, quod nobis ac hæredibus nostris competit in dicta villa, aut competere posset, dominium videlicet directum & utile, proprietatem, possessionem* JUSTITIAM FEUDALEM, HÆREDITARIAM, *commoditatem & utilitatem præsentem & futuram; præterea liberamus prædictam villam & ipsius colonos ab omni exactione violenta & precaria ac* GREVENSCAT, *similiter ab omni præstatione, seu servitio, ab aratura videlicet &* VECTURA *nec* BORGWERCK *nec* BURCHWERK *præstabunt coloni ibidem, excepta tamen* LANDWERE *generali.* Ut & literæ donationis, qui-bus Johannes Comes Holsatiæ proprietatem villæ Kronshagen contulit capellæ S. Spiritus Kiliæ a. 1315: *Volentes ut dicta bona seu sui coloni ab omni exactione violenta vel precaria sive* GREVENSCHATT, *ut bona propria, perpetuo sint immunes excepta generali expeditione terræ communis Landwere nuncupata.* Eodem donationis jure Joannes Comes Holst. & Stormariæ prosecutus est fratres Novimonasterienses, quibus in Literis a. 1327. exaratis contulit beneficia quæ sequuntur: *De viginti & octo jugeribus ad curiam Bredenberch jacentibus, quatuor solidorum Lubicensium redditus, qui communiter nuncupantur* GREVENSCAHT, *quitos & solutus dimittimus, perpetue possidendos. Præterea si præfatam curiam ex inundatione fluctuum destrui, aut quovis alio modo depauperari, contingerit, & si eam cultoribus aliis pro debita hura locare decreverint, ex tunc cultores curiæ prænotatæ libertate & gratia antedicta simili modo libere perfruentur.* Denuo Johannes Comes Holst. & Storm. a. 1334. Novomonasterio censum comitis parochiæ Bredenbergæ vendidit salvo jure reluitionis a. 1334: *Censum nostrum qui dicitur* GREVENSCATH *& omnia, quæ de jure, consuetudine vel amicitia habuimus vel habituri sumus in parochia Bredenberghe, conventui in Novomonasterio pro trecentis marcis Lubecensibus monetæ vendidimus ita quod a prædictam parochiam inhabitantibus nullum de cætero* CENSUM, PRECARIAM *vel* SERVITIUM *& præcise nihil omnino minus vel majus ex* JUSTICIA, CONSUETUDINE *vel* AMICITIA *exigere debeamus.* Iterum Henricus Comes Holsatiæ, Stormariæ & Schowenburgi Monasterio Bordesholmensi remisit resignavitque pagum Lope a. 1413. *mit Unsen höchesten mittelsten und sydesten Rechte als Halss und Hand,* SCHAT, BEDE, *Denst, Zeden* (observantiis) *effte jenegherley Wohnheit, Tom. II. Mon. Cimbr. p 316.* Idem Bordesholmensium contractum emtionis pagi Cronsmore cum attinentibus pagis parochiæ Itzehoensis a militibus Kuhlen divenditi confirmavit sigilloque majestatis munivit a. 1416. *ibid. p. 321: Uns unde Unsen erven an deme zülven Ghude Krunsmure, unde an deme* GREVENSCHATTE *der vorscreven Dorpe, nichtes to beholdende.* Ipsi etiam Hamburgenses in Literis obligationis *Nicolao Olden* Præposito Bordesholmensium datis a. 1560. (ibid. pag. 548.) polliciti sunt: *Schatte,* GRAVEN *edder* TÜRCKEN-*Gelde unde andere unplichten wo die geschehen konden, nichtes buten bescheiden, tho entrichtende.* Quamvis vero laudata supra concessio quam TRAZIGER & LAMBECIUS ad a. 1253. referunt, testetur, Joannem & Gerardum Comites *censum regium arearum* civitati remisisse; dubium tamen videtur, an hæc remissio accipienda sit de antiquo & ordinario censu arearum, an de extraordinaria regia exactione seu pensione fundis imposita, qua Rex Waldemarus II. census arearum ubique fere in Holsatia audaugere cœperat. (d) Dubii rationem affert eximius rerum patriarum provincialium indagator CHRIST. ULRICH GRUPEN *in orig. & antiqu. Hanoveran. p. 123.* ubi ad notam Lambecii, *quod census regius vulgo nunc dicatur Königspfenning*, observat, quod *nummus regius* differat *a censu regio seu subsidio & supplemento sluræ, side Chartæ Hinrici IV. Imp. a. 1193. ap.* LUNIG *R. A. T. 17. p. 778.* Rectius tamen hoc loco *nummus regius* denotare videtur *censum*, qui in regiis Waldemarianis nummis exsolvi debeat, testante Charta *Hartwici Mildehausen, Segebade & Erici de Krummedike* fratrum data Itzehoæ an. 1363. die corporis Christi, in qua fatentur, quod conventui Itzehoæ vendiderint *tertiam partem decimarum villæ Stilnow in quantita-*

Census regius Hamburgensis dicitur a moneta Waldemari R.

ihre Stadt williglichen, und nahmen ihn gerne und mit Freuden zu einem Herrn wieder an. So bestetigte er ihnen auch hinwieder alle ihre vorige Privilegia und Freyheiten anno 1225.

(c) Accedunt literæ venditionis, quibus Joannes Comes Holsatiæ & Stormariæ villam Subestorp transfert in dominium Henrici II. Episcopi Lubec. an. 1329. *resignamus & dimittimus eam villam sitam in Parochia Oldenburg cum omnibus pertinentiis, jure ac judicio majori & minori nec non & decimatione & consensu præcipue qui* HOLLENDER CHENSCHAT *vulgariter nuncupatur; liberantes eandem ab omnibus exactionibus, gravaminibus & servitiis quibuscunque absque Landwehr generali.*

(d) Quod haud obscure colligitur ex confirmatione privilegiorum Hamburgensium, quam ipse Comes Albertus Orlamundensis, quem Rex Waldemarus II. loco Adolphi III. Comitis Holst. Schaumburgici regionibus Holsatiæ auctus Hamb. *Census regius a Waldem. II.*

te frumenti, vel tribus Pfenninghis & uno asse MONETÆ HAMBURGENSIS, QUÆ DICITUR *der* KÖNINGS PENNING, *post diem* MARTINI *quotannis exsolvendam.* Meminit etiam hujus census Ericus Dux Saxoniæ in tabulis permutationis dimidii mansi in nova Gamma an. 1323. datis: *Recognoscimus per presentes nos cum ecclesia, Abbate & Conventu Reyneveldensi talem fecisse permutationem, dedimus enim ipsis dimidium mansum in nova Gamma circa bona ejusdem ecclesiæ in superiori parte Albeæ situm cum omni commoditate & libertate, judicio majori & minori censu, qui dicitur Konings-Tynsse, nec non cum omni proventu & utilitate quemadmodum ad nos pertinere videbatur recipientes a predictis Dominis Abbate & Conventu mansum integrum situm in Kerkwerder in parte septentrionali vel inferiori in descensu Albeæ cum omni jure & libertate sicut ad dictam ecclesiam pertinebat.* Accedit, quod Comites Holsatiæ Stormariæque in plerisque venditionibus, donationibus & privilegiis servitia quidem & judicia majora & minora resignaverint, reservatis tamen sibi PRECARIIS, GREVENSCHATT & LANDWERE. Probat hoc ipse codex statutorum & privilegiorum ecclesiæ Hamburgens. MSC. cujus excerpta ex Lindenbrogiano codice STAPHORSTIUS *inseruit Tomo I. Hist. Eccles. Hamb. p. 614. sqq.* Idem patet *ex codice Statutorum ecclesiar. Lubecens. cujus argumenta inserta sunt Tomo II. ined. Germ. p. 2448.* ubi mentio fit villæ Dankerstorp parochiæ Suselæ, a milite quodam ecclesiæ Lubecensi *cum omni utilitate & libertate, judicio majori & minori*, venditæ, quam alienationem Johannes Comes confirmavit, exceptis ubique & reservatis LANDWERE & GREWENSCAT. Ibidem p. 2451. *mansos quinque, in villa Clenow sita in terra Oldenborch, emit Capitulum a Gerardo & Johanne, Comitibus Holsat. cum omni utilitate & libertate, liberatis ab omni exactione, exceptis* LANDWERE & GREVENSCHAT; *mansos duos emit Capitulum in villa Timmendorp in parochia Ratekow a Gerardo Com. Holsat. excepto judicio mortis*, LANDWERE BURCHWERCK & GREVENSCAT. Speciatim quod ad Hamburgum spectat, fide charrarum inniti videtur, quod etiam post annum 1254. Comites ibidem *exactionibus arearum* usi sint sibique easdem plerumque reservarint in pagis & bonis pacto vel donationis jure in alios translatis. Diserte Joannes & Gerardus Comites in venditione partis sylvæ cum Canonicis Hamburgensibus inita an. 1256. statuunt: *Reservavimus autem nobis ista tantum,* GREVENSCHAT, LANDWEHRE, BORCWERE, *quæ in aliorum* LIBERIS BONIS CONSUEVIMUS RESERVARE. Iidem eodem anno Hamburgi transactione quadam lites circa bona in pago Grevenkop exortas ita definiunt: *Pro judicio ipsorum bonorum assignamus ecclesiæ Hamburgensi decem choros tritici in veteri molendino, proprietatem quatuordecim jugerum, quæ in eadem villa compromeruit, & cum utilitate tam in* DECIMA, *quam in* GRUNDHURE *sive alio* CENSU *quocunque, ipsis Canonicis relicta, salva tamen facultate redimendi.* Exstant etiam eorundem Comitum tabulæ donationis an. 1258. quibus cathedrali Ecclesiæ Hamburgensi ex tributis *Ungeldis* (e) *Hamburgensibus* partem assignant: *Proventus Ungeldi nostri in Hamburg, postquam Hermannus de Brochhusen summam, quam ipsi solvere tenemur, de ipsis proventibus receperit, canonicis Hamburgensis Ecclesiæ assignavimus, volentes, ut nullis officialium nostrorum nec nos ipsi de dicti* UNGELDI *proventibus quicquam recipiamus donec dicti Canonici ad plenum recipiant, quicquid adhuc restat de pecuniæ summa cet.* Denuo ab eisdem Comitibus in literis confirmationis partis alicujus sylvæ venditæ datis Hamburgi an. 1259. reservatio census subjungitur: *Canonicis Hamb. vendidimus partem sylvæ, quæ est sita inter novam villam Papendhorpe & terminos villæ Brake cet. cum omni jure & judicio exceptis duntaxat exactionibus* GREVENSCHAT, BORGWERE & LANDWERE, *quæ nobis in omnibus bonis* ALIENATIS *consuevimus* RESERVARE. Accedit, quod in confirmationibus privilegiorum, quas Comites post annum 1253. civitati Hamburgensi largiti sunt, memoria hujus rei nulla reperiatur,

Orbede relatæ inter jura reservata Comitum.

Speciatim Hamburgt Sec. XIII. XIV.

---

tiæ Stormariæque præfecerat, civitati indulsit an. 1224. ultimo ipsius regiminis anno, quo Adolphus IV. avitas regiones Holsatiæ recuperabat: *Petitioni Burgensium de Hamburg annuentes, quia multis incommodis & EXACTIONIBUS se conquerebantur afflictos, iis omnia jura, quæ tempore Ducis Henrici data iis fuerant & constituta, & a Comite Adolpho permissa, dimisimus inviolabiliter observari. Præcipue volumus, ut ab* EXACTIONE *illa, quæ* UNGELD *dicitur, sint immunes & in aliis tam in lignis ad usus negotiatorum, & ad ædificandum & ad comburendum secandis, & in pascuis & in aquis in omni jurisdictione nostra suam habeant libertatem.*

Ungeldi præstatio.

(e) *Ungeldum* seu *Ingiald* origine sua Gothica & Cimbrica idem est ac *chalt* exsolutio, contributio, docentibus prolixius LOCCENIO *Lex Suogoth. p. 87.* SCHILTERO *in Praxi juris R. Exerc. T. I. p. 200.* & testantibus exemplis aliis *Widrigeldo, Launegildo, Octogildo* in Legibus Frisiorum & Longobardorum. Speciatim aliquando *teloneum* nuncupatur, ut in *Chronico Wormatiensi an. 1366. apud de* LUDEWIG *Reliqu. Tom. II. p. 146.* Sæpe etiam cum exactionibus vectigalium proxime conjungitur, ut in Friderici I. Imperatoris privilegio, quod rogante Comite Adolpho Schowenburgensi civitati Hamburgensi a. 1189. indulsit: *Concedimus & donamus civibus suis in Hamburg degentibus ut una cum navibus suis & mercandisis ac hominibus de mare usque ad prædictam civitatem liberi sint ab omni* TELONEO *&* UNGELDT *exactione.* Sæpius tamen eadem vox admittit significatum tributorum, acci-

Varii significatus.

tur, quin potius in celebratiſſimo condendi arbitrii, ſeu juris ſtatutarii privilegio, a quinque Comitibus Holſatiæ civitati an. 1292. indulto explicate ſtabiliatur civica obligatio ad præſtandas penſiones ſeu EXACTIONES *Comitum* (f). Quid? quod locus, ubi tributa arearum exigebantur olim Hamburgi, etiamnunc nominetur *in der* BEDE notante SPERLINGIO *in Comment. de regio nom. ſeptemtrional. §. 200. p. 288.* Conjicio laudatam chartam non ad annum 1253. ſed ad annum 1323. referendam eſſe. Confudit enim Trazigerus nomina *Jo. & Gerardi Adolphi IV. filiorum* Seculi XIII. cum nominibus Comitum Jo. & Gerhardi, qui vixerunt Sec. XIV. Audi TRAZIGERUM *ad an. 1253. T. II. p. 1287. Anno 1253. und 1255. hatten Graf Johan und Gerhard noch etzliche* GERECHTIGKEITEN *in Hamburg als den* KÖNIGZINSS *und Müntze die übergaben und verlieſſen ſie erblich dem Raht und Gemeine daſelbſt.* Quemadmodum autem idem autor mox ad an. 1325. p. 1298. errorem circa tempus conceſſi juris monetandi commiſſum corrigit; ipſe etiam LAMBECIUS *L. II. p. 38.* originem juris monetandi demum ad an. 1325. recte retulit; ita & debuiſſent forte pari jure emendare errorem circa tempus dati privilegii de cenſu arearum commiſſum. Uterque etiam errat in tempore privilegii, quo Comites civitati Hamburgenſi ceſſerunt *ſolidum pacis, den Frede-Schilling* (*) *& alia nonnulla emolumenta.* Fide *Trazigeri* hanc chartam LAMBECIUS *c. l. p. 39.* vindicat Comitibus *Jo. & Gerhardo an. 1256.* cum tamen, teſtantibus fidis apographis, illa data ſit a Comitibus ejusdem nominis demum an. 1326. Sive vero remiſſionem cenſuum, Comitibus Holſatiæ Hamburgi competentium ad an. 1253. ſive demum ad Seculum XIV. retuleris; id tamen conjecturæ ſupra expoſitæ favet, quod oblationes Hamburgenſium ſolemnes, quæ Gottorpiæ & Segebergæ hodie fiunt inque locum & memoriam cenſuum antiquorum ſucceſſiſſe viſi ſunt, ſtato tempore *Maji* afferantur, eodem quidem, quo olim cenſus civicus & agrarius exſolutus fuit. Quamvis enim chartæ Holſaticæ medii ævi paſſim teſtentur, decimas, cenſus & reditus aliquando in Holſatiæ terris circa feſtum S. Martini collectos fuiſſe (g), ex iisdem tamen quoque patet, quod haud infima pars (h) redituum, quin plerumque anni penſio ſolvi

Præſtitæ apud Holſatos ipſis Calendis Maji.

---

acciſarum, exactionum. Docent id rationes & chartæ a LIMNÆO *Jur. publ. L. VII. c. 46. n. 16.* NOPPIO *in Hiſtor. Aquisgran. L. III. p. 19.* adcitatæ; quibus accedit Charta Friderici Comitis Terretenſis an. 1225. apud STEYERER *in Hiſtor. Alberti II. Auſtr.* in qua *Ungeldum* a teloniis & pedagiis diſtinguitur & inter reliquas exactiones numeratur. In Legibus ALVREDI c. 16. & CANUTI Regis Daniæ apud WILKINSIUM *in Legibus Anglo-Saxon. c. 88.* ſumitur pro mulcta & WERIGELDO *ſeu* AGILDO, vocabulo Anglo-Saxonico, quod eſt ab *agealdan*, reddere, compenſare. In privilegio a Gerhardo & Hinrico fratribus Comitibus Holſatiæ & Schowenborch & Adolpho & Johanne fratribus Comitibus Holſatiæ & Stormariæ, civitati Lubecæ indulto an. 1302. Ungeldum ſpeciatim diſtinguitur a teloneo: *Affirmamus, Conſules & univerſos cives Lubicenſes & ipſam civitatem ſic eſſe liberos & ab antiquis temporibus liberatos, quod Hamborch & Oldesto & ubique in Dominiis* NOSTRIS *nullum omnino dare debeant* THELONIUM *nec* EXACTIONEM *aliquam nec* UNGELDEM. Aliquando ſub eadem appellatione indicantur *angariæ* teſtante charta Richardi Regis an. 1269. apud SCHANNAT *Hiſt. Worm. Cod. prob. p. 135.* Ipſe etiam cenſus arearum paſſim *Ungeldum* nominatur, ut in literis Joannis Ducis Mecklenb. & Stargardiæ, quibus Widemanno ſenatori & plebanis civitatis Friedlandiæ ſalva reemtione vendidit an. 1400. XXVII. marcas *Vienkenogen jæhrlickes* INGELDES *unſer erfflickèn Penningen* BEDE *in dem Dorpe up dem Feldmarck tho Dalen up naſchrævene Hoffte* (areis) *unde Hofen, manſis.* Nec non in Charta Edredi Regis apud INGULFUM *& in Tomo II. Monaſt. Anglicani p. 809.* ubi GELDABILES TERRÆ dicuntur PENSITATIONI *obnoxiæ.* *Anglis Agildum.*

(f) Minus recte *Cl.* RICHEY *in hiſtoria ſtat. Hamb. c. 1. §. 24. p. 23. in nota: En exemplum,* inquit, *vocabuli* JUSTITIÆ *pro cenſu ut reditu uſurpati, nolunt comites impugnari* EXACTIONES *&* JUSTITIAS *ſuas id eſt Heburgenſium* pretationi quam ipſe Autor *d. l.* intulit diplomati Friderici II. Imp. an. 1232. Certe *exactionis* notio indicat *cenſum comitum, reditus arearum & teloniorum cet. vulgo Gefælle, Bærungen*; tantum abeſt ut idem ſignificatus vindicari poſſit hoc loco voci *juſtitiarum* h. e. jurium comitum & regalium, de quibus infra dicetur. Lubens quidem conſentio *non Leges & Statuta* hoc loco laudari; laudantur autem *jura publica ſeu juſtitiæ* COMITUM; quemadmodum notio *juſtitiarum* CIVITATIS LUBECENSIS in diplomate Friderici II. Imp. ſponte ſignificat JURA PRIVATA *ſeu civilia Lubecenſium* nominatim *in bonis, areis, paſcuis, fructuque arborum, ſylveſtrium* & in *telonis civium Hamburgenſium* utenda, obſervanda. Quid? quod hæc ipſa nominata jura *circa res civium* competentia omnia ſtatuta reperiantur in antiquiſſimis codicibus juris Lubecenſis. Authentici enim & antiquiſſimi juris Lubecenſis Codices latini Kilonienſis & Tunderenſ. an. 1212. & 1243. agunt expreſſe de *Telonio, de proprietatibus, de bonis hæreditariis, de cenſu* AREÆ *dando. T. III. Mon. Germ. p. 622 631.* Et Codex Germanicus an. 1240. art. VII. ſeqq. agit *von Erve* art. IX. *von Wunnene* art. 95. 183. 196. 197. 222. & 239. *von* WORTINSSE *ſeu cenſu arearum* art. 97. *von Schote* art. 52. *von der Maſt ib. p. 646. ſqq.*

(*) De nominis ſignificatu vide *in notis ad fragmenta vet. jur. Suevin. Tom. I. Monum. p. 2030.* In chartis Eideroſtadenſibus ſolidus pacis dicitur mulcta ob violatam pacem fori, eccleſiæ; teſtantibus privilegiis a Duce Adolpho 1496. Eideroſtadenſibus conceſſis: *Settende ſe vnd vollboren, dat nemand binnen Landes ſchall dregen Armbroſte, Küthinge und hanwende ſchwerde, utgenamen der Herrſchop Amtlüde; darneg ſt dat en islick man ſchall holden Kerk-Frede, Marck und Huſs-Frede, Dieckfrede und Plochfrede by Live und by Gude.*

(g) Vide REGISTRUM *ſtat. eccl. Lub. T. II. p. 2448* item literas Gerhardi III. Comitis Holſ. & Schaumb. quibus *Hinrico a* BOCHOLT *Canonico* XL. marcas redituum venditionis jure contulit, *datas Utini in Octavis Epiphaniæ Domini an. 1308.*

(h) REGISTRUM *chartar. Lubecenſ. T. II. Mon. ined. p. 2442.* Quibus accedunt Literæ Alberti Præpoſiti Hamburgenſis de IV. choris ſuliginis in novo molendino civitatis Hamburgenſis capitulo venditis an. 1292. *Conſen-*

ſu

solvi debuerit primo die Maji vel demum in vigiliis Philippi & Jacobi. Quo more etiamnunc vivitur in Holsatiæ Stormariæque terris & præfecturis. Ipse enim primus dies Maji præstationibus tum exhibendis & recipiendis, tum ipsis auspicandis & finiendis pensionibus vulgo *Ab-und Antretung der Pæchte* destinatus est; quin ipsæ orbedæ, a civitatibus & pagis exhibitæ, in veterum & aliquando recentiorum exactionum indicibus insigniuntur nomine *der May-Beden* & *Maypachte*. Fide chartulariorum (i) appellantur *pachtus majales & majagia*, speciatim pensiones *cerevisiæ*, VINI MULSIQUE MAJALIS; quibus proxime conveniunt ipsæ præstationes, quæ curru majali Hamburgensium ad arcem Gottorpiam deferuntur, veterum nimirum orbedarum species & fragmenta. Nil quicquam tamen mysterii pagani hujus generis præstationibus majalibus vindicandum esse existimo. Non enim a Maja Dea (k) & Majumæ festis nec a comitiis & judiciis primo Maji die olim celebratis (l) derivanda erit earum denominatio; repetenda quippe ex naturali temporis ratione & arbitraria censuum, fixo die vel mense præstandorum, computatione; quemadmodum ex eadem ordinis ratione alibi solvuntur Bedæ circa festa Pentecostes & purificationis, circa mediam ætatem, circa festum S. Michaelis & Martini, universim quidem in recognitionem dominii territorialis. Neque inconsuetum fuisse *bedas & præstationes* cum *servitiis* conjungere, testatissimum est ex copiose h. l. adductis formulis chartarum; quarum fide etiam hoc constat, quod Principes territoriales civitatibus & villis aliquando contributiones *orbedarum* plane resignaverint, surrogata in earum locum & memoriam ANNUA *recognitione peculiari*, præstitis *annuatim* singularibus oblationibus ac servitiis. Audiamus testimonium Ducis Brunsvicensis Ernesti an. 1335. in privilegio civitati Hamelæ indulto apud LUDEWIG *T. 10. Reliqu. p. 24. Item civitas Hameln a nobis & nostris heredibus in perpetuum erit libera ob omni* EXACTIONE *&* PETITIONE, *sed per suum arbitrium & bonam voluntatem dabunt nobis & successoribus nostris* QUOLIBET ANNO *in festo* MARTINI *XL. talenta usualis monetæ.* Eodem fere privilegio civitatem *Heidelbergam* donavit Ludovicus Comes palatinus, qui teste Senatu civico apud TOLNERUM *in Cod. dipl. palat. n. 101. Hanc gratiam civitati fecit, quod in proximo festo* B. MARTINI *& in subsequenti termino pro* PETITIONE *seu Beda in quolibet* ANNO *cum certis* LIBRIS HALENSIUM *stare velit contentus.* (m) Luculentum huc spectat

In Vino & frugibus.

Conjunctæ cum servitiis.

Exempla recognitæ remissionis Orbedarum per servitia annua. Hamelæ.

Heidelbergæ.

---

su dilectorum fratrum nostrorum Adolphi & Johannis Comitum Holsatiæ hos chotos vendidimus, quos nobis de patrimonio nostro assignaverant singulis annis in quatuor temporibus anni libere recipiendos scilicet in festo B. MARTINI *unum chorum, in purificatione unum chorum, in festo Apostolorum Philippi & Jacobi unum chorum.* Et literæ venditionis ab Adolpho Comite Holsatiæ & Schowenburgi datæ an. 1311. decano Capituli Lubec. *Henrico Bocholto*, cui vendidit *in molendino Plöne viginti mesas & XX. modios brasii ordacei singulis annis in festo beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi medietatem & in festo S. Michaelis aliam medietatem.*

Majagia Kilonienſia. Bedæ majales Holsaticæ.

(i) In registro Calendarum militum Kilonienſium *fol. IV.* Gilimer Croppe dedit MAJAGIUM *VI. solid.* a tribus jugeribus. In antiquo libro fundorum Kilienſium vulgo *Erd Buch* an. 1526. occurrit præstatio agnorum paschalium & *majalium*, ut & census agrarius *die* 1. MAJI *exhibendus.* Plura *de Bedis* MAJALIBUS leguntur in indicibus redituum agrariorum Holsatiæ *Amts Erdbüchern a.* 1607. In literis investituræ ab episcopo Remberto Paderbornensi a. 1548. exaratis laudatur feudum duarum marcarum *uth den* HERVEST *und* MEY-BEDEN *ap.* GRUPEN *Obs. de Collectarum orig. §. 5.* Plura de collectis majalibus & autumnalibus vide apud MYNSINGERUM *Dec. XI. resp. 2 n. 15. 17.* MEISCHNER *Decis. T. III. Dec. 9. n 65.* Addo, quod in terris Brunsvicensibus canon annuus in recognitionem dominii directi accedente solennitate & mutua aliqua præstatione mense Majo solvi debeat, neglectus vero duplo pendendus sit, adjuncto periculo amissionis boni emphyteutici quem censum vocatum MAY GASSEN-ZINSS explicate descripsit SCHOTTEL *de singul. jur. germ. c. 19. §. 6.* Simile huic est quod refert BEYER *in diss. de præfectur. Weissensee: consuere ibi tributarios præstituto die, Philippo Jacobo sacra, ante lucis ortum in prædio Scherendorf, eosque singulis obligari, ingenti lapidi, qui sub dio jacet, grossum unum, præsente administratore, imponere, moram vero cujusque horæ dupli semper crescentis solutione luere.*

Brunsuicenſes.

Majalis porcus.

(k) Occurrit in PACTO *Legis Salicæ Tit. 2. §. 18. Si quis* MAJALEM *sacrifsum furaverit & cum testibus, quod sacrifsus fuisset, potuisset ille qui perdidit approbare DCC. denarios, qui faciunt solid. XVII. cum dimidio culpabilis judicetur.* Ad hæc Legis verba ECCARDUS *p. 18.* notat: *quod* MAJALIS *dicatur porcus castratus a Mayen, mesen, secare, exsindere.* Quæ derivatio incongrua videtur & rei parum accommodata. Quamvis enim Germanicum *Barch*, verris descendat ab Anglo-Saxonico *Barten* scindere, *Bart*, securi minori, docente SKINNERO & SPELMANNO *in glossariis*; latina tamen vox adjecta *majalis* eundem significatum non admittit, sed a *Majo mense*, & *Majumis festis* denominatur, in quibus verris majalis bene saginatus sacrificii loco exhibebatur deastro *Orbino*, cui verrem præcipue consecraverant veteres populi septentrionales, Cimbri, Saxones, Franci & plures alii. Errat itaque ISIDORUS *in glossa* majalem vocans porcum pinguem *Deæ Majæ* matri Mercurii (rectius Othini) immolandum; ut & WENDELINUS *in glossar ad L. Sal. d. l.* ubi quidem *majalem sacrivum* mensi Majo vindicat, sed originem rei demum minus recte refert ad *maicampos* seu conventus solemnes Francorum Regum mense Majo institutos, quos in locum veteris campi Martii mensis, primus surrogavit Rex Pipinus a. 755. testantibus annalibus Francorum. Diu vero tum ante has Maji festivitates, tum ante Legis Salicæ sanctionem, de porco majali latam, sacrificia *Verris majalis* celebrata fuisse, probatione haud indiget. Recte Glossator, qui Legi Salicæ verba Francica in *Malbergis* seu locis judicii usitata adjecit, rem exposuit: *Barco ano meio* i. e. *porcus sacer ad Majum mensem destinatus.* In POLYPTICHO *S. Remigii Remensis ap.* DUFRESNE *T. IV. p. 333* occurrunt verres MAJALES *decem* & alibi in chartis *oves* MAJALES *tonni* CEREVISIÆ MAJALIS, quæ oblationes a tempore dicuntur, non a secando, putante Eccardo.

Verris majalis.

Cerevisia majalis.

(l) De his vide infra in conjectura nona.

Recognitio

(m) Idem constat de prædiorum possessoribus, quibus servitia sive rustica sive clientelaria & militaria remissa aliquando

ſpectat *Henrici Comitis Hennebergici, vicarii imperii Suevofurthi conſtituti*, teſtimonium an. 1339. exaratum, quo palatii regii Suevofurtenſis ruſticos pagorum Gochshemiæ & Sendfeldæ ab OMNI EXACTIONE EXEMTOS judicavit ſub hac tamen conditione, ut *ſervitia* præſtent AULICA & CULINARIA, PRÆSENTE *rege vel ejus provinciæ* ADVOCATO. Verba ipſa citat SCHOEPFIUS *de Sagibaronibus in Mallobergiis p. 10. Die Zeugen beſagten auf ihren Eid, daſs die vorgenannte Güter und Leute keine* BEETHEN *anders trügen noch geben dann ob ein König, Kayſer oder ſein Land-Vogt gen Sveinfurt oder gen Gochsheim kæme, ſollen ſie* KÜCHENSPEISS, MAHL, FUTTER *und* HERBERG *tragen als Reichsleute, ſubditi immediati.* Proprius huc faciunt Nicolai Domini de Werle literæ an. 1296. exaratæ, quibus plebano *villæ Curitz*, CENSUM AREARUM ſalva reluitione reſignavit, ſervata tamen ſibi annua *recognitione unius* PUNT MELLIS; quam deinde ſingulari venditione an. 1302. eccleſiæ Guſtrovienſi tradidit cum ipſa villæ proprietate: *Prout ipſa villa ſita eſt in ſuis terminis ſine qualibet funiculi dimenſione perpetuis temporibus poſſidendam cum jurisdictione ſive* JUDICIO *ſexaginta ſolidorum, ſicut vaſalli noſtri in bonis ſuis habere communiter conſueverunt; præterea reddituum* UNIUS PUNT MELLIS, *quod ſingulis annis de Dominis illius ville Cuziz nobis exſolvi conſuevit, vendidimus eisdem Prepoſito & Decano.* Idem a. 1297. civitati Warne indulſit exemtionem ab angariis & PETITIONIBUS OMNIBUS, ea tamen adjecta conditione, ut *quantitatem* SEMINUM *quotannis in feſto* MARTINI CURRU ADPORTARENT. Cujus generis *ſervitia curruum* SEMINARIORUM laudantur in charta Rudolphi Imperatoris a. 1283. quod SCHANNAT *Hiſt. Worm. Cod. prob. p. 146.* Quin & in *Regiſtro Prumienſi C. 54. 62.* occurrunt *ſervitia angariarum &* EVECTIONES, una de VINO, altera de ANONA; & *c. 10. in angaria dicitur* CARRADA UNA *de* VINO. Aliquando loco currus ſaltim ſervitium *unius equi* obtinuit, quin *præſtatio aromatum* vices orbedarum ſubiit. Teſtatur hoc Diplomatarium civitatis *Plawæ ad an. 1295. 1296. 1299.* quo poſtremo tandem *Nicolaus Dominus de Werle* ipſi civitati impertiit omnes immunitates, proprietatem omnium *manſorum & agrorum, ſilvarum, rubetarum & omnium, quæ in campis civitatis adjacent, ſicut intra iſtorum diſtermina continentur; item* UNIUS EQUI *ſervitium ac* UNAM LIBRAM PIPERIS, *quod ſervitium cum pipere in* REDDITIBUS *habuimus de* IISDEM AGRIS. Ex annalibus Wiſmarienſibus MSC. Seculi XVI. idem fere patet: *Es iſt von dem Raht zu Wismar jährlich auf Advent wegen der* LANDBEDEN *auf das Fürſtliche Hauſs zu* SCHWERIN *eine Tonne Hering und dem Haubtmann etliche Krüderbrod und höltzerne Becher gegeben worden, welches auch auf Faſtnacht præſtirt, daneben haben ſie 6. fl. 16. ſs. gegeben.* Nec raro obvia ſunt argumenta diplomatum Megapolitanorum & Holſaticorum, quæ fidem faciunt, orbedas paſſim a Dominis reſignatas fuiſſe civitatibus & ſubditis in eum finem, ut præſtita ipſis puſilla quadam recognitione, porrigeretur eccleſiis & vicariis, pauperibus etiam & feci hominum aliquid nummorum annuatim. Quæ ſingula ita conſtituta ſunt, ut facile comparari poſſint cum Lubecenſium ac Hamburgenſ. curru, ſervitiis, miſſilibus, præſtationibus vini ac oblationibus aromatum annuis. Et ſi eruendum eſt, quod explicatæ hactenus conjectioni ſponte convenit, forte præcipuas omnes, tam exactionum, quam ſervitiorum homagialium feodaliumque veteris ævi obligationes in laudatis ſolennitatibus repreſentari dixeris conjunctim & ſymbolice comprehendi. Tres enim ut ſupra innui præcipue laudantur territorialium præſtationum ac ſervitiorum modi communes, fide annalium & chartarum. Primus eſt cenſuum fundariorum ſeu ORBEDARUM in *pecunia* vel *quantitate venalium rerum* ſolutarum, de quibus diſſerui. Cum his conveniunt Lubecenſium oblationes vini & miſſilia nummorum; Hamburgenſium præſtationes vini & frugum. Secundus eſt HOSPITATIONUM, de quibus dixi in conjectura ſeptima. Tertius eſt EXPE-

Svevofurti.

Curitziæ.

Warnæ.

Plawæ.

Wiſmarienſium.

Connexio hujus conjecturæ cum præcedentibus.

quando ſunt ſub lege annuæ præſtationis ſingularis, quemadmodum de prædiis quibusdam Thuringicis obſervat WEHNERUS *in explicatione vocis Frey-Güter*. Ejusdem fere indolis videntur prædia Hildesheimenſia præfecturæ Steuerwaldæ, *Freydingshöfe*, quorum poſſeſſores *Freymanne*, cenſum libertatis ſolventes, exemti ſunt ab ordi nariis præſtationibus & a Mortuario, docente LEYSERO *Jur. Georg. p. 136. de* GOEBEL *diſſ. de ſingul. prædiorum Brunſv. Luneb. p. 85.* RIVINO *diſſ. de prædiis Laticis* (Laſſorum hominum ſervientium) *ſ. 14.* Spectant huc prædia quædam *hubaria* ſub fidelitatis lege culta, ab oneribus & præſtando canone manſi, vulgo *von Schocken menſium. u. Hufengelder* exemta, ad annuam ſaltim penſionem ſeu recognitionem circa diem Margarethæ adſtricta, quæ præſtatio paſſim conſiſtit in oblatione nummorum, frumenti, gallorum caſtratorum; unde hujusmodi prædia alicubi dicuntur *Kaphanica*, docentibus BROWERO *antiquit. Fuld. L. III. c. 16.* BURI *T. I. commentar. ad jus feud. Schilteri p. 971. p. 974.* ubi ex jure *curiæ Niederschausbergenſis* quædam affert. Accedunt literæ inveſtituræ apud FALCKNER *diſſ. de eo quod juſtum eſt circa ruſticos in materia feudali ſ. 10. Verleihen ihm gemeldte Hufen Landes auf Golitz zu* FREYMANNLEHNGUT, *doch daſs er davon dem Amte jährlich zu rechter Zeit entrichte, war ſich gebühret, auch der Lehn, wann dieſelbe zu Fall komt, in Jahrs Friſt nach jeden Fall gebührlich Folge leiſten und jedesmahl 2. neue Schock zu Lehnware im Amte erlegen.*

Hubariorum.

PEDITIONUM seu militarium communis terræ, *Heervart*, & quæ ad easdem spectant, servitiorum sequelæ, curruum, equorum, angariarum, de quibus dictum est in conjectura sexta. His servitiis exacte respondent currus militaris quadrijugus Lubecensium & Hamburgensium, lustratio ejus & censura equorum, amissio eorum, si defectus apparuerint, evocatio etiam militum excubantium, ut accedentes ministros curru militari vectos observent eosque armis ante pedes sumtis, more inter milites stationarios recepto, salutent. Visis enim e longinquo vel accedentibus militibus & militaris juris ac ordinis viris hodieque a Procubitore milites præsidiarii evocari solent, ut in honoratiorum transitu arma ad humeros rite delata plene vibrent, in transitu autem militum & ministerialium inferiorum saltim ad arma accedant vel ea sumant leviter & ante pedes collocent. Cum expeditionibus conjunctum est servitium *munitionis & tuitionis castrorum*, quæ vulgo BORGWERCK & BORGWERE, *constructio castri*, *vectura castrensis*, *castri defensio* appellantur, quorum primum servitium præcipue civibus & colonis; alterum militibus, ministerialibus, infeodatis demandatum fuit. Horum servitiorum testes anniversarii esse videntur tum delegati civitatum ministeriales & adjuncti cives, tum currus eorum patens, firmiter constructus, non armis quidem, angariis & munitionum adminiculis, sed pacis hodie symbolis, vino & donariis refertus. Accedit ejus invectus in ipsum sanctius propugnaculum seu castri Suerinensis & Gottorpiensis interiorem partem, quam olim tempore munitionis angarii subditi, temporeque defensionis præsidiarii milites vel soli ingressi sunt. Cui itaque placuerit conjecturam 3. 4. 5. 6. 7. cum hac conferre invicem, earumque rationes communes & specialiores curatius rimari; is forte in Lubecensium & Hamburgensium servitio festo & anniversario observabit memoriam symbolicam recognitionis Potentatus universim, ejusque effectuum civilium & territorialium sigillatim, præcipue *Submissionis*, *Fidelitatis*, *Hospitationis*, *Bedarum*, *servitiorum expeditionum & angariarum*. Quibus denique ultimus addi poterit ejusdem indolis obligationum modus, *judicialis* nimirum seu *curiæ dominicæ*, itidem oriundus ex rationibus juris territorialis.

Nona ex indole malli & judicii provincialis. Landtag.

Nona hinc oritur conjectura, ex indole malli & judicii provincialis curiæque dominicæ vulgo LANDTAG, LANDTING & GREVEDING *seu* HOFFDING repetita. Illis (a) enim olim præcipue in Cimbria & Holsatia celebrandis, communis terræ subditi, vasalli

Malla, comitia territorialia in montibus instituta.

(a) Qui conventus in chartis holsaticis veniunt sub nomine *dierum placitalium*, *conventuum Mannorum*, *mallorum territorialium*, *Landmahlstædt*, olim MALBERGIORUM, collium seu *Montium Placitorum communium*, quorum memoria exstat in *Lege* SALICA apud ECCARDUM in *commentar. ad eandem p. 161.* & in *Lege* SCOTICA *Malcolmi II. Regis*, qui initio Seculi XI. regnavit, apud SPELMANNUM: *Dominus Rex dedit & distribuit totam terram Regni Scotiæ hominibus suis & nihil sibi retinuit in proprietate nisi regiam dignitatem & MONTEM PLACITI in villa de Scona.* Ad quam legem SKENÆUS c. 1. §. 2. commentatur: *Montem Rex intelligit, ubi Placita vel curiæ regiæ de placitis & querelis* (communibus) *subditorum solent teneri, ubi barones comparent ac* HOMAGIUM *& alia* DEBITA SERVITIA *offerunt & vulgo omnis terræ* (nobis *gemeine Landschafft*) *vocatur, quia ex terræ mole & congerie exædificatur; quam* REGNI BARONES ALIIQUE SUBDITI *ibi comparentes vel coronandi Regis causa, vel ad* COMITIA *publica vel ad causas agendas & dicendas coram rege, in unum quasi cumulum &* MONTICULUM *conferebant.* In Capitularibus Caroli M. passim laudantur *Placita procinctualia* & *exercitalia* seu congregata, quæ indoli conventuum territorialium videntur convenire. Spectat huc MONS JUDICIARIUS, cujus memoriam injicit Ludovicus pius in charta apud UGHELLUM *Ital. sacr. T. II. p. 118.* Plerumque conventus provinciales in communem utilitatem & justitiam institutæ cum *judiciis provincialibus* ad privatæ justitiæ administrationem præcipue tendentibus confundi solent, quod factum videtur, quia sæpe auspicia judicii finitos conventus provinciales mox secuta sunt vel uterque invicem separatus mallus *provincialis* & *judicialis* uno tempore simul institutus est, præcipue ut parceretur impensis, uti constat ex Ducis Adolphi Literis ad Regem Dan Christianum III. an. 1557. d 10 Maji exaratis & ex Propositione regia & ducali in conventu provinciali Rendesburgensi *d. 12. Oct. a. 1646.* facta: *Und haben Ihro K. M. und Fürstl. Gnaden die convocation ihrer gehorsamen Stænde wöhrig angesehen und der itzigen Occasion der Stænde halber sich um so mehr dazu bedienet, weil viele aus Derosselben Mittel bey gegenwærtigen* LANDGERICHT *ohne das zu verrichten; und dahero selbigen* LANDTAGS CONGRESS *zu Enthebung der Stænde Kosten zugleich anhero præfigiret haben.* Locus olim his comitiis sub dio celebratis dicatus in documentis Seculi XIII XIV. & XV. laudatur præcipue *die* LEVENDESAUE, aliquando etiam MONS *ante portas Kilienses*, cui hodie a nundinis equorum nomen est. Deinde in ipsa civitate Kilonienſi sæpissime, aliquando etiam Seculo XVII. *Flensburgi*, *Rendsburgi*, *Haderslebiæ & an. 1629. Itzehovæ* celebrata sunt. Interdum & adhuc seculo XVII. dies provincialis ad *Levensaue* celebrandus indictus est, testante propositione comitiali Rendesburgensi *d. 22. Nov. 1626: Als die getreue Prælaten, Ritterschafft und Stædte beyder Fürstenthümer Schleswig Holstein gegen den 27. huj. durch ein öffentliches Ausschreiben nach* ALTEN HERKOMMEN *an die* LEVENSAU *zusammen gefordert und ihnen etliche angelegene puncte daselbst zu proponiren den Hrn. Statthalter Befehl gegeben; S. Gest. auch Dero Behuff mit creditif und instruction versehen gehabt, So hættens zwar I. K. M. dabey bewenden lassen können, demnach aber Dieselbe bey diesen sorglichen betrübten Zeiten für rathsam und nöthig erachtet in* PERSONA *sich dieses Ortes zu befinden, als weren Sie verursachet, die* MAHLSTEDTE *in den publicirten Ausschreiben benant, zu endern und die Hrn. Prælaten, Ritter und Landschafft anhero nach Rendsburg zu erfordern.* Ab ordine provinciali sæpe tamen gravamina contra mallos mutatos mota sunt præcipue in responsione comitiali provinciali Slesvici *d. 22. Maji an. 1649. num. 12: Als auch Prælaten, Ritterschafft und aus den Stædten wegen abermahlig anhero verlegten*

Speciatim Holsatica sub dio celebrata.

Ad fluvium Levensaue.

vasalli nobiles & civitates omnes interesse jubebantur præsente plerumque ipso Principe (b) ad audiendas & definiendas causas territoriales communis necessitatis & utilitatis, *Landting.* præcipue homagii, militiæ, feudorum, contributionum imperialium & circularium collectarum, præstationum provincialium, venationum immunitatum, viarum, vectigalium accisarum, juriumque communium (c). In istis vero, quæ vel *generatim* in mallo territoriali

(g) Quod testantur acta provincialia Holsatica Seculi XV. XVI. Quorum fide etiam constat, quod prævio consilio & communi placito ordinum Holsatiæ ab utroque Duce an. 1575. 1577. 1599. 1603. seqq. ad civitatem Hamburgum literæ datæ sint, in quibus civitas ad comitia provincialia vocatur & inter *ordines & membra Ducatus* Holsatiæ reponitur.

(gg) Testantibus actis provincialibus de comitiis in Levensaue habitis an. 1549. 1569 seqq. iterumque an. 1655. *Im Monath April h. a. wurden aufm Landtage zu Rensburg, von der Stadt Hamburg, Deputirte dahin gesandt, nemlich Bürgermeister* Peter Lütkens, Syndicus Pauli, Frese, Georg von Holten *Rahtmænner und* Secretarius Schröttering, *und sind daselbst den 9ten Aprilis und folgende Tage* Regia & Ducalia Gravamina *wieder der Stadt, welche damahls in* 9. Passibus *angeführet, behandelt, auch wegen der* prætendirte *Huldigung* conferiret *worden; Sie sind aber unverrichteter Sachen aus einander geschieden, insonderheit weiln der Stadt Hamburg Deputirte, auf die von den Königl. und Fürstlichen Herren* Ministris nomine Regis & Ducis *vorkommende Huldigung sich folgender maassen erklæret: daß sie sich zu keiner Erb-Huldigung verstehen könten, die* Formula homagii *bringe keine Erbhuldigung mit, die Worte würden darinne nicht befunden, sie seynd auch zu keiner Erbunterthænigkeit jemahls verpflichtet gewesen, sey im Steinburgischen Vertrage auch nicht enthalten, oder auch einiger Erb Huldigung gedacht* vid. *Steinburgischen Vergleich* d. d. 18. Julii 1621. *Item in keinen andern Vertrægen; Ihre Erklæhrung so in Anno* 1643. *geschehen, sey nur eine* oblatio & declaratio *des Steinburgischen Vertrages, daß sie selbiges* præstiren *wollen, was darinnen enthalten, woraus jedoch keine Erbunterthænigkeit zu erzwingen wære; haben demnach ersuchet die* Formalien *der Erbhuldigung nicht mehr hinführo zu gebrauchen, und daß sie deswegen versichert werden mögen. An Königl. und Fürstl. Seiten ist darauf* acceptiret *worden, daß nicht* homagium vel jus homagiale *könne geleugnet, sondern nur* formula *gestritten werden. Sie wæren aber nicht befehliget zu streiten, obs* homagium jurisdictionale, pactitium conditionatum, purum, restrictum *oder* alterius qualitatis *seyn; Sie hielten es* pro ordinario homagio quod præstatur quoties per successionis hæreditariæ modum prædecessori vitæ defuncto alius succedit vid. Extract *dessen was* in an. 1655. d. 9. Aprilis *und folgende Tage, bey der zwischen dem Königl. und Fürstl. Herren* Committirten *und des Rahts zu Hamburg Deputirten in* Rensburg in puncto Gravaminum *und der Huldigung vorgekommen.* Respondet ad hæc facta Autor Apologiæ Hamburgensis p. 26. *Sofern diese Besuchung der Landtage eine Erb-Unterthænigkeit* probiren *solte, so müßte auch hinzu gesetzt und bewiesen werden, daß sie als Erb-Unterthanen, daselbst erschienen? welches* Hamburg pernegiret, *und sich* secundum supra deducta *auf ihre* originariam libertatem *beruffet. Es wird zwar in den* actis exemptionis *von dem Fürstlichen Hause Holstein angezogen, als ob Hamburg die Landtage, als Unterthanen besucht, und zu dero Behuf ihr eigen Hauß zu Segeberg gehabt, wie auch* Chytræus Hist. Saxon. lib. 22. pag. mihi 600. *vermeldet, daß das Fürstliche Hauß Holstein angezogen:* Quod civitas Hamburgensis in conventibus Holsatiæ provincialibus, velut membrum Ducatus comparuerit, & Segebergæ ad eum usum domum propriam habuerit; *Allein es ist solches* in dictis actis *beantwortet, auch ohne das nicht unbekannt, zu welchem* intent Christianus I. Rex Daniæ an. 1680. *das Hauß zu Segeberg der Stadt Hamburg geschencket. Zu dem ist* ex ipsis verbis alleg. Chytræi *zu ersehen, daß er solches nur, als ein* narratum Ducum Holsatiæ *anziehet: auch nicht setzet, daß* Hamburgenses, *als* subditi, *besondern, als* membra Holsatiæ, *erschienen.* In his rationibus confutandis industrius est Autor *Remonstrat. Danicæ contra Apologiam Hamb.* pl. R. 3. *In denen angezogenen* actis exemptionis *ist nicht schlecht, wie der* Apologist *vermeinet,* ex Chytræo, citato loco, *sondern* ad art. 14. Domus Holsatiæ *mit vielen Gezeugen statlich behaubtet, und unter andern daß die Hamburger auf die Holsteinische Landtæge verschrieben, und sich daselbst befunden, auch beygebracht daß ein Bürgermeister von Hamburg, Dietrich Hohausen, mehr dann einmahl auf den Landtægen und gleich anderen Stænden des Fürstenthumbs, mit im Rath gewest,* sunt igitur citati, & comparuerunt ad conventus Provinciales, & ad consilium accesserunt & deliberationibus interfuerunt, quod de hodierna consuetudine solum illis qui status sunt provinciæ, permittitur, *wie solches Reichs-u. Welt kündig. Imgleichen ist nicht weniger hierbey auch sonst* ex propria Hamburgensium confessione in scriptis facta demonstrirt, *daß das Wort* membrum Holsatiæ, statum & subjectionem Holsatiæ importirt, *wie auch der* Chytræus *selbsten alsfort zu Anfangs vorspecificirten §. es auch also deutet* in verbis, *dieweil aber die Hertzogen zu Holstein, uff diesen Reichstage zu Speyr im Jahr Christi* 1570. *sich über ihrer Underthanen deren von Hamburg Halstaricheit und Ungehorsamb hefftig beschwerten &c. Dann auch im vorhergehenden §. gleichermassen die Worte gebraucht, wann sich dann befunde, daß die Stadt Hamburg als ein Glied des Fürstenthumbs Holstein, den Hertzogen von Holstein unterworffen were, So solte er sie von allen* oneribus *des Reichs* exempt *u. frey seyn lassen, woselbst* membrum *oder Gliedtmassen u. Unterthanen* conjungirt, æquiparirt, *u. also über voriges zu Tage gelegt, daß eine Stadt dem Fürsten selbiger Provintz, deren* membrum *und Gliedmaß dieselbe genennet wert, ohnzweiffelich* subject *und unterwürffig ist; wie dann wol zu* observiren, *daß Ihro Königl. Mayt. und Fürstl. Gnad. Herrn* Prædecessores in an. 1570. *zum Grund Hamburgischer* Subjection *unter andern mit geführet, daß die Hamburger noch bey Menschen Gedencken uff den Holsteinischen Landtægen als ein Gliedt des Hertzogthumbs erschienen und zu solchem Gebrauch zu Segeberg (so in Holstein gelegen) ein eygen Hauß gehabt, massen selbiges Hauß, biß es nechsten Kriegs-Zeit ruinirt, noch jederzeit der Hamburger Hoff genennet, und der noch übrigen Stædte, biß uff diese Stunde selbiger Namb gegeben wird, daß es aber mit solchem Hause ein ander* intent *solte gehabt haben, davon weis man sich dißeits nichts zu erinnern.* Et plag. V. 1. 2. seqq. *In dem* Indulto *Kayßers* Sigismundi a. 1421. *ist enthalten, und wird des Apologisten Gestændniß* acceptirt, *daß derjenige, so den Rath und Gemeine zu Hamburg zu besprechen gemeinet, solches vor den Græflichen und nunmehr Fürstlichen Hause Holstein muß anstellen, daraus dann erfolget,* fori Holsatici competentia, *und* consequenter, *abseithen Hamburg, eine nohtwendige* comparitio ad tribunal Holsaticum, *und desselben* administratio Justitiæ *über Hamburg, wann jemand sich über den Rath und die Gemeine hat zu beklagen,* quod utique & sine dubio infallibile superioritatis territorialis indicium *Imgleichen ist darin enthalten, daß* in casu protractæ, denegatæ & male administratæ justitiæ, *wann der Hamburgische Rath jemand das Recht verzogen, verweigert oder übel* administrirt, *sothane Fürderung, ehe sie an den Kayserlichen Hoff oder Cammer-Gericht gerahten, zuforderst* coram Curia Holsatica, *als* ordinaria gradatim *geschehen, und wann daselbst gleichergestalt die Justitz zurücke gehalten, alsdann an den Kayserlichen Hoff oder* Cameram Imperialem *erst* devolvirt *werden müsse; Auch ist aus den* oballegirten *Græflichen, Hamburg gegebenem* Privilegio de a. 1292. *zu ersehen, daß dem Hause Holstein,* in passibus male administratæ justitiæ, *die* competentz *beykommet* in verb: Tali conditione adjecta, ut nec pauperi nec diviti vel alicui ex parte nostra postulanti, qui sibi autumaverit vel

Dubium Autoris Apologiæ.

Reinkingii.

Tom. IV. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger. (p) suspi-

ſe (*) placitis etiam & conventibus interfuiſſe Kiliæ a. 1470. 1472. inſtitutis (h). Fide quoque annalium veterum probatu videtur facile, quod Comites Holſatiæ ſublimi civitatis Hamburgi imperio inſtructi, judiciis civicis advocatum, vices eorum ſubeuntem præfecerint (i), jura etiam exercuerint curiæ dominicalis (k) ſeu palatialis. Inter ſupremæ

Jura Comitum & advocatorum in judiciis Hamburgi.

ſuſpicaverit, minus juſte eſſe ſententiam, injuriam irrogatam, ſi petierit ipſius libri copiam, nullatenus denegent; *Und wie die teutſche* Summaria *lautet: Item dat Se* (Senatus) *ere Uthſpracke nergen buten denn up der Stadt Rathuſe, na Lude der Schrifft ehres Bockes, ſchölen* exequeren, *mit ſöthaner* Condition, *dat Se nemand, he ſy rick edder arm, edder de idt van Heren wegen eſchete, velicht menende, nicht rechtfertig gerichtet were, ſcholen weigern ehr Bock tho opende. Iſt nun Hamburg ſchuldig, das Stadt Buch, deſſen der Raht,* per conceſſionem Comitum, pro norma in judicando *gebraucht, den Herrn Grafſen oder deren* Mandatariis, *ſo es ihrenthalben gefordert, ſchon dero Zeit zu eröffnen, und alſo* rationem adminiſtrationis juſtitiæ *zu* reddiren *und zu geben, da kan und muß der Rath auch jetzo ſich eben ſo wenig widerlig ſeyn laſſen, daß uff anruffen der Partheyen, welche ſich bey Ihro Königl. Mayt. und dem hochlöblichen Hauſe Holſtein, der nicht, oder übel verpflegten Juſtitz halben, uffs allerhogſte beklagen, das gerichtlich, von Gott verordnetes obrigkeitliches Ambt darüber* adminiſtrirt *wird.*

Hamburgenſium provocatio ad judicium regium.

(*) Cum enim an. 1480. ordo nobilium Cimbriæ, ſpeciatim gentes Wiſchiorum & Powiſchiorum contra datam an. 1470. fidem invicem foedus ſingulare & clandeſtinum contra quoscunque, inſciis civitatibus, pepigerant intulerantque præcipue Hamburgo & Lubecæ prædisque & commerciis urbanis damna pluraque incommoda, moti ſunt Hamburgenſes, rem omnem adducere in cognitionem Regis Daniæ & Ducis Cimbriæ Chriſtiani I. qui ſolenni *conventu Rendsburgenſi* præſentibus Epiſcopis Lubecenſi & Sleſvicenſi nobilibus Cimbriæ & deputatis civitatum Lubecæ & Hamburgi, cauſam examinavit &, audita nobilium reſponſione, definivit receſſu provinciali, Regis, Epiſcoporum & civitatum ſigillis munito; a cujus tamen effectu excludebantur Henningius Powiſch ejusque filii. Notabo hujus ſanctionis colophonem, verbis Regis eidem impoſitum: *Up dat deſſe Unſe Lande in Raſte und Frede mögen weſen, unde Beſtändigkeit hebben unde bliven, gebeden ſtrengelicken allen und iſlicken, Unſen Vögeden, Amtläden, Undervögeden, und allen anderen de ſin wo de ſin geiſtlich und werltlich Prælaten, Ritter und gemenen Mannſchop, Clöſtern edder wo men de benömen mag dat nemand von nu by Liewe und Gude ſchal jennigen Unſen Underſaten vorwæltigen vorunrechten, in Schlote edder Blocke ſetten; ſönderen ſcholen einen jederman by Landrecht laten, und darentboven nicht engen edder drengen ſcholen, ock den Kopmann ock einen iſlicken wahrenden Mann fördern und ehre Nerungen nicht vorbeden, hindern edder daran wehren. Wy gebeden ock by Lieve und Gude dat men Riddermetiſch edder Guthman deſer Unſer Lande ein jegen den andern, edder jegen Unſer Stede und Underſaten edder ein Schlechte jegen dat ander ſchal veiden, beſchædigen, vetdigen, edder beſchædigen laten in jenniger mate, ſündern de ſick vermeynet Anſpracke jegen jemande te hebbende, ſchall idt vor Uns verklagen und ock mit Rechte verfolgen. Wy willen dar richtigen verſcheiden und anders nemand, ſündern weme wy darup ſünderlicken Befehl don. Fürder gebeden wy allen und iſlicken Unſen Stænden düſſer Unſer Lande, by Verluſt erer Privilegien und Freyheide ehnen gegeven, dat ſe na Lude und Fryheit erer Privilegien Waldt und Aewerdath beſtüren, jegen als wehme de ſy, we de ſy edder ere Börgere edder Inwahnere edder den vahrenden Manne in ehren Steden edder Gebede, mit unrechter Gewalt nicht beſchedigen und ſe mit rechte nicht will verfolgen und beclagen, derglicken gebeden Wy dat nemand in Unſen Landen watterley ſtets die ſein geiſtlich effte wertlich ſchall upſtellen up Unſern Underſaten edder frömneden, he ſy Kopmann edder we de ſy, tho Vothe edder tho Perde nigen Tollen edder jennige andern mehr Beſchwerunge. Derglicken ſchall ock nemand deſſer Unſer Lande, Prælaten, Ritterſchop. Manſchop edder Stede unwonlichen Tollen nehmen von denen de Tollen frye vorſegelt ſyn und in beſunderheit van den van Lübeck und Hamborg, und de hier entjegen deith, ſchall ſo dan Geldit wedder geven, darto willen Wy daræver ſonder Gnade richten.*

Rendsburgi inſtitutum an. 1480.

(h) Vide CONCORDATA *Regis Chriſtiani I. & civitatum Holſaticarum an.* 1470.

Comitum ſuprematus Hamburgi an. 1189.

(i) Teſtantur hoc ipſæ primæ Adolphi III. Comitis Holſ. donationis tabulæ de libertatibus circa *thelonium, piſcaturam, arreſta, paſcua & ligna an.* 1189. Hamburgenſibus datæ, quas eodem anno *ad ejus petitionem Imperator* FRIDERICUS I. *civibus comitis in Hamborch degentibus*, recepto ævi more, conceſſit ſeu confirmavit, in quibus JUDICI *ſex advocato Comitis tertia pars*, CIVITATI *vero duæ partes vindicantur de* LUCRO *&* COMPOSITIONIBUS, *quæ proveniunt ex delictis, per injuſtam menſuram commiſſis.* Nihil in hoc privilegio de judicio urbano & nilquicquam de poteſtate juris dicundi commemoratur, ſaltem quæ ad ordinem, utilitatem & commodum civitatis pertinent, beneficia, conferuntur, ſparta reipublicæ judiciariæ relicta adminiſtrationi Comitis, cujus in eodem cæſareo diplomate DOMINIUM *in* OMNI DISTRICTU *civitatis* diſerte ſartum ſalvumque indicatur: *Et in omni diſtrictu dominii præfati Domini Comitis eorum (civium in Hamborch) ipſos burgenſes liberos facimus de theoloneo.* Falſa itaque eſt opinio AUTORIS *apologiæ Hamburg. p. 4. Adolphum III. nullo unquam Hamburgenſi* DOMINIO *vel ſuperioritatis &* REGALIUM *jure inſtructum fuiſſe, quin nequidem in ipſius, ſed Imperatoris ſaltim poteſtate fuiſſe donandi Hamburgenſes minoribus libertatibus piſcaturæ poſcuorum lignorum.* Incongrui hujus quidem aſſerti rationem autor reddit: *quia Comitem oportuit hanc conceſſionem petere ab Imperatore*; ſed ipſe huic aſſertioni contrariatur imperator, qui in laudata conceſſione Hamburgenſes non ſuos ſed *Comitis cives* vocat, diſtrictum etiam civitatis & dominium territoriale non ſibi ſed Comiti tribuit? Et quæſo, cui ignota ſunt ejusdem ævi exempla & idiomata curialia, ex quibus abunde patet, quod hujus generis conceſſiones ab imperatore vel ex rationibus utilitatis, ſtatus, ordinis petitæ ſaltim ſint inſtar confirmationum. Quis inficias iverit, Hinricum Leonem ſine cæſarea conceſſione civitates Lubecam, Sverinum, Brunſvicum aliasque beneficiis & libertatibus donaſſe, Epiſcopos etiam jure potentatus territorialis inſtituiſſe, deinde tamen, rationibus prudentiæ & utilitatis motus, ab Imperatore Friderico I. petiiſſe aliquando conceſſionem ad danda effectui eadem plane negotia jam antea, inſalutato nec contradicente Cæſare, confecta ſuoque jure valida. Idem dicendum eſt de copioſis ejusdem ævi rerum conceſſionibus & donationibus factis, a dominis territorialibus ad rogatum ſubditorum, qui licet ipſi, ceu rerum ſuarum allodialium poſſeſſores & domini, res ſuas legitime aliis donaverint, a domino tamen ſuperiori petierunt, ut easdem res ipſis donatariis vel emptoribus largiretur; quod factum plerumque eſt expreſſis *donationis* formulis nomine terræ Domini ita abſolutis, ut ipſum, ſi verba ſectatus fueris, facile dixeris autorem & donatorem rerum allodialium privatarum, quarum tamen ab atavitis dominis & poſſeſſoribus jam factam donationem ſaltem repetit & confirmat. Exempla habes in diplomatario Raceburgenſi *Tomo II. Mon. ad an.* 1294. 1295. 1376. 1393. *& Doberanenſi Tom. III. an.* 1245. 1274. 1298. *p.* 1563 *a.* 1300. *p.* 1565. *an.* 1301. *p.* 1568. *ſiq.* Facile etiam apologiæ autor ſcrupulum, quem fruſtra movit, eximere ſibimet potuiſſet, ſi vel placuiſſet ipſi rimari ſollicitius tabulas donationis Adolphi III Comiti, quibus ipſas Imperatoris Friderici I. literas laudatæ conceſſionis mox ſequenti anno 1190 repetiit & ſtabilivit; item ejusdem *Adolphi III. tabulas immunitatum & juſtitiarum Lubecenſium, quas novæ parti civitatis Hamburgi,* inſalutato Cæſare, conceſſerat; ut taceam tot *Alberti, Adolphi IV. Joannis & Gerardi* aliorumque Comitum Holſatiæ confirmationes

Error autoris apologiæ.

Confutatus rationibus.

Exemplis.

Diplomata Adolphi I. an. 1190.

char-

mæ hujus jurisdictionis seu imperii effectus civiles numeranda est potestas legislatoria, vi cujus Comites Adolphus III. & IV. civibus novæ civitatis Hamburgensis juxta Alstriam normam juris præscripserunt & speciatim contulerunt *justitias Lubecenses*, quæ circa bona seu rerum jura præcipue versabantur, ad usum applicandas (l). In Comitum enim potestate erat Leges ferre & promulgare, vel quod idem est, jura adoptare & introducere. Cum vero concesso jure civitatis simul concessa intelligatur jurisdictio (m); factum est Adolphi IV. indulgentia, quo a. 1233. eidem civitati collata sit potestas forensis & judicaria (n). Institerunt his Majorum suorum vestigiis Comites Johannes & Gerhardus, qui civitatis fines liberali porro animo a. 1258. prorogarunt, quum illis amplos terminos extra muros urbis adjecerint, concesserintque in eodem tractu suburbano usum *juris Lubecensis, ipsa judicia & jus oppidanum Weichbildicum* h. e. jurisdictionem competentem in terminis civitatis. Inspicienda est ipsa concessio laudatorum Comitum Holst. & Stormariæ data Hamburgi d. a. apud LAMBECIUM *L. II. p. 44. n. 140: Attendentes assidua* FIDELITATIS *obsequia, quæ Burgenses Hamburgenses dilecti fideles nostri, progenitoribus nostris exhibuerunt, & nobis studeant jugiter exhibere, ac volentes propter hoc ipsis & civitati eorum gratiam facere* SPECIALEM JUDICIA NOSTRA *infra hoc* fi-

Norma judicandi.

Potestas judiciaria & Weichbildica.

---

chartarum cæsarearum, eorundemque privilegia & beneficia sæpissime sine præscitu vel concessione Imperatoris, civibus & ecclesiis civitatis Hamburgi indulta, aliquando etiam, petentibus Comitibus, ab Imperatoribus *confirmata*, quo verbo ipse usus est Imperator Fridericus II. in literis, quibus Adolphi III. concessionem juris secundum justitiam Lubecensem stabilivit an. 1232. Quam temere itaque philosophatus est idem autor p. 22. *Es kan auch den Grafen von Holstein, ein solche Superioritæt nicht competiret haben, dieweiln sie viel Privilegia, so a minoribus regalibus dependiren, von Römischen Kayserm der Stadt Hamburg erbetten und zu wegen gebracht, welches unnöhtig gewesen, wann sie über Hamburg die* immediatam superioritatem *gehabt, und hætte* confirmatio Cæsarea, *allein erfordert werden können, die* Concessio privilegiorum *aber, den Grafen zu Holstein, allein verbleiben müssen.*

(k) Docente ex rebus gestis D. NICOLAI *in tractat. de Palatio Schaumburg. MSC.* ubi & jura asyli palatio eidem vindicat, adductis exemplis variis ex ipsis Hamburgensium testimoniis. Nec negandum est, hæc jura ubique fere competiisse curiis palatinis quin ipsis dominicalibus prædiorum, uti docent STRUVIUS *diss. de juribus palatii principalis c.* 3. §. 9. & DURRIUS *de curiis dominical. §.* 11. *Liberæ*, inquit, *curiæ dominicales sunt, in quibus perfugientes ab omni poena tuti sunt, indeque per vim non extrahuntur, qualis præ ceteris est in pago Ensheim uti patet ex rotulo, ibique: Dieser Hoff hat auch die Freyheit, und das Recht, daß kein Gericht jemands darinn soll suchen, es seye umb Todtschlag, oder umb Schulde; Item entrinne jemands in den Hoff, Mann oder Frawen umb Todtschlag, umb Schulde, oder welcher Handsach den jemands gethan hett, darumb er sich entsetzte, so soll er in dem Hoff sicher seyn, und als lang er darinne bleibet, so soll ihm ein Schultheiß, und ein Meyer des ehegenanntes Hoffes, Wasser und Brodt geben, und so er daraus will, so soll ihm ein Vogt ohne Schaden und Sorg seiner Feinde führen sicher von dannen, und soll ihm geben ein Pfenning-Brodt, und ein Brodt-Messer, damit er das Brodt schneide.*

Comitum Holsat. jura palatii Hamb.

(l) Audi verba diplomatis a Friderico II. Imp. dati apud Uthinum in foro Julii an. 1232. *Notum facimus universis Imperii fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod Adolphus Comes Holsatiæ fidelis nostro culmini supplicavit, quatenus concessionem juris, quod olim secundum antiquam* JUSTITIAM LUBECENSEM *Pater ejusdem Comitis fecit civibus novæ civitatis in Hamburg juxta Alstriam, in bonis & jure suo, de areis, pascuis in fructu arborum sylvestrium, concessam quoque immunitatem ac libertatem Telonei spectantis ad eum in* TOTA TERRA SUA, *& quod bis fieret ibi forum in anno juxta tenorem paterni privilegii eis indulti, confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur ejusdem Comitis Adolphi fidelis nostri supplicationibus favorabiliter inclinati, eandem concessionem, sicut idem pater ejus prædictis civibus novæ civitatis in Hamburg secundum antiquam justitiam Lubecensium in bonis & jure suo juste noscitur concessisse, de areis videlicet, pascuis fructu arborum sylvestrium, & immunitate telonei, spectantis ad eum in tota terra sua, & insuper de foro bis in anno faciendo, prout & indulto eis ejusdem Patris sui privilegio plenius continetur de nostra gratia perpetuo* CONFIRMAMUS. *Ad hujus itaque confirmationis memoriam & stabilem firmitatem præsens scriptum fieri jussimus, Majestatis nostræ sigillo communitum.* Singula, quæ in hoc diplomate secundum *justitias Lubecenses* conceduntur beneficia, expressa reperiuntur in antiquissimi juris Lubec. codicibus an. 1232. 1234. ut supra dixi. *nota f.* Nolo itaque in explicando *justitiarum* significatu tempus terere; lubens in eo eruendo quemcunque suo abundare patior sensu & ingenio; sive enim illas dixeris vel immunitates, vel beneficia singularia & privilegia, usus & usufructus rerum; omnes tamen justitiæ appellantur LUBECENSES, ad normam civitatis Lubecensis exigendæ, quin ipso significatu & effectu civili omnes ad ipsa *jura rerum* pertinent. Nec perspicio, qua ratione & in quem finem JUSTITIÆ *Lubecenses* speciatim in chartis Hamburgensibus a. 1232. & 1164. nominatæ, accipiendæ saltim sint *pro legitima facultate agendi ac fruendi jure quæsito suo in rebus alienis areis, pascuis*; cum tamen eædem voces in copiosis *ejusdem plane ævi* chartis & diplomatibus civitatum quæ jure Lubecensi donatæ sunt & etiamnunc utuntur, Holsaticarum, Megapolensium, Pomeranicarum, luculenter referantur in censum LEGUM *seu* JURIUM *Lubecensium in* JUDICIIS *civitatum observandorum*; quorum nonnulla exempla adduxi in *præf. ad Tom. III. p.* 116. *sqq.*

Concessio justitiarum Lubecensium an. 1232.

Præcipue circa res & bonæ civitatis.

(m) Uti curate contra vulgares assertiones docuit HEINECCIUS *Elem. jur. civ. Tom. I. L. I. Tit.* 5. §. 113. *p.* 84. Equidem AUTOR *apologiæ Hamburgensis* laudatam ex tempore Francorum juris dicendi & statuendi facultatem civitati Hamburgensi, rectius tunc villæ, mire vindicat; sed confutata satis sunt hodie hujus generis argumenta ex ævo Carolidarum incongrue repetita. Ipsa etiam historia Carolingica id assertum falsitatis arguit, recte notante HEINECCIO *d. l. p.* 375. *Et aliunde constat,* HAMBURGENSES *sub Francorum imperio obtemperasse* COMITIBUS, *jus dicentibus, hosque simul præfuisse vicino Nordalbingiæ tractui. Bernardus sane comes, vir illustris, qui in Nordalbingia jus dicebat sub Ludowico pio, etiam Hamburgi præfecturam tenuisse dicitur* REMBERTO *in vita S. Anschavii Cap. XX. XIV. Et Gualdus in vita ejusdem Cap. XXXV. Non erat obsessis arcere pericula mortis virtus; quum Præses, Bernarius urbis abesset. Conf. Lambec. orig. Hamb. n. XVII.*

Opinio Autoris Apologiæ de jure ferendi statuta tempore Francorum.

Refutata vera bis Heineccii.

(n) Constat hoc ex fragmentis chartarum Comitum Holsatiæ apud LUBBERTUM PORETZ *in Excerptis MSC.*

Fide diplomatis an. 1234.

fideliter terminos a porta, quæ vocatur Mylderedor usque ad rivum Herwerdeshude & descendendo sicut idem fluvius influit in Albeam abinde autem directe trans Albiam, item a rivo Herwerdeshude ascendendo usque ad rivum Henninghude; abinde autem directe trans Alstriam ad rivulum, qui Schorbeck nuncupatur: abinde quoque sicut termini agrorum ALLODII *finiunt trans Albeam: ipsis & eorum civitati* CONTULIMUS *& contradidimus eo jure, quod* INTRA MUROS CIVITATIS *habere & hactenus habuisse dinoscuntur perpetuo possidenda. Concedentes ipsis etiam intra præscriptos terminos* (suburbanos) *jure utantur* OPPIDANO *quod* WICKBELDESRECHT *vulgariter nuncupatur. Quicquid autem intra eosdem terminos* DISCORDIÆ *sive quæstionis natum seu ortum fuerit,* INTRA CIVITATEM *debet omni modo judicari.* Parum caute in explicando hoc luculento diplomate versantur; qui ex illo nonsolum sibi fingunt conceſſionem *omnis jurisdictionis* ac *superioritatis territorialis;* sed & jus *singulare Statutarium Hamburgense jam tum scriptum & observatum* comminiscuntur. Qui vel in transcursu inspexerit copiosa germanicarum regionum diplomataria; infinita mox observabit argumenta, quod *concessis saltim* JUDICIIS neutiquam conceſſa simul dicenda sit omnis & suprema jurisdictio terræque superioritas (o). Si in quo alio, certe in enarrando rei judiciariæ argumento cauti & discreti sunt veterum beneficiorum largitores, judicia nunc restringentes ad cognitionem rerum *minorum* seu *civilium*, speciatim, iterumque extendentes ad causas criminales nunc leviores, nunc ad tertiam partem judicii majoris, nunc ad ipsas capitales (*) salvo tamen ubique domini

Collata salvo jure territoriali comitum.

Kilienſibus ad an. 1234. *Dicto anno idem Comes Adolphus IV.* HAMBURGENSIBUS *dedit libertatem omnium judiciorum his verbis: Donantes itaque & conferentes ex gratia speciali prædictæ civitati in Hamborch* NOSTRA JUDICIA *majora & minora & omnem libertatem eorum bona tranquillitate & in perpetuum eo jure possidenda & habenda, quo obtentis a glorioso Imperatore Friderico gratia & nostris concessionibus cives nostri intra omnem civitatem usos fuisse & frui hactenus dinoscuntur.* Quæ fere repetuntur ad an. 1235. *Volentes, ut civitas nostra Hamburg* JUSTITIIS *ac* JURIBUS LUBECENSIBUS, JUDICIIS *& utilitatibus omnibus fruatur quiete & pacifice.*

1235.

Jurisdictione concessa nondum concessa est superioritas.

(o) Recte ita HERTIUS *diss. de consultation. & Legibus* §. 17. *p.* 29. *Jurisdictione quocunque titulo a Domino regionis velut fonte justitiæ permissa, semper ea conditione data censetur, ut* SUPERIORITAS *ejus non lædatur, quod argumentum docte excoluit* ZIEGLERUS *de jur. Majest. L. I. c.* 29. §. 11. Et REINHARDUS *de jure foresteali German. Sect. III. p.* 152. *Jurisdictio patrimoniali etiam titulo alicui competens,* SUPERIORITATI *semper est subordinata, salvoque jure dominii territorialis intelligenda.* Quid? quod conceſſa urbibus & dynastis potestate *judiciaria*, non omnis sed civilis saltim seu inferior jurisdictio, aliquando etiam coercitio delictorum, sed *leviorum* tantum pœna non capitali seu corporis adflectiva expiandorum, data intelligatur, uti ex innumeris chartis constat & summatim docuit HEINECCIUS *T. II. Elem. jur. germ. L. III. T. I.* §. 61. 62. GEBAUERUS *diss. de jurisdictione c.* 2. *p.* 50. Facile tamen conceſſerim a Comitibus d. l. tum judicium *civile* tum *criminale*, seu qua formula LAMBECIUS, & qui eum sequuntur, usi sunt, *mixtum & merum imperium* Hamburgensibus conceſſum fuisse; tantum tamen abest, ut significatum *meri imperii* ex mente ICtorum romanizantium admitti patiar; ut potius hunc profligatum diutius errorem trans alpes olim natum longe abesse jubeam a puriori jurisprudentia publica *germanicarum regionum*, in quam eundem olim invexerant glossatores, qui merum imperium in jure Quiritum & Magistratuum Romanorum pro jure omnium *eminentiori* accipi videntes, illud ablone ad *Germaniæ* territoria traxerunt & sublimia Principum superioritatis territorialis jura, quin publica universim eodem nomine infelici ausu complexi sunt, uti patet ex PAURMEISTERI, STEPHANI *aliorumque* libris *de Jurisdictione.* Quorum alioque vulgares errores præcipue excusserunt LAUTENSACKIUS *diss. in specim. jurisprudentiæ otiosæ rom. in doctrina*: GRIBNERUS *diss. de juribus principum perperam ad jurisdictionem relatis hab. an.* 1712. *p.* 10 *sqq.* THOMASIUS *de jurisdictionis & magistratuum differentia ex moribus Rom. & Germ. & de* LUDEWIG *in proemio*, quod *singularibus juris publici* præmisit, *de principiis spuriis juris publici.* Nec facile puto obveniet quærenti privilegium, in quo Dominus beneficia juris & jurisdictionis civitati suæ indulgens, omni simul juri suo *supremo* & *territoriali* renunciaverit expresse. Tacite vero eundem illo se abdixisse, vel ipso facto donationis, quo jura quædam gratiose impertiit, cetera alia, quin ipsam territorialem potestatem perdidisse, non nisi temere unquam fingitur. Speciatim ex privilegiis a Comitibus civitati Hamburgo conceſſis constat, Comites sibi expresse reservasse *justitias jure hæreditario sibi competentes.*

Cum mero imperio non confundenda.

Nec concessa sunt judicia omnia ac suprema fide chartarum Meckl. & Holf. a. 1282.

(*) Declaratio Ulrici Epiſcopi Raceb. de juribus Eccleſiæ in Boitin an. 1282. *Igitur definimus quod vos in bonis vestris terræ prædictæ* MINUS *judicium, quod extendit se ad* LIVOREM *&* SANGUINEM, *quod* BLOOT *&* BLAWE *dicimus, & de his inferioribus, cum omnibus, quæ ad minus judicium pertinent, habeatis. Judicabit in his* ADVOCATUS *noster in bonis vestris in præsentia vestri Præpositi, vel sui missi, in quorum erit arbitrio, quid de judicato, vel secundum justitiam vadiato, velint dimittere vel recipere, quod non ad nos vel advocatum nostrum de his aliquid, sed ad Præpositum & ecclesiam pertinebit, liberam lignorum in bonis vestris habebitis sectionem:* MAJUS *autem* JUDICIUM COLLI *&* MANUS *super homines vestros apud Episcopum manebit.* Donatio Conradi Epiſcopi Raceb. an. 1288. *Conferimus ecclesiæ omnes petitiones ab hominibus in terra Boitin percipiendas,* MAJORE JUDICIO *in bonis nostris apud nos nostrosque successores Episcopos ex integro permanente,* MINUS *judicium in ipsis vobis recognoscimus & ideo vobis perpetua ordinatione & concessione donamus ut Blodt & Blaw & quicquid ad minus judicium pertinet in bonis nostris, absque advocati nostri præsentia, per vos vel vestros officiales judicare possitis & emendam illius fore facti. Si tamen in bonis vestris factum sive commissum fuerit ex integro valeatis tollere & habere. Verum si homines nostri in bonis vestris deliquerint, vestri officiales judicabunt sine advocati nostri presentia, sed emendam nobiscum æqualiter dividetis. Si autem homines vestri in bonis nostris deliquerint, sive ad majus sive ad minus judicium delictum pertineat, noster advocatus judicabit & quando vens emendare permittetur, eadem inter nos & vos æqualiter dividetur, non percepturi nos partem nostram, nisi vos vestram sitis integraliter consecuti.* Tabulæ donationis & permutationis Hinrici Dn. Magnopolensis in Vitelubbe an. 1327. *Addimus etiam præfatis mansis proprietatem precariam & Jus supremum manus & colli, omnem nichilominus jurisdictionem, que in istis nobis & nostris progenitoribus & successoribus nostris veris heredibus competebat, Preposito Priori totique capitulo ecclesie Raceburg. & tam notabiliter, quod*

1288.

1327.

domini ſuperioritate territoriali etiam eo caſu, quo civitates largiter inſtructæ ſunt civitatum juribus & judiciis (p). Quod vero laudatum *jus Weichbildicum Hamburgenſe* attinet; id certe hoc loco non peculiare jus ſcriptum vel uſum juris Statutarii Hamburgenſis ad novos civitatis terminos extendendum indicat, ſed competentiam innuit judicii oppidani, tractum fori & extenſionem jurisdictionis limitibus civitatis adſignatæ vulgo *Gerichtszwang*, *Gerichtsbarkeit*. Quinque enim argumenta in laudato diplomate curato ordine recenſentur; primo definiuntur termini territoriales & agrarii, vulgo *ſuburbani* extra muros urbis ſiti, qui civitati accedunt & ſubjiciuntur ex nova Comitum donatione; ſecundo confertur poſſeſſio *judiciorum*, quæ in his terminis hactenus ſpectaverant ad Comites & adminiſtratorio nomine ad ejusdem præfectos ac judices paganos. Tertio agitur de norma in judiciis ſervanda ſeu de jure, quo regi & judicari debebat novus iſte tractus ſuburbanus civitati adjectus. Nominatur hoc jus implicite in verbis: *ut* JUDICIA *noſtra* (intra novos terminos extra muros urbis collata) EO JURE *poſſideant*, QUO INTRA MUROS CIVITATIS (pp) *habere & hactenus* HABUISSE *dignoſcuntur*. Niſi vero Imperatoris Friderici I. & Comitum Adolphi III. IV. aliorumque fidem ſubleſtam & diplomata eorum ſuppoſititia temerario auſu dixeris, id ipſum jus fuit laudatum

Explicatio conceſſi juris Weichbildici.

Fide argumentorum diplomatis an. 1258.

(p) 3

quod cum precaria & ſupremo jure ſupradictis, detencionem decime prenotate ſe ad decem & octo annos extendentem, pro qua dictum capitulum conſules oppidi Godebuz impetebat, omnimode & plenarie reſtauravimus. Literæ confirmatæ emtionis villæ Dabel ab Alberto Dn. Megapolenſi datæ an. 1336. *Villamque a Ghyſele, relicta quondam Reymari militis de Mallyn,* VENDITAM *conventui Monaſterii in Dobbertin conferimus &* DONAMUS *eidem conventui cum ſingulis attinentiis & cum advocatia cum* JUDICIO MAJORI & MINORI *videlicet manus & colli, ſupremo & infimo, cum omni & pleno dominio atque* JURE, *cum omnibus* JURISDICTIONIBUS *& libertatibus.* Charta Bernhardi Domini de Werle de judicio in Sommerſtorp an. 1357. *Dotem eccleſiæ Warenſis duobus manſis dictæ villæ augmentavit cum ſervitio & judicio Vaſallorum noſtrorum (Mannrecht) LX. Solidorum & infra & tertia parte judicii manus & colli, nec non cum quinque manſis villæ Schonberg cum omni jure (judicio) vaſallorum noſtrorum, petitione omni majori & minori & media ſine quolibet ſervitio ac gravamine precum (bedarum) noſtrarum, videlicet conſtructione aggerum, urbium, pontium, vectigalium.* Literæ Adolphi Holſatiæ Comitis de jurisdictione in villa Grotenhargen an 1362. *Conventui novi monaſterii dimiſimus propter multimoda ſervitia* JURISDICTIONEM & JUDICIUM *majus & minus ſive colli & manus & omnem* ADVOCATIAM, *libertatem, utilitatem & omne jus prout progenitores noſtri ac nos habuimus.* Charta Alberti & Erici Saxoniæ Ducum de *venditione oppidi Molne an.* 1359. *Vendidimus conſulibus ac civibus Lubec oppidum noſtrum Molne cum* DOMINIO *noſtro &* ADVOCATIA *noſtra, cum curia noſtræ habitationis, teloneo, reditibus, cum omni jure &* JUDICIO *ſupremo ac infimo & omnibus aliis intermediis* JUDICIIS. Literæ venditionis villæ Borgh ab Hermanno Epiſcopo Caminenſi datæ an. 1280. *Dimiſimus conventui Doberanenſi villam cum terminis ſuis, cum judicio* SANGUINIS, *videlicet colli & manus &* CIVILI *cum omni jure & utilitate in pratis, paſcuis ſylvis & viis, decernentes, ut homines in præfatis bonis commorantes converſi & Seculares a conſtructione urbium & pontium ab exactione vectigalium, a petitione qualibet, ſervitio & omni expeditione ſint immunes niſi propter defenſionem aliud exigatur.* Plura exempla vide in diplomatario *Raceburgenſ. T. II. an.* 1323. *p.* 2242. *ſeqq.* in diplomatario *Doberanenſi Tom. III. an.* 1306. *p.* 1581. in diplomatario *Mecklenb. h. l. ad an.* 1329. *p.* 975.

1336. 1357. 1362. 1359. 1280.

(p) Privilegium civitatis Grabowæ a Volrado Comite Danneb an. 1259. & ab Ottone Marchione Brandenb. an. 1293. confirmatum: *Concedentes civitati noſtræ univerſa* JURA, *libertates gratias, conſuetudines* APPROBATAS, *proprietatem villarum Karſtede & Freſenburg cum univerſo* JURE SUPREMO & INFIMO *manus & colli, advocato noſtro nihil juris in his villis reſervantes. Item damus civitati proprietatem* JUDICII *veram ſive* JURIS (*judicii*) *habendi & fruendi cum advocatis noſtris præſentibus & futuris intra civitatem & extra tam longe veluti diſtinctio & terminus camporum veſtrorum, agrorum, nemorum ſe finit & extendit.* Literæ jurisdictionis Roſtoch. ab Alberto Duce datæ an. 1358. *Dimittimus Conſulibus & communitati civitatis noſtræ totum & integrum* JUDICIUM *noſtrum* MAJUS, MEDIUM *ac* MINUS & JUS *ad ipſum (judicium) pertinens ac* JURISDICTIONEM CIVITATIS *tam intra eandem civitatem, quam extra in terris & mari circumquaque prout in ſuis terminis & campi ſpaciis, vulgariter* MARCKSCHEDE *dictis, ſe extendunt, cum omnibus & ſingulis ſuis exceſſibus, delictis, punitionibus, correctionibus, remiſſionibus, utilitatibus, fructibus proventibus, & libertatibus, ac aliis attinentiis univerſis ad ipſos ſpectantibus, nullis penitus exceptis in agris, cultis & incultis, ſylvis & lignis, pratis, paſcuis, campis, ceſpitibus, nemoribus, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, ſemitibus, rubetis, piſcaturis, paludibus, manſionibus & Kothis perpetuis futuris temporibus libere & pacifice, prout nos anteceſſores ac progenitores noſtri prædictum judicium majus, medium & minus, ac jus & jurisdictionem cum exceſſibus, delictisque ex iis provenire patentibus & proventuris, ac punitionibus, correctionibus & remiſſionibus, eorundem cum omnibus attinentiis, fructibus, obventionibus & emolumentis in longum, latum, altum & profundum habuimus, tenuimus, & poſſedimus, & ſicut ad nos & noſtros anteceſſores ac progenitores hucusque ſpectabant, per eosdem Conſules & communitatem tenenda, habenda & poſſidenda, nihil penitus nobis aut noſtris heredibus ſeu ſucceſſoribus in eisdem judicio Majori Medio ac Minori jure, jurisdictionibus, exceſſibus, delictis, punitionibus, correctionibus & remiſſionibus, ac ſingulis ad ea ſpectantibus reſervantes; adjicientes etiam, quod dicti Conſules & eorum in perpetuum ſucceſſores licite poterunt prohibere, omnes* APPELLATIONES *faciendas & interponendas ad* CONSULES IN LÜBECK, *a quibuscunque definitionibus, pronunciationibus & ſententiis per eosdem Conſules Roſtoch dandis & ferendis, & eas etiam, quandocunque & quotiescunque ipſis placuerit, in omnibus cauſis generalibus & ſpecialibus admittere & prohibere, prout eorum fuerit arbitrii, commodi & voluntatis.* Ejusdem fere argumenti privilegia, Hamburgenſibus longe ampliora, indulta ſunt civitati *Loitzæ* a. 1242. civitati *Fürſtenbergæ*, a. 1324. *Wiſmariæ* a. 1266. 1305. 1308. 1329. aliisque, de quibus tamen nemo aſſeruerit, quod impetrata *jurisdictione*, ſuperioritatis jura impetraverint vel unquam eſſe deſierint in numero civitatum territorialium.

Neque conceſſis omnibus judiciis, conceſſa eſt jurisdictio ſublimis.

Fide diplomatis an. 1293. *Literarum ictionis Roſtochienſis an.* 1358.

Wiſmaria.

(pp) Quum hic generatim mentio fit moeniorum ſeu *ambitus civitatis*; opinabile omnino eſt, utramque partem civitatis, & antiquam & novam, ab Adolpho III. ad Alſtriam, usque ad portam mediam exſtructam (hodie dioeceſi Nicolaitanæ incluſam) hoc loco intelligi; quod etiam ex ipſis acceſſionum, quæ in hac charta deſignantur, *Hamburgi*

De uſu juris Lubecenſis in utraque parte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

datum *Lubecenſe*, quo hactenus in civitate uſi erant, quin cujus uſum Comites *Johannes & Gerardus* privilegia ab eorundem avo & patre civitati Hamburgenſi collata confirmantes, expreſſe ſtabiliverunt adhuc *an. 1264: Inſuper*, inquiunt, OMNEM JUSTITIAM *qua* LUBECENSES *in* CIVITATE *eorum frui ſolent, præfatis noſtris civibus conferimus & donamus* (q). Quarto ſubjicitur integer ſuburbanus diſtrictus formulæ judiciali civitatis ſeu indoli jurisdictionis oppidanæ, vulgo *juri Weichbildico*, quod nec *Magdeburgicum* eſt (r) nec *proprium ſtatutarium Hamburgenſe* (s). Tantum enim abeſt, ut jus Weich-

tur, terminis & allodiis ad Albim & Alſtriam ſitis colligitur. Neque dubitandum eſt, antiquam civitatem æque ac novam uſam fuiſſe juſtitiis Lubecenſibus. Non ſolum enim eædem fere juſtitiæ, quæ addito elogio *Lubecenſium juſtitiarum* a. 1232. novæ civitati conceſſæ ſunt, etiam antiquæ civitati jam tum a. 1189. a Comite Adolpho III. & Friderico I. imp. indultæ ſunt; ſed etiam in Adolphi IV. *chartis a. 1233. 1235.* agitur de uſu juris & juſtitiarum Lubecenſium in OMNI *civitate*. Accedit, quod in ipſis laudatis tabulis de jurisdictione & jure Weichbildico Hamburgenſium a filiis Adolphi IV. Joanne & Gerardo a. 1258. datis, non de uſu juris (nimirum Lubecenſis) intra novam civitatem, ſed *generatim* intra muros totius civitatis obtinente mentio facta ſit, quin etiam in confirmatione privilegiorum a Gerhardo Comite a. 1264. civitati Hamburgenſi impertita, obſervantia juſtitiarum Lubecenſium, civibus Hamburgenſibus univerſim commendetur & conferatur. Equidem opinabile eſt, Adolphum III nova civitati largis privilegiis & libertatibus, ut citius efflores ceret, donatæ initio indulſiſſe ſingularem jurisdictionis formam a finibus antiquæ civitatis ſeparatam; ſed dubio caret, utriusque civitatis jurisdictionis indolem eo tempore adhuc in rebus, quæ ad ordinem & decus civicum pertinent (hodie *Policey-Sachen*) ſaltim ſubſtitiſſe, parte illa rei publicæ, quæ judiciaria dicitur, Comitibus univerſim ſervata, qui juris & juſtitiæ adminiſtrationi præfecerant advocatum & juſtitiarios aſſeſſores. Neque tamen hæc civitatis antiquæ & novæ diſtinctio diu perſtitit; mox enim vel Adolphi IV. ætate circa a. 1233. vel certe ſub auſpiciis Comitum Jo. & Gerhardi a. 1258 evanuit, quo jam civitas & ſuburbia uno & communi jure *Weichbildico* dicuntur comprehenſa. Diſſentit LAMBECIUS *Rer. Hamb. L. II p. 76. n. 245.* ubi utriusque civitatis & binarum, quas olim exſtitiſſe fingit, curiarum conjunctionem demum refert ad a. 1292. quo civitas facultatem jura ſtatuendi impetravit. Seductus autem eſt autoritate vel rectius verbis paulo obſcurioribus *articuli I. Codicis Statutorum Hamburgenſium Mſc. a. 1497.* in quem *Hermannus* LANGENBECKIUS, *Conſul Hamb.* eod. anno gloſſas conſcripſit. En verba ipſa; *Deit de Rhadt und de Wittigeſten van Hamborch witlick alle denjennen, de nu hir ſind, und noch ſchœlen werden geboren, dat ſe ſick hebben voreinigt u. recht geſettet, alſe hirnha ſchreven ſteit; dat Hamborch* EIN *is u.* EIN BLIVEN SCHALL *jümmermehr u. dat men ſchall keſen in den Rhadt, jœgelicke bedarve Manne, ſo vor ſe beſeten ſyn in diſſer Stadt, de des Rhades werdich ſyn.* EIN RHADTHUS *ſchœll men ock hebben, und anders nein, und* EINE *Dingbanck darby, und de Markede ſchœlen bliven dar ſe ehr meren.* In explicandis his verbis gloſſator nilquicquam attulit de duabus curiis unquam conſtitutis; ſaltim de ſervanda in civitate & in judicio concordia diſſerit; in ipſo etiam proœmio commentarii, quod inſcripſit: *Wo Hamburch* IN EIN GEKAMEN *und mit wat Privilegien ſe begiffiet iſt:* egit de *Hamburgo ſenſim agente ſub dominio præfectorum* CAROLINGICORUM, *ſub Ducibus* SAXONIÆ *& Comitibus* SCHOWENBURGI ET HOLSATIÆ, *& coëunte demum in* CORPUS *abſolutæ civitatis, in Magiſtratum, in* CURIAM *&* JUDICIUM CIVILE; originem enim tam juris conſtituendi & eligendi Magiſtratum, quam habendi judicia & curiam refert demum ad annum 1292. quod falſum tamen eſt, cum poteſtas judiciaria civitati jam an. 1235. & 1258. conceſſa fuerit, ſalvo tamen jure præfecti ſeu advocati Comitum. Ipſe etiam LANGEBECKIUS mentem ſuam explicuit in allegati primi Articuli inſcriptione quam fecit: *Wo Hamborch in ein* THOENEN RHADHUSE *und tho ener Dingbanck* (in gloſſis: *capitolium, Prætorium*) *gebracht ſey by den Jahr 1292.* Plura argumenta de lubrico & nullo fere duarum, quæ olim exſtitiſſe vulgo creduntur, curiarum fundamento recenſuit eruditiſſimus RICHEY *c. II. Hiſt. Stat. Hamb. §. II. p. 46.* ubi præcipue notavit, quod ne in ipſis quidem antiquiſſimis *Ordaliorum Hamburgenſium codicibus & hæreditatum libris Seculi XIII. hujusque ævi diplomatibus* ulla inveniatur vola & memoria curiæ duplicis Hamburgenſis.

(q) LAMBECIUS *R. Hamb. L. II. p. 52. n. 165.*

Significatus juris Weichbildici apud Lubecenſes.

(r) Ita putat LAMBECIUS *d. l. p. 45. & 76.* quem ſecutus eſt BRUNQUELL *Hiſtor. jur. germ. p. 639.* cum tamen hoc ævo ipſum jus *Weichbildicum Magdeburgenſe* nequidem natum fuerit. Laudavit Imperator *Fridericus II. in confirmatione & ampliatione privilegiorum* LUBECENSIUM *an. 1226.* apud LUNIG *R. A. Part. ſp. Cont. IV. p. 1352.* itidem jus Weichbildicum: *Concedimus etiam Burgenſibus Lubecenſibus inſulam ſitam contra caſtrum Travemünde, quæ Priwole nominatur,* JURE CIVITATIS *de cetero* POSSIDENDAM, *quod* WICBELEDE *dicitur.* Quis vero hoc jus dixerit *Magdeburgenſe.* De uſu etiam & introductione *juris Magdeburgenſis* ſpeciatim *Weichbildici*, in his terris nilquicquam conſtat ex chartis & annalibus. Quamvis enim *jus Halenſe* ſeu *Holericum*, quod plerumque pro *Magdeburgico* accipitur, in chartis Neomonaſterienſibus & Eutinenſibus paſſim laudetur; alibi tamen evici, per hoc jus intelligi *Hollandicum colonarium.* Saltem in

Holſatos.

diplomatibus civitatum Pomeranicarum laudatur *jurisdictio & jus* MAGDEBURGENSIUM, ſpeciatim in privilegio civitati Stettinenſi a Duce Pomeraniæ Barnimo I. an. 1243. indulto & a Bugislao II. Duce Slavorum a. 1293. confirmato apud HERING *in der Hiſtor. Nachr. von Stettin p. 12. Notum eſſe volumus, quod nos civitati noſtre dedimus eam jurisdictionem que in* MAGDEBURGH *eſt. Ubicunque etiam in terra noſtra eſt* JUS MAGDEBURGENSE, *jura debent afferre in Stetin. Ne autem ſcultetus dicte Civitatis aliquod a nobis ſeu ab heredibus ſeu a ſucceſſoribus noſtris diſpendium vel damnum ſive violentiam patiatur, eidem ſtatuimus jus Magdeburgenſe firmiter obſervari.* Ampliavit hanc conceſſionem Bogislaus in ſingulari privilegio de Succeſſione conjugum, Stettinenſibus dato an. 1305. *Notum eſſe volumus quod nos de maturo vaſallorum noſtrorum conſilio dilectæ civitati noſtre* STETTYN *nec non civibus ejusdem ultra* JUS MAGDEBURGENSE *ipſis indultum a patre noſtro domino Barnim felicis memorie dedimus & donavimus duo jura ſpecialia ſub notata. Primum eſt quod de hæreditate quæ vulgariter* RADELEVE (Gerada) *nuncupatur, debent eſſe oves, vaſa argentea potuum, cochlearia argentea penitus amputata. In his enim idem jus obſervari volumus quod ibidem in ceteris bonis* HEREDITARIIS *& mercimonialibus obſervatur. Medietas autem menſalium, balneaminum, lectiſterniorum cum ſuis attinentiis ſpectabit ad* RADELEVE. *Alia horum medietas ceteris heredibus pertinebit. Velamenta vero que Ummehangelacken vulgariter nominantur, veſtes muliebres, fibule, annuli, ornamenta fabricata, que ſpectant ad veſtes mulieris, & cetera que ſecundum* JUS MAGDEBURGENSE *annumerari conſueverunt præter prænotata debent ad Radeleve integraliter pertinere. Secundum eſt, quod quicunque maritus non dat uxori ſue aliqua bona in* JUDICIO *confirmata* CORAM PREFECTO *&* SCABINIS, *ſi talis prius moriatur quam uxor, nec habeant*

Pomeranos.

Weichbildicum, quamvis jus dicatur, accipiendum ſit pro jure ſcripto municipali; ut potius

beant ſimul puerum vel pueros, uxor tollet omnium bonorum ſuorum tertiam portionem, ſi autem ſimul habeant puerum aut puevos, tunc cedit uxori tanta pars de bonis mariti premortui, quanta uni cedere poterit puerorum. Facile vero colligitur, quod in his chartis non *jus* WEICHBILDICUM *Magdeburgenſe*, ſed antiqua inſtituta Saxonica, conſuetudines & jura Saxonum intelligantur, in *judiciis* MAGDEBURGICIS ſub Ducibus Saxoniæ ſeu Burggraviis Magdeburgicis obſervata. Laudatum enim *jus Weichbildicum* demum a Scabinis Magdeburgicis qui a. 1294. inſtituebantur, ſenſim demum compilari cœpit, abſolutum circa initium Seculi IV. docente LEUBERO *de Stap. Saxon. n. 1389. ſqq.* Aliud dicendum videtur de conceſſione *Ducum Suantebori & Bogislai fratrum a. 1373. Dedimus dilectis noſtris Sculteto, Conſulibus, Scabinis & univerſis civibus inhabitantibus civitatem Stettin* JUS MAGDEBURGENSE, *ut ſecundum ipſum* JUS & STATUTA IPSIUS *ſua judicia faciant, judicent, & exerceant ſua jura, quemadmodum* MAGDEBURGENSES *judicant, & a quibus cum opus habuerint,* SENTENTIAS *afferant & requirant.* Sententiæ enim requirebantur a *Scabinatu Magdeburgico, inſtar reſponſorum legalium.* *Origines juris Weichbildici Magdeburg.*

(s) Conjiciente RICHEYO *d. l. c. 1. §. 16. 17.* ubi diplomatis verba explicuit *de uſu juris peculiaris* OPPIDANI *Hamburgenſis a Senatu civico jam tum* CONDITI, *ad novum ſaltim donati nuper territorii ſuburbani tractum extendendo.* Vellem, illum juris ejus, quod exſtitiſſe & ante annum 1258. in civitate viguiſſe dicitur, puſilli aliquid veſtigii indicaſſe. Fruſtra enim de extenſione juris oppidani, quod conditum dicitur, diſſeritur de cujus exiſtentia, codice & compoſitione (ne dicam promulgatione) nondum conſtat; cujus originum & acceſſionum veſtigia equidem *inquiruntur, ſed demonſtrari nondum poſſunt* ipſo fatente *Cl.* RICHEY *d. l. in fine §. 17. p. 14.* Præſtat itaque conjecturis & incertiſſimis rebus ante ferre certa jura & publicam fidem chartarum, quæ luculenter evincunt, Hamburgum eo quidem ævo, quo jus ejus civitatis ad ſuburbii uſum translatum dicitur, uſum fuiſſe jure *Lubecenſi.* Dubium, quod de voce *juſtitiarum*, obmotum ſcio, omne, puto, ſponte corruit vel demum ad logomachiam redit, certe ex ipſis prorſus confutabitur antiquiſſimis Codicibus JUSTITIARUM *h. e. jurium Lubecenſium.* Unicum, quod apparens eſt, dubium, movebitur ex chartis huic Tomo inſertis Comitis Adolphi IV. qui a. 1235. civitati Oldenburgo & a. 1536. Plœnæ conceſſit uſum juris *Lubecenſis* & exiſtente caſu belli cum Lubecenſibus, *juris* HAMBURGENSIS *civitatis.* Eritne igitur jus Hamburgenſe *hujus ævi* diſtinctum a jure Lubecenſi? Non equidem ita exiſtimo. Unius ſaltem juris Lubecenſis uſum in his chartis confert & commendat Comes, qui cives Oldenburgenſes & Plœnenſes, exiſtente belli caſu, ad civitatem Hamburgum jure Lubecenſi æque inſtructam in eum finem ablegat, ut in cauſis dubiis, more inter civitates tunc recepto, requirere ibidem poſſint ſententias & explicationes juſtitiis Lubenſibus convenientes. Patet hoc ex ipſis chartarum, quas citavi, verbis, in *recentioris ævi* documentis fere repetitis, docente charta Gluckſtadienſi a. 1614. h. l. p. 3265. Qui aliam chartis veteris ævi mentem intulerit, ſubvertat neceſſe eſt tum fidem annalium, tum ipſius Comitis Adolphi IV. qui ipſe a. 1232. & 1233. Hamburgenſibus uſum *juſtitiarum Lubecenſium* expreſſe indulſit, quin ipſo a. 1235. denuo confirmavit. Neque inſolitum eo tempore fuit in diplomatibus de receptione & uſu juris Lubecenſis exaratis, Lubecam civitatem ceu Legum matrem & aliam adhuc civitatem, vel etiam duas civitates jure Lubecenſi *præcipue* donatas denominare & ad earundem judicia & obſervantias, civitatis, cui ejusdem juris uſus confertur, normam forenſem componere & attemperare. Sæpe etiam nequidem civitatis Lubecæ mentio injicitur, ſed ſaltim nominatur civitas, uſu juris Lubecenſis inſtructa. Teſtatiſſimum hoc eſt ex laudatis chartis, ſpeciatim ex literis fundationis & dotationis civitatis Damgarden a Jaromaro Principe Rugiorum a. 1258. datis: *Dictæ civitati conceſſimus in commune, jus tale quale hi de* LUBECK *& hi de* STRALSUNDE *nunc habent vel hactenus habuerunt.* Sundenſes autem eodem jure Lubecenſium donatos fuiſſe, conſtat ex *Wyceslai Principis donatione data Charentziæ a. 1232, repetita a. 1243. Pervni VI. Cal. Mart. Novæ civitati in Stralſund & omnibus Chriſtianis fidelibus inhabitare eam volentibus contulimus eam* JUSTITIAM, *quæ civitati* ROSTOK *a Domino Borwino eſt collata:* & confirmata a *Witzlaffo* a. 1314. *Hebben gegeven, un gelaten ewiglick unſer leven Stadt thom Stralſunde und allen Inwanern derſülven Stadt de nu ſind un noch thokamende ſind, all ſo thane Rechtigkeit und Frieheit als de Stad tho* ROSTOCK *von Hr. Borwino un ſinen Kindern Hinricke und Clauſe von Olders gegeven und gelaten. Quämet alſo dat icht en ſchäge dat Roſtock in ereu Recht und Frieheit kränckt würde, jedoch ſchall unſe Stadt thom Stralſunde und alle Inwoner by ſithanen Rechte und Frieheit blieven ewiglich. Vorbath wolde jennich Mann ſchuldigen unſern Börgern thom Stbalſunde vor den Vagt, und vor die Rathmanne tho richten, alſe ein Stade Recht iſt, ide wäre dat he butern an einem andern Rechte brächte, edder dat me ene thoſprächte ümme Lehnguth dar hiemann van wäre &c. Wortmehr der Frauen und der Makes willen unſer Stadt thom Stralſunde, geven wy und ſonderlicken gönnen en das, dat ſe mögen und ſchölen ere beſchuldene Urtheile vören und lathen tho* LÜBECK; *Vortmehr beides willköre und aller andern Frieheiden als ſe van Olders hebben gehad ſchölen ſe brucken.* De Roſtochio, puto, res conclamata eſt. Burewinum enim huic civitati *beneficia* JURIS LUBECENSIS *civitatis* contuliſſe docet ejusdem charta *a. 1218. VIII. Cal. Jun.* exarata, quam confirmavit Hinricus Dn. Magnopolenſis a. 1252. hac formula: *indulgemus prætaxatæ civitati omnem* JUSTITIAM & INTEGRAM JURIS *conſervantiam* LUBECENSIS, *quam in noſtris progenitoribus hactenus tenuerunt:* Ut & Hinricus Dn. Magnop. & Stargardiæ a. 1323. *ipſis in perpetuum concedimus omnes libertates & proprietates tam intra quam extra civitatem ac* INTEGRITATEM JURIS LUBECENSIS *prout eisdem a prima fundatione civitatis hactenus gaviſi ſunt.* Pari ratione Witzlavus in privilegiis civitati *Tribuſeæ* conceſſis a. 1285. civibus contulit *eam libertatem quam Burgenſes habent in* ROSTOK, *nimirum in cauſis quibuslibet* JUS LUBECENSE *jugiter exequendum.* In privilegiis oppidi *Gadebuſi a. 1218. 1225. 1241. 1260. 1271. ſeqq.* datis nominatur aliquando norma juris Lubecenſis & Roſtochienſis, aliquando Lubecenſis tantum, ut in charta Burewini a. 1225. & 1226. *Si quis ibi movitur ſine hærede, ejus res anno ſerventur, ſi nullus expoſcit poſt ſpatium anni, dimidiam partem judex, reliquam earundem rerum civitas recipiat; in ceteris ſequantur jus & judicium* LUBECENSIS *civitatis.* Et in charta Hinrici Dn. Megapolenſis: *Notum facimus, quod nos dilectis civibus in civitate* GOTEBUTZ *in paſcuis ſuis, pratis & ſilvis, quam longe ejusdem Civitatis emunitates limitantur, pro eo, quod nobis paratum ſemper & fidele, quotiescunque ab ipſis requirendum duximus obſequium, præſtiterunt, contulimus* INTEGRUM JUS LUBECENSE. Quin in *dotatione civitatis Wolgaſt, Uckermundæ data a.* 1282. Bogislaus Dux Slavorum jura oppidi Wolgaſtenſis confert ad normam trium civitatum: *Civibus ibidem omnem libertatem & jus quod* LUBECENSES, GRYPHSWALDENSES *&* DIMINENSES *habere noſcuntur legitima donatione donavimus, totamque inſulam de media aqua ad jus dictæ civitatis condonamus; præterea* OMNE JUS, *quod iſdem cives in Wolgaſt habuerunt a primo* FUNDATIONIS *tempore, in inſula Svante Weſtrove & in angulo Penemunde, obtinebit tempore ſempiterno.* Apud Gryphswaldenſes vero & Deminenſes uſum juris Lubecenſis ſaltim obtinuiſſe, nemo inficiabitur, qui inſpexerit verba diplomatum a. 1250. 1264. 1278. & 1292. *in præf. ad Tomum III. p. 117. allata.* Quibus accedunt verba ex charta Bugislai ducis Slavorum a. 1289.

Jus Weichbildicum Hamburgenſe non eſt jus peculiare ſcriptum.

Uſi ſunt Hamburgenſes jure Lubecenſi.

Dubium ex diplomatibus Holſaticis.

Reſponſio ex diplomatibus Seculi XIII. XIV.

Speciatim civitatum Pomeraniæ.

Roſtochii.

Tribuſeæ.

Gadebuſi.

Wolgaſtiæ

Gryphswaldæ

potius ubique fere a jure *scripto* statutario & forensi luculentissime distinguatur (t). Sal-

Sternbergæ.

Plawæ.

Marloviæ.

Argumentum ex Diplomate Adolphi III.

Dubium de differentia jurium & privilegiorum.

Responsio fide diplomatum.

Dubium a defectu appellationum ad Lubecam petitum.

Responsio.

Aliud dubium ratione judicii tetrapolitani Holsatici remotum.

Dubium de discrepantia Codicum.

a. 1289. *Dilectis nostris consulibus & burgensibus universis civitatis nostræ Grypswold donavimus* OMNE *jus & libertatem quam civitas* LUBECENSIS *sive ipsius civitatis incolæ habere dinoscuntur, ita quod infra terminos & portum civitatis nostræ prædictæ consules & burgenses nostri prælibati cum ipsorum successoribus eis pro tempore legitime succedentibus, ipso jure eademque libertate jam prænotata gaudeant in perpetuum & fruantur.* Aliud exemplum exstat in privilegiis civitatis Sternbergæ, ab Hinrico Domino Megapol. indultis *a. 1309. h. l.* quibus oppido confertur usus *juris Parchimensis civitatis*, quæ nullo unquam peculiari jure statutario instructa fuit, saltem ab Hinrico Burewino II. a. 1218. donata est *jure Lubecense*. Equidem, si verba diplomatis sectatus fueris, facile dixeris hanc concessionem intelligendam esse de peculiari saltim privilegio & modo judiciali Parchimensium in *percipiendis & dividendis inter dominum & civitatem pœnis pecuniariis* observato; sed clare ex aliis chartis constat, intelligi usum recepti *juris Lubecensis*. In literis enim, quibus Hinricus Dn. Magnopolensis a. 1321. civitati Plawæ jus Parchimense concessit, laudatur non solum teste LATOMO *in Append. voce Plawæ* ipsum jus Lubecense; sed & in ejusdem Henrici privilegio a. 1325. Oppidanis Sternbergæ indulto confirmatur usus *juris parchimensis ad integritatem juris civitatis Lubecensis*. Idem factum est a Duce Hinrico, qui civitati *Marlovio* a. 1459. impertiit usum juris Lubecensis: *Baven dit hebben wy en gegeven ein Stadrecht tho hebbende und tho förende as et tho Lübeck und Rostock eine Wiese und Wanheit is.* Quibus exemplis haud incommode annumeraveris argumentum diplomatis, quo Adolphus IV. Comes Holsatiæ Hamburgensibus immunitates a Patre Adolpho III. concessas confirmavit apud LAMBECIUM *L. I. R. H. p. 29. n. 101. Et in pascuis & lignis ad comburendum libertate gaudebunt, quam constat eos retro actis temporibus possedisse; & in reliquis jure fruantur* LUBECENSIUM & SUSATENSIUM. Nemo vero ignorat, Sosatiæ Leges ab Hinrico Leone translatas fuisse ad Lubecam adeoque utriusque civitatis jura eo ævo eadem fuisse & communia. Quamvis enim non desint, qui ex ARNOLDI *Lubecensis verbis L. II. c. 35.* probare satagunt, justitias secundum jura Susatiæ Lubecensibus concessas non fuisse jura privata & statutaria, sed *privilegia & jura publica*, ad utilitatem ex circumjecto territorio capiendam pertinentia; hæc tamen interpretatio nec historicis nec Ictis nec rei ipsi satisfacit; perinde etiam est in sensu effectuque *civili*, dare civitati statuta & conferre beneficia vel jura publica, populica, ad utilitatem communem pertinentia in terræ limitibus, in campis, in agris, pascuis, sylvis. Ad civica enim & oppidana jura omnino spectant *privilegia* & libertates civitatum, quæ vulgo dicuntur jura *singularia* & *Weichbildica*. Ex innumeris Seculi XIII. & XIV. diplomatibus luculentissime intelligitur, quod usus *juris & judiciorum* & usus *rerum ac libertatum* distinctim recenseantur, ita ut civitati singula singularibus donationum chartis conferantur, sæpe etiam utraque argumenta tam LEGUM quam PRIVILEGIORUM *exemtionum & utilitatum communium*, in uno eademque diplomate, quo de usu juris Lubecensis agitur, connexa ratione invicem conjungantur vel suo ordine repetantur; quod qui saltim inspexerit diplomata civitatum speciatim *Pomeraniæ*, *Megapolcos* & *Holsatiæ*, vel ultro fatebitur. Nec veritati de *juris Lubecensis recepto olim apud Hamburgenses usu* quicquam detrahitur ex eo, quod non detur exemplum appellationis a judicio Hamburgensi ad Lubecense, monente RICHEY d. l. c. 2. §. 13. Nec enim ullum provocationis a judiciis *Wismariensium*, *Kiloniensium* & *Rostochiensium* ad Athenas Lubecenses exemplum authenticum ex Seculo XII. & XIII. hodie exstat vel hactenus investigari potuit, quamvis de recepto jam tum in dictis civitatibus jure Lubecensi aperte constet. Usus etiam juris Lubecensis apud Hamburgenses ipso Seculo XIII. ad finem vergente, evanuit, concesso a Comitibus jure promulgandi statuta peculiaria. Neque ad causam facit dubium, quod idem AUTOR *d. l. c. 1. §. 32. p. 29.* adsperserit: *mirum esse, cum per annos plusquam ducentos Hamburgum juris Lubec. possessione gaviſum dicatur, ex tanto temporis spatio ne unum quidem proferri posse exemplum causæ Hamburgensis devolutæ ad judicium Holsatiæ tetrapolitanum, cujus norma judicialis est jus Lubecense.* Hoc enim judicium demum a. 1496. institutum est, uti constat ex tabulis fundationis h. l. p. 2347. sqq. Quod demum d. l. p. 49. de discrepantia codicum statutariorum civitatis Lubecensis & Hamburgensis adjicitur, causæ parum adspirat. Ipsi enim antiqui Codices statutorum Lubecensium Seculi XIII. XIV. XV. & in forma verborum & in ordine legum miram ostendunt dissimilitudinem, quæ tribuenda est diversis hujus ævi codicum autoribus, quorum aliis alia placuit œconomia operis, vel privata cura vel publica autoritate collecti, novis etiam accessionibus sensim aucti. Quæso, quam copiosa est antiquorum ipsius juris statutarii Hamburgensis codicum Seculi XIII. in verbis & argumentis mutatio, quæ insignis istius juris discrepantia, si codices laudatos conferis cum codice Langenbeckiano, publica autoritate a. 1497. confecto? Nulla etiam a discrepantia antiquorum Codicum juris civitatis Lubecensis & Hamburgensis est consecutio ad negandum juris veteris Lubecensis apud Hamburgenses usum, de quo constat diutius ante delineatos & promulgatos juris Hamburgensis codices. Nec quæritur: an in Oeconomia seu dispositione articulorum codicis juris antiqui Lubecensis & Hamburgensis reperiatur convenientia? Quis enim unquam dixerit Hamburgenses in compilatione peculiaris juris civitatis examussim secutos fuisse ordinem articulorum veteris juris Lubecensis? Quæstio saltim est de juris Lubecensis Argumentis, quorum olim apud Hamburgenses usum asserunt diplomata & annales plenæ fidei. Neque tamen dici potest, nullam prorsus reperiri convenientiam *Codicum juris utriusque civitatis antiquissimorum*; produnt enim & in verbis & in ipsis legibus & jurium argumentis sæpe mutuam amicitiam, cujus vestigia quædam notata vides ad antiquissimum juris statutarii Hamburgensis codicem, quem in lucem protraxi h. l. p. 2083. sq. Ipse etiam laudatus RICHEY non potest non fateri, codicis statutarii antiqui Hamburgensis *leges, præsertim ad communem civitatis utilitatem & ad crimina pertinentes, varo discrepare a statutis antiquissimis civitatis Lubecensis.* Jam vero certum est, jurisprudentiam antiquissimam tum Germanorum veterum universim, tum speciatim Lubecensium, absolutam fere fuisse in consignandis legibus circa res communes & publicas & circa delicta præcipue. Nec video, qua ratione & in quem finem moveri possit quæstio: Sitne Lubecensis Statutorum codex magis quam Hamburgensis pro exemplari habendus? Ut supra enim dixi, facta olim Sec. XII. & XIII. juris Lubecensis apud Hamburgenses receptio non probatur ex collecto circa annum 1270, codice Hamburgensi; nec causæ decisio pendet ex quæstione: *An codex Hamburgensis sit exemplum codicis statutarii Lubecensis?* quam nemo unquam affirmaverit, codex enim laudatus Hamburgensis cum singulari industria ex variis juribus Lubecensi, Saxonicis & Hamburgensibus domesticis institutis a. 1270. collectus, vim demum Legis obtinuit a. 1292. ut infra dicetur fusius. Lubecensem autem statutarium codicem reputare pro exemplo codicum juris Hamburgensis, quorum antiquissimus scriptus est a. 1270. id idem est, ac ex nihilo aliquid repetere, rebusque non existentibus affectiones vindicare. Nisi enim testatissimas in dubium vocaveris historiarum tabulas & rationes, expeditæ omnino veritatis est, quod Lubecenses antea diutius, Seculo quippe XII. circa a. 1158. jure suo statutario instructi fuerint usque jam tum & Seculo XIII. codicibus juris Lubecensis latine & ver-

Saltim legitimum complexum ditionis finiumque universi territorii & jurium Magistratus

vernacule conscriptis, quorum exempla cum civitatibus Cimbricis & Holsaticis &, quod alibi probabitur, cum ipso Hamburgo communicarunt a. 1232. forte & a. 1240. *vide Tom. III. Monum. n. XX. p. 610.* Quæ cum ita sint, properate falsitatis accusatur opinio CYRIACI SPANGENBERGII, DANCKWERTHI, HENR. MEIBOMII, JO. MOLLERI, HEINECCII aliorumque, qui Hamburgenses olim (& ad annum usque 1292.) usos fuisse jure Lubecensi recte asserunt. Quibus accedunt CHR. GODOFR. HOFFMANNUS *progr. de juris Lub. antiquo quodam codice:* RICCIUS *in Histor. jurium Statutar. L. I. c. 7. p. 126.* BANGERTUS *in Orig. Lubec. T. I. p. 1295.* & triumviri Hamburgenses, Syndicus & Consules: TRAZIGERUS *Chron. Hamb. ad a. 1226. Gerhard* SCHRÖDER *in observat. de juris Hamb. orig. h. l.* & HERM. LANGENBECK *in proem. ad Commentarium Codicis juris Hamb. a. 1479. Johan und Gerd bestedigten den von Hamborch dat Privilegium* (Adolphi IV.) *welck Gerdhard vermehrde mit alleu Richtigheiden der de* VON LÜBECK *in erer Stad plegen to brucken, so dat sulve ock nahmals van Kayser Frederich den III. ward verlovet a. 1415. ock geven de Grafen den von Hamborch* WICKBELDES *recht buten den Porten to brukende, so verne de ende in dem Breve bestemmet sich streken. Johannes der andre und Aleve hebben beyde dat upgemeldte Privilegium van Worden to Worden bevestiget.* Et porro: *Indem van anbeginne der Christenheit de Greveschop tho Holsten van dem Hertogen tho Sassen vorlenet wort, in welcken Hertochdohm sünderlick Recht van dem Koning Carl was erworven und bestediget, nha Christi Geborth alse me schreff VIII. und X am Sövenden Dage synes Rickes am X. Dage February, so de Gloss. Speculi betüget III. Art. 82. l. 18. Uth welckem Rechte (de Sassesche Speickel genömet) gemenlicken deser Lande und Stede Rechte erwossen und entspraten syn, so de Historien betügen, dat Hertoch Hinrich de Lowe dat* LÜBESCHE RECHT *daruth schall hebben gesettet. Sunst erfindet sick ock in Warheit dat vele Gesette des Stadt-Rechtes tho Hamborch van Worden tho Worden uth Saxesschen Rechte syn genahmen &c.*

Consensus Ictorum & Historicorum.

(t) Impositi appellatio JURIS *Weichbildici* LAMBECIO, præcipue JOANNI MÖLLERO, qui *in Isag. ad historiam chersones. cimbricæ P. III. c. XI. p. 622.* asserit, Comites a. 1258. Hamburgensibus concessisse *jus peculiare municipale*, cujus tamen nullibi vola nec scripti codicis reliquiæ reperiuntur. Idem docet Ictus Jenensis KEMMERICHIUS *in eruditissimis accessionibus instit. juris civilis Tit. VII. §. 9.* putans: Abrogato Saxonico jure a. 1258. a Comitibus civitati datum fuisse jus proprium Weichbildicum. Neque tamen omne, ut notissimum videtur, quod solenni *juris civitatis* nomine insignitur, est jus conditum, in literas relatum; sæpissime enim eo nomine indicantur consuetudines, privilegia, libertates, forma civitatis, jurisdictio, judicia. In chartis Mecklenburgicis sigillatim in privilegio supra citato civitatis Plawensis a. 1235. h. l. p. 929. laudatur jus *Provinciale* LANDRECHT, cujus tamen juris, quod privilegiis & observantiis provincialibus innititur, codex nunquam exstitit nec hodie promulgatus est. Provocatur ibidem & in *Burewini Domini literis privilegii civitatis Parchimensis* a. 1218. ad JUS, *quod Mannrecht* dicitur; quod nonnemo apud SCHRÖDERUM *in Megap. papistica p. 910.* prorsus incongrue explicuit de *codice juris feudalis Longobardici.* Saltem enim agitur *de* JUDICIO *Vasallorum & possessorum rerum feudalium.* Eodem sensu in diplomatibus Doberanensibus ad a 1293. p. 1545. & passim alibi (& in chartis Bordisholmensibus sæpe laudantur *communia* JURA TERRÆ, non scripta, sed consvetudinaria ac forensia, nimirum observantiæ & instituta *Judiciorum* & *jurisdictionis.* Ita in jure Scanico, quod huic Tomo inserui, *Libro VII. §. 16.* laudatur JUS PROVINCIALE & GENERALE, quod tamen *Judiciorum* saltim *instantias*, *mallum* judicialem provinciæ & terræ omnis indicat. Nec, quod in documentis & actis Holsaticis, præcipue provincialibus *Msc. Vol. IV. p. 581.* ibique in regia & ducali propositione comitiali Flenopolitana a. 1649. laudatur *jus nundinarum solennium das* UMSCHLAGS-RECHT, scriptum est, sed observantiis comprehensum. In diplomatario Neomonasterienssi ad a. 1349. occurrunt prædia sita sub JURE SAXONUM, h. e. sub Saxonum tractu & jurisdictione, vulgo *Saxenbann.* Speciatim JUS *Weichbildicum* plerumque significat jurisdictionem, formæ civili & limitibus civitatis adstrictam, ab ipso juris scripto codice & jurisdictionis norma omnino distinguendam. Audiamus verba, quibus in distinguendo *jure statutario Lubecensi* & *jure Weichbildico* usus est Henricus Dominus Megapolensis in literis venditi Wismarienssibus molendini a. 1300. *Quod quidem Molendinum cum omnibus juris partibus nominatis & nominandis, dictis Consulibus & universitati & eorum Successoribus, ea libertate, qua ipsam ab antiquo possedimus secundum* CONSVETUDINEM *patriæ ve signavimus, absque conditione servitii seu homagii, pleno jure* LUBECENSI, & JURE MUNICIPII *quod vulgo* WICKBELDES-RECHT *dicitur, justo proprietatis titulo perpetuis temporibus libere possidendum* Idem constat ex Bogislai, Barnimi & Ottonis Ducum *privilegiis civitatis Deminensis a. 1292.* in quibus post concessum civitati usum *totius juris Lubecensis* terminos civitatis distinguunt & civibus usum rerum communium, seu jura, quæ publica dicuntur, indulgent. Digna est charta, inedita adhuc, quæ instar probationis eorum, quæ supra de usu juris Lubecensis & usu rerum civitatis disserui, prolixius exscribatur: *Noscat felix Successio futurorum, quod nos deliberatione fidelium nostrorum, provida accedente & requisita, meritis etiam consulum & Burgensium nostrorum dilectorum de DEMIN exigentibus, nec non motu proprio & libero renovamus eisdem Burgensibus ea Privilegia, qui progenitorum nostrorum tempore habuerunt. Dantes eidem civitati nostræ Demin* TOTUM JUS, *quod* LUBEKE *habet, ita quod dicta civitas integraliter ipso jure utatur, quod civitas Lubeke verum esse dixerit sive justum. Termini vero dictæ civitatis taliter distinguuntur, videlicet, de vado villæ Brunsow supra Babitz, exinde supra Penam inde descendendo per Penam usque ad distinctiones & terminos Domini Witzlai Principis Ruganorum, inde directe per medium paludis Crotznis supra Treble usque ad metas Principis jam prædicti; Prædictos autem terminos, cum sylvis pratis, agris, aquis, pascuis & omni utilitate, quæ nunc in ipsis est, vel in futuro haberi poterit dictæ civitati apponimus eo jure, quod* STADES-RECHT (*Wickbild*) *dicitur in vulgari. Præter ista nemus quod dicitur demminsche Wold cum Pagencnoke ad usus tantum reponimus civitatis. Damus siquidem eisdem Burgensibus in stagno Cummerow piscandi liberam potestatem. Habebunt etiam liberam velificationem cum suis mercibus simul & piscationem per dictum stagnum & Penam, infra & supra a rota molendini ante Malchin usque ad salsum mare, exeundo pacifice pariter & intrando adjacentes, ne quæ ab aliquo fiant clausulæ sive structuræ in Pena sive alibi civitati in præjudicium vel gravamen Eandem libertatem piscandi, velificandi in aquis Treble & Tolensa possidebunt terminos infra nostros. Volumus etiam, incolas sæpe dictæ civitatis per totum nostrum* DOMINIUM *ab omni telonio &* UNGELDO *esse liberos & exemptos. Item Burgenses, qui se ad petendum mare expedierint pro sua libera velificabunt voluntate, & commodo nostro & nostrorum officialium offendiculo non obstante & noster Advocatus nullum penitus interdictum de Annona faciet educenda, nisi cum consensu nostrorum vasallorum & consulum civitatis. Item per currus molendinorum circumjacentium annonam de nostra civitate Demin molendi gratia educent sine omni offendiculo & reducent; proprietas etiam harum villarum Rustow, Rantekow, Mette, Woteneke, Seedorp, Thoze, Wolquardisdorp, Nossendorp, Dronnevitz, Dummer.*

Opinio Lambecii. Möllerii. Kemmerichii.

Jura, quæ laudantur, oppidana sæpe carent scripturæ.

Jura provincialia.

Mannrecht.

Umschlagsrecht.

Speciatim Weichbildrecht.

Quod a jure scripto sæpe distinguitur in chartis civitatis Wismariæ. Demini.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tus ipſi adnexorum indigitat; ſpeciatim (u) hoc loco ſignificat formam communis jurisdictio-

Kiliæ.

Stadæ.

Jus Weichbildicum ſæpe notat judicium, tractum jurisdictionis.

Conſenſus Grupenii de ſenſu Diplomatis Hamb.

Riccii.

mendorp, cum omni jure & utilitate, cum ADVOCATIA, *præcaria, moneta, cum* JUDICIO *manus & colli, cum terminis & in his contentis, in campis, ſilvis, pratis, aquis, paſcuis, ſimpliciter cum omni jure, quod in ipſis habuimus, vel adhuc tempore procedente, in eis inveniri poterit vel acquiri, dilectis dictæ civitatis inhabitatoribus donare decrevimus perpetuis temporibus feliciter poſſidendis.* Spectant huc Joannis Comitis Holſatiæ literæ donationum, quas civitati Kilonienſi a. 1313 impertitus eſt, in quibus *jus Weichbildicum* ſeu terminos jurisdictionis civitatis luculenter diſtinxit ab *ipſo jure*, quo cives utebantur, *Lubecenſi*, uti infra ex verbis diplomatis conſtabit explicatius. Accedit Privilegium civium Stadæ ab Ottone IV. Imp. datum a. 1209. apud MUSHARD *in monument. nobilit. antiquæ Brem. & Verdenſ. p. 155. Omnes autem areas cet. tradidimus Burgenſibus ſub jure, quod vocant* WICKBELLETE *ita ut ab omni* JURE QUORUMLIBET & EXACTIONIBUS & JUDICIO *ſint exceptæ ut nulli de iis aliquid reſpondeant, niſi ſoli* ADVOCATO *civitatis qui dicitur* WICKVAGET. Addo *literas Ulrici Epiſcopi Naumburgenſis* de dominio centum & octo agrorum abbati Pfortenſi an. 1312. indulto apud PERTUCHIUM *Chron. Port. p.* 128. in quibus decimæ, *quæ de iisdem agris ſolvi conſueverunt, reſervantur eccleſiæ Naumburgenſi &* JUDICIO *Pfortæ civitatis,* QUOD WEICHBILD *nuncupatur.* Convenit hæc juris Weichbildici de civica jurisdictione & judiciaria poteſtate, explicatio non ſolum ipſi juri Saxonico Weichbildico *art. IV.* ubi *binnen* WEICHBILDS-RECHT *geſeſſen* idem eſt, ac ſubeſſe jurisdictioni urbanæ; ſed & ipſis antiquis Statutis civitatis Lubecenſis a. 1240. quorum ſpeciales de *jure Weichbildico* articuli recitabuntur infra. Plura exempla occurrunt in chartis Molnenſibus *an.* 1254 1262. 1263. 1272 1302. apud *illuſtrem de* MEIERN *in deduct. de Dominio & Advocatia Molnenſi a.* 1740. *ed. in append. n.* 1. *ſqq.* in quibus, prævia utilitatum, ſylvarum, paſcuorum, agrorum donatione, civitates & villæ ſuis terminis circumſcribuntur & *intra hos civitatis ejusque bonorum limites conſertur* WICKBELDESRECHT *in und buten de Statt to weldigen.* In chartis *Jo. & Alberti Ducum Saxoniæ* datis Lowenburgi a. 1272. & 1302. accedit donatio JURIS LUBECENSIS: *Notum eſſe cupimus quod nos dimittimus Burgenſibus in Molne libertatem in agris, in lignis, in paſcuis, in aquis, in pratis, quam ab antiquo a patre noſtro bone memorie habuerunt, & jura etiam civitatis* LUBICENSIS *in cauſis ſuis terminandis & in ſententiis, ſi neceſſe fuerit, afferendis, volentes etiam, quod quicumque eos in libertate & jure eis a nobis dato offendere preſumpſerit, emendet in gratia aut in jure. Adjicientes etiam, quod hi, qui adhuc Molne venturi ſunt, ad faciendam manſionem ibidem, libertate & jure gaudeant ſupradicto.* Quæ cum ita ſint; recte de Hamburgenſium jure Weichbildico judicavit GRUPEN *Discept. for. Obſerv. II. p.* 752. *Die Altſtad hat ihr beſonder Weichbild-Recht oder jus oppidanum gehabt, als deſſen in Privilegio Jo. & Gerhardi comitum Holſatiæ a.* 1258. *apud Lamb. Orig. Hamb. L. II. p.* 45. *ſchon gedacht wird, in welchem der Stadt nicht allererſt ein* WEICHBILDRECHT, *vielweniger das jus Magdeburgicum gegeben, ſondern nur ein gewiſſer Diſtrict in dem nahmhafft gemachten Bezirck, unter ihr Weichbild, oder ſub* JURE OPPIDANO *mit geſetzet worden.* Nolim, putes, virum rerum harum intelligentiſſimum in animo habuiſſe peculiarem juris Statutarii Hamburgenſis codicem; audi porro ejusdem verba *c. l. p.* 748. ubi, poſtquam Lambecii interpretationi de jure Weichbildico Hamburgenſi conrradixerat, recte ſtatuit: *Der weſentlichen Bedeutung nach wird unter dem Weichbild angezeiget, die* FORM, *die Geſtalt und Verfaſſung der Stadt, und werden darunter verſtanden die Libertates, Privilegia, conſuetudines und jura die eine Stadt von ihrer Landes Herrſchafft erlanget und hergebracht,* KEUREN *oder* WILLKÜREN, *die eine Stadt ad bonum* PUBLICUM *civitatis, auf generale Vergünſtigung der Landes* HERRSCHAFFT *gemacht, und wodurch ſie ſolchergeſtalt nach und nach formam civitatis oder ihre Geſtalt gewonnen; und wie die Stædte nicht auf einmahl gebauet, auch nicht gleich das jus communiæ und propria judicia erlanget, ſondern nach und nach ſucceſſive ihnen libertates, forma pacis, jus fori & Mercatura concediret, ſo iſt dahero geſchehen, daß die jura oppidana & municipalia unter mannigerley Benennung und zwar zum öfftern nur a particula libertatis ſub primis incunabilis indultæ angezeiget werden, alſo heißen dieſelbe in Chartis Leges pacis, conſuetudines, communiæ, libertates loci, Burgbannum, Burgfrieden, Burgrecht, jus civitatis, Burgoſitto in lege* SALICA, *jus municipale, libertas nundinarum, jus fori ſeu forale, jus civile, gemeiner Stad Recht.* Quod argumentum idem autor egregie proſecutus eſt in antiquitatibus Hannoveranis *c.* 3. *§.* 2. *ſqq. p.* 166. *Wie ſich nun das gantze* WEICHBILDS-RECHT *auf den* BURGBAN *extra muros erſtreckte, ſo äuſſerte ſich auch das jus Weichbildicum nach der Formula civitatis auf alle Arth, nemlich* 1. *die Güther binnen den* STADT-LANDWEHREN *waren Weichbilds-Güther und Stadt dingpflichtig.* 2. *Die darüber entſtandene Streirigkeiten gehöreten vor das* STADT-GERICHT. 3. *Die Stadt-Keuren, Stadt-Statuta erſtreckten ſich auf die Weichbilds-Güther* AUSSER *der Stadt, binnen ihren Landwehren.* 4. *Die Stædte hielten ihre Landwehren verſchloſſen, und durch ihre Landwarer in cuſtodia.* 5. *Von denen durch die Stadt Landwehr gehenden Fuhren erhoben dieſelben, wie von denen Fuhren aus, und durch die Stadt, zu gemeiner Stadt Behuff ad opus villæ, ad emendationem civitatis, pro reſtaurandis viis ad calcejam (Gallis Ghaucée) faciendam ad uſus & conſuetudines civitatis, eine Aſſiſe, eine Lemnam, denarium portæ, vecturas, Ungelt, vectigal, oder wie es ſonſten Nahmen gehabt.* Idem perſpexit CHRIST. GOTTLIEB RICCIUS *in Hiſt. LL. Statutar. L. I. c.* 7. §. 2. *aſſerens. In dieſem Diplomate ſoll des Hamburgiſchen Stadt-Rechts oder* WEICHBILDS *zum erſten mahle Erwehnung geſchehen. Und da man dieſes nebſt der* GERICHTSBAHRKEIT *auf die an die Stadt verſchenckte Lænderey erſtrecket, ſo muß das* JUS OPPIDANUM *auch ſchon vorhero in Hamburg exiſtiret ſeyn. Aber hierbey iſt noch die Frage: was per jus oppidanum verſtanden werde? Denn es kan ſolches das jus civitatis oder auch die Statuta der Stadt anzeigen, wie denn auch das Wort Weichbild in eben dieſen Bedeutungen angenommen werden kan. Ich meines Ortes halte dafür, daß den geſchenckten agris die Qualität des* STADT-RECHTS *nur, oder das* JUS CIVITATIS *ſeye mitgetheilet und mithin das* REVIER *von dem Lænde eximiret und zu einem Stadtrevier declariret worden.* Equidem clariſſimus auctor mox in ſequentibus *jus oppidanum*, quod in diplomate laudatur, *Weichbildicum* accipere videtur pro *jure proprio ſtatutario Hamburgenſi;* ſed quale fuerit illud *proprium*, an domeſticum, Hamburgi natum latumque, an adoptivum Lubecenſe? non definivit: *Daß um dieſe Zeit die Stadt Hamburg ihre geſchriebene ſtatuta* (addo. Lubecenſia) *gehabt, iſt wohl außer Zweifel: Doch dieſes iſt noch unausgemacht, ob dieſe Stadt ſich ihre Stadt-Satzungen damahls ſchon ſelbſt errichtet, oder ſolche von ihrem* LANDES-HERRN *erhalten; oder ob ſie dieſelben von der benachbahrten Stadt* LÜBECK *etwan angenommen, da ihr dieſes laut des §.* 1. *gemeldeten Privilegii frey geſtanden? keine von dieſen Fragen unterſteh ich mich in Ermangelung zuverläßiger Nachrichten zu entſcheiden.* Forte tamen unicum ipſum, quod inſtar fundamenti ab omnibus citatur diploma anno 1258. exaratum, rei decidendæ ſufficit; in illo enim jus, quod intra muros civitatis hactenus obtinuit (nimirum Lubecenſe) & jus oppidanum Weichbildicum ſeu jurisdictio plane diſtinctim & ſigillatim nominantur, & utrumque ad novos, a Largitoribus adjectos terræ tractus, protenditur, quorum poſſeſſores itaque cum bonis & rebus ſubjiciuntur Legibus, judiciis & jurisdictioni civitatis. Ceterum negandum non eſt, aliquando,

risdictionis oppidanæ Hamburgenſis ad terminos Alſtriæ, ſeu novæ acceſſionis ſuburbanæ fines extenſam. Quo etiam ſenſu in chartis patriis ejusdem ævi ſæpe venit ſub appella- *Variæ ejus appellationes.*

quando; rariſſime tamen, nomen *juris Weichbildici* tribui ipſis Legibus ſeu libris juris ſtatutarii. De codice Magdeburgici juris, quod *Weichbildicum* dicitur, inter vulgus conſtat. Sub eadem appellatione venit jus ſtatutarium *Huſumenſe*, quod inſcribitur *jus Weichbildicum Huſumenſe*, promulgatum a Duce Adolpho an. 1582. In chartis equidem Huſumenſibus a. 1496. 1515. 1538. ſqq. provocatur etiam ad jus Weichbildi Huſemenſium, ſed non intelliguntur jura ſtatutaria municipii; horum enim nec quicquam eo ævo ſcriptum latumque erat; indicantur ſaltem *placita privilegia & judicia* (Dingſtedte), quæ *Huſumenſibus* eo ævo cum incolis *Sudergoshardæ* erant communia. Ex quo vel ſolo exemplo conſtat, quod in dijudicanda juris Weichbildici ſignificatione & indole civili, præcipue inſpicienda ſint monumenta hiſtoriarum & diplomatum civitatum. Referri etiam huc poterit privilegium ſupra citatum Imp. Friderici II. civitati Lubecæ an. 1226. conceſſum, quo inſula quædam ipſi traditur *jure civitatis poſſidenda*; quæ formula facile actipienda eſt de *jure Lubecenſi*, quamvis etiam de inſula *jurisdictioni civitatis* ſubjecta commode explicanda videatur. Aliud, quod a nonnullis allegari ſolet, exemplum ex chartis Mœlnenſibus a. 1262. & 1263 (apud PFEFFINGERUM *Hiſtor. Luneb. Tom. II. L. V. p. 784. ſqq. & Dn. de* MEIERN *c. l. p.* 3. & 7.) petitum ad hunc quidem cenſum haud pertinet. Luculenter enim ex charta a. 1162. patet, ſaltem ex *Elenæ Ducifſæ Saxoniæ* donatione civitati *Mœllen* ejusque jurisdictioni adjectam fuiſſe villam *Gultze*: *Noverint quod nos civitati noſtræ Molne villam Gultze ea proprietate, qua dilectus Dominus & Maritus noſter Albertus, Dux Saxonie, donaverat, animo pacifico & affectu benivolo, donamus cum omni jure & utilitate cet. quoddam etiam jus, quod vulgo* WICKBELDESRECHT *dicitur dicte civitati noſtre & bonis recognoſcimus in eisdem.* Qua formula etiam uſus eſt Johannes Dux Sax. in charta a. 1263. *Quod poſteri non ignorent, quod nos de maturo conſilio & voluntate hominum noſtrorum ad emendationem civitatis Mœlnæ, villam Pinnowe, cum omnibus terminis ſuis, prout diſterminati ſunt, &* DISTINCTI, *& certis* LIMITIBUS *circumſcripti, cum omni jure, quod in ea habere videbamur, tam in proprietate, quam in aliis penſionibus quibuscunque, dicte civitati donavimus, liberaliter perpetuo poſſidendam, eo jure, quod* WEICHBILDES-RECHT *vulgariter nuncupatur.* Conſtat etiam Mœlnenſes hoc quidem tempore nondum donatos fuiſſe *jure Lubecenſi*, neque inſtructos unquam olim fuiſſe jure ſcripto domeſtico ſeu proprio municipali. *Aliquando jus Weichbildicum eſt ſtatutarium ſcriptum. Speciatim Huſumenſe.*

(u). Equidem WACHTERUS *in gloſſar. germ. p. 169. & 1846.* prærogativam tribuit explicationi ab antiqua voce BILL, jure, æquitate; quaſi *Weichbildum* dixeris vici ſeu municipii Legem. Sed vocis hujus mentio nullibi in documentis Seculi XII. & XIII. occurrit, & ipſa ſine dubio in uſu eſſe deſierat eo ævo, quo nomen *Weichbildorum* innotuit, quod factum Seculo XII. teſtantibus privilegiis Bremæ civitati ab Imp. Friderico I. an. 1186 indultis, quæ exſtant apud LUNIGIUM *R. A. Part. Sp. Cont. IV. p. 220.* Nec in laudatis ſupra aliisque chartis *Weichbildum*, ſed WEICHBILDS-RECHT inter jura reponitur. Sponte conſtare videtur, WEICH dici a Gothico & Saxonico *Wich* & *Wyk* curte, manſione, caſtro, loco clauſo vel circumſepto, refugio, præſidio; & a *biet* forma, re delineata, ſigno, imagine; vel quod malo ab Angloſaxonico *belt* cingulo; cum quo convenit ſignificatus ejusdem vocis apud Gothos, Svecos, Anglos, Islandos. Per metaphoram eadem appellatio translata eſt ad freta Danica & ad maria teſtante VERELIO *in Hervarer Saga c.* 1. LAUGUR ER LANDA BELTE, MARE, TERRARUM CINGULUM. Cum quo vocabulo facile conciliatur ipſum antiquum BELET *inhibitio, beletten præpedire*, in quo explicando EGGELINGIUS ingenium exercuit. In recitandis vulgariſſimis aliorum opinionibus otium poſuit HARTMANNUS *in peogr. de etymologia vocis Weichbild*, ubi *tandem* dilabitur ad *pugnas* & *arma Germanorum*, WICH, WIGHARFF, appellata, aliaque notiſſima plura, quæ omnia tamen demum redeunt ad ſignificatum *munitionis* & *ſecuritatis*, quem exactiſſime explicuit WACHTERUS *d. l. p. 1900. ſqq.* Nec placet ipſa HARTMANNI etymologia *Weichbild*, quaſi *Gewighedveld vel Wickfeld*, vicus munitus, Legibus munitus vel conſecratus campus. Ut enim plura taceam, hæc campi & campeſtris explicatio nulla nititur documentorum fide & ipſa contraria eſt chartis, quas attulit, Molnenſibus, in quibus legitur genuina vox WYKBELD. Quin, quod probationis inſtar ad cauſſam citavit *Joannis Ducis Saxoniæ* privilegium civitati Mœlnæ an. 1321. indultum, ne verbulum quidem habet quod ad rem facit: Fruſtra enim ex voce *Welde* efformat *campum*; ſylvæ enim intelliguntur: *Laten unſe Borgere bey aller Freyheit, de ſe vore hadden buten de Stadt im Holte*, WELDE, *Watern und Wiſchen in aller Schede.* Quæ formula uſitatiſſima eſt in hujus ævi diplomatibus latinis & germanicis; ne dicam quod ex voce *Welde*, pro campo accepta, autor nilquicquam lucrari poſſit pro novo etymologiæ foetu, niſi probaverit, dici Wichbeldum in antiquis legibus & chartis *Wickweldum*. Rectius omnino, ut ſupra dixi, *Wickbildum*, ſi originem & uſum vocis ſpectaveris, eſt oppidi tractus, facies, vel ſi mavis, cingulus; unde aliquando ipſa oppida dicuntur WICKBILDA teſtante *jure ſtatut. Huſum: P. I. Tit. V. &* DUCIS ADOLPHI *Begnadigung des Weichbildes Huſum mit dem Seerecht zu Wiſſbuy*, aliisque exemplis a RICCIO *c. l. p. 16.* adductis. Jus autem WICKBILDESRECHT dixerim ejusdem cinguli oppidani jurisdictionem ſeu formam regiminis & poteſtatis Reipublicæ, privilegiis, conſuetudinibus, judiciis & Legibus, quæ *formæ & ſpecula juris* dicuntur, expreſſam & comprehenſam. Appoſite utrumque conſtat ex antiquiſſimis codicibus latinis Statutorum Lubecenſium a. 1232. 1243. cum Oldenburgo & Tundera communicatis, in quibus WEICHBELD dicitur *Civitatis Lubecenſis* MARCHIA; WEICHBILDESRECHT autem in articulo de cenſu dando diſerte deſcribitur POTESTAS JUDICIARIA, & refertur ad JURISDICTIONEM *advocati civitatis.* Idem docet Codex eorundem Statutorum vernaculus an. 1270. exaratus *art. XCV. ſqq. Tom. III. p. 650.* & præcipue *art. CX.* qui ſpeciatim agit VAN WICBELDEME RECHTE, ſeu de jurisdictione intra civitatem & extra eandem exercenda: *alſo verren als unſe Wickbelde reket unde waret.* Quibus accedunt ejusdem Codicis articuli 191. 195. 239. 242. 248. 250. in quibus agitur de bonis & reditibus ſub *Wichildo* ſitis. Accedunt & alia plura Statuta civitatum & diplomata, in quibus, ſi quod laudatur Weichbildum, curata ſimul exſtat deſcriptio terminorum civitatis & adjacentium locorum, qui ſubſunt jurisdictioni urbanæ. Exempla vide in Statutis civitatis BRUNSVICENSIS *apud* LEIBNITIUM *T. III. R. B. p. 442. P. 2. Art. 52. &* CELLENSIS *apud* PUFENDORF *in obſerv. juris univerſi obſ 81. p. 20.* Recte docuit HEINECCIUS *Elem. jur. germ.* L. I. *Tit. 3. p. 84. Urbana jurisdictio alicubi non modo intra moenia exercetur, ſed longe lateque, per tractum ſuburbanum, qui vocatur* WEICHBILDUM, *porrigitur; intra quem tractum antequam pax publicis ſanctionibus firmaretur, qui vim apertam adhibuerat, fractæ pacis erat reus, quod vocabatur das Weichfriedrecht brechen.* SCHOTTEL *de jurib. Germ. c. 10.* Faciunt huc verba Statutorum Stadenſium an. 1279. §. 1. apud laudatum FRIDER. ESAIAM PUFENDORFFIUM *in append. obſervat. juris univerſi p. 171. So we ſine erve verkopen wil, dat binnen theſſer Stat unde theſſeme* WICKBELDE *belegen, the ſcal it beden ſinen negſten Frinden.* Cum quibus conſonant Statuta *Bremenſia art. 12. 14.* Transactio civitatis *Brunsvicenſis a. 1445.* & ipſa anti- *Origo vocis Weichbildi Sec. XII. Ratio etymologica. Opiniones aliorum. Deſcriptio rei. Explicatio ex Statutis Lubecens. a. 1232. 1240. Brunsvicenſibus. Stadenſibus. Bremenſibus.*

pellatione juris *marcalis* (v), *Marckeſchede*, *Feltmarck*, *libertatis fori*, *juris civilis* (w) *Buhr-*

Hamburgenſibus. antiqua ſtatuta *Hamburgenſ. an. 1270. L. I. art. 5. L. 7. Art.* 11. ubi agitur de bonis vendendis intra civitatem & Wichbildum ſitis & de judicio duorum Senatorum *binnen beſtatenen* WICBELDE Facile inde colligitur quod fallant cum PFEFFINGERO *ad Vitriar. T. II. L. I. tit. 18. §. 15.* qui a *ſigno quodam erecto*, cruce, ſtatua, IMAGINE *Rolandica*, Wichbildum appellari opinantur; plures enim civitates dicuntur Weichbilda & jure Weichbildico inſtructæ, quæ caruerunt olim & hodieque deſtituuntur ornatiori illa ſtatua, *Roland* appellata, indicio *jurisdictionis urbanæ*, de qua tamen etiam ex aliis ſignis fori & ex re judiciaria ſatis conſtat. Facit huc charta Ottonis divitis Marchionis Misniæ, qui Lipſiam JURE MAGDEBURGICO & HALENSI, *jureque civitatis & ſignis juris Weichbildici a. 1182.* donavit, cujus conceſſionis literas vide apud SCHNEIDER *Chron. Lipſ. c. III. p. 81.* 87. JURIS *etiam* SUI (jurisdictionis) *quod Wichbilede dicitur*, SIGNUM *petentibus, unum in medio haleſtræ* (Elſter) *ſecundum in medio pardæ* (Pare) *fluvii, tertium ad lapidem, qui eſt prope patibulum, quartum trans foſſam qua lapides fodiuntur, demonſtravit.* Lites deinceps circa hos fines, inter quæſtorem Ducis & Senatum Lipſienſem exortas peracta a Commiſſariis *Weichbildi finiumque ejus inſpectione*, definivit Dux Georgius an. 1504. datis ampliſſimis literis, in quibus poſt exactiſſimam terminorum omnis diſtrictus oppidani recenſionem, demum jus Weichbildicum confirmatur: *Und binnen ſolcher Orten und Gräntzen ihres Weichbildes, wie die allenthalben angezeiget ſeynd, ſollen auch der Raht und gemeine Stadt Leipzig die Gerichte, Oberſte und Niederſte, über Hals und Hand haben, und dergenieſſen und gebrauchen, von uns, unſern Amtleuten, und ſonſt allermännlichen unverhindert, dargegen und darumb ſoll obberührter Raht die Wege vor bemeltem Hälliſchen Thor, biſs auf das ander Creutz oben bemeldt, dergleichen vor dem Grimmiſchen Thor bis durch die Kohlgärten und von dem Peters Thor bis auf das Creutz, das da an dem Wege ſtehet, ſo man nach Konnewitz und der Mühle daſelbſt zeuhet, verſorgen und im Bau halten, ſollen ſie auf denſelben Straſſen, Wegen und ihren Gräben die Gerichte obberührter maſſen auch haben und gebrauchen, von Uns, Unſern Amtleuten, und ſonſt männigliches unverhindert, alles treulich und ungefährlich.* Apud AUG. BENED. CARPZOVIUM *diſſ. de jure Weichbildorum ed. a. 1673. c. 3.* Paſſim etiam unius civitatis terminos in plura Weichbilda ſeu diſtinctæ jurisdictionis diſtrictus diviſos fuiſſe conſtat ex recenſione quinque Wichbildorum civitatis Brunsvicenſis & trium civitatis Hildeſienſis apud LEIBNITIUM *T. III. ſcriptor. Brunsw. p. 449. & GRUPEN in Orig. Hannov. c. 3. §. 3 p. 164.* Quibus addi poterit utrumque veteris ævi Weichbildum *Kilonienſe* civicum & *ſuburbanum* quod præfecturæ Kilonienſi hodie ſubeſt *Brunswyck* appellatum, cujus poſterioris tractus olim complexus eſt villam *Wyk* vicinosque pagos & terminos maritimos, lapidum cumulis diſtinctos, quorum reliquiæ etiamnunc ſuperſunt. Vide MYNRICKII *diplomatarium pagor. Kilon. T. III. p. 578. n. 3. & p. 583. n. 9.*

Et Exemplis.

Speciatim Kiliæ.

Marckrecht, judicium, jus oppidanum. (v) Cujus mentio fit in chartis civitatum *Plawæ, Teterowiæ* aliarumque Seculi XIII. & XIV. verba fere huc redeunt: *quod villici non compellendi ſint ac citandi ad judicium* MARCALE *pagorum vel oppidorum; vel* (ut eſt in charta de pullis fumo & precariis & ſervitiis villæ Lancowe an. 1292) *quod non jacere debeant ſub jure marcali ſeu placito tali oppidanorum.* Expeditum, puto eſt, intelligi judicia & jurisdictionem. Juris civilis ſignificatum huic voci tribuit AUTOR *Weichbildi Magdeb. art. 1.* MARCKRECHT *iſt dieſes, das die Marckleute (Stadleute) bey den alten gezelten unter einander geſetzet haben von ihr ſelb Willkühr.* Et INTERPRES *ejusdem Weichbildi: jus civile ſeu municipale Marckrecht dicitur, quod homines unius civitatis ſeu fori concluſerunt inter ſe tenentes, juxta arbitrium & antiquas conſuetudines eorum.* Curatius rem explicant chartæ Huſumenſes, in quibus agitur de incolis hardarum ad dies marcæ ſeu placiti Huſumi convenientibus Dies autem marcæ dixeris dies malli ſeu judiciales *Gerichts-Tage, Ding und Recht*, judicium Weichbildicum *oppidanum* & *paganum* Huſumenſe. Meminit eorum dierum Ericus Rex Daciæ in *privilegio de Libertatibus commerciorum civitatis Sl ſv cenſis an.* 1417. eosdem diſtinguens a diebus fori: *Annuimus inſuper ipſi* TERMINOS *immunitatis civitatis, eorum videlicet* BYFRIDH (idem ac Wykfride, Stadfride) *ad terminos & locos antiquos, ſicut eos dinoſcuntur liberius habuiſſe; dies etiam* PLACITALES, BYTHING, (*Stadt Gerichte*) & DIES FORI, MARKETAGE, *in qualibet ebdomada liberos teneant juxta antiquas* CONSUETUDINES & PRIVILEGIA *conceſſa.* Dixeris forte, *dies fori* hoc loco ſignificare *dies nundinarum*, quas jam olim civitati conceſſerat Dux Jutiæ Ericus an. 1261. *Sollicite pe ſiuntes, quod civitatis Sleſvici lugubrem devaſtationem multimodam congrue debeamus aliquo facto ſeu ſtatuto ſublevare, conſiderantesque quod in placitis & villis* FORENSIBUS *circumquaque eidem civitati adjacentibus,* FORUM *celebretur, quo ipſius civitatis commodum videatur quoquo modo melioravi, ſtatuimus de conſilio omnium Seniorum ac meliorum noſtri Ducatus ac mandamus, ut in ſingulis hebdomadis duobus diebus, videlicet feria tertia & ſexta in memorata civitate Sleſvicenſi forum celebretur* GENERALE, *unde omnes, ad quos præſentes literæ pervenerint, attentius monemus, ut ad memoratam civitatem illis diebus eo libentius accedant, quod in eadem nec* TORGHIALD, *nec* TELONEUM *aliquatenus* SOLVERE *teneantur; omnibus autem, qui ad dictam civitatem Sleſvicenſem acceſſerint, ſalvum & ſecurum concedimus ac promittimus conductum, illuc veniendi, ibidem commorandi & ad propria redeundi. Si quis autem noſtrum conductum aliquatenus præſumſerit violare, id gladio noſtro indubitanter volumus vindicare.* Quum vero in allegato diplomate an. 1417. Rex Ericus jam diſtinctim & prolixius ſtatuit de libertatibus *nundinarum, piſcaturæ thelonei, ſkutæ & arnegældi;* haud invita ratione *dies marcales* forte explicueris *dies forenſes, Gerichts-Tage*, qui hodieque in plerisque curiis civitatum die Martis vel Jovis etiamnunc ſigillatim ſingulis hebdomadis inſtituuntur. In aliis etiam diplomatibus civitatis Sleſvicenſis dies mercatus & commerciorum diſerte veniunt ſub appellatione libertatis *nundinarum*, ut in privilegiis Gerhardi Comitis an. 1332. & Conſulum Flensburgenſium an. 1386. Utcunque ſit, hoc certum eſt, MARCAM ſæpius denotare *malli locum, civitatis diſtrictum & jurisdictionem.* Docet id Codex antiquus juris Lubec an. 1240. art 182. d. l. p. 660. ubi Wichbildum dicitur STADESMARC. Eodem fere ſenſu in privilegiis oppido Kropelini an. 1378 conceſſis h. l. p. 992. tractus oppidanus, in quo uſus juris Lubecenſ. & jurisdictio oppidana obtinet, deſcribitur: *Binnen allen ſcheden der* VELDTMARCKT. Ipſis etiam ſtatutis Lubecenſibus *editis Lubecæ & Stetini an.* 1586. præmiſſa eſt hæc inſcriptio: *Das Lübiſche Recht erſtrecket ſich in unſer Stadt und in den Steten, da Lübiſch Recht gebraucht wird, ſofern als unſer und ihr* WEICHBILD (jurisdictio) FELDMARCK (territorium) *und* LANDWEHR (terminus terræ) *reichet. Et in confirmatione privilegiorum Roſtochienſium ab Henrico Burewino III. data an.* 1252. poſt factam prædiorum finiumque civitatis recenſionem, de jurisdictione univerſim ſtatuitur: *Volumus inſuper, ut in omnibus terminis ſuis, qui vulgariter* MARKESCHEDE *vocantur,* JURE *gaudeant* CIVITATIS. Parum ab hoc ſignificatu abeſſe videntur verba PRESBYTERI *Bremenſis in continuat. Chronici Slavici Tom. III. Monument. p. 52. Eſt veriſimiliter credendum Comitem Adolphum IV. oppidanos per terram Holſatiæ ſcilicet in Ploene, Oldenborch & Kylone liberaſſe a jure* HOLZATIORUM *& dediſſe eis jus* LUBECENSE *ut eorum oppida citius munirentur propter* LIBERTATEM FORI. Paulo aliter hæc verba ex codice, ut videtur, ampliori (quem fruſtra hactenus inveſtigavi) recenſuit CYPRÆUS *in Annal. Epiſcop. Sleſvicenſ. p. 252.* Facile tamen de iis recte judicandum eſt ex inſtructiſſimo codice authentico vernacule ſcripto, cujus verba d. l. p. 51. legi merentur

Huſumi.

Sleſvici.

Probatio ex codice juris Lubec. an. 1240.

Et Privilegiis Kröplinæ an. 1378.

Roſtochii. Teſtimonio Presbyteri Bremenſis.

(w), *Buhrrecht*, BURGWERE (x) & *Rennebaum* ſpeciatim apud Sundenſes teſte BALTHASAR *in Rituali acad. mantiſſa VII. p. 527.* Quinto denique ſpeciatim ſtatuitur de judiciorum *loco modoque*, qui in terminis præſcriptis hactenus *ruralis* fuerat, non continuando ibidem ſeparatim ſed transferendo in civitatem (y), ut una eademque juſtitia civibus & ſuburbanis adminiſtretur conjunctim in judicio civico communi (z). Aucta itaque & creſcente civitatis judiciaria poteſtate facile eſt perceptu, quod judicibus non defuerit occaſio ex obvenientibus cauſis defectum jurium ſupplere & animum ad-

Initia collectionis juris ſtatutarii Hamburgenſis.

pli-

tur in integro nexu: *He gaff ock den Borgern tho Itzehoe dadt Privilegium, dat ſe* LÜBISCH RECHT *hebben mochten, und befreiede dadt Stedecken mit Weide und Holtingen, im Jahre des Heren* 1238. *Unde idt ledt ſick loſſwerdigenn anſehen, dadt he de Borch und dadt Stedecken* KILL *hebbe bumen lathen, und dat he dadt Landt tho Holſtein alſe Plöne, Oldenborch und Kile gefriet hebbe vandem* HOLSTEN RECHTE, *und hebbe ehn* LÜBESCH RECHT *vorgünnedt, umme den willen, dadt de Stedecken deſte ehr muchten befeſtiget werden umme Frieheidt willen der* MERCKEDE? *und desgelicken de genomeden Greven Aleſſs Sohns, alſe Johann und Gerdt, beſtedigen den Borgeren tho Itzehoe, Kiell und anderen Steden, deſülven Privilegia, bekrefftigen und bewilligeden ſe im Jahre des Heren* 1260. Non putarem, hoc loco intelligi *libertatem nundinarum*, ſed *libertatem marcæ, judicii forenſis ſeu propriæ juriſdictionis oppidanæ*; uti vel ultro conſequitur ex data immunitate a JURE *Holſatiorum* h. e. a JUDICIO *Holſatico provinciali*, vel ſi *jura ipſa* intelligere malueris, a jure antiquo Saxonico tum *conſuetudinario*, tum *ſcripto* & in ſpeculum redacto. De alio enim & *proprio ſpeciali jure Holſatico* SCRIPTO *ejus ævi* ex annalibus & documentis nil quicquam conſtat. Neque aliud probari unquam poterit ex eo, quod vulgo ex eodem chronico presbyteri *ad an.* 1174. *d. l. p.* 43. afferri ſolet de contentione exorta inter præfectum Segebergenſem, qui librum legum Danicarum Holſatis obtrudere conabatur, & nobiles Holſatos, qui pro *jure* VULGARI *Holſatorum*, *pro jure ſuo* SOLITO *Holzatenſi* (in vernaculo codice, GEWONTLICKE *und* OLTHER GEBRUCTEN *Holſten Rechte*) militabant. Cum enim Præfectus Danus Segebergenſis jura Danica expreſſe dicat *præſcripta*, in ſcripturam & *librum legalem redacta*; Holſatica vero appellet incerta, ex cerebro efficta vel uſu ſaltim introducta, non ſcripta; expeditum omnino eſt, eundem jura Danica noviſſime lata *Zelandica*, vulgo *Zeland's lom*, leges Seelandis, Lalandis, Falſtriis & Meonibus an. 1171. præſcriptas, forte etiam paulo antiquiores *Leges terræ* SCANIÆ a Rege Waldemaro I. an. 1163. latas intellexiſſe & oppoſuiſſe *jure* CONSUETUDINARIO HOLSATORUM *antiquis juribus & moribus Saxonicis, ex indole & rationibus ſtatus domeſtici a Præfecto natis.* Ad horum enim uſum & autoritatem ſæpe provocatur in diplomatibus Holſaticis, ſub ſolennibus fere formulis: *Secundum* CONSUETUDINEM TERRÆ, *ſecundum jus &* CONSUETUDINEM teſtante *diplomatario Neomonaſter. ad an.* 1265. 1298. 1300. 1349. 1357. 1308. ſecundum JUS HOLZATICUM *ibid. an.* 1339. *p.* 140. *Als in dem Lande, in dem Banne* (tractu) *en Recht iſt. ib. an.* 1340. *p.* 142. *an.* 1369. *p.* 241. *an.* 1392. *p.* 289. 293. *an.* 1394. *p.* 300. MORE & JURE TERRÆ *ib. an.* 1349. *p.* 184. Taceo alia argumenta, de quibus facile conſtabit ex ipſa, quam Presbyter adcitavit, privilegiorum confirmatione a filiis Adolphi IV. civitatibus Kiliæ & Itzehoæ indulta. Ceterum non inficior, aliquando in chartis *beneficium* FORI denotare jus *nundinarum* ut in Friderici II. Imp. confirmatione privilegiorum Hamburgenſium an. 1232. & in charta *Alberti Regis Rom. de foro in Vergen* ab *Henrico Duce Brunſv.* translato in *München & Epiſcopo Friſing. reſtituto an.* 1180. apud DUMONT *Corps diplom. T. II. p.* 105. Quamvis & ultimi diplomatis verba de *translatione judicii* commode explicari poſſint. Addo etiam, forum, quod locum *mercatus* hodie ſignificat, non dici a *nundinis*; ſed has olim appellatas fuiſſe ab ipſa *marca* ſeu loco e *mericis & ſylvis* exciſo, mercatui & condendis civitatibus deſtinato. Faciunt huc verba chartæ WITZLAI *Principis Rugiorum an.* 1243. *Partem etiam* SYLVÆ (marcæ) ADJACENTIS *incolis novæ civitati in Stralſund ad* EXSTIRPANDUM *aſſignavimus, quæ per ſigna evidentia ab aliis terminis eſt diſtincta.* Nec non privilegium, quo Carolus IV. a. 1356. pago *Strausberge* confert *jus marcæ* ſeu *mercatus & oppidi* apud *de* LUDEWIG *T. II. Reliqu. p.* 309. & Charta Friderici Imp. qua *an.* 1480. MARCÆ *ſeu Villæ Baden* confert jus civitatis & munitionis *Stadt Recht und Bürger-Recht* apud PEZIUM *Cod. diplom. Hiſtor. P. III. p.* 413. Teſtatur & hodie ubique fere ſitus civitatum, quod plerumque ſint vel exſtiterint ſylvis conterminæ. Hinc in veteris ævi diplomatibus, quibus *termini civitatum* definiuntur, plerumque *ſylvæ* inter metas & diſtinctiones præcipue referuntur. Quin in charta *Thetlevi Domini de Podebuz & terræ Loſitz an.* 1292. exarata, civitas hujus nominis & adjacentes villæ intra *metas ſylvarum* dicuntur contentæ:

(w) In literis Conſulum Wilſtriæ a. 1349. *in diplomatar. Bordesholm. n. CXCIX. p.* 190. & donatione privilegiorum civitatis Witteborgi a. 1319. *in diplomatar. Mecklenb. b. l. n. XXXVI. p. 958.*

(x) In chartis Suerinenſibus a. c. quæ mentionem faciunt *juris civium* & civitatis *Burrecht*, & *Burgrecht* item *Burghanni*, urbanæ juriſdictionis.

(y) Minus recta itaque videtur aſſertio eorum, qui ex his verbis cum LAMBECIO *L. II. Rer. Hamb. p.* 46. *n.* 144. concludunt: *Urbem cum aſſignato novo territorio declarari exemtam ab appellatione ad Comites.* Huic certe tacite non renunciatur, collata licet poteſtate judiciaria locali. Ita exempli cauſa Hinricus Dominus Megapolenſis a. 1308. oppido *Kröpelino* generatim contulit JUDICIA OMNIA *intra civitatem & extra civitatis metas in agris & campis, ſicut illorum eſt diſtinctio, eo jure, quo univerſitas de* LUBECK *libere perfruuntur cum omni & utilitate tranquilliter poſſidenda.* Neque tamen dato licet hoc beneficio Advocatus Domini e judicio ibidem exul factus eſt, nec appellationis jura conſueta prorſus abrogata ſunt, uti patet ex confirmatione privilegiorum ejusdem civitatis a Duce Alberto data a. 1378. quam vide *in diplomatario Mecklenb. huic tomo inſerto.* *Opinio Lambecii confutata.*

(z) Inſigne dixeris hoc beneficium; plerumque enim donatis terris non mutantur judicia, ſed eodem ordine, quo conſtituta erant, tranſeunt cum terra ad novos poſſeſſores. Ex multis unum alterumque excitabo argumentum ex chartis ejus ævi. A. 1182. Comes Suerinenſis Helmoldus II. & an. 1320. Comes Nicolaus civitati *Suerino* confirmarunt jura & judicia intra & extra civitatem in agris, paſcuis & meris, ſpeciatim in campis & villis *Zekickuſen*, *Zeppendorp & in villa orientali* (Oſtorp.) *ita tamen, ut ſubditi non compellantur plerumque ſe ad jus Suerinenſe* (judicium civitatis) *ſed ad jus terræ veniant, quod Lanthing vocatur.* Aliud exemplum habetur *in diplomatario Meckl. huic tomo inſerto ad a.* 1235. quo Domini Werlenſis civitati *Plawæ* conferunt *jura & judicia civitatis*, ita tamen, ut villici ſeu incolæ terrarum ad civitatem pertinentium exemti ſint a *judicio Plawæ. marcali* (*Weichbildico civitatis*) *ſubjecti tamen* JUDICIO *ſubditorum terræ communis vel judicio Mann-Recht.* Pari ratione Witzlaus Princeps Rugiorum an. 1288. civibus in *Tribuſe* contulit non ſolum libertates & jus Lubecenſe; ſed oppidum etiam & villarum ad illud pertinentium terminos prolixe a parte orientali usque ad aquilonarem verſus locum *Wiek & allodium Marquardi inter villas Poytheroſe & Lambrechtsdorp* diſtinxit, ſervatis tamen ibidem judiciis: *In iſtis*, inquit, *autem terminis ubicunque aliquid acciderit judicandum, ſuper hoc nobiſcum ex noſtro donationis munificentia judicabunt.* *Jurisdictio ſuburbanorum, pagorum & civium olim Holſtenſium Lubecenſium. Explicatio famoſi nomici Zelandici laudati. Parata. Suerinenſia. Plawæ. Tribuſeæ.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plicare ad colligendum juris ſtatutarii peculiarem codicem locupletem & civitati proprius accommodatum. Præſtiterunt id operis ſapientiores Senatus civici JCti, qui circa hoc ævum præcipue ex ſententiis judicialibus ſeu *ordaliis* (a), ex *juſtitiis Lubecenſibus*, juribus & inſtitutis *Saxonum* præcipue *Nordalbingorum* compilare cœperunt ſelectum *codicem juris ſtatutarii ſeu ordaliorum Hamburgenſium*, ad finem perductum demum an. 1270. teſtantibus hujus Codicis antiquiſſimis (b) apographis, quorum exemplum huic Tomo inſertum eſt. Tantum tamen abeſt, ut jam tum laudato codici, repetitis deinde curis & lectionibus a. 1276. 1277. 1281. 1287. interpolato ſenſim & adaucto, conſtiterit legislatorius effectus ſeu obligatio juris ſanciti; ut potius uſum ſaltim dogmaticum & privatum juris ſcripti exſeruerit ad annum uſque 1292. quo ex conceſſione Adolphi Gerhardi, Johannis Adolphi & Hinrici comitum Holſatiæ iſte liber arbitrarii juris ſeu ſtatutarii Hamburgenſis vim demum obligandi uſumque forenſem univerſim obtinuit, factusque eſt publici juris. Quamvis enim Hamburgenſes jam tum ex Comitum beneficio gaviſi ſint *Legibus*, *judiciis & jurisdictione*; nondum tamen *poteſtate legislatoria* ſeu

Codicis Ordaliorum a. 1270. uſus dogmaticus.

Ordaliorum Hamburgenſium fontes & indoles anno 1270.

(a) Inſcriptio horum codicum eſt: *Ordelboeck, Liber ſententiarum judicialium* e conſilio Sapientiorum ſenſim collectus ex rebus judicatis & reſponſis judicantium, ad quos in principio libri ſpectat admonitio: *juſte judicate filii hominum.* Circumſpecte forte huic collectioni *Ordaliorum* elogium, non *Legum* & *juris* vel *Statutorum* ſolenne nomen tribuitur, deſtituti enim eo ævo erant Hamburgenſes facultate *Leges ferendi* & promulgandi. Hinc eſt, quod demum ab anno 1292 quo Hamburgenſes jure ſtatuendi donati ſunt, reperiatur mentio STATUTORUM, *ordinationum* & LIBRI *civitatis Hamburgenſis*, qui titulus primis etiam qui typis exſcripti ſunt, codicibus præfixus eſt. Adſervo Codicem juris ſtatutarii Hamburgenſis ipſo a. 1292. exaratum, cujus inſcriptio: STADBOCK *van Ordineringe unde Geſchick der hogeſten Overigheit der Stad Hamburg anno* 1292. Primus ejus articulus non *ordaliorum* amplius meminit ſed mox JURA STATUTA laudat: *In nomine S. S. Trinitatis deidt de Radt vnnd wittigeſten van Hamborch witlicke alle den gheune, dhe nhu hir ſint vnnd noch ſcholen werden gebaren, dat ſe ſick hebben vorenighet, vnnd ehr* RECHT *geſettet, ſo hyrna geſchreven ſteyt, dat Hamborch eyn is, und eyn bliven ſchall jümmermer.* Ex adverſo antiquus *Codex* ORDALIORUM *Hamburgenſium an. 1270. conſcriptus* primo articulo ita incipit præmiſſa invocatione S Trinitatis: *Sint deſſe* ORDELE *beſchreven van der meyn Stad willen und van den wittegeſten Raden van Hamborch.* Ipſa collatio etiam docet *Codicem* an. 1292 *conſcriptum* & qui eundem excepit & in plerisque ſecutus eſt; *Codicem reviſum & a Langenbeckio emendatum a. 1497.* tum ordine, tum verbis & argumentis ſæpe differre a *Codicibus Ordaliorum.* Certe niſi hiſtoria & rationes documentorum ordaliis tribuant Legum ſignificatum, hæc non ad jura ipſa pertinent, nec jura conſtituunt, ſed jura conſtituta ſequuntur & tuentur; non igitur ſententiæ ſunt *Leges*, ſed Legum exercitia, applicationes, exempla caſuum forenſium & præjudicata, quæ obſtringunt quidem civiliter actorem & reum ratione cauſæ deciſæ ſpeciatim, ſed neutiquam obligant univerſim omnes vi legislationis. Ipſa nequidem ordalia juſta dicuntur & duratura, niſi legalia ſint ſeu recte expreſſa ad normam præſcriptam h. e. ad ipſas Leges, conſuetudines & ordinationes. Neque igitur unquam eorum collectio obligabit omnes & ſingulos vi nomothetica, niſi competierit Magiſtratui civico jus ſtatuendi & publicandi Leges, vel niſi acceſſerit ſupremi Principis autoritas. Explicat hanc indolem ordaliorum ipſum ordaliorum Hamburg d. a. proemium, quo expreſſe cavetur, ne ab his ordaliis fiant APPELLATIONES *tumultuariæ.* De ejusdem vocis ſignificatu conſtat ex charta Ducis Anhaltini Bernhardi III. an. 1344. ap. BECKMANN *Hiſtor. Anhalt. p. 4. c. 6. p. 549* *Publice profitemur, quod in loco territorii noſtri prope villam Zprone coram fideli noſtro dilecto Bernhardo de Plozzik famulo, juſſu & auctoritate noſtra judicio ibidem preſidente, juſtis ad hoc requiſitis* SENTENCIIS *& inventis ſecundum* JUS *&* MOREM PATRIÆ *quæ* INVENTA *vulgariter* ORDEL *nuncupantur, ex ordinatione ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Clementis Pape Sexti liberaliter tradidimus & donavimus ſex manſos cum dimidio in campis montis Berneburg.* Ut & ex Relatione de appellatione a ſententiis judicii advocatii Hannoverani an 1410. apud GRUPEN *Diſcept. forenſ. p. 736.* *Ick bidde enes rechten* ORDELS *nach deſſes Richtes Rechte; wanner hier an Gerichte umme eyn* ORDEL *twyunghe falt, eder en Ordel ſchulden ward, wad dar* RECHT *umme ſy? ſo ſchollegy dat Urtel wiſen vor den Rad to Hannovere.* Cum quo ipſe convenit antiquus juſtitiarum Lubecenſium Codex an. 1240. Art. LVI. *von dem unrecht* ORDEL *vor deme richte & art. LVII. CXI. d. l. p. 645. ſqq.* Nec deſunt aliæ *Ordaliorum* collectiones, in quibus *ſententiæ judiciorum* in codicem & ſyſtema juris redactæ ſunt, LEGUM *autoritate &* EFFECTU tamen non mox a tempore collectionis donatæ, vel plane hodieque deſtitutæ. Ad manus eſt hujus argumenti codex membranaceus civitatis Oldenburgi Wagriæ, titulo *Ordele des Rhades* inſignitus, rebus judicatis Seculi XIII. & XIV. refertus, legum tamen autoritate hodieque deſtitutus. Ex adverſo *antiquiſſima* SENTENTIARUM *ruralium Neomonaſterienſium collectio*, DINGSTÆDTE ORDELE effectum Legum conſecuta eſt ex conſenſu & confirmationibus Principum, hodieque articulis 69. abſoluta vim obligandi obtinet in terra & judicio Neomonaſterienſi, vulgo *Neumünſterſche Kirchſpiels* GEBRÆUCHE. Idem conſtat de *Libro* SENTENTIARUM *a.* 1424 *&* 1552. a ſeptem Hardis Friſiorum ſeptemtrionalium conſcriptus a Dominis confirmatus. Refero huc etiam tum *Codicem verum judicatarum Crempenſium*, quem TRANIUS conſul civitatis Crempæ ex præjudicatis curiæ, ex reſponſis & deciſionibus, juri Lubecenſi congruis, compilare coepit; tum *Codicem juris ſtatutarii Roſtochienſis*, quem HENR. CAMERARIUS *JCtus Roſtochienſ.* Senatus civici autoritate excitatus *ex jure Lubecenſi & ex actis, præcipue judicialibus curiæ Roſtochienſis* curato ordine & ſtudio collegit abſolvitque an. 1597. cui tamen hactenus, deficiente Principis autoritate & confirmatione, deeſt obligandi ratio. Idem dicendum eſt de ſupra laudato *Codice juris Rugiani MSC.* ex PRÆJUDICATIS *veteris ævi* collecto circa an. 1524 a *Matthia* NORMANNO judice provinciali Rugiæ, ipſo teſte in præfatione: *Mag. E. F. Gnaden mit meinen Eyde berühmen, daß ich alles von den nachfolgenden Alten (Land Voigten, Marſchalcken und Rittern) erfahren habe, was* WENDISCHEN RECHT *und Rugianiſchen Brauch geweſen und pronunciret iſt.* Præcipue huc facit *Codex juris ſtatutarii Sleſvicenſis, quinque partibus abſolutus*, juſſu Senatus ab ESAIA WOLFFIO *an.* 1599. ex Statutis & PRAXI *Patriæ conſcriptus ſalvo jure* LEGISLATORIO, *ſalva reviſione & confirmatione Ducis.* Hæc ſi aliquando inſtructiſſimo huic codici acceſſerit, vel ſi data fuerit demum magiſtratui civitatis facultas promulgandi Statuta, dubium non eſt, quin iſte codex ante plures annos collectus, tunc demum ſortiatur autoritatem forenſem & vim *Statutorum civitatis.*

Explicatio vocis ex chartis.

Statutis Lubecenſ. anno 1240. *Ordaliorum Codices deſtituti vi legislatoria & obligatione forenſi. Oldenburgi Nemonaſterii, Crempæ, Roſtochii, Sleſv.*

(b) Conſtat hoc ex ipſo Codicis principio, quo cæpta & abſoluta collectio operis ordaliorum non tribuitur ſapientioribus antiquioris ævi, ſed conſilio demum eorum qui vixerunt an. 1270.

seu facultate *promulgandi* suamet autoritate *Statuta civitatis* instructi fuerunt; nulla enim a potestate *judiciaria* seu a facultate Leges applicandi & exequendi ad *nomotheticam potestatem* seu autoritatem Leges statuendi & promulgandi valet consecutio, nec data illa, hæc etiam concessa dicenda est, uti ex innumeris diplomatibus & ex genuinis jurisprudentiæ rationibus notissimum est (c). Ipsa luculenta donationis verba apud LAMBECIUM *Rer. Hamb. L. II. n. 239.* *Notum esse volumus nos omnes libertates & indulta, a divis Imperatoribus, & NOSTRIS progenitoribus, dilectis nobis Consulibus & universitati Civitatis NOSTRÆ Hamburgensis factas & DONATAS, ratas & gratas habentes præsentibus confirmare perpetuo libere fruituris. Concedimus etiam & donamus eisdem JUS tale, quod vulgo Köhre dicitur: STATUTA MANDARE & edicta PROMULGARE secundum PLACITUM eorum pro UTILITATE & NECESSITATE civitatis prædictæ ac eorundem, & revocare eadem, quotiescunque & quandocunque ipsis visum fuerit expedire. Conferimus nihilominus eisdem de mera & libera voluntate nostra, ut JURA sua & SENTENTIAS nusquam alias, id est, foris civitatem, quam in DOMO CONSULUM ipsius civitatis, secundum SCRIPTA LIBRI ipsorum liberius exequantur, tali conditione adjecta, eadem nec pauperi aut diviti, vel ALICUI EX PARTE NOSTRA postulanti, qui sibi autumaverit aut suspicaverit, minus juste esse sententiatum, & injuriam esse irrogatam, si petierit ipsius libri copiam, nullatenus denegent. Donamus etiam præterea plenam & perfectam potestatem super causis emergentibus, de quibus non est sententiatum in libro prædicto, NOVUM jus creandi & statuendi de communi consensu Consulum & potestate pro suo libitu & voluntate. Ita tamen hujusmodi jus, sic de novo creatum, libro præfato inscribatur, & pro perpetuo jure ab ipsis ac ipsorum posteris teneatur, proviso tamen, ut ipsum jus sive sententia, taliter statuta & facta ad decrementum & damnum, sive impugnationem exactionum & JUSTITIARUM, quas in ipsa civitate nostra ad præsens habemus, & futuris temporibus habere poterimus jure hæreditario; nullatenus se extendat.* Explicuit hanc concessionem commentario quodam HERMANNUS LANGEBECK *Consul Hamburgensis* in introductione, quam novo juris Hamb. codici, quem a. 1497. consilio Senatus compilaverat, præmisit f. VII. *De Greven to Holsten geven den von Hamborch de Rechtigheit de de beth und genömet is de Köre, und dat Se mögen Gesette, Beden und uthsproke der Rechte vorkundigen, nha öhren Behage dorch nutticheit und noet der Stadt Hamborch, und de wedderthoropende, wanne und wo vacken öhne dat nutte duncket syn. Item, dat se öhre Uthspracke negen buten dem, up der STADT RADTHUSE nha Lude der Schrifft öhres Bokes schole exequeren, mit so daner Condition, datt se nemande he si rick edder arm, edder da idt van ehrentwegen eskende, vellicht menende nicht rechtferdich gerichtet were, scholen weigern œre Bock to äpende, und dat de van Hamborch schölen hebben vullenkamen macht, an sacken, dar nicht wer gerichtet is, nie Gerecht tho mackende und in äre Boeck thosettende. So doch dat sodane Recht tho ewigen tyden for Recht werde geholden, von öhne und öhren Nhakomelinge, und dat idt den RECHTICHEIDEN der HERREN unschedelich sy, welcke Begnading alle von œhren Nhakamelingen syn beth an düssen Dach nicht allen bevestiget effte confirmeret, dan ock mannigfolt vorbetertt und vormeret, wo de Breve daraver gegeven bruckliken mede bringen und vormelden.* Et porro: *Dit Privilegium wiset und betüget apenbahr dat der Stadt Overricheit und Reigerunge bette tho düssen Tiden was in Wilkœre des Fürsten de jahrlicks Reder und Vorweser settede na sinem Behage, welckent nu uth disser Verloninge jahrliches schüet dorch Koer des Rhades nha Ordineringe und Schickinge darup gemacket. Süs beschlüt dit Privilegium den Ende des andern Deles Unser Vorrede mit Verlove des Kœres, der Bürgermeister und Rhadtlüde. Worbeneven diesülve Privilegium funderet und bestediget dat dorte Part unser Vorrede, gevende und commenderende dem Rhade vullenkamene Macht der Rechte, in Maten vorberœret. Uth dissen Privilegio mach me billick fragen, wes Noet sy gewesen tho verwervende, dat de gemenen Rehte tholaten und verloven alse dat gemente under malckander Rechte mœgen willkoeren und macken? Derhalven is tho wetende, dat alle frye gemente Rechte Walt hebbende der Koninglichen Gewalt hogeste und sideste, de mogen billick Gesette der Rechte beden und bestedigen, welcke Macht kamet van Verlove der Rechte ut in L. omnes pop. ff. de J. & J. Averst Gemente de underdanich erschinen, nene egene Overricheit und recht Walt hebbende*

Et forensis legislatorius an. 1292.

Testimonium Langenbecii.

de

(c) Teste BÖHMER *Consult. Tom. II P. I. Resp. I. n. 4. 5.* BERGER *Consil. LIX. p. 65. & Cons. 1205. p. 1124.* Quin ipso Cæsaris & Regis Bohemiæ Leopoldi rescripto, quod exstat apud WEINGARTEN *Cod. Ferdinand. Leopold. p. 553.* manifestum est, Regem reprobasse Magistratus Carlsbadensis municipalem ordinationem ex ea ratione, quia jurisdictione saltem, non autem jure condendi statuta fuerat instructus. Accedit ipsum testimonium *ICti Hamburg.* LANGENBECKII, qui de JURE *statuendi Leges municipales* non nisi ex speciali concessione Principis derivando ingenue disseruit in proœmio Codicis *statutar. Hamb. an 1497.* cujus verba vide supra.

de, de mogen nene Geſette der Rechte macken edder willkœren, ahne Verloff edder Beſtedinge und Belevinge ehrer Overſten. Wente Geſette tho macken und vorkundigen, is Ovinge effte Bruckinge der rechte Walt de en nicht gebœret effte even kamet, doch an Hanteringe und Verkeringe ehrer Guder und andern Dingen elckes Nuttigheit belangende, ahne Verfang des gemenen Beſten mogen ſe well under malckander Willkœr macken und beleven. Hieruth ſchienet woll nütte und van noeden ſy geweſen ſulckent van dem Fürſten tho vorwerffenden. Indem vor den Tieden diſſer Begnadinge alle Overicheit des Rechten, hogeſt und ſideſt, was des Fürſten und nicht der Borger tho Hamborch, darumme wol geborlick was, dat ſe mit Vorlove des Fürſten de Stücke in dem Privilegio beſtemmet, an ſick brachten, indeme villeicht de Here datſülve allenthalven nicht konde beſtüren, und des warende weſen, hefft he in der Stadt Hamborch verlovet, Vorweſer und Rahdtlüde tho keſende, de in ſyne ſtede dem Rechten und der Stadt vorweren, gelick de Keyſer ſüſsdaner Sacke halven de Forſtendohme effte Graveſchop vorlenet und de Greven vort de Schulten ſetten, alſe de Text ſecht Spec. 3. art. LIII. *Juwelick düdeſch Landt,* & per gloſſ. Spec. L. I. art. LVIII. *Wat Rechtes ſüs van den Vorweſern der Gemente geſettet werdt het Borger-Recht effte Stadt-Recht; Süſs ſegt dat Land-Recht: war ein iſslick Stadt ſülven Recht ſettet mit ehres Köninges effte Fürſten Willen, und wiſer Lüde Rhade, dat heth Borger-Recht Spec. L. I. a. XLIIII.* Nonnulla fateor, in hac commentatione aſſeruntur, quæ examine indigent & emendatione; (d) extra dubium tamen collocata videntur argumenta de Comitum Holſatiæ iſtius ævi jure ſublimi & quæ ex eodem fonte derivantur jure nomothetico & ſupremæ jurisdictionis. Audiendus eſt ipſe originum Statutorum Hamb. indagator ſolertiſſimus MICH. RICHEY *in hiſtor. Stat. Hamb. c. 1. §. 28. ſqq. Vera nunc ipſius diplomatis* (an. 1292.) *ſententia in lucem ponenda eſt. Redit hæc diſceptatio ad duo momenta, quorum primum eſt, ut intelligatur, quid & quantum ſit id, quod civitati datur. Alterum utrum per res circumſtantes ex hoc quidem privilegio beneficium illud Comitum pro* DATO, *an pro* CONFIRMATO *videatur accipiendum* (dd). *Ad primum quod attinet, negari facile non poterit, eam fuiſſe civitatum ſub Comitibus conditionem, ut quidquid* STATUTI *inſtar a Magiſtratibus ſanciretur, id* RATUM & PERPETUUM NON ESSET, *niſi* DOMINI AUCTORITATE SUA *corroboraſſent. Huic igitur ſuæ legum cenſuræ & confirmationi Comites Holſati in urbe noſtra ita renunciarunt, ut omnem deinceps legislationem arbitrio Conſulari permitterent, & civitatis* αυτονομιαν, *quomodocunque hactenus circumſcriptam, nunc plenariam & abſolutam* (e) *declararent. Non obſtant his, ſed potius præſtructis ſubſidio venit vocabulum Köhre quamquam illud in noſtro quidem hoc diplomate paullo laxius & liberalius explicari exiſtimem, ſi de univerſa legum ferendarum poteſtate hic accipiatur, & omne principium conſcripti ſtatuti ex hoc conceſſo pendere jubeatur. Expendi enim debent verba ſequentia, quæ notionem illam diſerte reſtringunt. Scilicet illuſtres privilegii datores ipſi interpretantur mandare, edicta promulgare, eadem revocare, ſuper cauſis emergentibus novum jus creare* (f). *Hæc autem ἐξηγήματα vocis Köhre vix permittunt, ut eam in hac donatione intelligas de ſtatutis generatim & velut a primo fundamento exſtruendis, ſed de facultate* REFORMANDI *leges jam ſcriptas* (g) *atque uſitatas, easdemque per arbitria (Willkühre) man-*

Richeyi.

(d) L'AMBECIUS *L. II. Orig. Hamb. p. 76.*

(dd) Fruſtra vero quæſtio videtur moveri de *beneficio confirmato*, de quo non conſtat, quod *datum* unquam fuerit ante. Ex libris ordaliorum ante annum 1292. compilatis certe necquicquam colligitur nec probabitur unquam de ejusmodi beneficii *conceſſione.* Et quid opus fuiſſet, beneficium ſtatuendi Leges amplo & luculento diplomate Hamburgenſibus an. 1292. demum *conferre*, ſi idem beneficium eisdem datum fuiſſet antea? Miror in ipſo diplomate ne verbulum quidem exſtare de præcedente ejusdem beneficii, cujus confirmationem; RICHEYUS, comminiſcitur, largitione. Cauſſam omnem facile componit ipſum, quod laudatus AUTOR *d. l. p.* 22. omiſit integrum diplomatis proœmium. Ex hoc enim clariſſime patet, Comites libertates quidem omnes, ab imperatoribus, & progenitoribus eorum civitati conceſſas generatim *confirmaſſe*; his autem beneficiis nunc demum addidiſſe conceſſionem poteſtatis promulgandi jura municipalia, qua hactenus nondum donati fuerant conſules & civitas Hamburgenſis.

(e) Non abſolutam ſed adductam, variis limitibus, præcipue hac lege expreſſe circumſcriptam, ne jura ſtatuenda vergant in *præjudicium Comitum.*

(f) Formula hæc ſolennis & in plerisque conceſſionibus hujus generis uſitatiſſima eſt, & fere eadem occurrit in Privilegiis Civitatum Roſtochii & Wismariæ. Ad poteſtatem enim & arbitrium ferendi Leges omnino ſpectat facultas veteres Leges mutandi, abrogandi ſeu revocandi & novas condendi ſecundum ſtatus civiles rationes & mutationes. Mox in principio diplomatis hoc Comites explicate ſignificant; uno enim & communi nexu conjunctim largiuntur *poteſtatem* FERENDI PROMULGANDI & REVOCANDI leges exigente NECESSITATE & UTILITATE *univerſim civitatis.* In fine autem adjicitur facultas *novum jus creandi* in ſupplementum antiqui. Quæſo itaque, qua rationis ſpecie ſigillatim ex verbis *revocare Leges & novas creare*, formari poterit conceſſio *reſtrictiva*, de facultate Leges *reformandi* ſaltim intelligenda?

(g) Scriptas quidem in ſenſu vulgari ſcio ſententiarum ſeu ordaliorum collectiones, vel ſi mavis, Legum delineationes; de Legibus autem Hamburgenſibus ſcriptis in ſenſu juris civilis ante an. 1292. nil quicquam conſtat. Nec *uſitatæ* laudari poſſunt Leges, quæ in ſenſu legislatorio reputantur pro non ſcriptis, a ſuperio-

mandata & edicta, pro re nata augendi, mutandi, abolendi, sublato interventu auctoritatis Comitum, qui suos tantum reditus suosque census in urbe salvos sibi reservarunt (h). *Circa alterum interpretationis momentum disquiri adhuc posse existimo, annon istiusmodi res donationem hanc circumstent, ut confirmationi similior, vel saltem postliminio facta videatur. Nisi enim credere liceat* (i) *Comites, jam diu ante hoc privilegium, de auctoritate sua hac in parte remisisse non capio, quomodo Hamburgenses jam a quatuor lustris talem præ se ferre* αυτονομιαν *potuerint, qualem statuta eorum anno MCCLXX. & LXXVI. condita* (k) *ostentant. In his enim neque omnibus neque singulis ulla reperiuntur vestigia aut indicia vel auspicii vel confirmationis Comitum* (l), *sed omnia suo arbitratu sanciunt Consules & sapientiores, de menen Radmanne unde de wittigesten van der Stadt: adeo, ut ipsi etiam Comitis advocato seu Præfecto qui tandem* (m) *plane judiciis Hamburgensibus exesse coepit præscribatur* (n), *quid sui esse debeat officii, quidve ex mulctis emolumenti.* Quod laudatissimus auctor hoc loco de significatu vocis *Köhre* seu *jure accessorio* disseruit, id quidem diplomatis argumento præcipuo forte haud convenit. Quamvis enim circa ejusdem finem dicatur, donatam esse consulibus facultatem, obveniente casu nondum decisо, librum Statutorum nunc promulgatum *novis accessionibus supplere;* hæc tamen donatio saltim est accessoria & per vocem *præterea* connexa cum *principali donatione*, quæ in principio diplomatis differte nominatur concessio *juris* KÖRE MANDANDI & PROMULGANDI *secundum placitum eorum pro utilitate & necessitate civitatis*; in cujus juris communi nexu est facultas jura statuta *corrigendi, revocandi, minuendi & augendi.* Non itaque in hac charta donationis largitores dispiciunt de *augendo & reformando jure*, quod saltim collectum hactenus erat, nondum sancitum & publicatum ne dum petentibus communicatum; sed luculenter & ex instituto agunt de jure ex eorum indultu nunc demum *mandando, promulgando & exequendo;* prætereaque de *eodem* porro *constituendo & jubendo* utiliter. Neque in statutis & diplomatibus observare unquam licuit notionem *Köre* in singulari prorsus significatu *juris correctorii* seu facultatis abrogandi vel reformandi

Explicatio vocis Köhre.

periori non approbatis, Legum indole, sanctione & promulgatione destitutis. Quid? quod ex ipso diplomate an. 1292. dato differte constet, decantatum illum Ordaliorum, Legum prætensarum Codicem nequidem in notitiam civium venisse, quin petentes copiam ejus repulsam tulisse a Consulibus, his enim in dicta concessione ex instituto injungitur, ut petentibus *nullatenus denegent scripti libri copiam.* Quis vero cives dixetit lege non promulgata obligatos vel libro juris cum civibus non communicato obstrictos, cujus adeo inspectio relata fuit inter res prohibitas vel sibyllinas.

(h) Contra fidem annalium & documentorum hoc, puto asseritur; ex his enim benignius constat de auctoritate Comitum eorumque reservatis regalibus de quibus infra.

(i) Credere vero nilquicquam licet in rebus historicis, nisi adsint ratio & probationes. Crediderim itaque & ego tum demum, si requisita fide constiterit de laudatis Comitum tabulis *remissionis* in hoc argumento, visis a nemine adhuc

(k) Condita quidem privatim, sed non sancita jure legislatorio & cum effectu civili. Sponte ex ipso diplomate a. 1292. patet, ex Comitum singulari concessione librum ordaliorum, exigente utilitate & necessitate civitatis a. 1292. revisum & emendatum denique effectum *juris constituti*, vim obligationis & executionis obtinuisse, factumque fuisse eorum jussu & autoritate publici ac communis juris. Putaverim itaque antiquo *Libro civitatis* seu *ordaliorum Codici* an. 1270. collecto non nisi usum dogmaticum & extrajudicialem tributum fuisse, forte judicibus inserviisse instar adversariorum seu libri actorum digestorum, quorum autoritatem hodie habent *Protocolla* SENTENTIARUM *judicialium*, quæ olim venerunt sub appellatione *Libri civitatis*, STADBUCHES, docente charta an 1361. inter *diplomata Kilonienſia h. l p. 3293.* Facile etiam, nec incongrue conjeceris, sapientes viros, insufficientiam juris Lubecensis ex negotiosa experientia & tot speciatim obvenientibus in foro casibus intelligentes, industriam defixisse in colligendo jurisprudentiæ amplioris & ad statum civitatis propius accommodatæ Codice, ut præcipue in casibus jure Lubecano non decisis, usui illorum & consultationibus inserviret, aliquando etiam sortiretur *Statutorum* indolem & effectus civiles. Quod factum demum est a. 1292. Ipsa exempla forensia testantur, quod ante hunc annum Ordaliorum obligatio & valor non fuerit communis & judicialis. Statuitur Parte V. art. 3. Ordaliorum an. 1270 & 1277. h. l. p. 2098. *Noch Pape, noch Vrouwe noch Manneshoves de nedden 18. Jaren is, mach neen Sake vordern vor Recht, noch antworden, noch gud uplaten, noch vorgeven ane Vormund.* Qui vero tabulas donationum & libros hæreditatum inspexerit, sponte intelliget, quod an. 1275. 1279. 1284. 1285. sqq hæc sanctio praxi adhuc destituta fuerit. Ex adverso ex Libris hæreditatum post annum 1292 confectis Legis hujus usus testatissimus est, speciatim ad an 1308 *Præpositus vallis Virginum* (Herverdeshude) *resignavit cum tutore Hinrico Biscop dimidiam hæreditatem ut sitam in platea divitum in qua ipse H. moratur, Nicolaus Albus fidejussit.* Et ad an. 1320. *Leo Præpositus Hamb. & frater ejus Fridericus & mater eorundem cum tutoribus suis resignaverunt Duo H. de Hetfelde reditus decem marcarum denariorum, quos ipsi in Theloneo & Ungeldo Hamburgensi feudali jure possederunt.*

(l) Iterumque ex his defectibus luculentum est, codices antiquos ordaliorum referendos esse ad privatas jurium collectiones, non sancitas & promulgatas usque ad annum 1292. quo demum concessio ferendorum Statutorum data est. Testatur hoc LANGENBECK *d. l.*

(m) Certe nondum an. 1270. quo tamen primus ordaliorum Codex jam numeris suis erat absolutus; nec an. 1292. docente Codice revisо; nec quidem an. 1497. teste emendatiori Codice Langenbeciano, de quo infra.

(n) Præscribitur tamen & consulibus & civitati, quid eorum esse debeat officii. Nec omittenda est clausula, qua Comites & sibi & suis præfectis jura competentia reservarunt circa finem diplomatis an. 1292. cui accedunt ipse consulum literæ reversales eod. a. datæ, de quibus mox.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

di veteres Leges. Recte enim hæc vox dicitur ab Anglo-Saxonico *Cyre*, beneplacito; cum quo convenit Gothicum & Svecicum *Kora* arbitrium. Utitur hac explicatione Senatus Lubecensis in inscriptione *Codicis juris Lubecensis cum civitate Kilia an. 1337. communicati A. D. 1337. in crastino b. Ghertrudis universitas consulum ex communi consensu & deliberatione animo constituerunt & fecerunt istam constitutionem &* ARBITRIUM, *Willköhre.* Idem significatus ubique fere in antiquis statutis civitatum testatissimus est, speciatim in statutis civitatis *Lubecæ an. 1240.* & civitatis *Wismariæ* ab *Henrico Hierosolymitano datis an. 1266. XVIII. Cal. Maji*; quibus accedunt Articuli Statutorum Fratrum Luckæ apud Flensburgenses vulgo WILKÖR-*Recht der kucke Bröder in dem Mohr Lucken an. 1587.* nec non Statuta civitatis *Arkesæ* laudata ab ACHERY *Spicil. veter. Script. T. III. p. 607. notum esse volumus; quod nos hominibus nostris de Arkes legem juratam, quæ* CHORA *vulgariter appellatur, dedimus & concessimus.* Idem constat ex legibus conventus Obstalbomici an. 1321. promulgatis apud SIBRAND. SICCAMAM *p. 56.* & GÆRTNERUM *in append. Legum Frisiorum p. 147. §. 13. Quicunque puerum, vel masculum, vel fœminam intra legitimos annos ad contrahendum acceperit, vel tradiderit, sine scitu proximioris & tutoris vel hæredis, pœna centum marcarum puniatur, & puerum restituat & eidem puero secundum antiquum* WILLEKEUR, *& novas constitutiones satisfaciat.* Plura exempla affert jureconsultissimus RICCIUS *in Historia Jurium Statutar.* L. I. p. 13. §. 8. ubi subjunxit judicium: *Willkühr nannte man die Statuta, weil solche denen Stædten ehemahls nach ihren Belieben zu errichten entweder frey stunde, oder weil die Landes-Herrschafften denen Stædten dieselben zu machen ausdrücklich vergönneten, wie dann das Wort* Köre *besage des der Stadt Hamburg verliehenen Privilegii nichts anders als das Recht* Statuta *zu errichten und auch wieder abzuschaffen bedeutet.* Idem fere sentit LAMBECIUS, plura tamen immiscens a veritate aliena *L. II. orig. Hamb. num. 476. 477. 480. Fructum ex hoc diplomate an. 1292. civitas nostra percepit triplicem. Jam primum enim impetravit confirmationem immunitatum omnium & privilegiorum ab Imperatoribus Romanis & Comitibus Holsatiæ usque ad promulgationem præsentium tabularum sibi concessorum. Unde recte concluditur, quascunque tabulas veteres, jam dictis immunitatibus & privilegiis adversantes, aut aliquid derogantes, merito pro invalidis & suppositiis habendas esse. Secundo obtinuit civitas Hamburgensis hoc privilegio* POTESTATEM CONDENDI *juris municipalis ejusdemque abrogandi & corrigendi pro lubitu, nam usque ad hoc tempus primum quidem* COMMUNI *sive* HOLSATENSI (o) *deinde vero per specialem comitum Jo. & Gerhardi I.* PERMISSIO-

Judicium Lambecii.

(o) Rectius omnino: *Lubecensi seu Susatensi Saxonico.* Diserta enim adeo sunt ARNOLDI *Lubecens. L. II. c. 40.* verba: *Fridericum I. civitati Lubecæ libertatem & justitias, quas a Duce Hinrico Leone in privilegiis scriptis obtinuerant, secundum jura* SOSATIÆ *sua autoritate confirmavisse*; ut a temerario conatu parum abfuerit CONRINGIUS *de orig. i. g. c. 28.* qui primus legere maluit; *jura Holsatiæ.* Hujus autoritatem secuti sunt BANGERT *ad Arnoldum p. 226.* SAGITTARIUS *histor Bardev. VI. p. 215.* & præcipue LAMBECIUS *d. l. L. I. n. 101. 102.* ubi jus illud Holsatense SCRIPTUM & *Saxonicum commune* se invenisse putat in *Chronico Helmoldi L. I. c. 48.* ubi asseritur: *Tres Nordalbingorum populos, Stormaros, Holsatos & Ditmarsos nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenuisse* SAXONUM JURA. Sed manifestum est, Helmoldum, qui circa an. 1170. vita excessit, non intellexisse jura Holsatica *scripta*, sed CONSVETUDINARIA SAXONICA, populis Saxonicæ prosapiæ, præcipue Nordalbingis communia; quorum quidem præcipua pars sensim deinde Sec. XII. XIII. & sqq. in scripturam relata est, in ipsis quippe codicibus jurium statutariorum & territorialium passim descripta. De *Ditmarsis Saxonibus* speciatim constat, illos antiquissimas, quibus vixerant, orales Leges seu consuetudines demum an. 1447. in scriptum codicem redegisse, quj refertus est argumentis cum jure antiquo Lubecensi & Saxonico communi convenientibus. Holsati autem ac Stormari suis quidem patriis institutis ac moribus instructissimi, Legum tamen patriarum domestico codice Seculo XII. caruerunt; loco autem ejus adoptatis jurium codicibus seu Legibus agnatis *Lubecensibus, Saxonicis provincialibus* uti cæperunt *Seculo XII. XIII.* Si itaque *Helmoldum* de juribus *scriptis* Saxonicis seu Holsaticis sui ævi locutum fuisse cum Lambecio contenderis; concedas necesse est, illum vel intellexisse *jurium Saxonicorum argumenta in* SPECULO SAXONICO *circa an. 1240. descripta; vel ipsa jura* LUBECENSIA sub auspiciis Ducis Saxoniæ Henrici an. 1154. ex *Susatensibus Saxonum Westphalorum* immunitatibus & legibus consignata, veterum Majorum Saxonum Holsatorum Cimbrorumque avitis consuetudinibus & institutis refertissima. Recte itaque *Sosatiæ* lectionem apud Arnoldum omnibus omnino codicibus consonam tuiti sunt MEIBOMIUS *not. ad Wittichind. T. I. p. 670.* & *ad Irminsul. T. III. p. 32. Introd. ad histor. Sax. infer. p. 86.* LEIBNITIUS *S. R. Brunsv. T. I. p. 615.* LANGIUS introd. *ad notitiam LL. Naut. c. 9. p. 94.* DITHMARUS *ad annales Teschenmacheri P. II. membr. 2. Sect. I. p. 238.* HAMELMANNUS *Opusc. geneal. histor. p. 75.* HERTIUS *Biblioth. Germ. n. 571.* LUDOLPHUS *Observ. forens. p. 792.* GUNDLINGIUS *de jure oppignorati territ. §. 82.* GRUPIUS *discept. forens. p. 750.* BEHRIUS *in Rebus Mecklenb. VIII. 25. p. 1724.* DANCKWERTHUS *Chorograph. Cimbr. p. 216.* AUCTOR *des Braunsw. und Lüneb. Stam- und Regenten-Baums p. 65.* HEINECCIUS *histor. Jur. L. II. 3. §. 87.* & plures alii. Nec est, ut dissentientes abjecte sentiant de Susatensium celebritate quam obscuram adeo fuisse putant, ut Susatiæ mentionem in Lubecensium privilegiis factam referant fere inter res miras & insolentiores. Aliud de laudatissimo Sosatio, florentissima metropoli Angariæ, quæ castro veterum Saxonum & Frisiorum, Palatio Imperatorum, munitione, fontibus salinariis, amploque & frugifero territorio, *die Sæstische Boerde* appellato, præcipue Henrici Leonis utriusque Saxoniæ laudabili & generoso imperio, tribunali etiam & jure Sec. XII. celebratissima est, uti constat explicatius ex annalibus civitatis, præcipue ex privilegiis ab imperatoribus, episcopis & principibus civitati indultis, quorum testes sunt BOLEWINCK, *Monachus Carthusianus, de moribus Westphalorum apud* LEIBNIT. *T. III. S. B. p. 426.* GELENIUS *vita S. Engelberti: Stangelfolius annal. circul. Westph. L. II. p. 179.*] *Teschenmacherus annal. Cliviæ P. II. edit. novissi. p. 238. 293.* FORST-

Nomina eruditorum, qui pro jure Lubecensi & Susatensi substituunt Holsatense scriptum an. 1170.

Quod tamen ipsa Holsatia ignorat.

Jura consuetudinaria sensim in scripturam relata.

Holsati usi sunt juribus adoptatis Seculo XII. Lubecensi & Saxonico.

Et Susatensi fere natis.

Susatia Angariæ metropolis.

Judiciis & Legibus celebrata.

MISSIONEM *jure* WEICHBILDICO *seu municipali* MAGDEBURGENSIUM (p) *usa est, ideoque errant* TRAZIGER *&* SPANGENBERGIUS *L. 2. c. 7. altique, qui Hamburgum usque ad an. 1292. jure municipali* LUBECENSIUM *usum asserunt, decepti nimirum prava interpretatione diploma-*

FORSTMANNUS *de fascium Sosatens. vicissitudine Thes. XV.* SCHATENIUS *Hist. Westph. p 334. Annal. Paderborn P. II. p. 606. sqq.* LEHMANNUS *Chron. Spir. IV. 5. VII. 112. 121. de* LINDA *descript. orb. L VII. p. 772* Quibus adde BOTERUM *in vita Brunonis fratris Ottonis M. apud Leibnit. S. R. B. T. I. p. 291.* ubi Susatum *rebus seculi opulentum, populo plenum, longe lateque circum positis* SAXONUM *gentibus, nec minus provinciarum populis notissimum*, appellat; & qui cives de Susato ceteris *popularibus* fama celebriores laudat GOBELINUM *Cosmodr. ætate 6. apud Meibom. T. I. p. 332.* Neque existimandum est, Themidem Susatensem vel solis *Lubecensibus* innotuisse; ultra enim inclaruit sparsitque famam florentiorem; in aliis enim Saxoniæ oppidis etiam autoritatem utumque sensim sibi conciliavit. Summatim dicam, quod Corbacensis civitas regimine civili seu juribus Sosatiæ donata fuerit a Bernhardo Episcopo Paderb. circa an. 1188 testantibus codicillis, quos hodieque adservat tabularium civicum, si fidem habueris SCHURZFLEISCHIO *Anal. diplomat. ap.* SENCKENBERG. *Select. T. VI. p. 417* Item *Attendorniæ*, ducatus Westphalici oppido, jura Sosatiæ anno 1222. contulit Engelbertus Archipræsul Colonienſis: *civibus* inquit, *in ea degentibus libertatem & omnia jura, quæ* OPPIDUM SUSATEN *ab antiquo habuisse dignoscitur contulimus.* De *Mindensibus* testis est CRUSIUS *ad statuta Mindens. cap. 11. n. 15.* & de *Lippia* testatur ejus conditor Bernhardus, nobilis Dominus Lippiæ in charta donationis juris a 1394. *Ego de consilio amicorum meorum incolis contuli* ARBITRIUM, *ut jura* MELIORA *&* MITIORA, *quæ quacunque vellent, eligerent, tandem habito inter se consilio jura* SUSATENSIUM *sub ea forma eligere decreverunt.* Quis vero unquam sibi datam putaverit libertatem, in his civitatum *Lippiæ, Mindæ, Attendornæ & Corbachi* diplomatibus lectionem luculentam de oppidi *Susatiæ* juribus reputare dubiam vel vitiosam, ut opus sit emendatione, quam ex Holsatiæ oris Lambecius frustra repetiit Ipsa antiqua SKRAA *Susatensium*, quæ h. l. prodit, docet, Archiepiscopum Colonienſem, cui ex divulsis Henrici Leonis, a Cæsare proscripti possessionibus cesserat Westphaliæ pars, subjecisse sibi Susatium non nisi præcedente promissione de agnoscendis & tuendis civitatis JURIBUS ab OMNIBUS *ejus antecessoribus datis & confirmatis. Legi* meretur ipsum Friderici I. Imperatoris diploma in solenni curia *Gelnhusensi* an 1180. datum, quo Bernhardo Ascanio, Ducatum Saxoniæ cum Angriæ & Westphaliæ parte; Philippo autem Colonienſi Archiepiscopo partem Westphaliæ reliquam Paderbornensem & Colonienſi territorio finitimam contulit, quod exstat apud SCHATEN *annal. Paderb. L. I. p. 850.* LYMNÆUM *jur. publ. T. V. addit. p. 174.* Nolo quicquam addere de coloniis & familiis Westphalorum speciatim Sosatensium in civitatem *Lubecensem* fide Helmoldi *L. I c. 57* deductis, quorum præcipuis, consuetudinum quippe avitarum Saxonicarum juriumque & regiminis reipublicæ Susatensium peritioribus honores judiciarii & *senatorii* delati sunt, adeo ut ab ipsis civitatis incunabulis in fastis consularibus a MIDDENDORPIO, DOERINGIO, SCHLOPKENIO & JACOBO a MELLE editis, compareant *Dietericus de Harlau* ex Westphalia, *Joh. de Kamen* ex Unna, *Giesebrechtus* de Warendorff, Hermannus de Susato, & qui in diplomate Henrici Leonis a. 1161. apud Jo. DAN. GRUBERUM *orig. Livon. p. 60. nota 6.* testis adcitatur, *Volquinus de* SUSATO, *consul Lubicensis.* Nec est, ut dubium moveatur, fuisse jura Sosatensia omnium minime Lubecæ congrua ob confluxum peregrinorum, maris confinia, studium navigationis & mercaturæ, Susatensibus forte incognitum, defectumque Legum nauticarum Ne enim dicam, Susatium jam tum Seculo XII. & XIII. commerciis & navigationibus effloruisse, uti patet ex privilegio WILHELMI *Regis Romanorum* de Susatensibus naufragium passis in terra Hollandica *an. 1252*; distinctionem omnino requirunt invicem tempora & commerciorum incrementa, leges civiles & maritimæ, quarum illæ jam an. 1158. conscriptæ, hæ demum sensim illis vel insertæ & vel Seculo denique XIV. ex instituto consignatæ sunt; certo indicio Lubecensibus de rebus quæ intra mœnia gerebantur certa lege constituendis, multo anteriorem fuisse cogitationem, quam de maritimis, quarum non adeo subita sunt incrementa; quemadmodum videre licet ex iis, quæ in ipsis Codicibus juris Lubecensis antiquissimis *anno 1232. & 1240. sqq.* sensim de *Teloneis*, de jure *navium* & rebus *maritimis* constituta sunt. Et quis demum adoptionem juris Sosatensis in foris Lubecanis alio unquam dimetiri voluerit modulo, quam qui accommodatus est indoli civili & rationibus Legum receptarum, quæ vigent quidem & fortiuntur vim civilem, sed in iis tantum argumentis, quæ non adversantur statui, naturæ, fini reipublicæ, salva etiam auctoritate legislatoria, quæ paulatim apud Lubecenses vel abrogavit nonnulla, vel surrogavit adjecitque Legibus Sosatensibus additamenta in causis dominatis & speciatim obviis, vel de quibus siluerat Themis Sosatiæ. Sed rem ipsam de jure Sosatiæ, fonte Legum Lubecensium, expeditam satis dixerit, qui meditabitur insignem utriusque juris concentum, quem LANGIUS; MEIBOMIUS d. l. HEINECCIUS *T. I Elem. Jur. Germ. L. I. Tit. VIII. §. 167. p. 129.* KEMMERICHIUS *progr. præfixo disputationi Gerckenii de jure Hagenstoltziatus* aliique observarunt in argumentis communionis bonorum, debitorum conjugalium, distributionis donorum nuptialium, exclusionis filiorum separatorum ab hæreditate paterna, pœnæ fractæ pacis domesticæ, quibus exemplis facile alia juris antiqui Saxonici & Frisici argumenta addideris & vel sponte noraveris ex Skrais seu Legibus Susatensium antiquis Seculi XIII. & recentioribus Seculi XV. quas binas hoc Tomo in lucem protraxi. Notari meretur in laudatis Statutis articulus *van der* FRIESEN *und* VAHLEN ERVE, de bonis *Frisiorum* & *Saxonum*, vel, quos alii laudare malunt, *Francorum*; certo indicio, Frisios, Saxones Cimbros sedes ibidem fixisse & Angariæ Saxoniæ intulisse jura communia avita Saxonica, terras etiam & pagos Westphaliæ gentilitio nomine distinxisse & appellasse, quemadmodum testatur pagus SASSTROPP inter fines territorii Susatensis *die Soester-Börde* situs. EMMIUS *in Hist. Fris. L. I. n. 39. sqq.* Forte tamen plura de Susatensium Saxonum antiquis moribus, consvetudinibus & legibus cum Lubecensibus communicatis observaverit, cui data fuerit occasio, inspiciendi antiquissimum Legum Susatensium volumen plicatile, latine scriptum in membranis, duabus ulnis in longitudinem latitudinemque protensis, quæ hodieque in curia Susatensi adservantur instar carminis sibyllici, adeo ut vel ex superstitioso antiquitatis cultu forte etiam ejus odio, vel ex insciti rerum metuque inde oriundo vel ex invidia petentibus denegetur harum legum lectio, quamvis innocua, in nullius præjudicium, saltem in usum dogmaticum & in emolumentum jurisprudentiæ Germanicæ, Susatensis & Lubecanæ vergens præcipue. Nonnulla de antiquissimo hoc jurium Susatensium codicillo membranaceo notavit *D. Ludov. Eberhard.* RADEMACHER *in collectione rerum Susatens. Msc.* cui autori illustris LUDOLPHUS *Susatensia* debet, quæ inseruit *Part. III. Obser. foren. p. 427. & P. IV. in collectione quorundam Statutor. p. 791. sqq.* ubi ita: *Nach diesem ist das Statutum unter dem Nahmen* SCHRAE *bekandt worden, und ist die alte Schrae ein auf Pergament geschriebenes Buch in teutscher Sprache, ohne Benennung der Zeit; vermuthlich aber ist, daß solches Statuten-Buch im 12ten Jahrhundert, als die Stadt Soest unter des Ertz. Bischofen zu Cölln Schutz sich*

Quibus usi sunt Corbacenses.

Cives Attendornienses.

Mindæ.

Lippiæ.

Lubecæ.

Susatia commerciis florens Sec. XII.

Concentus juris Susatensis & Lubecensis.

Skraæ antiquissimæ Susatensium usus.

plomatis Friderici II. Imp. cujus VERAM (q) *explicationem L. 1. n. 98. inſerui* (nimirum *per antiquum juſtitiam Lubecenſem non intelligi jus civile ſed duntaxat legitimam conſuetudinem & poteſtatem utendi paſcuis, ſylvis, fluviis aliisque bonis ad comitatum Nordalbingiæ pertinentibus ea ratione, qua Lubecenſibus a Duce Henrico Leone id olim conceſſum fuerat*). *Tertius fructus ex hoc diplomate fuit liberatio ab* APPELLATIONE *ad* COMITES *qua* SUBLATA *ſimul procul dubio deſiit jurisdictio* ADVOCATI, *qui hactenus conſiliis* PUBLICO *nomine* COMITUM PRÆSEDERAT. Fruſtra præcipue hæc, quæ ultimo loco de JURE *appellationis & advocati* SUBLATO tradita ſunt, ſtatuuntur, nec ex verbis nec ex mente diplomatis (r) unquam eruenda, docu-

De juſtitiis appellationis & jure

Adjumenta hiſtoriæ & juris Suſatenſium.

Objectio diſſentientium.

Reſponſio.

Opinio Lambecii.

ſich begeben, gemacht worden. Zu welchem von Jahren zu Jahren ein Zuſatz geſchehen. Im 16ten Jahrhundert ſoll ein Stadt-Secretarius, Magiſter Jaſper von der BURG, *dieſes Buch verbracht haben, worüber eine Bürgerliche Unruhe entſtanden, biſs es wieder hervey kommen, und um ſelbige Zeit ſo genannte neue Schrae abgefaſſet worden ſeyn, mit Beybehaltung der Alten, ſo viel man nach damaliger Verfaſſung dienlich gefunden.* In transcurſu moneo, Tabulas pacis inter Archiepiſcopum Coloniæ & Ducem Cliviæ de urbe Suſatenſi initæ non a. 1409. ſed an. 1449. conditas eſſe, ideoque concidere dubium a LUDOLPHO *d. l. P. III. p.* 429. obmotum de mediatore *S. Angeli*, in Germania Legato Pontificis Rom. & Cardinali a. 1409. adhuc juvene. Inter deſideria omnino reponenda eſt rerum juriumque Suſatenſium hiſtoria, fide monumentorum & diplomatum conſignata, tum ex ævo Saxonum Imperatorum, tum ex Ducum Saxoniæ præcipue Hinrici Leonis, deinde Archiepiſcoporum Colonienſium & ab a. 1444. Ducum Cliviæ imperio repetita. Inſervunt huic operæ collectanea ad Hiſtoriam urbis Suſatenſis facientia a *Du. de* LUDOLFF *Appendici II. Supplementorum obſervat. forenſium p. 17. ſqq. inſerta;* item Diplomatarium, quo DITHMARUS annales *Teſchenmacheri* illuſtravit & GERHARDI *a* SCHÜREN (qui in fronte libri ſe vocavit HAUSSGESIND *und Secretarium Johannis Herzogs zu Cleve*) in hiſtoria *cliveni & marcana.* Quibus addo adjumenta pauca, quæ ad manus ſunt: I. THOMÆ FORSTMANNI *diſſ. de faſcium Suſatenſium viciſſitudine Jenæ* 1703 *hab II.* JACOBI Suſatenſis & Syndici deinde civitatis *diſputationem de effectu ſuſpenſivo, devolutivo & remiſſivo Halæ a.* 1695. *ſub præſidio* SIMONIANO ventilatam in qua receſſum electorem Brandenburgenſem inter & Senatum Soſat. de ſumma appellabili a. 1665. factum explicat III. *Henrici Melch.* SCHÜTTE *diſſ. de jure Soſatenſi ejusque & civilis collatione in ſucceſſione ab inteſtato, Erford.* 1720. In explicando ſignificatu vocis *Skraæ* provocat §. 8. p. 11. ſqq. ad vocem *Schranne*; qua in diplomate a. 1368. apud FALCKENSTEIN *Cod. dipl. Nordg. p* 200. *& in jure Auſtriaco apud de* LUDEWIG *Reliqu. T. II.* §. 1 denotatur *palatium, locus judicii.* Conjiciente ARPIO in *ferüs aſtiv.* §. 127. *p.* 323. origo vocis petenda eſt a *clamore*, quia ſtatuta applaudente populo facta ſunt. Placet mihi etymon a theotisco *Skraan*, ſcribere, in tabulas patentes aliquid referre, unde ſcribæ dicuntur *Skraa Proeſtere.* IV. JOH. PETRI STUTENII de *Patroclo Suſatiæ patrono ſive de vita & geſtis Patrocli Martyris, variis illuſtrata obſervationibus edit. Lipſ. 1712.* de quo etiam agunt P. THEODORUS RHAY *in animabus illuſtribus Juliæ Cliviæ & Montium p.* 9. *& 273.* & BOLLANDUS *in actis Sanctorum T. II. menſe Jan. p.* 342 *ſqq.* Excepit hanc lucubrationem Stutenianam an. 1713. alia ejusdem disquiſitio: *Suſatum purpuratum* inſcripta, in qua vitam GROPPERI curiæ Romanenſis purpurati, in hiſtoria Soſatiæ eccleſiaſtica famigeratiſſimi delineavit. Nec omittenda eſt in Scriptorum Soſatenſium recenſione SYBELII *oratio de fatis civitatis Suſatiæ*, cui fecit indicem: *Pax redux.* Venit huc ABSAL. POLLII *encomium Suſati*, ſermone metrico *Halæ an. 1596.* editum, præfixa quidem B. OLEARII *Hal nſis quondam Theologi* ad Senatum Soſatenſem præfariuncula. Sub initiis denique reformationis *an.* 1534. (STANGELFOLIUS *in Ann. Circ. Weſtph. Lib. IV. p.* 23. *ponit anno* 1531.) prodiit & per plateas diſperſum valvisque templorum & portarum adfixum eſt ſcriptum acerbiſſimum ſub indice des *Soeſtiſchen Daniels* rhythmis Germanicis exaratum, convitiis refertum & ſugillationibus plena acerra in præcipuos Evangelii apud Soſatenſes promotores, ordine quidem recenſitos, effuſis. Et quamvis de auctore non aperte conſtet, haud tamen inanis eſt eorum conjectura, qui a Cardinali GROPPERO *veritatum evangelicarum infenſo* fœtum eſſe excluſum putaverunt. Retudit mox (a. 1534.) maleferiatorum tela JO. POLLIUS *parochus Soſatenſis* ſcripto vernaculo, quod graviſſimo epiphonemate latino obſignavit. Nec tamen conticuerunt romanenſes, denuo chartas ejusdem argumenti an. 1537. divulgantes, quas contemptu magis quam caſtigatione dignas judicaverunt Soſatenſium antiſtites. Manu ſcripti exſtant *labores* JACOBI *de* SUSATO, in bibliotheca S. Dominici etiamnunc adſervati & in rerum Soſatenſium hiſtoria ſubinde adcitati a BRAUNIO *Libro III. de urbibus Germ.* Latet etiam inedita HERMANNI LATOMI *metrica deſcriptio belli Soſatenſis an.* 1576. *confecta XXXIII. foliis abſoluta* ſub inſcriptione: *Hiſtoria von der Bohemen Kriege, das iſt, wie Biſchoff Diderich ein Churfürſt groht, die van Soiſt hat gebracht in Noith &c.* Citatur & ab SCHUTTIO *l. c. §. 3. p. 4.* opuſculum MSC. *die Soeſtiſche Fehde*, bellum Soſatenſium cum Colonienſibus & vicinis enarrans. In uſum denique eccleſiæ Soſatenſis conſcripſit M GERHARDUS OERNICHIUS ordinationem Eccleſiaſticam calculis *D. Urbani* RHEGII & *Hermanni* BONNI approbatam *Lubecæ* 1532. excuſam eodemque anno die Jovis a Paſchate publicatam, de cujus hiſtoria, fatis & argumentis quædam ad ſtatum Soſatiæ ſacrum omnino facientia dixit HERMANNUS HAMELMANNUS *in hiſtor. Eccleſiaſt. inſerta ejus opp. hiſtorico genealog. p.* 1098. *ſqq.* Alia pauca rerum Suſatenſium argumenta recenſuit JO. DIET. a STEIN *in Fontibus Hiſtor. Weſtphal. p.* 71. 76. 86. 124.

(p) De hoc errore ſupra dictum eſt.

(q) Minus rectam, ut ex rationibus hiſtoricis & diplomaticis probatum eſt ſupra.

(r) Provocant ad verba, quibus Comes præcepit, *ut jura ſua & ſententias nusquam alias, id eſt* FORIS *civitatem, quam in* DOMO CONSULUM *ipſius civitatis ſecundum ſcripta Statuta exequantur.* Quæ verba tamen nilquicquam de ſublata ad Dominos territoriales appellatione, ſed ſaltem de ſublatis extra civitatem judiciis ſuburbicis intelligenda ſunt, ita ut tam cauſæ civium quam villicorum, quos tractus civitatis ſeu Weichbildum conjunxerat, in uno foro civico ſeu in curia civitatis cognoſci debeant, dijudicari & executioni tradi ſecundum normam Legum peculiarium, nunc promulgatarum in Libro ſtatutario civitatis. Convenit hæc explicatio diplomati, quo Comites an. 1258. Hamburgenſibus largiti ſunt jurisdictionem extra civitatem in pagis conterminis exercendam, ita tamen ut lites intra hos terminos exortæ INTRA CIVITATEM *debeant* OMNIMODO JUDICARI. Ipſe LAMBECIUS, cui jam tum nonnihil de ſublata quadam appellatione in mentem venerat, in his verbis explicandis anceps hæret *L. II. n. H. p.* 46. *n.* 144. *Hæc verba*, inquit, *duas recipiunt longe diverſas interpretationes. Cum enim particula* OMNIMODO *omnem tollat obligationem, & plenam nullique vel interpellationi vel inquiſitioni obnoxiam poteſtatem denotet, haud abſurde concluditur, urbem cum aſſignato territorio appellationi ad Comites exemptam per illa verba declarari. Sed cum eadem particula in jure noſtro* (intelligit Romanum & gloſſas juris) *etiam*

pro

cumentis etiam & annalibus hujus & ſequentis ævi prorſus contraria. Facile probatu eſt, quid ſibi velit luculentiſſima clauſula, certe non otioſa, qua Comites laudatam conceſſionem inſtar cautionis & præſidii muniverunt. Expreſſe enim ſtatuunt, hanc juris ſta-

Advocati Comitum Hamburgi non ſublatis a. 1292.

pro indiſtincte ſumatur ea hoc loco non ad judicandi poteſtatem, ſed potius ad diſcordiarum ſive quæſtionum dijudicandarum varietatem referenda eſſe & nil aliud quam ſine ULLA EXCEPTIONE *ſignificare.* Provocat idem autor in notis ſubjunctis ad *Tuſchium, Briſſonium & Barboſam*, quorum tamen loci communes ex jure Romano & gloſſatoribus compilati inepte pertrahuntur ad explicandos ſignificatus argumentorum diplomatum Germanorum. Indubie vox omnimodo d. l. idem eſt ac omnino, univerſim, ſive lis fuerit civilis, ſive corporis afflictiva & criminalis. De inſtituenda itaque actione & dijudicanda lite in foro competenti civico agitur; non excluditur, nec definitur alia prorſus quæſtio *de provocatione a re judicata*, ſeu devolvenda cauſa ad judicem ſuperiorem. Expende ſaltim diſertam, quam Comites in ipſo diplomate an. 1292. mox verbis de conceſſa competentia unius judicii civici adjiciunt conditionem, *quod nemini petenti, qui ſententiam pronunciatam minus juſtam ſibi eſſe putaverit, denegari debeat libri ſtatutarii copia.* Quem hujus præcepti putaveris effectum, niſi civibus inſpectionem legum petentibus relictam dixeris libertatem appellandi a ſententiis civicis ad curiam ſuperiorem? Quid enim illis profuiſſet inſpectio, niſi ſalva illis fuiſſet appellatio eo caſu, quo ſententiam inſpectis Statutis haud conſonam exiſtimaverant? Quem hujus diſſenſus horumque gravaminum contra latam ſententiam judicem dixeris, niſi ſuperiorem? Quid dicendum erit de caſu ex æquitate & arbitrio judicis ſaltem deciſo, Legibus ſtatutariis nondum definito, ſed nova lege demum definiendo? Et quis ad otioſa retulerit verba, quibus Comites expreſſe ſanciunt, quod ſi aliquis ex PARTE COMITUM *inſpectionem Statuti* (tum antiqui ſeu promulgati, tum condendi liberoque antiquo Statutorum inferendi) POSTULAVERIT, *ipſi nullatenus deneganda ſit libri ſtatutorum copia ut videat, an ſententia juſta ſeu Legibus conformis an alicui injuria ſit irrogata?* Suboluit nonnihil *Herm.* LANGENBECCIO, qui in *introductione Codici an.* 1497. *præmiſſa* rei hujus juſtitiam defenſurus in alia diverſa abit & denique civium jura appellandi ita dijudicat: *Thom andern mag me bilighk twiveln, wat de Meninge (des Privilegii an.* 1292.) *ſy darvan, dat me nene Ordele buten der Stadt den up dem Rhadhuſe, nha Lude der Schrifft des Bockes ſchall exequeren und dat vervolgen. Ick late my bedüncken, darmede dem Rhade dat Recht bevalen werde, ſo dat men vorder van ehn nicht ſchole appelleren, quaſi cum clauſula appellationis remotæ, welck nemandt dohn mach behalven de Keiſer, ſo de Text betuget in L. 1. §. fin ff. a quib. appell. non lic. Wente nemandt noch Here, effte gemente mach heden offte ordineren, dat me nicht ſchole appelleren; idt ſy dat öhme beköre und thokame de Rechticheit aller Appellation, ſo well der andern alſe der erſten; belanget ehme allene de erſte Appellatio edder hefft he dat erſte und nedderſte Gerichte, und nene Erkandtniſſe van ſchuldenen Ordelen, den mach he nicht hindern tho appellerende, indeme darmede worde vorkortet de Rechticheit ſynes* OVERSTEN, *der he ſick nicht ſchall effte mach underwinden effte bekümmern. Effte nu dejenne, dem dat Recht der erſten Appellation alleine thokumpt, vorböde tho appellerende, darmede worde allene affgedahn und vorlegt de erſte Appellatio ehme belangende, ſo dat he dorch ſtilleſwigende ward geholden ein beſteediger des erſten Ordels, gelick efft idt an ehne geſchüdt und dorch ehne ſtede holden und bewillet were. So dat ſyn hinder der Scheldinge wertt gedelet vor de* ANDERN SENTENTIEN, *darmede de erſte worde beſtetiget, alſo men dennoch ins mochte appelleren van Beſtedinge des andern Richters, dar dat Ordel ahngeſchulden was; So mach me dennoch erſtmals appelleren van der erſten Sententien und ſwigender Belevinge des andern Richters dorch hinder der Appellation, welcke, wo woll de erſte Appellatio is, ſo hefft ſe doch de Macht und Rechticheit der andern, ſo dat me forder nicht mach appelleren, ſover avermals de Sententie werdt geſcholden ſtede vor dem overſten Richter, wente ſo is idt gelick effte dre eindrechtige Sententien gedahn wehren in einer Sacke, de ene van dem erſten, de andere ſtilleſchwigende (dorch ſin Verboth der Appellation) van dem andern Richter, u. de drüdde van den* OVERSTEN, *de nha Erkentniſſe der Appellation de erſte Sententien beſtediget und ſtede holt, van welcken dreen einforigen Ordelen nicht verlowet is tho appellerende Hiruth ſchinet dat den Greven van Holſten nicht behoret dat Recht einen andern tho bevelende mit vorbade der Appellation. Ock ſchinet hiruth, dat noch ſe, noch de van Hamborch mogen verbeden tho appellerende, ahn den* KEYSER, *dit ſchinet ock woll uth der lateſten Clauſulen des Privilegii, indem dar bewaret wert, dat ſußdane vorloff der Heren* RECHTICHEIT *ſchall unvorfanglich ſyn; und wo mach idt der Overſten Herſchop Rechticheit vorfenglich ſyn, de allewege* STILLESCHWIGENDE *wert* BEWARET *und buten beſcheden; wowol ick finde in Stadtrechte hinder der Scheldinge edder Appellation dorch twyerleye, alſe dorch Pyne darby geſettet, offte dorch wiſe de Macht hebbende twier Appellatien binnen der Porten, up dat me buten nicht dorve Recht ſöken, ſo hirnha werdt apenbahr werden, in mehr Steden, dar ick dencke dat tho verclarende, alſe A. XIX. XXII XXIII. Van diſſen Dingen effte me moge vorbeden tho appellerende, und wat Pyne effte Straffe darby ſy, beröret de gl. Sp. 2. art. XII. welcke Gloſſe leret in wat Sacken de Ordele Krafftlos, effte van unwerden ſyn ohne Appellation, ſo dat me de nicht ſchelden dorv, und welcke Ordel ſtede bleven, de men nicht mach efte moth ſchelden.* Audiamus autem laudatos articulos ipſius *Codicis Statutarii an.* 1497. ex quibus forte eorumque gloſſis Lambecianis de *jure & ordine appellandi* prolixius conſtabit: Art. XIX. Sect. I. *De gemene Radt van Hamborch, vnnd de wittigeſten in der Stadt ſint des tho Rhade worden, vnnd hebben gewilkort, dat neen Man ſchelden mach jennich Ordel by ſyner waninghe in deſſer Stadt, men an der* STADTBOCK; *und will idt dar baven jennich Man ſchelden, de ſchall entheven ſynes Erues und ſyner Wanninge in deſſer Stadt.* Gloſſa Langenbecii: *Wente uth* VORLOVE *des Fürſten mögen de van Hamborch Geſette der Rechte macken, wordorch ene nicht kan ſin vorlovet, dat dem Fürſten nicht entemede efte behordе tho donde. Nu is apenbar genoch, dem Herrn van* HOLSTEN *als einen Leen-Manne des Rickes nicht billich tho ſynde, des Rickes Overichheit tho krenckende, de alle wege jo ſchall ſyn beholden und buten beſcheden. Ditſülve blicket apenbahr uth der Begnadinge den underſaten düſſer Lande uthforderung der* HERRSCHOP *vorlovet, dat apenbar de Appellatio werdt buten beſcheden in dem* RICKE *und reſerveret. In dem nu ein Rhadt von Hamborch holdet de Stedte des* FÜRSTEN, *wor men van ſynen* VAGEDE *tho Hamborch (nach den Act. hirnha* B. 1.) *ſittende,* APPELLERET, *is apenbahr genoch dat dar des Rickes Overicheit ſtede hefft, und nicht mach werden vorhindert ohne fulbordt der Parte de ſick des mogen wol verſeggen.* Art. XX. *Wert eyn Ordell vor Gerichte fundenn und will dar jennich Man wedderſprecken, dat en deit he nicht, he ſchelde dat Ordell up dat* HUSS *vor den Radt und ſchall dat wedder affbringen to dem negeſten Dinge, idt beneme eme den de noth, dat he up* DAT HUSS *nicht kamen mochte, und ſchall dat up den Hilligen warden, So ſchall he dat vorbringen to deme anderen negeſten Dinge, deit he des nicht, ſo is he neddervellich ſyner Clage. Iſt auerſt ein Ordell vor den Radt gekamen, ſo hinaert dat dem Manne nicht und idt ſteyt by dem Rade, wan ſe dat Ordel wedder affſenden willenn.* Gloſſa ad verba: up dat huſs: *Hiruth blicket apenbahr genoch dat de Scheldinge nicht moch ſcheen an den* VAGET, *wo woll he ein* STADTHOLDER *is des* FÜRSTEN, *alſo hirnha* B. 1. *in denne he ſyn Commiſſariat der Vogedie hefft van dem Rhadt und nicht van dem Fürſten, ſowoll medebrengen vele Articele hirnha, in welcken Richte walt des Vagedes wert* reſerveret *und geholden dem Rhade, ſüſi hefft de* FÜRSTE *bevalen, dem Rhade, vorweſere und Stadtlüde tho keſende in* SYNE STEDE, *de der Stadt vorwehren,* GELICK *der Keyſer ſüßdaner Sacken halven de Fürſten dehme effte Gemeinſchafft vorlehnet und de greven vort de Schulten Sp. 1. art. LVIII. So*

Probatio ex verbis diplomatis a. 1292.

Judicium Langenbecii.

Rationes. ſtatutarii promulgandi poteſtatem non extendendam eſſe ultra conſtitutos limites, ſtricte nimirum de donatione juris ſtatuendi accipiendam, nec quicquam vertendam in *præjudicium damnum* vel *impugnationem* EXACTIONUM *ſeu* EMOLUMENTORUM *&* JUSTITIARUM *ſeu* JURIUM quibus Comites HÆREDITARIO JURE in eadem civitate potiebantur. Certe non infrequentes ſunt hujus generis conceſſionum conditiones, quibus Principes largitiones jurisdictionis & juris ſtatuendi plerumque circumſcripſerunt. Uſus eſt eadem fere formula Hinricus Hieroſolymitanus Dominus Megapolenſis in privilegio de condendis ſtatutis civitati Wiſmariæ indulto an. 1266. *Conferimus etiam civitati noſtræ Wismariæ, ut libere in cauſis hinc inde occurrentibus ſuo libero fungatur arbitrio, quod in vulgari* WILKOERE *vocatur, dando ei optionem* AUGMENTANDI *&* MINUENDI ipſum *arbitrium ſtatutum pro* VOLUNTATE CONSILII *&* CIVITATIS *ita duntaxat, ut in* PRÆJUDICIUM *& detrimentum noſtrum aut heredum noſtrorum ſcilicet puerorum, ſi quos Deus de ſua benignitate Nobis elargiri dignabitur, nihil penitus arbitretur; admittentes etiam & condonantes, ut de emenda dicti arbitrii recipiant, quantum voluerint, & dimittant, extorqueant, aut relaxent, interjecta tali conditione, ut Nobis ex ipſo arbitrio tertia pars cedat, & duæ Civitati.* Eandem jurium ſupremorum reſervationem Deputati Reginæ Sueciæ Chriſtinæ inſeruerunt declarationi & confirmationi privilegiorum Wismarienſium an. 1653. art. 6. *Laſſen I. K. M. die Stadt und Dero unmittelbahre Obrigkeit bey dem Privilegio und Rechte, daſs ſie Statuta und Ordnungen aufrichten mögen, nur daſs I. K. M. und Dero Nachkommen zu einiger Præjuditz, Nachtheil und Abbruch der Hohen Obrigkeiten Rechte nicht gereichen, auf welches Beding und Auszug dan die mit übergegebene Statuta und Bürger-Sprach beſtætiget werden.* Ap. SENCKENBERG *T. V. Select. Jur. & Hiſtor. p. 578.* Aliud exemplum habes in literis Principum Anhaltinorum Hinrici & Ottonis an. 1373. datis oppido *Güſten*, cui contulerunt jura Weichbildica ſeu jurisdictionem urbanam, ea lege, ne hæc conceſſio extenderetur ultra præſcriptos limites: *Thun kund daſs wir dorch Bete willen aus ein ſonderliche Gnade, Beſſerunge und Nutzen willen, unſern ehrſamen geſeſſnen zu Güſten geben alles* RECHT *als andern unſern Stædten u. Weichbilden alſo daſs wir auch beholden unſre* GERECHTIGKEIT *als in andern unſern Stædten u. Weichbilden wie man das heiſſen oder nennen kan:* ap. BECKMAN *Hiſt. Anhalt. T. I. P. III. L. IV. c. 5. p. 479.* Eandem conceſſionem juris confirmavit Princeps Bernhardus IV. an. 1495. *Daſs ſie all ſolch Recht haben und brauchen, doch alſo daſs wir auch alle und jegliche unſre* GERECHTIGKEIT *als in andern unſern Stædten behalten.* Accedunt Georgii Ducis Saxoniæ *Literæ confirmationis juris Willköhr civitati Miſniæ datæ Dresdæ* an. 1525. apud SCHÖTGENIUM & KREYSIG *in Spicilegiis diplom. & hiſtoric. Saxon. ſuper. P. II. p. 321. Und wollen hiemit in Krafft dieſes unſers Brieffs, daſs dieſe begriffende Meinungen nun und hinfort zu ewigen Zeiten alſo gæntzlich und unverrücklich für der Stadt Meiſſen Willkühr und rechte Ordnung der Punct und Fælle darin begriffen, ſoll gehalten werden, die wir auch alſo aus Fürſt-*

Exempla ex chartis Wismariæ.

Anhaltinis.

Miſniæ civitatis.

So iſt et hir, dat de Rhadt de Overicheit hefft des hogeſten und ſideſten Gerichts, derhalven moth me ſchelden de Ordell uth dem erſten Dinge eſſte nedderſten Rechte vor dem Rhadt, van dem Rhat an dat STADTBOCK. Et ad verba: vor dem Rhade: *Wente men ſchall idt tehen vor den hogern Richter. So de Rhadt is haven des Vagedes Gerichte, vth ſonderlicher* BEVEHLINGE DES FÜRSTEN. *Wen men nu ſölches ſcheldet vor dem Rhadt, ſo iſt et nha der Sententie eine Appellatio und Scheldung van dem Rhad ahn dat Bock. Und darvan mach he nachmals nicht mehr ſchelden. Wente nu, wat Sacken ſyn, geſchehen twe ſchelding, und dre Sententien, darvan mach men nicht mehr appelleren.* Et art. XXII. *Wann de ghemenen Raidtmanne eyn Ordell van dem* HUSE *finden vor Gerichte, van den de hyr ſchreven ſthann, ſcheldet dat jennich Man wedder an dat* BOCK, *und men kan neen rechter Ordell vinden in deme Bocke, dat Ordell ſchall ſtede ſyn und men ſchall dat wedder vor Gerichte ſenden. Scheldet he dat anderwerve, dat ſchall he betheren, jewelcken Borgermeyſter myth VIII ß. und jewelckem Raidtmanne myth IV. ß. dat ſchall men eme nicht inne lathem, und dat Gelt ſchall men in der Stadt nutteſchup leggen. Szendet de gheme Rhadt eyn Ordell vor Gerichte, dat in dem* BOCKE *nicht enſteyt, dat mach he wol theyn up dat Huß enewerve; ſcheldet dat jennich Man anderwerve, de ſchall dat beteren jewelckem Borgermeiſtere myt VIII ß. und jewelckem Raidtmanne myt IV. ß. und men ſchall ene nicht inne laten, und dat Gelt* SCHALL *me in der Stadt nutteſchup leggenn, und ſo dicke he dat ſcheldet, ſo dicke und vacken ſchall he dat beteren, und ſo ſchall me dat ſchrivenn in dat* BOCK. Gloſſa ibid. ad verba: *an dat bock: Wente bilicken ſcholde men alle Sacken vor dem nedderſten* RICHTE DINGBANCK *anheven und begripen, wente den dorch de erſten Findung der Dinglüde worde begrepen, und vorſtahn de erſte Sententie worvan men den mochte appelleren und ſchelden tho einen högern Richter, alſo tho dem Rhade, welcke werden gereckent vor twe Sententien und Ordell, wor ſick dennah de Parte leten bedüncken ehne unrechts wedderfahren wehre, ſo mögen ſe tho dem andern mhale appelleren tho der* STADTBOCK *alſe thom* OVERSTEN RICHTER; *ſo den dar ſyn in der Sacke ergangen dre Sententien und twe Appellation, darvan is nemande vorlovett fürder tho appellerende c. ſua nobis de appellat:* Et gloſſa ad art. XXIII. *verba: in dat Bock: Dütt Bock, dat hirunder in mehr ſteden genomet werdt, ock in dem Privilegio hirvor, is dat* OVERSTE GERICHTE *haven den Rhadt in* STEDE DES FÜRSTEN, *van welckem de van Hamborch de ſtücke in dem Bocke begrepen, und utgedruckett hebben, mit* VERLOVE *deſſülven Fürſten ahn ſick gebracht, mit dem ſtücken in dem privilegio beſtemmet. Derhalven ſchall weſen dat* BOCK, *alſe in de ſtede des* OVERSTEN RICHTERS *uth guden rede u. beſchede, in deme de Keyſer ein Richter is over alle andere Richter, doch beveles und committeret he ſyn Recht ſynen* STEDEHOLDERN, *derhalven dat he darſülveſt nicht weſen kan; Süß hefft de Fürſte*

[*ein*

Fürstlicher Macht und Obrigkeit confirmi*ren und bestætigen. Gebieten hierauff allen unsern Unterthanen und Verwandten, sich dawieder in keine Wege zu setzen und unsern Ambtleuthen, so jetzt und in künfftigen Zeiten zu Meissen seyn werden, ernstlich und festiglich, dem genannten Rabt und gantze Gemeine unser Stadt Meissen obberührt bey solcher unser Deutung, Confirmation und ihrer Ordnung getreulich zu handhaben, zu schützen und zu vertheidigen, damit dieselbe in allen ihren Puncten, Stücken und Artickeln, stet, feste und unverbrüchlich gehalten werde; doch Uns, unsern Erben und Nachkommen an unsern Fürstlichen Obrigkeiten, Gerichten und Gerechtigkeiten ohne Nachtheil und Schaden.* Quis vero dixerit per *justitias* in his chartis intelligi census, cum luculento connotentur *jura superioritatis*? Clare idem innuunt Statuta Friburgensia an. 1520. pro- *Friburgi.*
mulgata: *Uns vorbehaltende, diese Statuta in Fællen, da sy unluter, zu mehren und mindern, desgleichen ander Satzungen und Ordnung zu setzen und zu geben, wie und zu yeder Zyt für uns unsre Bürger und Inwoner nach Gelegenheit und Löufften anliegender Sachen, Nutz und Notturfft beducht, doch das in allweg dadurch unser gnædigsten Herrschafft von Oesterreich an ihrer Obrigkeit, des Schultheissen Ambts, mit allen dem, so darzu und darinn geböret, und anderer Herrlichkeit, Recht, und Gerechtigkeit, wy sy die by uns von alter har gehabt und harbracht hat, dhein Myndrung noch Abbruch geschehe.* Eadem circumspectione & ipsi Reges & Imperatores usi sunt in privilegiis de statuendo jure civitatibus concessis, quorum vel unum exemplum notabo ex GROSSERI *memorandis Lausaticis p. 144.* ubi laudatur privilegium Matthiæ Regis Bohemiæ civitati Gorlitziæ concessum an. 1471. *Setzen und wollen, dass sie und ihre Nachkom-* *Gorlitziæ.*
men ihre Willkühr und Statuta, so der Bürgermeister und Rahtmanne, mit ihrer Elteslen Rabt erkennen und mercken, daß ihnen die Schaden bringen, nach Gelegenheit der Zeit, und Sitten der Leute verwandeln mögen; auch neue Willkühr setzen und machen, die uns und unsern Nachkommen, Königen zu Böhmen ohne Schaden, und unser Stadt Görlitz nützlich und frömlich seyn. Et ex illustris MOSERI *Reichs-Stædt. Hamb. P. II. p. 272. Nos* (Rudolphus I. Imp.) *attendentes prudentum virorum consulum & civium in Nordhusen constantiam confirmamus & observari volumus omnes* CONSTITUTIONES *& adhuc* CONSTITUENDAS *a consulibus civitatis, quæ ipsi civitati* PROFICUÆ *erunt &* HONESTÆ *&* NOBIS *&* IMPERIO PRÆJUDICIALES *non fuerint nec* GENERAVERINT DETRIMENTUM. *Nordhusæ.*
Plura observavit RICCIUS *in Historia Statutorum civitatum L. II. c. 3. §. VII. p. 343. §. X. p. 348. c. 4. §. 6. p. 370.* ubi speciatim attulit privilegia juris statuendi civitatibus *Coloniæ ad Rhenum Dortmundæ Sueofurto, Freysingæ, Braubachæ* indulta sub *Coloniæ.*
eadem, qua Principes jura dominii & Majestatis sibi reservarunt, cautione. Speciatim de indole privilegii Hamburgensis an. 1292. concessi recte judicavit RICCIUS *d. l. p. 337. 347. 349. So lange Hamburg unter der Grafen von Holstein Bothmæssigkeit gestanden, mag solche* *Testimonium*
wohl keine Stadt-Gesetze vor sich haben gültig errichten können, wann nicht die Græfliche Bestætigung denselben beygefüget worden. Durch dieses ertheilte Privilegium aber begaben sich die Grafen der Gesetzgebung der Stadt und überliessen des Rahts Willkühr die völlige Gewalt die Gesetze in Zukunfft nach der Stadt Nutzen zu errichten und wieder aufzubeben. Ist aber einer Landstadt von ihren Landes-Herrn die Befugniß Statuta zu errichten verwilliget, so muß es von ihr so geübet werden, daß es weder der Landes-Herrschafft an denen in der Stadt und dessen Bezirck habenden regalibus noch præeminentiis einen Abbruch thue, noch der Wolfahrt des Landes und der übrigen Unterthanen zum Nachtheil gereiche; Principes enim nunquam censentur facultatem statuendi indulsisse civitati, ut tali quid statuat, quod noxium est principatui vel communi saluti: Lynck de Stat. civit. prov. p. 29. Gleichwie nun zu vermuthen, daß diese Momenta allemahl von dem Landes-Herren bey Vergünstigung des juris statuta condendi auch STILLSCHWEIGEND *seyn ausbedungen* *Riccii.*
und

---

ein geliken daen by den SYNEN *van* HAMBORCH, *gevende ehnen fullenkamene macht eines uthgangenen Ordels tho spreckende, Ordele und Sententien uha uthwisinge des Bockes, dar se sick nha richten schölen, Armen und Rieken, gelick recht tho donde, und sülckent mach wohl bestahn, vth dedem veden, dat men sick tehe an dat* BOCK, *wente idt sin Begin und* ORDTSPRUNCK *hefft van den* FÜRSTEN. Putat itaque Langenbecius, primam appellationem ab *inferiori* judicio ad *Senatum*, secundam a senatu ad *Librum civitatis Vices judicii Comitis subeuntem* permissam quidem, sed tertiæ a Libro ad Comites locum non fuisse quia Advocatus comitis ipsi judicio nomine Comitis præfuit & ipse Senatus omnimoda jurisdictione instructus successit in Comitum Largitorum locum & jura; salvam tamen fuisse supremam appellationem ad Imperatorem. Nolo quidem de originibus & indole provocationum ad Cæsarem hoc loco differere; notasse enim sufficit, laudatum interpretem tempora antiquiora Seculi XII. XIII. haud distinxisse ab ævo, in quo vixit, exeunte Seculo XV. quo judicium Cameræ imperialis an. 1495. instructum insignem & jurisprudentiæ & ordini procedendi attulit mutationem, ne dicam de argumentis, quæ ex historia & indole civitatis & ex ipsis cæsareis privilegiis recentioribus repetita huic interpretationi contrariantur. Ipse autor in ea est opinione, Senatum Hamburgensem Comitis locum, Comites vero Imperatoris jura & vices subiisse; qua itaque ratione, nisi præpostera, Comites intermedia appellatione dixerit prorsus destitutos? Fac etiam, Senatum in jura judiciaria Comitum successisse; successerunt tamen eo ordine, quo Comites judicia *Monita contra Langenbecium.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

und vorbehalten worden; ſo haben dieſelben zu Vermeidung beſorgender Miſshandlungen bey der Verleihung die Gewalt der Statutenmacher eingeſchræncket, wie von denen Grafen zu Holſtein an. 1292. geſchehen, welche der Stadt Hamburg das Recht Satzungen zu publiciren eingeſtanden, jedoch (vide p. 349.) *damit ihnen durch die Statuta ihrer Unterthanen nicht præjudiciret würde, mit der Clauſul uns und unſern Erben auch derſelben Regalien hohen Obrigkeiten und Gerechtigkeiten unſchædlich. Damahls verſtund man per* JUSTITIAS *die* JURA REGALIA, *wie der berühmte Hertius de ſuper. territor. §. 8. durch viele Urkunden gnugſam erwieſen.* Idem curate aſſeruit probavitque vir laudatus *d. l. L. I. Cap. VII. p. 125. 126. 127. 129.* Limitate igitur Comites civitati Hamburgenſi facultatem ſtatuendi jura civilia, *civibus* Hamburgenſib. *utilia* & *neceſſaria*, conceſſerunt ſalvis ceteroquin ſibi juribus & effectibus ſuperioritatis. Statuta a ſapientioribus ibidem collecta confirmarunt & augenda ſtatuerunt, ſed ſine detrimento vel præjudicio jurium publicorum regaliumque Comitum, beneficii iſtius Largitorum. Inde ſequitur omnino, quod ſi qui articuli in detrimentum *juſtitiarum ſeu jurium Comitum* forte vel collecto Codici Ordaliorum Hamburgenſium, vel conficiendo inpoſterum inſerta reperiantur, illi omnes ipſo jure nulla ſint & ultro ſubcidant, ſcripta equidem a collectoribus, ſed non legaliter conſtituta ſeu ſancita, ipſa nimirum, quæ conditioni a Comitibus adjectæ

Facultas ſtatuendi jura Hamburgenſibus limitate conceſſa.

---

dicia rexerunt, quem ipſe autor alibi laudat adminiſtratorium, docens, *rem omnem judiciariam olim gubernatam fuiſſe per præfectos a Comitibus electos;* ex quo ſponte conſequitur, ſalva fuiſſe jura provocandi a præfectis ad Dominos. Nec quicquam igitur ad rem facit, advocatum Comitis ipſi conſtituto deinde judicio civitatis interfuiſſe, Comites etiam civitati omnem ceſſiſſe poteſtatem judiciariam & nomotheticam; teſtantur enim tot judiciorum, quæ advocato inſtructa fuerunt, & tot civitatum, laudatis juribus donatarum, monumenta fida & judicialia, quod nihilominus ſalvæ fuerint vel ſint etiamnunc provocationes ad judicia Domini territorialis, uti docent exempla civitatum *Wismariæ, Kiliæ, Roſtochii, Sundæ* pluriumque. Cum enim hoc jus pertineat ad complexum jurium, quæ nexu ſuperioritatis territorialis continentur: temerarium foret omnino, hæc ſacra territorialia impetere horumque effectus ſibi arrogare inſcio vel invito Domino, ſine cujus conſenſu & translatione nulla datur indubitata veraque jurium territorialium acquiſitio. En ipſum Cæſaris & imperii judicium. Cum enim Hala civitas JURE *ſtatuendi inſtructa*, ſibi vindicare fategiſſet *poteſtatem remotæ intermediæ appellationis*, cujus tamen in ejus privilegiis mentio nulla exſtat, rectiſſime Imperator SIGISMUNDUS *& ordines Imperii germanici* litem Archiepiſcopo Magdeburgenſi indictam definiverunt imperiali ſententia, data *Budæ an. 1424. Item decernimus & declaramus, Hallenſes non poſſe per* STATUTUM *vel alios inhibere, quod civis Halenſis non trahat alium ad judicium dicti Archiepiſcopi & ſuorum judicum in præjudicium ſuæ jurisdictionis ſeu ſuperioritatis ordinariæ.* LUDEWIG *Reliqu. T. XI. L. III. p.* 478. Neque licet argumentari a conceſſione omnis jurisdictionis & poteſtate Magiſtratus ad poteſtatem prohibendi appellationem in præjudicium Domini territorialis; qui jurisdictionem eandem civitati conceſſit ſalvis ceteris juſtitiis territorialibus. Gravi judicio hanc cauſam compoſuit illuſtris GEORG. MELCH. *a* LUDOLFF *in Obſ. CCXII. p. 426. ſqq. Quod ſi ergo*, inquit, *in aliqua urbe inferioris Germaniæ, quæ hodie eſt municipalis, antiqua extet hiſtoria de appellatione ad Magiſtratum, ein Ordel ſchelden vor Raide, intelligendum erit judicium appellationis intermedium, ſalva Appellatione ad ſuperius, quod habet Dominus Territorii. Licet fortaſſis tempore antiquiore a judicio Urbis ad ſupremum Imperii appellationes fuiſſent admiſſæ. Verbi gratia: In urbe* SUSATENSI, *quæ cum ducatu Cliviæ facta eſt ditionis Brandenburgicæ, hodie Regiæ Majeſtatis Boruſſiæ, triplex olim fuit jurisdictio: Archiepiſcopi Colonienſis, cujus jura poſt modum acquiſivit Dux Clivenſis: altera Præpoſiti Capituli Archidiaconalis: tertia Magiſtratus urbici. In antiquo pacto cum Ducibus Cliviæ a.* 1444 *mentio fit Judicii in urbe conſtituti, eines weltlichen Gerichts, und daſs alle Urthel von dieſem Gericht, vor dem Raht, und nirgend anders geſcheidet werden ſollen; nihilominus tamen ex ſtatu urbis & Sanctionibus Brandenburgicis ſponte conſtat, hæc verba nequaquam acciptenda fuiſſe de excludendo jure* OMNIS *appellationis.* Speciatim fide veterum documentorum celebrata olim fuit apud Suerinenſes *appellatio ad* LIBRUM *ſeu judicium civicum ſuperius*, quod aliquando etiam STAPULA vocatur. Tantum autem abeſt, ut hac extrema civica appellatione ad jurium Suerinenſium Codicem in curia olim ſolenni ritu adſervatum lectumque, exſtinctæ ſint vel exterminatæ appellationes ſupremæ; ut potius a curia & codice Suerinenſi ad Dominos civitatis vel ad judicium provinciale commune, ab exteris autem a *Libro Suerinenſi* ad judicium provinciale, cui a villa *Siebeneichen* nomen hæret, provocatum fuerit. Primum hodieque ex cauſis tum a Senatu civitatis, tum ab advocato, qui judicio novæ urbis, olim Schelfæ, præeſt, ad Cancellariam ducalem devolutis teſtatiſſimum eſt; alterum conſtat ex reliquiis actorum Suerinenſium & Sundenſium alibi citatis & ab ALB. GEORG. SCHWARTZIO adductis *in proœmio commentationis de ſerie provocationum forenſium ad jus Suerinenſe p. 2.* ubi ex actis in cauſa *Oſten contra Stralſund* an. 1547. ventilatis refert: *Hat jemand aber* (*aus der Stadt Landtgütern*) *der Urthel halben ſich ſonſt beſchwert gefunden, hat ihm zu appelliren frey geſtanden, und iſt die Appellation gegangen erſtlich an das Kerſpel zur* PÜTTE, *von dannen an den Raht zu* STRAHLSUND, *von dannen an das Burg-Lehn zu* LOITZ, *von dannen vor den* STAPEL *oder das* BUCH *zu* SCHWERIN, *und endlich von Schwerin an die* SIEBEN EICHEN; *auch unter dem Fürſten von Mecklenburg gelegen.* Ipſius villæ & parochiæ *Siebeneichen* memoria exſtat in *antiquo indice beneficiorum & bonorum eccleſiæ Raceburgenſis Sæculi XII. & XIII. inſerto Monum. ined. Tomo II. p.* 2019. ubi vocatur villa *ad ſeptem* QUERCUS *in Banno* SAXONUM *ſeu* SADELBANDIA, *parte tractus Raceburgenſis, ſita*, diſtinguenda omnino a villis EXEN recentiori ævo Möllenexſen terræ *Suerinenſis*, & PROZEKEN terræ *Brezenſis* ſeu *Grevesmöhlenſis*, quarum eodem loco mentio fit *p.* 2013. 2015. Singulæ & omnes hujus nominis villæ olim inclaruerunt tum ſacris peregrinationibus ſodalitiis & confraternitatibus S. Johannis, tum ſolennitatibus feſtivis ſacris & civilibus, præcipue vero *celebratione* JUDICIORUM *provincialium* GENERALIUM, quæ præſente plerumque Domino territoriali inſtituta leguntur ſpeciatim in *campo ſeu mallo* SEPTEM QUERCUUM fide chartæ *Johannis Dn. Megapolenſis* an. 1253. & in PROSEKE fide *diplomatis ejusdem Dn. Megapolenſis an.* 248. *& Literarum confirmationis venditæ villæ ſlavicæ Tarnewitz ab* HENRICO *Hieroſolymitano datæ an.* 1301. quas vide in diplomatario cœnobii Reinfeldenſis.

Exempla judicii advocatici ſalva appellatione ad Principem. Conſenſus Cæſaris & Imperii.

Poteſtas judiciaria a poteſtate prohibendi appellationes diverſa. Exemplum ex actis civitatis Suſatiæ.

Suerini.

ctæ ineſt, virtute reprobata damnataque (s). Neque tamen in ipſis antiquis Codicibus ſtatutorum Hamburgenſium vel vola & veſtigium apparet de *ſublata provocatione ad Comites & proſcripto eorum præfecto ſeu advocato* e curia & judicio civitatis; ſaltim quædam inſperguntur de Advocati officio & emolumento ex mulctis & rebus fiſcalitiis percipiendo, quæ ejus autoritatem in rebus civicis & forenſibus ſtabiliunt nec in aliis cauſis judicialibus & territorialibus tollunt vel minuunt (t). Quodſi enim nonnihil ejus & Comitum juribus advertum forte in ſtatutis obveniat; hoc certe, ut ex ſupradictis patet, non ad jura ſancita & approbata; ſed ad attenta, vel ſi mavis, ad ſtatuta delineata quidem, ſed uſu & receptione legali deſtituta pertinet, cujus nimirum effectus nullus eſt, quia vergit in præjudicium juſtitiarum, quas ſalvas ubique & integras ſibi & ſucceſſoribus ſervarunt & ſervandas ſevere adixerunt comites in ipſa privilegii de promulgando jure municipali conceſſione. Quod vero JUSTITIÆ in hoc diplomate non *exactiones ſeu census vel reditus*, a quibus clare diſtinguuntur, ſed jura territorialia & regalia Comitum connotent; id quidem in lucem facile conſtituendum eſt ex formulis diplomaticis hujus ſignificatus & ævi, & ex ipſis rerum Hamburgenſium monumentis. Ex diplomatum apparatu ad rem facit Friderici I. Imp. charta apud HUNDIUM *Metrop. Salisb. T. I. p. 77. Marchiam Auſtriæ in ducatum commutavimus & illum cum omni* JURE *præfato patruo Henrico duci Auſtriæ & uxori ſuæ in beneficium conceſſimus ut filii ac filiæ illum teneant & nulla perſona in eo ſine Ducum conſenſu aliquam* JUSTITIAM *ſeu* REGALE *præſumat exercere.* In Legibus Anglo-Saxonicis apud WILKINSIUM in *Edwardi confeſſoris Legibus* c. 26. *& in LL. Henrici Regis Angl.* c. 42. juſtitia Regis dicitur *forum ſeu placitum & juriſdictio;* quam ſignificatum haud uno loco probant chartæ an. 1309. 1397. apud RYMER *T. III. p. 136. T. V. p. 565.* Eodem ſenſu *juſtitia in feodo a Domino reſervata* idem eſt ac placitum vel dominium domino directo competens ratione feudi docentibus literis an. 1329. apud D'ACHERI *T. VI. Spicileg. p. 492.* Cui *Juſtitiarum* ſeu jurium & judicio-rum notioni exacte reſpondent veteres annales Francorum *Loiſſelliani ad an. 760.* EGINHARDI *a. 814 823* Leges PIPINI *Regis ap.* MURATORIUM *T. I. P. II. p. 120.* CAROLI M. *in Capitul. II. a. 802. c. 23.* & apud MIRÆUM *T. II. p. 1310. &* MURATORIUM *d. l. p. 100. Leges* LONGOBARDICÆ *populorum ſeptentrional. L. 2. Tit. 52. §. 2. & Normannicæ* apud LUDEWIGIUM *Reliqu. T. VII. c. 5. p. 154.* Plura documenta & diplomata, quæ hunc juſtitiarum ſignificatum tuentur, laudata ab HERTIO *diſſ. de ſuperiorit. territor. §. 2. 8.* lubens taceo (tt). Haud enim iis prolixius congerendis indiget cauſa in ipſis definita patriæ hiſtoriæ annalibus, quorum fide teſtatiſſimum eſt, advocatos Comitum & Ducum Holſat. diutius & adhuc exunte Seculo XV. judiciis Hamburgenſium interfuiſſe, quin cauſſas protractas aliquando ad ſupremam juſtitiam Comitum delatas fuiſſe, tantum abeſt ut jura advoca-

Salvis juſtitiis ſeu juribus ſupremis Comitum.

Probatio ex diplomatibus.

Legibus.

Annalibus.

Speciatim Holſaticis.

(s) Vide ſupra in notis. Accedit teſtimonium Bremenſium, qui in transactione cum Archiepiſcopo inita an. 1146. & confirmata an. 1503. apud LUNIG *R. A. Part. ſp. cont. IV. p. 221.* fatentur: *Probabili errore, meniſum. ut nobis videbatur, hactenus decepti, quædam ſtatuta, quæ vulgariter* WILLKŒHR *vocant, in* PRÆJUDICIUM *venerabilis* DOMINI *noſtri Gerhardi Archiepiſcopi fecimus, propter quod offenſam ejus incurrimus manifeſtam; omne igitur illud, quod Willköhr vocatur, & præcipue chartam, quam conſcribi in præjudicium* JURISDICTIONIS SUÆ *fecimus removentes, & nunquam de cetero* STATUTA *aliqua vel Willköhre, niſi hoc fiat de* CONSENSU *& voluntate Domini noſtri Archiepiſcopi, faciemus.* *Confeſſio Bremenſium.*

(t) Vide ipſum *Codicem Ordalior. & ſtatutor. Hamburg. an 1270. h. l. & 1292. Sect. I. art. 3 4. 11. Sect. VII. art. I. II ſect. IX. art. 25. 28 30 ſqq.*

(tt) Accedunt diplomata FRIDERICI I. & II. a. 1188. & 1226. *T. I. monum. ined. p. 1285. &* 1301. JOHANNIS *&* OTTONIS *Marchionum* privilegium civitati Friedlandiæ indultum an. 1244. auctumque an. 1245. *quam meg. prædictamque civitatem eisdem libertatibus &* JUSTITIIS (juribus) *quibus civitas noſtra* STENDAL *utitur polenſium gaudere volumus & eſſe contentam.* Eadem privilegia confirmavit auxitque Henricus Dominus Megapol. an. 1304. *Proteſtantes, quod nos conſulibus & univerſitati civitatis* FRIEDLAND *propter obedientiam & benevolentiam eorum indulgemus, quod eisdem libertatibus* JUSTITIIS *&* JURIBUS *quibus civitas Stendal fruitur, utantur.* Conſtat vero civitatem *Stendaliam* donatam fuiſſe JURE *Magdeburgico* docente charta Ludovici Brandenburgici an 1345. apud *de* LUDEWIG *Reliqu. T. III. L. I. n. 193 Und wollen, dat ſe by Magdeburgiſch* RECHT *und by Magdeb.* ORDEL (ſententias Scabinorum) *bliven ſollen, dar ſcholen ſe ere Scheppen by beholden.* Aliud argumentum occurrit in Literis reverſalibus & pactis ſucceſſionis Nicolai Domini de Werle & patrui Hinrici Domini Magnopolenſis datis *Wismariæ* an. 1302. *Inſuper omnes & ſingulas libertates, gratias, poſſeſſiones &* JUSTITIAS *ſæpe dictæ civitati Wismarienſi a prælibato Patruo noſtro Domino Henrico Magnopolenſi & ſuis & noſtris progenitoribus, aut aliis quibuscunque Perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus, indultas, quas in privilegiis, inſtrumentis vel literis, gratiam vel juſtitiam continentibus, edocere potuerunt, aut quod per diem & annum vel amplius in quieta poſſeſſione poſſiderunt, ſive de* JURE LUBECENSI, *portu, Dominorum curia, Molendinis, campis & terminis ſuis vel quibuscunque aliis caſibus ipſis incumbentibus, approbamus, ſtabilimus.* Nec non in confirmatione privilegiorum civitati Neobrandenburgo data ab Hinrico Duce Magapol. an. 1440. *Confirmantes eidem civitati omnes libertates, bona, proprietates, conſuetudines,* JUSTITIAS *&* PRIVILEGIA *quibus fruiti ſunt ac uſi ab antiquo.* In vernacula Chartæ hujus interpretatione & in confirmatione horum privilegiorum a Duce Megap. Ulrico data Neobrandenburgi an. 1466. legitur poſtremo loco: RECHTIGKEIT *und* BREVE *edder Inſtrumente.* Ex quibus pa-

Fides diplomatum.

vocati & provocationis ad Comites an. 1292. prorſus evanuerint (u). Nec ulla ſuppetit ratio,

tet, has quidem voces hoc loco non de rerum uſufructu, ſed de Legum juriumque ſingularium uſu accipiendas eſſe. Quod facile confirmatur ex eisdem & aliis ejusdem civitatis chartis, quarum fide conſtat, quod Neobrandenburgenſes jam tum uſi ſint jure *Brandenburgico ſingulari*, quod inſtar normæ judicandi præſcriptum legitur *Schulteto* & *ſcabinis ibidem*, adeo ut ipſi Domini largitores in laudatis chartis certo caſu hac norma obligari voluerint: *Ock weret, dat Uns Unſere* MANNE *edder der Unſen welcke, wat ſchelende wäre tho der vorbenömdten Unſer Stadt Nienbrandenborg tho den Borgern edder tho den Inwahnern welcke, ſo ſcholle Wy und willen Uns nögen laten darſülves vor den* SCHULTEN *und vor den* SCHEPEN *an einem Brandenburgiſchen Rechte; uthgenamen iſſt da wer handhaffige Duet dede buden Unſer vorbenomten Stadt in einem andern Richte.* Quid? quod Otto & Ulricus Comites de Fürſtenberg an. 1324. uſum ejusdem juris Neobrandenburgici donaverint civitati *Strelitzio* inſtar *juris* SUBSIDIARII: *Bezeugen offenbahr, doſſ wir Strelitz haben zu* SPADTRECHT *geleget und geben Unſern Bürgern Brandenburgiſch* RECHT *ewiglich zu gebrauchen, wenn ihnen Recht entfehlet, das ſollen ſie hohlen und ſuchen zu* NEUBRANDENBURG *das bey Alt-Stargard liegt, auch geben Wir Unſeren Rahtmannen binnen Strelitz Macht zu thun und zu laſſen an Gilden, Gilden-Gewercken, als ſich in Brandenburgiſch* RECHT *ausweiſet.* JARGOW *in Kluveriana deſcriptione Ducat. Meckl. aucta & emendata P. II.*

Holſaticorum. Facit huc etiam ſignificatus JUSTITIARUM, quas Chriſtiernus Rex Dan. in confirmatione privilegiorum civitatis Kiliæ an. 1416. ſibi ſervavit, ſubjiciens quidem præpoſitum & conventum Bordesholmenſem jurisdictioni civitatis, ſed ſalvo jure territoriali: *So doch efft wy von unſes Landes* HOLSTEN *wegen dar jenigerley* RECHTIGHEIT *mede hadden, dat uns de ungekräncket bliven in aller Mathe.*

Literæ Hamburgenſium de jure Comitum inſtituendi judicem a. 1292.

(u) Docet hoc D. NICOLAI *in ſupra laudato Mſc. de jure Palatii Schaumburgici*, ubi cauſam inſtructo ex actis & documentis. Faciunt huc præcipue literæ reverſales Conſulum Hamburgenſium ipſo an. 1292. exaratæ, in quibus ex inſtituto non ſolum emendas ex delictis provenientes earumque diviſionem inter Comites & civitatem recenſent; ſed etiam teſtantur: Comitibus competere jura inſtituendi advocatum ſeu præſidem judicii Hamburgenſis. Memoratu haud indignum eſt hoc documentum, quod etiam fidem facit, Comites impedito advocato eorum vicario, vel ipſos judicio præfuiſſe vel alium nominaſſe advocatum. En ipſa documenti authentici verba: *Nos Conſules & univerſitas Civitatis Hamburgenſis univerſis præſentia viſuris volumus eſſe notum, quod Domini noſtri Comites Holſatiæ Gerhardus Adolphus & Hinricus & eorum veri heredes, in favorem amicitiæ qua nos gratia amplexantur, ſuper quibusdam libertatibus, quæ nobis competere viſæ erant, una nobiscum taliter concordarunt, quod iidem Domini noſtri Comites medietatem* DELICTI & EMENDE *trium talentorum, quam apud nos hactenus non habuerant, habere debeant, & ad nos altera dimidietas pertinebit. Præterea, ſi quis alium in* JUDICIO *ad ſanguinis effuſionem vel livorem vulgo blawe dictum, læſerit, convictus decem Marcas argenti pro delicto dabit, quarum medietas cedet eisdem Dominis noſtris, & altera medietas cedet nobis; inſuper, ſi quis præmeditatus, ut cum amicis convocatis hoſpitium alterius violenter intraverit & domeſticum domini læſerit, ſi deprehenſus in domo fuerit vita privabitur pro delicto, ſi vero* GRATIAM *conſequetur, quicquid inde derivatur, medietas hujus cedet dictis Dominis noſtris, & altera medietas cedet nobis; ſi vero evadens domum exiverit, is & omnes ſui complices, quivis eorum convictus, decem Marcas Argenti pro delicto dabit, quarum medietas cedet dictis* DOMINIS NOSTRIS & altera *medietas cedet nobis; Item ſi duo vel plures ad invicem contenderint, & unus eorum ob pacem & gratiam domum aliquam intraverit & alter hoſtiliter inſecutus, ibidem ipſum læſerit, convictus cum tribus Marcis argenti emendabit, quarum medietas cedet Dominis noſtris & altera medietas cedet nobis: Inſuper ſi inter noſtros Burgenſes, congregatio violenta vel diſſenſio fuerit, ad quam duo vel plures Conſules venerint & pacem ſervari præceperint aut treuges, quo modo, qua pœna vel emenda, vita ſcilicet vel pecunia hoc præceperint, quicunque hujus Præcepti violator convictus exſtiterit, is ſecundum quod præceptum fuerat, emendabit; cujus meditas emendæ cedet Dominis noſtris & altera cedet nobis; Item ſi prohibuimus ſub delicto annonam edulii, quicunque in hoc exceſſerit, convictus emendabit, cujus emendæ medietas cedet dictis Dominis noſtris, & altera nobis. Item quidquid in menſura Molendinariorum, quæ vulgo Matte vel Rumme vel Bodene dicuntur, exceſſum fuerit, cujus emendæ medietas cedet dictis Dominis noſtris, & altara nobis. Amplius ſi Magiſter Monetæ in puritate & pondere denariorum exceſſerit: medietas hujus delicti cedet dictis Dominis & altera nobis. Item* ADVOCATUM *quem Domini noſtri Comites nobis* INSTITUERINT, *nulla debemus violentia vel* INSULTU *inordinato prævenire non convictum, convictus autem, ſicut Cives noſtri ſuper incuſatione ad juſtitiam reſpondebit, hoc excepto, ſi homicidium vel cauſam aliquam commiſerit, per quam vitæ ſuæ vel membrorum diſpendium pateretur, pro qua non poteſt nec debeat dare fidejuſſorem, vinculis mancipetur, quousque hoc* DOMINIS *noſtris Comitibus demandemus & tenebitur detentus; qui tunc perſonaliter ad nos venient, vel ſolemnes nuntios nobis mittent, inter quos alium ſtatuent Advocatum, ut nullum ſibi præjudicium fiat, qui judicio* PRÆSIDENS, *judicet juſto jure. Ut autem hæc omnia præhabita robur perpetuæ firmitatis obtineant, præſentem paginam ſigilli noſtræ civitatis robore communivimus; teſtes Joannes de Schlammerſtorpe, Thidericus Höcken, Egericus de Oſtelhude, Hinricus de Kühren, Hermannus de* HAMME, *Johann Schwin, Bartholdus de Horſt, Milites, Otto de Twedorpe, Hellingbernus, Nicolaus de Rokisbege, Henricus Longus, Joannes Miles, Hartwicus de Ertenebork, Egfe de* HADELERIA *& alii quam plures fide digni, Actum & datum Hamborgh A. D. 1292 duodecimo Calend. Aprilis.*

Adhuc a. 1497. Ipſe etiam codex ſtatutorum Hamburgenſium an. 1497. reviſus & emendatus teſtis eſt autoritate pollens, quod advocatus Ducum judiciis nondum fuerit exterminatus. Diſerte enim *Sect. I. Art. VIII.* (qui deſumtus eſt ex antiquiſſimis Codicibus an. 1270. & 1292. Sect. I. Art. III.) ſtatuitur: *Noch* VAGETT, *noch Müntemeiſter, noch Tolner, noch Ungelder, noch Molner, noch neen Amptmann* UNSES HERRN, *noch neen Man de* HERN-RAIDT *geſchwaren hefft, noch neen Man de de Deel an deſſen ſtuckenn hefft, ſchall ahn dem Raide ſyn, noch to dem Raide kamen, men ſend he ehme Baden, dat he tho dem Raide kame, Szo wen he des vorthiget, ſo mach he wol ahn dem Raide ſyn, alſe eyn ander bedarve Mann.* Primo intuitu patet, hunc articulum non de Advocato judiciis excludendo, ſed de eodem aliisque Comitum miniſtris & conſiliariis non in numerum Conſulum & Senatorum legendo, niſi officio Comitis renunciaverit. Ipſe

Teſtimonium Langenbecii. LANGENBECIUS *in Gloſſa ad d. a.* rationem ſtatuti affert: *Dit kümpt uth gemen Rechten, benomptlick de Aſſeſſoribus & domeſt. Wente nemandt mach thor enen Tidt mehr Dignitæten hebben; Ock mach einer nicht holden edder behindern twier andern ſtede ut. L. ſi plures ff. de pactis. Hirut kumpt dat gemeine Wort, dat men ſecht, dat nemandt twe Füer woll höten mach, edder de twe Haſen jaget in ener Stunde. Ock will ſyn de Verſtand diſſes Textes, dat ſick nemandt möge vorſtricken tho einen Officio und Ampte dorch twe* EDE; *So is derhalven dith uth guden Beſchede fundevet, ſo dat nemandt des Rhades werdich ſy, edder dem gemeinen beſten deſſer Stadt ſynen Eedt leiſte, de alvede mit dem Bande des Eedes gebunden is.* In eadem Sectione *Art. XXIV.* de Advocato ſtatuitur: *De Rhadt und Vagett mögen nemandt thor Klage dwingen, umb Bröcke van twolff*

Schil-

ratio, a singulari beneficio *promulgandi & augendi statuta* ex Comitum speciali conces- *Et ex vationi-*
sione, *salvis* eorum justitiis *hæreditariis* seu territorialibus accepto, cogere filum conse- *bus jurispru-*
cutionis ad alia beneficia non donata speciatim ad abrogationem *juris appellandi* (v). *dentiæ Germa-*
nicæ.
Equidem glossatorum vox est: Jura & Privilegia, quæ a Principum indulgentia profi-
ciscuntur, plenissime esse explicanda & extendenda; sed ita tamen puto extendenda
(**) Exempla leguntur apud SCHILTERUM *diss. de curiis dominicalibus von Dinckhöfen p. 20.* ex rotulis curiæ dominicalis ENSISHEIMENSIS: *Des dritten Tages nach St. Martini soll der Vogt des Hoffs kommen und* FAHREN *auf dem* HOFF *zu Geding, mit* SECHS *Pferden, und mit ein Maulthier, so soll mans ihm wohl bieten mit gutem Milchmuß und Stall und Haue*; & præcipue *p. 35.* ubi rotulos exhibet *von den Hubrecht* (Hoffrecht) *zu Haselache a.* 1336. exaratos, in quibus sequentia solennia & servitia curialia recensentur: *Wenn das Ding werden soll, so soll der von Ochsenstein der das Gerichte besitzen soll, komen an dem Montage davor zu Nacht in das egen sines Vogtes Hof mit drittzehenden halben Rosse, und soll ime der Vogt geben* STALL *und* STRO; *Des von Ochsenstein wissenthafftter Marschalck und der vorgenömten Vogt sullent auch gon zu Ringelstein vor den* KELRE *und sullen da vorderen ein Malter* BRODTS, *zwey Malter* FUTERS, *einen Closter Amen* WINES, *ein Pfund* PFEFFER, *ein Pfund* WACHSES, *dritzehen Schüsseln und dritzehen* BECHER. *Die vier Vorster sullent auch komen an den Zinstag frühe, jederman mit zwen Hünren an sime Swerte und mit acht Closter-Broten und mit eine Closter Eymer* WINES *und mit vier Ackesen, den ir ören gantz sint, und jeglicher sehs Pfenninge wert sie. Der Herr sol ouch in des Vogtes Hofe essen ein smalen Ymbis, und sol denne varen gen Haselache, sin Gerichte besitzen. Ist ouch dehem Schöffell Ostze da, den sol der Herre do setzen an die statt, do er billich sitzen soll. Ist ouch dehem Schöffel gevehet, den sol der Herre geleiten drie Meilen dar und dannen. Der Herre sol ouch sitzen zu Gerichte, und sol zu itwedere Siten setzen suben Schöffel, do su billich sitzen sullene. Wenne ouch das egen Ding wurt in dem Meigen, so sol man dem Heren geben einen zitigen Hamel, oder zwene die einen verwesent. Wurt aber das Ding zu Ougeste, so sol man ime geben einen Fvischling, oder zwene die einen verwesent. So der Herre das Gerihte besitzet, so sullen die Schöffele ussstan und des* HOFES RECHT *sprechen, die sint also: Daß die Vogtige sol geben jergelich entzwischen den zwein Messen zu rechter bette und nit me denne XXIV. Pfund Pfennige, der werdent zwölffe einem Bischofe von Str. und zwölf Pfund den Herren von Ochsenstein. In das Hufs in der Vogetigen sol ouch geben drü Hünre, der werdent zwey dem Bischofe, und eins dem Herren von Ochsenstein, und sol do mitte gon zusamende eine geschworne Zeche und wo der nennet, do sollen ouch die von Ochsenstein nennen und anders nicht.* Accedit argumentum juris curiæ dominicalis, des Hoffrechts zu Sygholtzheim: *Die Rechte sind also herkommen dass die Capelle soll geben ein Eimer vol* WEINS *und 12. wisse Brodt, und der Meiger also vil; jade Hube soll geben 2. Væte* WEINS *und 8. Pfund und sol man in dazu geben* NUWEN WEIN *unde* VIRNEN *unde* GESOTTEN *unde* GEBRATEN. HERMANN. *Lex jurid. T. II. p. 397.* *Alia exempla.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primo Maji omnes totius pagi Schwitz incolæ in pulcherrimo PRATO *conventum agunt, in quibus singuli officiales ab universo populo erectis in vota digitis, manibusque sublatis publice ac promiscue eliguntur teste* MAGERO *Tr. de advocatia armata c. 3. n. 77. Sic etiam in documentis redivivis Monasteriorum Würtembergensium f. 343. legitur, quod* MAYENDING, *Hornungding, sint judicia illo tempore celebrari solita.* Holsatos. Iisdem fere moribus vixerunt olim Holsati, qui ipsis Kalendis Maji præcipue commessationibus indulserunt & Dominis territorialibus litarunt, judicia etiam aliquando inter epulas & pocula celebrarunt; quorum rituum reliquias dixeris *die May-Grafen* (*), *den Meyantrunck* (**), *das May-Bier*, cujus cerevisiæ usus inter milites nondum evanuit. Cultus S. Martini. De veneratione & ministeriis, quibus veteres memoriam S. Martini olim, prosecuti sunt (***), plura loquuntur testimonia. Generatim probari poterit, notumque ex parte est, S. Martinum (a) per multa regna a multis retro Seculis oraculi instar præcipuo honore cultum fuisse (b) adeo, ut ipsi ampliſſima prædia in tutelam detulerint (c), plurima coenobia ac templa (d) dicarint, varias præstationes (e), tributa (f) & munera (g) obtulerint, quin semet ipsos in servitutem (h) mancipa-

(*) Diplomata Holsatica a. 1399. a. 1461. MELLE *Histor. Lub. §. XI.*

(**) Chartæ ad a. 1362 sqq. REINHARD *de jure foreſtal. germ. p.* 147. 197. 223. *sq.* AUTOR *de judicio Dreyding p. 5* GRUP *Observ. p. 631.*

(***) De *hominibus S. Martini vide* ECCARD *ad L. salic. præf. §. 5.* De Ministerialibus S. Petri, *Petermannis*, egit KOPP *T. VIII. Annal. Hass.* p. 65. Aliud genus vasallorum *Robertsmannorum, Mariemmannorum, Kiliansmannorum* descriptum vide apud SENCKENBERG *prim. lin. jur. feud. proleg. p. 30.*

Ejus obitus. (a) Episcopum Turonensem cujus mortem SULPITIUS SEVERUS *in a. 402.* SCALIGER *a. 395.* HENSCHENIUS *a. 401.* HOSPINIANUS *a. 404.* BARONIUS *a. 402.* & PAGI curatissime omnium *a. 400. d. 11. Nov.* refert *diss. de anno & die mortis S. Martini: Lettre a l'Abbé Nicaise ancien Chanoin de la Sainte chapelle de Dijon ed. a. 1696.* De ejus miraculisque inter catechumenos agens jam patrasse perhibetur agunt LAMBECIUS *in not. ad Gualdonem de vita S. Anschasit ap.* STAPHORST. *Hist. eccl. Hamb. diplom. P. I. p. 219.* Jo. D'ASSIGNUS *de vita & miraculis S. Martini:* SULPIT. SEVERUS *in vita S. Martini & Miracula.* GREGOR. *Turonens. Chron. L. X. c. 31.*

Cultus Sec. V. VI. (b) Cultum hujus episcopi jam Sec. V. coepisse edocet concilium Toronense a. 461. eodem die statutum, quo celebratur annua festivitas S. Martini, nimirum XIIX. Kal. Decembr. SIRMOND. *T. I. concil. p. 124.* Martinum vero episcopum a Galliæ Rege christianissimo Chlodovæo ejusque successoribus Sec. VI. in sanctorum numero & inter apostolos Gallicos cultum eique templum Turonense dicatum, quin & sacramenta super ejus reliquiis facta fuisse, docet MABILLONIUS *de re diplomat. p. 470.* Martinus Papa a. 650. istius venerationem peculiari mandato de festo S. Martini augere studuit; nec negandum, Imperatores Carolingicos eundem episcopum maxime coluisse, testante festo ejus a Ludovico pio solenniter celebrato, de quo vide BALUZIUM *l. 6. capitulat. p. 955.* Templa etiam cœnobiaque in plerisque urbibus Galliæ celebrioribus illi dicata sunt; cujus rei testimonia congessit MARTENE *in collect. vett. script. & monum.* Apud Hamburgenses festus ipsi dies consecratus fertur Sæculo demum XI. autoritate Literarum Clementis II. Rom. Pont. quas vide apud STAPHORST. *c. l. p. 400.* Sed cum hoc diploma suspectum videatur, dies etiam festi, S. Michaeli & omnibus sanctis sacri, jam in documentis Sæc. VIII. memorentur; hinc forte dudum ante hæc tempora dies S. Martino solemnis constitutus fuit. Altaria S. Martino dicata exstiterunt quondam in ædibus S. Petro, Nicolao & Jacobo sacris, ut ibidem occurrit *p. 484. 488. 515.*

Tutela. (c) De quo egit *Anton.* MACEDO *Lusitan. libro de diis tutelaribus orbis Christiani ed. Ulyssipæ* 1687 *fol.* in quo feuda & clientelas plerorumque sanctorum, ditionum, regnorum & urbium speciatim populorum septentrionalium p. 523. sqq prolixe enarrat. De his feudis oblatis *de* LUDEWIG *tr. de jure clientelari Germanorum c. 4. p. 70. & 152. ita: Et processit superstitio nimietas illa religionis ut proprietarii Deo, Virgini, Petro, Mauritio, sanctisque hominibus nominum aliorum, sua offerrent reciperentque illa ab iisdem in feudum aut quod fere idem est, dominium utile sibi adrogarent. Exempla in diplomatibus medii ævi admodum frequentia sunt, ubi libera prædia Christo, Mariæ, Apostolis, martyribus sanctis facta sunt vectigalitia. Sanctos tamen puto novi tantum, non veteris testamenti. Neque enim Abrahamo, Mosi, Josuæ, Samueli aliisque vel templa vel agros dicatos esse reperimus, quasi vetustas illis obesset, quin preces eorum, quid possent apud Deum. Momentosum exemplum & universum Angliæ regnum, quod Inas rex hac religionis nimietate Petro apostolo fecit vectigale, teste, post alios plures Math. Westmonasteriensi ad a. Chr. 727. Id Petri vectigal alii reges post in tantum auxerunt, ut pontifex quæstorem in Anglia habuerit, qui collegit tributum hoc Romamque illud transmisit. Quam Provinciam ultimus sustinuit* POLYD. VERGILIUS *quod ipse memorat lib IV. hist. Angl. p. 118.*

Templa dicata. (d) ECCARD *comment. de rebus Franciæ oriental. T. I. L. 23. p. 391.* episcopatus Herbipolensis solius XIII. enumerat ædes sacras S. Martino consecratas. Moguntiæ archiepiscopus Willegis in Martini episcopi honorem ecclesiam dominicam & metropolitanam Germaniæ condidit, eundemque patronum civitatis & archiepiscopatus delegit; quo facto etiam apud Trevirenses, Colonienses, Leodienses & in plerisque ditionibus Germaniæ eidem plurima coenobia templaque dicata reperiuntur. SERRARIUS *L. I. rerum Mogunt. c. 31.* BROWER *t. 1. annal Trevirens l. 6. p. 332*

(e) In lege Allemannorum c. 1. generatim statuitur: *Si quis liber res suas vel semet ipsum ad ecclesiam tradere voluerit, nullus habet licentiam contradicere ei non Dux non comes nec ulla persona sed spontanea voluntate liceat christiano homini Deo servire & de propriis rebus suis semet ipsum redimere.* Speciatim vero de MINISTERIALIUM S. MARTINI in omnibus fere provinciis maxima occurrit multitudo, adeo ut & totus tractus Ultrajectinus *territorium S. Martini*, nobilesque, clientes & cives dicti sint ejus *ministeriales.* MATTHÆUS *de nobilit. l. 4. p. 1086* ibique STATUTUM *Ultrajectinum ex msto.*

Res & personæ ipsi oblatæ. (f) Exemplum exstat in HEDÆ *histor. episcop. Utraj p. 188.* ex quo apparet, Bertham dominam nobilem & ingenuam legasse quidem *ad altare S. Martini* annuum quendam censum, servata tamen sibi expresse libertate personali: *Ego Bertha, cum sim nobilis & ingenua, nulla necessitate concta, humilio & dono caput meum liberum ad* ALTARE S. MARTINI *in novo monasterio de Utrecht, eo tenore, lege & conditione, ut ego & omnis parentela mea ex me profectura, persolvamus, singulis annis pro* CENSU II. *denarios sponte nostra; sic tamen, ut me vivente nemo filiorum aut filiarum meavum solvat. Me autem viam universæ carnis ingressa senior qui est majoris ætatis filiorum aut filiarum meum solvat, ceterorum autem nemo. Et sic ea lege utantur in ævum stabili & sic liberi maneamus secundum libitum*

ab

ciparint. Hoc vero hominum genus, qui Martino sive potius coenobiis ac templis ipsi consecratis sese addixerant, opes suas ac operas quotannis ipsi obtulisse ac *Martinianos* (i), sive *Ministeriales S. Martini* (k) dictos fuisse, extra controversiam positum est. *Ejus ministeriales.* Nec

ab omni SERVITUTE NOSTRA. Præcipue in documentis medii ævi plura occurrunt momenta census Martinalis. In diplomate Querfurtensi a. 1405. apud LUDEWIG *c. l. p. 153.* hæc habentur: *Ich Fritz Gantz Ritter tou Querfurt und Elisabeth meine ehlige Wirthyn mit allen unsern Erben bekennen in diesem Brief, dass wir in die Ehre Gottes &c. haben gegeben dem Gottes Huss zu Eilversdorf eine Firdung Geldes ewiger Zinss den Herrn uf den Kore, darum dass sie alle Jahre sollen begehen unser Eldern Jahrzeit an den nechsten Montag vor S. Martini mit langen Vigilien.* Præsertim in diplomatibus donationum Mecklenburgensium a. 1225. 1276. 1305. 1338. 1397. 1400. 1411. 1442. &c. mentio fit *tributi die S. Martini ære vel aliis muneribus offerendi pro salute & remedio animæ nec non patris & aliorum consanguineorum in spem & præmium vitæ æternæ.* Pariter MIRÆUS *in donationibus Belgicis L. I. c. 18.* litteras donationis in medium affert, in quibus Domina Gisla se ancillam tradit S. Gertrudi, annuum simul tributum ipsi spondens: *Me cum tota mea sobole, tradidi per liberam manum beatæ Gertrudi in ancillam, ut suo accepto nos dignaretur famulatu in remissionem peccatorum; tradidi autem me sub hac lege indissolubili, ut tam ipsa, quam tota progenies mea & posteritas XVI. Kal. Aprilis singulis annis pro* CAPITALI CENSU *ad capitale virginis altare unum denarium persolvere mus pro* MORTUA MANU *tantundem libera deinceps a cetera exactione.* Quæ in hoc documento de censu capitali & manu mortua germ: *Haupt-Recht* dicuntur, ex privilegiis monasteriorum, civitatum, nobilium facile explicantur; recte tamen ab Henrico V. Imp. in privilegio civitatis Spirensis ad leges nequissimas referuntur. LEHMANN *Chron. Spir. l. 4. c. 22.* SCHOTTEL *de antiquis in German. juribus c. 2. §. 4. sq.*

(g) MATTHÆUS *in vetus Ultrajectinis p. 131.* refert: *S. Martino non solum castra, prædia libera cum pertinentiis integri comitatus Westergrouwe & Ostergrouwe in Frisia sub confirmatione chirographi Imperatoris Henrici IV. pro amore Domini Jesu & dilecti ejus Confessoris Martini; sed etiam* LIBEROS HOMINES *in perpetuum ministerium addictos fuisse.* Teste Bothone *in Chron. pictur. ad a. 1370.* Otto Dux Brunsvicensis honori *Martini* Harzburgum obtulit. Pertinent huc varii generis munera, quæ ipso die S. Martini distributa sunt, testante *privilegio dominorum Querfordensium super urnam vini ad missæ celebrationem de a. 1353: Nos Geverhardus nobilis de Querforde, hæredum nostrorum dilectorum & omnium quorum interesse dignoscitur, consensu antecedente donamus relegatis viris, Domino Abbati & conventui monasterii in Eylversdorph urnam vini* MUSTI *XVIII. stophas capientem ex Mustum. vinea in monte Smanico situato singulis annis dirivandam, quam custos dicti monasterii recipiet annuatim & mediam partem ad opus Dei ministrabit in celebratione missarum, reliqua conventui jam dicto in* VIGILIA SANCTI MARTINI *distribuet. In annalibus Corbeicensibus apud* LEIBNITIUM *T. 2. script. p. 309. ad a. 1711.* narratur: *Odelricum de Swalenberg abbatiæ anserem ex argento effirmatam in festo S. Martini pro fraternitate donasse.* *Bona ipsi in feudum data.*

(h) Homines S. Martini ex indicio diplomatum medii ævi vel *honorati* vel *ministeriales* vel plane *adscriptitii & homines proprii* fuerunt; quorum illi priores quidem ipsius ministerio se dicarunt, & ad ejus fidem faciendam annuum erogarunt tributum, veruntamen jura hominum liberorum sibi servarunt; de quo DU FRESNE *glossar. voce oblati in f. agit*; Pertinent in hunc censum cives Ultrajectini, de quibus MATTHÆI *L. 4. de nobilit. c. 24.* indicat: *Cives sunt servi* S. MARTINI *honoris causa, non quod servi, quod adscriptitii, quod Vasalli, quod nexi, sed quod tantum velut vasalli ligii & quod in Divi tutela, Divo tantum velut nexi, re vera autem sint liberi.* De ministerialibus infra dicetur. Adscriptitii vero cum fundis S. Martino plane mancipati, in servitutem ipsi sacramento se obstrinxerunt teste HEDA *Hist. Ultraject. p. 141.* In documentis Mecklenburgicis & Wurtenbergicis aliquando laudantur *Martinsgnozen, Servi, Dienstgenosse*, homines proprii S. Martini; quorum in indiculo hominum propriorum Guelpherbitano, ab Eccardo codici legis Ripuariæ præfixo, prolixior fit mentio. *Mancipia honorata.* *Adscripta.*

(i) Mannus in antiqnis Francicis & Allemannicis documentis generatim idem est ac ministerialis, unde & *manni* in legibus vetustis Teuton. Longobard. & Ripuariorum appellantur vasalli, homines, leudes, leodes (*Leute*) & *aldiones*, servi delecti vel servati a victoribus nec venditi nec occisi, putante AUGUSTINO *de. civit. Dei L. 9. c. 15.* Rectius dicuntur, ab *Alode* vetusta possessione, quia glebæ seu aldiis, propriis & perpetuis agris, adscripti erant, docente WENDELINO *in Glossario ad L. Salic.* MEIERO *Tr. de Villicis c. 5. §. 2.* ECCARDO *in catechesi theotisca p. 142.* Conditio horum mannorum diversa fuit ratione diversi ministerii & dominii. Qui imperio addicti erant, *manni imperii* vocabantur; qui ad judicia synodalia, ut in iis scabinorum vicem sustinerent, deputabantur, dicti sunt, *sendbar Mannen* vulgo *Semper Mannen*; qui curiæ inserviebant, *Hoffmanni, Hossiti*, de qua voce vide DU FRESNE *c. l. voce litus:* LEYSER *diss. de litorum absolutione.* Vasalli etiam, *Lehnmanne*, qui a dominis vel commissa vel tradita prædia beneficiaria tenebant, sæpe in documentis germanicis *manni*, in latinis vero *homines* appellantur. LUDEWIG *reliquiæ MSC. omnis ævi T. IV. p. 289. T. XVII. p. 529.* Occurrunt quoque *Mundmanni*, qui erant ministeriales voluntarii, non vero originarii, nec laudemium aut canonem præstantes; hinc etiam bona sua & alienare & oppignorare poterant, modo tres solidos præstarent, quorum unus Meiero, alter advocato & tertius juratis cedebat, ut monet GOTTFR. MASCOVIUS *notit. juris Brunsv. Luneb. p. 217.* qui & putat eos vel dictos a mundiburdio Scultetorum, vel a *Munt* censu, quia solidum protectionis præstiterunt, *den Hodeschilling*, & canonem ceræ, qui inde *der Mundscat* vocatur. Plura vero hujus generis exempla reperire licet *ap.* LUDWIG *in German. princ. & jure clientelari sect. 3. c. 3.* De jure & indole *der Mann-Bücher, Mann-Gerichte, Manns-Mænner* (subvasallorum) *Burgmannen*, vasallorum castrensium vide LEYSER *diss. de servis servorum* & KITTLINGER *tr. de ganerbis disc. 3. n. 131.* Qui templis, capitulis & coenobiis operas suas addixerant, peculiare quoddam a sanctis nomen reportarunt. De Petermannis, ministerialibus S. Petri Lovanii & Schwatzachii legendi sunt MATTHÆUS *d nobilit. l. 4. p. 1684.* GUDENUS *syllog. 1. var. diplomat. p. 466.* De Sueviæ hominibus S. Kiliani, S. Alberti & Martini vide MAGER *de advocatia c. 5. sq.* THOMASINUM *de discip. vet. eccl. part. 3. c. 2. c. 54. & plures apud de* LUDEWIG *in comment. ad A. B. T. 2 p. 102.* *Manni S. Martini.* *Mundmanni.*

(k) Ministeriales dicuntur principum, capitulorum, coenobiorum officiales sive ministrantes, qui aulæ, provinciæ, rei militari, sacræ & civili præficiebantur vel his muneribus se adstrinxerant. Non itaque fuerunt abjectæ conditionis homines, sed ingenui ac sæqius nobiles, officiis vel militaribus vel aulicis honoratioribus admoti. STRUBEN *de jure villicor. p. 56. 64. 67. 82.* AUCTOR *vindiciar. pro Havenberg p. 61.* DIPLOMA *Frid. II. in diplomatario Raceburgensi.* Passim in diplomatariis occurrunt *ministeriales de* FAMILIA *S. Antonii*; de familia vero idem est ac de domo, ecclesia, aula; quemadmodum *ap.* HERGOTT *geneal. Austr. proleg. p. 10.* adducuntur ministeriales *de* FAMILIA *Habsburgensi.* Ministerialium *S. Mariæ*, nobilium de Barmstedt, mentio fit apud LINDENBROG. *script. sept. p. 175.* Ministerialis nobilis de *Bederkesa* memoratur apud STAPHORST. *c. l. T. I. p. 603.* Ministeriales nobiles Bremenses laudantur apud LAMBECIUM *Orig. Hamb. p. 64.* Nobiles testes & ministeriales nobiles simul *vide in* WITTORPII *diplomatario Raceburg. ad a. 1162.* Plura exempla collegit RICCIUS *de nobi-* *Ministeriales nobiles.*

Nec minus cognitum erit inter omnes, diem, quæ ejus in faſtis nomen refert, a Martinianis eorumque ſocietatibus (l), communi fere conſenſu ubique feſtivitatibus variis, ciborum (m) potusque (n) ingurgitatione fuiſſe celebratum, cujus conſuetudinis paſſim etiamnunc

Speciatim S. Martini.

bilitate Landſaſſiaca p. 37. 136. & BURI *comm. ad Schilteri jus feud. p. 71.* Inprimis miniſterialium S. Martini mentio fit apud HEDAM *hiſt Ultraj. P. III. p. III. 141. 188. &* MATTHÆUM *de rebus Ultraj. p. 109.* Notabilis conſtitutio ratione miniſterialium actorum exſtat in *capitularibus Carolingic. regum L. I c. 14. p. 805.* ubi hominibus liberis interdicitur *ad miniſterium* SANCTORUM *inſciis territorii dominis ſe adjungere eam ob cauſam, quod perplures non religione ducti ſed tantum ut functionibus* MILITARIBUS *aliisque a Rege impoſitis poſſent vacare vel omni etiam* SERVITUTI *&* DOMINIO *ſe ſubducerent in miniſterialium numerum adſcribi cuperent.* Idem de miniſterialibus S. MARTINI perhibet GREGORIUS *Turon. L. 7. c. 42.* Illi enim Turoni degentes, Guntrami Regis imperium & officia militaria neglexerant, ad S. Martini miniſteria provocantes a quibus igitur Rex inobedientiæ poenas repetere ſtatuerat.

Fraternitates S. Martini.

(l) Quemadmodum in Holſatia & Sleſvicenſi ducatu non incognitæ ſunt veterum fraternitates calendariæ *S. Nicolai, S. Mariæ;* apud Lubecenſes *S. Ægydii*; Hamburgi *S. Jacobi & Nicolai*, teſtantibus *Staphorſtio*, MELLENIO, MUHLIO *de reform. religionis in Cimbria p. 87. 166*; ita etiam in venerationem Martini epiſcopi ortæ ſunt calandarum fraternitates S. Martini, de quibus agunt FELLER *orat. de fratribus calendariis p. 21.* FRONMANNUS *de anſere Martin. c. 2.* HILDEBRAND *de ordinibus religioſis p 42.* perhibentes, hos fratres candidis veſtibus uſos fuiſſe. Præcipue laudatur *fraternitas S. Martini* a Bertholdo electore a. 1497. Moguntiæ inſtituta & argenteo Calandi ſigno diſtincta; a quo inſigni conſuetudinem ortam tradunt, quod Canonici Moguntini ſignum S. Martini in pectore ferant etiamnunc JOHANNIS *in not. ad Serrar. T. I. rer. Mogunt. p. 808* Quod vero Calendarum Societatibus univerſim accidit, quod male audire coeperint propter commeſſationes intemperantes & libidinoſius inſtitutas; id quoque dicendum eſt de fraternitatibus S. Martini in contemtum demum adeo adductis, ut *Franciſcani* Lipſiæ & alibi liberius viventes *Martiniani* dicti fuerint, ut ex PFEIFFERI *Lipſia* annotavit GOTTL. SAM. TREUER *in der Unterſuchung des Urſprungs und Bedeutung der Mærtensmannen S. Martini miniſterialium ed. a. 1733 p. 76.* Facit huc cantiuncula parum decora apud OLERINUM *tr. de anſere Martiniano ed. Magdeb. 1609.* quæ finit: *wer ſich voll ſaufen kan, iſt ein rechter Martens Mann.*

Convivia martinalia d. XI. Nov. inſtituta.

(m) Sunt, qui Martinalium conviviorum originem a vindemiis, quæ Æſculapio ſacræ fuere, derivarunt, docente *Hoſpiniano c. l.* Alii orta ea putant ex Pithoegiis Athenienſium teſte FROMMANN. *tr. de anſere Martiniano ed. Lipſ. 1683. c. 2. §. 1.* quin & alii ex ſacris feſtivitatibus a Romanis in memoriam ſervatis ex indicio anſerum inſtitutis, ea repetenda putant; cui fabulæ aliam *de Martino epiſcopo*, qui anſerino clamore proditus ac præſul conſtitutus fertur facile comparabis dudum confutatam a LEIBNTIO *præf. ad tom. II. Script. p. 28.* PAULLINO *in der Zeit kürtzend erbaul. Luſt P. I. n. 201. p. 726. ſq* ac prolixius a TREUERO *c. l. p. 77. ſq.* Sine dubio his commeſſationibus & ferculis anſerum, ipſo die emortuali S. Martini epiſcopi uſitatis, anſam dedit anni tempus, quod in autumnum incidit, quo fruges & uvæ colliguntur, & anſeres ſaginati jugulari ſolent ut in convivia, apparentur Hinc circa Paſchatis tempus oves, circa Martini feſtum anſeres a civitatibus & pagis loco cenſus annui & precariarum Dominis oblati ſunt, docente SCHILTER *inſt jur. publ. P. II. p. 99.* In antiquis proinde Normannorum faſtis runicis apud RUDBECKIUM, WORMIUM, ELVIUM, Paſchatis feſtum agni figura notatum vides; Martini autem diei anſeris figura adjuncta eſt. Audiamus *Henr.* RANZOVIUM *in calendario Romano, œconomico, eccleſiaſtico, aſtronomico & fere perpetuo ed. Hamb. a. 1593.* d. die S. Martino dicato diſſerentem p. 69. ſq *Menſis November ſues paſcit anſeres pingues comedit, ligna convehit in vaporarium, Martinum colit. Omnes ſancti exſultate, adeſt* MARTINUS MUSTO MADIDUS. *Pectus anſeris ſolet circa feſtum Martini obſervari. Vulgo enim creditum eſt, os pectoris album ſignificare nives, nigrum pluvias.*

Cum tua lux rediit Martine piiſſime præſul,
Mox durum gelida cum nive frigus adeſt.
Mactantur porci, verubus quoque figitur anſer
Fatidicus, vulgo eſt ſi tribuenda fides
Fit quoque tum MUSTUM *poſita dulcedine vinum,*
Triſtia lætificans corda ſapore ſuo.
Cum tua lux rediit Martine piiſſime præſul,
Tunc animo læto ruſticus eſſe ſolet.
Carnibus abſumptis tunc inſpicit anſeris oſſa,
Atque hyemis quæ ſit forma futura notat.
Feſto Martini & MUSTO *ſit* COPIA VINI.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri,
Inſectatur aprum nive nunc venator in alta.

Quorſum etiam pertinent, quæ RUDBECKIUS *in altantica T. 2. c. 9.* de divinatione ex pectore *anſeris martiniani* tradit: *Initio brumæ & ſole ſub terram concedente majores noſtri anſerem mactare & ex cartilagine, quæ pectus anſerinum dividit, aſperioris vel remiſſioris frigoris ſigna vel omina captare conſueverunt. Quem divinandi morem vulgus noſtrum absque omni quidem ſuperſtitione, attamen vaniſſime, adhuc ſequitur; hoc tempore anſeres* D. MARTINI *feſto ſolius hilaritatis cauſa mactamus.*

Compotationes S. Martini.

(n) Compotationes Martinianæ & *muſta S. Martini* ubique fere olim in Saxonia viguerunt & nominantur paſſim in Statutis Societatum Calendarum *potationes autumnales.* Anni etiam tempeſtas occaſionem dedit, quod fila iſta tenuia, quæ circa autumni finem in aëre conſtantur & circa Martini fere tempus plerumque diſparent, appellentur *retia* S. *Martini* gall. *les filets de S. Martin*, quemadmodum, & fila iſta, quæ ineunte æſtate circumvolitant in aere, dicuntur *les Filets de la St. Vierge.* Facit huc proverbium Belgarum, quod VOETIUS *d. l.* laudat: *Martyn, Martyn, t' avent moſt, en morgen wyn*; ſuperſtitioſum enim vulgus perſuaſum ſibi habuit, muſtum S Martini nocte a ſancto viro commutari in vinum. Verus autem illius proverbii ſenſus eſt, muſtum circa hoc tempus defæcari & vini ſaporem induere. A Martiniano quoque Lubecenſi quondam non vinum, ſed muſtum Rhenanum perlatum eſſe, ſupra monui. De abuſu autem vigiliarum & compotationum Martinianarum teſtantur SYNODUS *Antiſiodorenſis a. 590*; INTERDICTUM *archiepiſcopi Magdeb. a. 1447.* BLUMBERG *delineat. fraternit. Calend. c. 10. p 155.* CALVÖR *P. 2. Ritual. eccleſ. l. 2. c 44. p. 362. ſqq*, KEYSLER *antiquit. ſeptentrional. & Celtic. p 358* ubi agit de ſcyphis S. Martini apud *Normannos Islandosque* uſitatis. Plura de moribus populorum ſeptentrionalium, qui *in memoriam* S. MARTINI *Epiſcopi* in conviviis largiter bibere cæperunt, diſſeruit *Jo.* HERMANSON *de vitibus nuptial. apud veteres Sveogothos ed. Upſal. a. 1726. p. 36.* De Cimbris audire lubet differentem LAURENTIUM TERPAGER *Schediasm. de ſacris veterum Danorum vigiliis c. 2. p. 17. & c. 4. p. 19*: *Viguit*, inquit, *apud* CIMBROS *conſuetudo ut ingruent veſpera feſti circumciſionis Chriſti ſtrenæ loco*

Apud Belgas.

Saxones.

Normannos.

Cimbros.

tunus

nunc extant vestigia ritusque (o) haud pauci. Deinde quod ad S. Martini cultum Sverini solitum inprimis attinet, documentorum & relationum fide facile probabitur, Henricum Leonem Sax. & Bavar. Ducem post devictum gentis Obotriticæ regnum secum constituisse in castro Suerinensi struere ædiculam in S. Petri & Martini honorem; Johannem quoque Theologum circa Sec. XIII. dimidium, nonsolum hæc cogitata perfecisse & reliquiis sanctorum eandem ædiculam ornasse: sed etiam Albertum ac Johannem duces Sec. XIV. peculiares societates a Martino dictas (s) *fraternitates S. Martini* (t) instituisse, inprimis vero Joannem juniorem & Albertum duces omni opera in id incubuisse, ut hujus ædiculæ famam atque S. Martini cultum quavis ratione solenni amplificarent, forte excitati cultu ac observantia erga illius temporis Pontificem Martinum V. qui eodem Martini Episcopi die an. 1418. creatus fuit (u) bullamque fundationis Academiæ Rostochiensis (v) an. 1419. elargitus est. Alia quoque jura atque immunitates, quæ illuc

Speciatim Suerini.

---

unus alteri mitterent generosum liquorem quem vocarunt potum S. Jani JANSDRIK *in memoriam Noæ (fide calendarii veteris oeconomici) qui primus post cataclysmum plantavit vinetum; inde ritum illum in multis locis adhuc usitatum dimanasse existimamus, mittendo his vigiliis vinum hippocraticum, vernacule* LUTTENTRANCK. *De vigiliis* S. MARTINI *S. Mortens Misse. aften multa dicuntur fabulosa, de quibus* HUITFELD *p. 115 Ferunt D. Martinum Episcopatum renuentem, atque in latebras se conjicientem ab anseris strepitu proditum fuisse, qua propter diem Martini ansere notavere veteres, & nobis inde adhuc assatum unaquavis hujus festi (si ita liceat dicere) vespera exhiberi, videtur verosimile. Lautius hoc ansere epulabantur, ac veteri consuetudine cutim curabant. Variæ etiam sunt, & fuere olim, circa ossa anseris hac vespera observationes vulgi, qui, si rubra sint, frigus, sin autem nivea, nivem & pluviam indicari, existimat. Sed cum merum largius circumferri hac vigilia jussere veteres, dictus est, ob id dies vel vespera S.* MARTINI *festum* BACCHI, *de quo ita cecinit Poeta quidam christianus; Altera Martinus dein Bacchanalia præbet. Quæ colit anseribus populus multoque Lyæo. Plura de martinalibus, eorumque origine & abusu leguntur apud Mussardum Cerem. eccl. p. 117. 118 &c.*

(o) Moguntiæ, Coloniæ, Leodii & in plerisque locis religioni pontificiæ addictis festus *S. Martini* dies adhuc omnibus festivitatibus celebratur. *Exforti* mos fuit, vesperam Martini ludicris & spectaculis solennem reddere & signo æris sonitu dato festum diem annunciare; quod *Ganss Lauten* vocare consueverunt. AUCTOR *chron. Pirnens. ap.* MENCKEN *tom. 2. Script p. 1554.* In quibusdam civitatibus, ubi religio restaurata viget, consuetudo etiamnunc obtinet, infantibus & servis varia munuscula, (veterum oblationum S. Martini reliquias) distribuere. *Hannoveræ, Halæ, Magdeburgi* & in plerisque *Saxoniæ* civitatibus, die Martino sacra, panes minuti res arculati, quos vocant *Martenshörner*, coquuntur, furcæ formam referentes, forte ad indicandam ejus sanctitatem vel radiationem. Tam in picturis enim, quam in nummis imaginem ejus cornibus additis expressam videbis; cujus quidem origo in cultu cornuum, radiorum & coronarum quærenda est. Legi merentur SPANHEIMIUS *de usu numism. diss. 7.* PASCHALIUS *de coronis l. 10. c. 1.* CALOVIUS *in Bibliis illustratis T. I. ad Exod. c. 34* BASNAGE *Histoire des juifs p. 915.* HOFFMANN *Commentar. in Jobum Cap. XVI. 15.* & præcipue DEYLINGIUS *observat. sacr. P. 3 p. 87. sqq.* FABRICIUS *in Cod. pseudo epigrapho V. T p. 414. Bibliogr. antiq. c. 8. p. 255* Non ab his aliena est opinio ECCARDI *Rer. Franc. T. I. p. 435.* & TREUERI *c. l. p. 81.* afferentium: *Cornua S. Martini ex imitatione consuetudinis gentilium ortas fuisse hos enim festis diebus, quos Diis consecraverant, varii generis imagines, ornamenta & pannificia dicasse, quæ deinde abrogata gentili superstitione, a Christianis ad Sanctorum cultum transferri cæperint.* Exempla hujus argumenti congesserunt *Pfannerus* & *Mushardus*. Quibus adde ritum *Hannoveræ* usitatum, quem explicuit ECCARD *in Catechesi theotisca p. 166 Herinus*, inquit, *Saxonibus est domicellus, here honor, beringa laus. Testes sunt glossæ Keronis & hymnus theotiscus MSC. Unde intelligimus cantiunculam plebejam, Marten hering, Martens is een gut Mann &c. quæ in nostra regione sub vigiliam S. Martino diei a plebe munuscula ante januas exposcente canitur, exponendam esse; Martino laudes vel honorem se exhibere, Martinus bonus vir est.*

Vesperæ S. Martini celebrata.

Ejus reliquiæ in Saxonia.

Hannoveræ.

(p) Vocis hujus originem ab ipso Martino episcopo derivant, cujus pallium, quod *cappam, cappellamue* dixerunt, tanti factum narratur, ut sacramenta nonsolum super eo dixerint, testante *placito Regis* THEODORICI *apud* MABILLONIUM *de re diplomat. p. 470.* sed & palladii instar in bellis ante aciem illud prætulerint docente MELEON *dans les voyages liturgiques de France p. 122.* Quin locus sanctior, quo asservabatur, capella appellata, & præfectus seu custos harum rerum, *Capellanus* dictus est a *Cappa S. Martini*, tradente CANGIO *in glossario voce cappa.* MATTHÆO *de nobilit. L. IV. d. l.* TREUER *d. l. § 20. 23.*

Cappa S. Martini.

Unde Capellani.

(q) Fide Annalium *comitum Suerin. Gunzelini, Helmoldi MSC. & Episc. Bernonis.*

(r) Testantur id *diplomata an.* 1349 1360. 1373 Inter reliquias sanctorum in capella sanguinis Christi s. castri Suerinensis asservata olim sunt frustula conscissi pallii sancti Martini forte ex Hispania huc abducta. Vide *literas indulgentiarum capellæ castri Suerin. datas an.* 1486. 1503.

(s) *Gildæ* dicuntur a numis bibalibus & generatim significant *societatem* communibus initam sumtibus ad festum diem celebrandum, comportatis in unum mero, cibo, potu, pecunia. KEYSLER *c. l. p.* 349. SNORRO *Sturleson c.* 113. *sq.* Hinc facile constat de significatu bonorum *gultiferorum, Güldakauf, Korn-Gülde, Wein-Güld, Opfer Güld.* WIDT *disp. de numis bibalibus ed. Argent. an.* 1667. §. 15.

(t) Vide ALBERTI *ducis Megap. literas*, quibus confirmavit *statuta fratrum Calendarum Racisburgens. Rhenensium, Brisgensium, Gustrovienstium.* Accedunt *Conradi & Bernardi de Plesse literæ venditionis mansorum quorundam in usum Calandarum Wismarienstium an.* 1347.

(u) In has Pontificis literas commentatus est COTHMANNUS *in libro responsorum juris & consultationum academicarum singulari ed. Francof. an.* 1618. *resp. XXXII. p.* 201. *s. resp. XXXVIII.* Equidem ad relationes senatus civici Rostochiensis, nullo nixas fundamento, Magdeburgensium JCtus FRANC. PFEILIUS *in consiliis juris c.* 182. *p.* 139—158. itemque SCHURFFIUS *cent. 3. cons.* 35. argumenta quædam exposuerunt, Principum juri fundationis, dotationis, jurisdictionis academiæ Rostochiensis, fidei historiæ patriæ & jurium territorialium adversa; sed confutavit hæc laudatus COTHMANN. *Resp. XXIX. & XXX.* cujus rationes post tanta scientiarum rerumque historicarum incrementa, facile firmari & suppleri possunt ex annalibus patriis & genuinis principiis juris publici imperii Germanici, præcipue territorialis Mecklenburgici; quorum fide jura ducum territorialium in academiam & civitatem Rostochiensem, speciatim de dotanda & servanda suis solis sumtibus academia, sublatis auxilio & operulis civici magistratus, omnino sunt testatissima. De quibus alibi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illuc pertinent, conceſſit (w), capellam caſtri ſive arcis ædiculam novis Chriſti reliquiis (x), præcipue ſanguinis ejus, ſpinæ ex ejus corona & particulæ ligni crucis donavit. Hinc quidem factum eſt, quod S. Martino ſive huic ædiculæ nec non templo cathedrali, vel, ut verbo dicam, clericorum cætui plures agri Martiniani dicti (y) attributi, variaque officia feudalia & aulica a miniſterialibus S. Martini (z) præſtita fuerint. Qui ritus a ſuperſtitione haud alieni ea ætate, qua pontificiorum errores omnia obruerant, invaluerunt magis atque mentes hominum, vicinorum quoque ac remotiorum obſederunt (aa). Præterea Pontifices purpuratique, cultum S. Martini ac Suerinenſium eccleſiarum incrementa copioſis literis indulgentiarum proſecuti ſunt & obſirmarunt. Neque obſcurum eſt, poſt reſtituram etiam religionem puriorem, plures ritus ſolenniaque haud pauca & in ſacris, academiisque & in civilibus remanſiſſe, quæ ex pontificiorum (bb) lue ortum trahunt. Ex quibus facile colligi poterit, hanc annuam præſtationem a Martiniano Lubecenſium Suerini peragendam, referri poſſe ad reliquias miniſterii S. Martino quondam præſtiti a ſubditis & vicinis. Cui conjectioni adminiculantur forte quædam ſolennium momenta. Non ſolum enim ipſa ſolennia in arcis Suerinenſis area, haud procul ab illo quidem loco, ubi quondam ædicula iſta S. Martini exſtitit, jam vero arcis templum proſtat, etiamnunc peraguntur; ſed & Martinalia munuſcula, conſueta & alibi, plebeculæ inter tripudia S. Martino dicata ſubjiciuntur (cc), muſtum vel vinum Rhenanum tra-

---

(w) Pertinent huc PRIVILEGIUM MARTINI *Pontif. de conferenda licentia graduum in promotionibus ſi neceſſitas vel utilitas cogat, etiam epiſcopo ſeu cancellario academiæ recuſante an.* 1423. BULLÆ *Papales de conſervatione bonorum univerſitatis an.* 1430.

Agri Martiniani Suerinenſes.

(y) Horum frequens fit mentio in antiquis quibusdam civitatis epiſcopatusque indicibus ſive regiſtris; ex quibus apparet, hos agros Martinianos appellari quoque *Beghinarum agros*, quia reditus eorum ad Beghinas ſpectarunt. Poſt tempora reformationis illud agrorum nomen ſenſim evanuit. Beginæ vero, quæ jam antea a multis pontificiorum placitis receſſerant ac doctrinam poſtea evangelicam ſtrenue promoverant, in domo haud procul a templo S. Georgii & horto majori ante urbis portas ſita, ſuſtentatæ ſunt conceſſis ſine dubio agrorum reditibus, quibus fruebantur olim. Cum autem Beginarum ordo belli tricennalis tumultibus tandem diſturbaretur, earumque Beginarium an. 1632 a Suecis deſtrueretur, civicus magiſtratus eos agros ſibi vindicatos in publicum commodum conferre coepit. Pace facta de his agris quæſtio inſtituta eſt an 1653. a viſitatoribus WILH. *de* WARNSTEDT *epiſcoparus præfecto & Paulo* CHRISTIANI *rei culinariæ curatore*, qui diligenti facta inquiſitione, convocatisque in ædem cathedralem ſenatu & civibus, ſententiam promulgarunt: *quod iſti agri, qui eccleſiaſticis uſibus antiquitus conſecrati fuerant, reſtitui debeant & œconomiæ eccleſiaſticæ reddi:* quo facto œconomus *Valent.* ECCARIUS illos in tabulas & indices eccleſiæ retulit. Plura conſtant ex *Actis viſitationis Suerinenſis a Gerh.* MEIERO *Conſiliario ac Henrico* BILDERBECKIO *Superintend. an.* 1653. *conſignatis.*

Officiales aulici S. Martini. Venatores. Dapiferi. Mareſcalli. & Stabularii. S. Martinum colentes equorum Patronum.

(z) Illa *miniſterialium S. Martini* appellatio in diplomatibus Sec. XIII. & XIV. haud inſolita eſt. Præcipue in chartis mentio fit *Fidelium ab* ANHERRN *venatorum S. Martini* & miniſterialis *Corti de* GRAMMELIN dapiferi *S. Martini*: qui quondam inter gentes Mecklenburgenſes viguerunt. Conjicere hinc liceret, miniſterialem ſive MANNUM *Martini* LUBECENSEM Mareſchalli vel Stabularii miniſterio *S. Martini* defunctum fuiſſe. Convenit cum horum ſervitiis cura curruum rite inſtructorum equorumque, ſolennis numorum projectio in arcis area, vini traditio, conſueta ad convivium in aula paratum invitatio & ſolita potus intemperantia. Speciatim accedit, quod ipſe S. Martinus *equorum patronus* ſalutatus fuerit ob varia, equorum ope, in re militari patrata mirabilia, de quibus agunt BIOGRAPHI *S. Martini*; HANSIZIUS *in Germania ſacra T. I. c.* 10. Refert etiam MELTZERUS *in deſcriptione Schneeberg p.* 536 ex moribus Seculi XV. ibi uſitatis: *S. Martinum die ipſi ſacra equo impoſitum a ruſticis feminis tanquam pecoris patronum cultum fuiſſe ipſi etiam numos oblatos fuiſſe.* De rege Clodovæo *du* CHESNE *dans les antiquités de France T. I. p.* 485. & RUD. HOSPINIANUS *de feſtis Chriſtian.* tradunt, quod in pugna cum Weſtgothis equum, quo vehi conſueverat, dicaverit *S. Martino* ea tamen conditione addita, ut ſibi liceret centum aureis illum redimere; quod & factum deinde dicitur, quia poſt hoc votum equus loco ſe moveri haud paſſus fuerit. Addit Hoſpinianus: *Mirum utique videbatur regi, ſanctos cœlites aurì tam cupidos eſſe, quod tamen dum in terris agerent, contemſerint & pro nihilo duxerint. Quoniam igitur pecuniæ tam avidus, ejusque tam rigidus exactor viſus fuit* MARTINUS, *ob eam cauſſam a veteribus* EXACTIONES & SOLUTIONES CENSUUM *& debitorum ejus diei feſto deſtinatas vocr. Rex etiam permotus eſt ut diceret: S. Martinus bonus eſt in conſilio, ſed carus in negotio.* Neque incognitum eſt, alios etiam ſanctos gaviſos fuiſſe *officialibus aulicis*, pincerna, mareſchalco, camerario, rei venaticæ præfecto. In diplomatibus Friderici I. Imp. a. 1153. mentio fit *Hermanni* advocati *de familia S. Petri*; *Adolphi* DAPIFERI, *Randulphi* PINCERNÆ *&c.* De miniſterialibus eccleſiæ Bambergenſis GRETSERUS *in vita S. Henrici c.* 17. ex Sec. XI. diploma protulit, quod de officialibus eccleſiæ vel ſanctorum hæc commemorat: *In expeditionem iturus (miniſterialis Bambergenſis) ex ſuo ſumtu ad dominum veniat deinceps & ejus impenſa alatur. Si expeditio in Italia, ei dominus per ſingulas loricas unum equum det & tres libras, ſi vero alio: duo ex illis tertio dent impenſas; beneficium habentes a Domino ſuo non conſtringuntur niſi ad quinque miniſteria, hoc eſt ut aut* DAPIFERI *ſint aut* PINCERNÆ *aut* CUBICULARII *aut* MARSCHALLI *aut* VENATORES. *Hæc eſt juſtitia (jus) Bambergenſium Miniſterialium.* De Miniſtris aulicis S. MARTINI apud *Ultrajectinos* teſtatur HEDA *Hiſt. Ultraj. p.* 4. ubi *dapiferum, venatorem, marſchallum*, CAMERARIUM, JANITOREM, *pincernam &* SIGNIFERUM S. MARTINI nominatim laudat.

Pincernæ.

Cubicularii.

Janitores, ſigniferi.

(aa) Teſtes ſunt Literæ Dominorum Mecklenburgenſium, quibus civibus & incolis indulgent expeditiones cruciatas & peregrinationes Hieroſolymas & in Palæſtinam, Romam, item Coloniam, Compoſtellam, Aquisgranium, Hamburgum, Osnabrugam, Guſtrovium, Exenam, Raceburgum, Suerinum & aliorſum. De quibus paſſim MELLE *in comment. de itineribus ſacris Lubecenſium.*

(bb) HOSPINIANUS *de orig. feſtorum Chriſtianor.* CHR. THOMASIUS *in cautelis & ad Lancelotum.*

(cc) TREUERUS *c. l. p.* 79. *Von der Verehrung des heiligen Martini ſind noch jetzo viele Solennitæten bey den Römiſch-Catholiſchen übrig, bey denen Proteſtanten finden wir nur noch einige Spuhren des vormahligen Aberglaubens.*

Der

traditur & peractam solennitatem sequuntur epulæ; quæ singula a pristino S. Martini episcopi cultu & a societatibus seu calandis S. Martini (dd) parum differre videntur.

Undecima conjectura deducitur a variis dissidiis & causis, quas Duces cum utraque civitate sæpe agitarunt, controversis circa jura prædia, fundos, commercia, res maritimas, reditus & dominia rerum. De litibus, quæ Comitibus Holsatiæ intercesserunt cum Hamburgo civitate intuitu terminorum, ditionum finitimarum, prædiorum, insularum, teloniorum, mercium & diffidationum, agunt prolixe TRAZIGER *in Chron. Hamb. a. 1258. p. 1288. an. 1310. p. 1297. a. 1340. p. 1300. an. 1371. seqq.* SCRIPTORES *rerum Hamburgensium* supra laudati ævi antiqui & recentioris (a). Accedit memoria litium, requirente Adolpho Comite Holsatiæ, jure demum arbitrii Ducis Mecklenburgici Alberti compositarum an. 1364. testantibus Comitis & civitatis literis c. a. datis sigillo civitatis Hamburgensis munitis: *Betügen wy Grafe Aleff, dat wy mit Rade und Volbort unſer trewer Manne und Rathgevere alle Sacken Schehlinge und Unwillen, de wy hadden mit Unſen trewen Bürgermeiſteren, Rathmannen und Börgern von Hamborg, und dar wy ſy umme baden lathen hadden und ſchüldigen vor deme Edlen Fürſten, Herrn Alberto Hertogen tho Mechelborg, und umb alle andere Sacken, ſchelinge und Unmuth, wenthe bet in diſſe Tidt hebben vründlichen ſönet und gantz endet und bendet, alſo dat wy des nummermehr mit argern dencken willet, noch wie noch unſe rechte Erven, des ſtedege wy en alle ehre Privilegia und alle ere Fryheit und Beſittinge, de ſe von unſeren Olderen, und von uns hebbet, und wie und unſe Erben ſcholen all unſes Rechtes, dar wy recht tho hebben, binnen der Stadt tho Hamburg und buthen frielicken brucken und beſitten, wes Uns frye ys von rechteswegen, und wes wy von rechteswegen löſen mögen, und wes uns von rechtswegen anfallen mag, und unſe rechten Erben, unde wy und unſe rechten Erben ſchollen und willen vordeghedingen deſülven Bergermeiſter, Rathmanne und Börgere von Hamborg, alſe unſe trewen Bürger in alle wiſs dar ys en Noth is, ſunder Argeliſt, und deſülven Bürgermeiſtere, Rathmanne und Bürgere von Hamburg ſcholen Uns und unſen rechten Erben doen ſo wes ſe uns von rechteswegen plichtig ſyn, ſunder Argeliſt, alſe ehren trewen Herren, alle deſſe vorgeſchreven Stücke love wy Bürgermeiſtere Rathmanne und Borgere von Hamborg vor Uns und vor unſe Nakumelinge, Unſen trewen Heren Grave Allve von Holſtein und von Stormarn, und ſynen rechten Erven ſtede und veſt tho holden.* De controversiis Comitum & Ducum Holsatiæ LUBECÆ *civitati* obmotis specia-

Undecima de memoria compositionis litium.

Comitum Ducumque Holſ. Seculo XIII. XIV. XV. Hamburgi.

Lubecæ.

(u) 3

Der MÆRTENS-MANN *pflegt in vielen Landen und Provintzen den Kindern noch zu unſern Zeiten etwas zu bringen und werden allerhand Geſchencke ihnen ausgetheilet, welches ſeinen Uhrſprung von den Opffern hat, die ein jeder der ein Martens-Mann ſeyn und heiſſen wolte dem S. Martino zu Ehren an die Geiſtlichen zu entrichten pflegte. Weil die Verehrung der Heiligen in ſolchen Stücken bey uns weggefallen, iſt die Mode der Geſchencke dennoch hin und wieder fortgeſetzet und auf die Kinder und gute Bekannte gerichtet worden.*

(dd) Plerumque enim festa Calendaria solemni processione primordium cœperunt, stipis panium vel numorum elargitione celebratæ & commessatione demum finitæ sunt. SCHOETGEN *in Pomerania vet. & nov. p. 2. c. l. §. 67.*

(a) Quibus adde *Tabulas Transactionis* ADOLPHI *Comitis Holſ. & Schawenburgi an.* 1593. LITERAS *compoſitionis finium controverſorum datas ab* ERNESTO *Comite Holſ. an.* 1607. LITERAS *reverſales civitatis Hamburgē datas Regi* CHRISTIANO IV. *& Duci* JOHANNI ADOLPHO *an* 1609. quarum argumentum præcipuum est: *Nachdem wir zu verſchiedlichen mahlen unterthænigſt und unterthænig embſigen Fleiſſes bittlich angeſuchet, d ſi die am Kayſerlichen Cammer-Gerichte zwiſchen I. K. M. und F. G. als regierenden Hertzogen zu Holſtein &c. und uns eine geraume Zeit ſchwebende Rechtfertigungen, uns zu beſondern Gnaden I. K. M. und F. G. abſchaffen, und fallen laſſen wolten. Und dann I. K. M. und F. G. ſolcher unſer unterthænigſten und unterthænigen hochfleiſſigen Bitt, gnædigſt und gnædig ſtatt gethan, derogeſtalt, daß I. K. M. und F. G. allein den proceſſum exemptionis ausbeſcheiden, welchem ſein Lauff und Vollziehung, ohne einigen Abbruch, Hinderung und Præjudicio, gæntzlich zulaſſen, alle andere ietzo am Cammer Gericht rechthængige Sachen, nemblich, zum erſten, die Ablöſung des Hammerbruchs, zum andern, des Zolles in der Stadt Hamburg, zum dritten der Korn-Zinſe ſechſte halb Wiſpel Rogken Rente und zwey Wiſpel Weitzen, oder Weitzenmaltzes jæhrlicher Rente, in der Niedermühlen zu Hamburg; zum vierdten des Bittwerders, und dann zum fünfften Vorenthaltung etlicher* HOCH- *und* GERECHTIGKEITEN, *daſelbſt in der Stadt Hamburg, aus keiner andern Bewegnüß, Uhrſache und Meinung, dann nur allein und bloſs auff beſchehene, und mehrmahlen wiederholete unſere unterthænigſte und unterthænige Bitte, und herauff aus beſondern Gnaden, wormit I. K. M. und F. G. uns und gemeiner Bürgerſchafft wolgewogen, erfolgte Königl. und Fürſtl. Erhörung, Conſens und Bewilligung allerdinge ohne jenige Reſervation und Vorbehalt abſtehen, abſchaffen und remittiren wollen. Jedoch dieſes hiebey erfordert, daß gegen I. K. M. und F. G. für Deroſelben Perſohnen und deren Erben, auch Nachfolgern, an der* LANDFÜRSTLICHEN REGIERUNG *des Hertzogthums Holſtein &c. wir für uns und unſere Nachkommen, uns beſtændiglich, auff maſſe, wie folget, reverſiren ſollen, wie ingleichen I. K. M. und F. G. auch deren Theils ſolches zu thun gnædigſt und gnædig geneigt und erbietig weren. Deme nun zu Folge, verſprechen wir auffrichtig und beſtændiglich für uns und unſere Nachkommen, daß ſolche gnædigſt und gnædig eingewilligte Remiſſion, den exemption proces ausbeſcheiden, I. K. M. und F. G. deren Erben, noch derſelben Nachfolgern, an der Landes Fürſtlichen Regierung des Hertzogthums Holſtein &c. in andere Wege zu ewigen Zeiten nicht præjudicirlich, nachtheilig noch ſchædlich ſeyn ſolle, wie auch ſelbſt ſo wenig, als die unſern noch jemandt anders von unſerentwegen, ſolcher Remiſſion zu keinem vorfænglichen Vortheil gebrauchen wollen noch ſollen.* Has secuta est *transactio* STEINBURGENSIS *in Causa exemtionis* promulgata d. 18. jul. an. 1621. cujus vigore Hamburgenses pollicити sunt: *Alles im vorigen Stande zu laſſen, dem Kayſerlichen Fiſcal keine Aſſiſtenz zu leiſten, ihnen zu guten, dem Fürſtlichen Hauſe Holſtein über ichtwas zu Nachtheil zu fordern, zu thun, zu ſuchen, oder aber thun, fordern und*

ſuchen

ſpeciatim in cauſſis vectigalium, acciſarum, hominum propriorum (b), commerciorum, naufragiorum, arreſtorum, foſſarum Möllenſium usque ad fluvium Delvenaw ductarum in damnum Wiſmarienſium, conſtat ex actis & chartis Seculi XIII. præcipue a. 1391. a. 1417. 1461. 1470. 1480. 1498. quarum argumenta præcipua ſupra allata ſunt vel recenſita ex inſtituto *a* CRANZIO *L. IV. Vandal. & a* LATOMO *d. l.* Accedunt lites de jure piſcationis in Trava fluvio agitatæ, quarum meminit RECESSUS *Kilonienſis an. 1583. art. 3. Wegen der Irrungen ſo ſich zwiſchen der Kön. Majeſt. und Hertzog Adolfs F. Gn. und denen von Lübeck biſs anhero erhalten wegen der Fiſcherey auff der Trave und von Travemünde an im ſaltzen Waſſer biſs in den Femer Sund iſt ein Schreiben verfertiget an die von Lübeck, darinnen ihnen zugeſchrieben worden, daſs zu Abhörung dieſer Gebrechen der Montag nach Johann Baptiſtæ angeſetzet binnen Oldeſchloe einzukommen, und ſoll von jeden Herrn zweene von Adell und ein Rechtsgelahrter zu ſolcher Tagleiſtung verordnet werden; von wegen der K. May. ſeind deputiret Hans Blome, Benedix von Ahlfeldt, Probſt zu Preetz, Diederich Blome und D. Joſias Marcus, Vice-Cantzler, ſonſt werden der Kn. Stadthalter, Hinrich Rantzau, Detlef Rantzau und Claus von der Wiſch, alſs* reſp. *Ambtleute zu Seegeberg, Ziſsmar und Trittow, jeder ſeines Herrn Gerechtigkeit zu deduciren und auszuführen, als Partheyen uff ſolche Tagleiſtung aufzuwarten wiſſen* (c). De diſſidiis Ducum Megapolenſium Ordinis Nobilium, & Lubecæ civitatis teſtantur inter plures LATOMUS (d) diplomata (e) & transactionum tabulæ (f), quarum præcipuæ reſpiciunt ad contentiones, ob jura vectigalium

Ducum Megapolenſ. Lubecæ.

Hominum propriorum.

Pagorum.

Piſcationum an 1262.

ſuchen zu laſſen, beſondern das alles vorangedeuteter maſſen in dem Stande es bey vorigen regierenden Hertzogen zu Holſtein Zeiten geweſen, gentzlich und ungeſchmælert verbleiben ſolte, und daſs demnach ſie, wie biſs anhero geſchehen, bis zu endlicher dieſer Sachen Erörterung bey dem Fürſtlichen Hauſe Holſtein in unterthænigſter und unterthæniger Devotion ſtehen und bleiben, als das guten Leuten gebüret und wohl anſtünde, auch deswegen nach I. K. M todtlichen Hintritt, Ihr Durchl den Herrn Printzen, und alſo ſucceſſive I. K. M. Erben, wie auch den Herrn Hertzogen zu Holſtein, Gottorffiſchen Linien ſo pro tempore allezeit regierende Hertzogen zu Holſtein ſein werden, negſt vorgehender Aſſecuration, wie hiebevor geſchehen, die gewöhnliche Huldigung und Anntahmung würklich leiſten und præſtiren wollen, und daſs alſo vorigen zwiſchen der Landes Fürſtlichen Holſteiniſchen Herrſchafft und denen von Hamburg, vor dieſem auffgerichtete Receſſen, und andern in Hænden habenden Documenten, hirdurch durchaus nichts benommen ſein, ſondern dieſelben ſolten in allen ihren Clauſulen, Inhalt und Begreiffungen, in eſſe und Vollenkommenheit ungekrencket und ungeſchmælert verbleiben. Addi poterunt ſcripta *de jure regio & ducali circa telonia in Albi fluvio* edita ſpeciatim. DEFENSIO *Hamburgenſis & remonſtratio Danica ed. an.* 1630. REPRÆSENTATIO *Hamburgenſis in Theatr. Europ. T. XIV. p* 128.

In cauſſis vectigalium & acciſarum.

(b) De quibus agitur in Poſtulatis & gravaminibus nobilium utriusque Ducatus Cimbrici *d. 2. Maji an.* 1634 Ducibus oblatis *art.* 5. *Und als mit ſonderbarer Beſchwerde etlicher in der Næhe bey Lübeck geſeſſener von Adell, wie auch der Stædte Eingeſeſſenen, daſs bemeldte Stadt von denen zu deren vom Adel auch der Bürger ſelbſt eigenen hæuſlichen Nothurfft erkaufften Sachen, obnangeſehen ihre Leuthe deswegen gebührlichen Schein vorzeigen, dennoch gleich andern Kauffmanns Wahren einen gewiſſen Zoll und Abgifft erfordert, auch von etlichen in die Stadt gebrachten und geführten Sachen dergleichen begehret und genommen wird, welches dann den bekandten Privilegiis ſo wohl, als den uhralten zwiſchen dem Hauſe Holſtein mit dieſer Stadt aufgerichteten* Compactaten *ſchnurſtracks zugegen; So gelanget abermahl an E. K. M. und F. G. unſere unterthænigſt unterthænige Bitte, dieſelbe geruhen durch Dero hochanſehnliche vielgeltende Abmahnungs-Schreiben, ſolchen attentaten in der Zeit vorzubauen, und ſowohl ſich bey Dero hergebrachten Hoheit, als die löbliche Landſchafft bey ihren Rechten zu ſchützen und zu handhaben.* Et art. 6. *Obwohl auf unterſchiedenen Landtags-Verſamblungen und ſonſten mehrfæltig verabſcheidet, conſtituiret und verſehen, daſs denen vom Adel untergehörige und leibeigene Leuthe ihnen nicht vorenthalten, ſondern wo ſie dieſelbe betreten, ohne Verzug ausgefolget werden ſollen, ſo will doch demſelben ſowohl von etlichen Stædten, inſonderheit Lübeck, als auch in E. K. M. und F. G. Æmbtern, zumahlen in den Marſchlændern, ſo gar keine Folge geſchehen, daſs auch zuweilen, da die vom Adell ſich ihrer Leute wiederumb bemæchtiget, und ſie zur Stelle gebracht, man dieſelbe mit Gewalt zu eximiren und zu entführen ſich unterfangen darf; Weilen denn ſolch Gravamen eines von den vornehmſten, ſo die Ritterſchafft ſo lange und viele Jahre getrieben, auch darüber vielfæltige König- und Fürſtliche Mandata ausgebracht und erhalten, gleichwohl aber denen bis dato wenig Folge geſchehen, und bald dieſes bald jenes dagegen eingewandt worden, und wann ſie deswegen die gebührliche Rechtsmittel zur Hand nehmen ihnen hohe ungewöhnliche Cautiones angemuthet und aufgedrungen, ihn auch die Bürgen abgeſpannet oder die verhafftete losgelaſſen werden; Demnach iſt an E. K. M. und F. G. ihr gehorſahmſtes Bitten, wann dergleichen Foderung angeſtellet und die fugitivi verfolget werden, ihnen deswegen nothürfftige Mandata ſine Clauſula gnædigſt gnædig zu ertheilen, und in ſolchen Sachen ohne længeren Verzug und Auffenthalt procediren, und verfahren zu laſſen, wie ingleichen bey der Stadt Lübeck es dahin zu richten, daſs denen von der Ritterſchafft desfals gebührliche Rechtsmittel gedeyen und wiederfahren mögen.*

(c) Taceo controverſias Seculo XVI & initio XVII. Seculi agitatas de jure teloniorum in mari Balthico, de quibus agitur *in deductione Danica ed. Hafniæ an.* 1613. Addi poſſent rationes litium circa pagos Lubecenſium in Holſatiæ territorio ſitos, de quorum ſuprema jurisdictione ducali conſtat ex Catalogo argumentorum Lubecenſium apud GASTEL *de ſtatu publ. Europ p.* 961 *ſqq.* & ex Deductione, quæ inſcribitur: *Kurtzer Bericht wie die von Grafen Adolph zu Holſtein fundirte, nachhin dem Reiche ohne Mittel einverleibte Stadt Lübeck der vormahligen Grafen und gefolgten Hertzogen zu Holſtein regalia und jura verſchiedlich zu ſchmælern, hingegen ihre Hoch- und Herrligkeit weidlich zu extendiren befliſſen, ſamt gründlicher Behaubtung der auf Holſteiniſchen Boden belegenen Güter &c. ed. Glückſtadiæ an* 1672.

(d) *In Genealo Chronico Megapolitano h. l.*

(e) Ex *Friderici II.* Imperatoris diplomatibus & privilegiis Lubecæ civitati datis an. 1226. 1288. conſtat, Duces Megapolenſes civitati denegaſſe commercia, tranſitum, aliasque libertates. *v. T. I Monum. p.* 1285. 1301.

(f) Speciatim a Ducibus Joanne & Hinrico conſignatæ an. 1262. de non ædificandis caſtris prope Lubecam & de jure & piſcatione in fluvio Stopenitza: *Mediante conſilio puerorum noſtrorum & vaſallorum cum amicis noſtris con-*

tium (g) & libertates piſcandi circa ripas Travæ & Stepenitzæ ſæpius exagitatas, quas prolixe deſcripſit CRANZIUS *in Saxonia L. VI. an. 1506.* Addunt Chemnitius, Schedius aliique: Duces Mecklenburgicos hæc jura Lubecenſibus denegaſſe ex jure territorii ſibi competenti, renitentibus tamen ſemper Lubecenſibus, adeo ut demum poſt aliquot funeſta bella, ſvaſu & opera Hinrici Ducis Brunſvicenſis diſſidia finita fuerint pacata compoſitione ſub auſpiciis Ducis *Hinrici pacifici*, qui nomen dederat religioni evangelicæ. Subjungunt: eundem cultu inſigni excepiſſe merita & ſcripta D. Martini Lutheri, motumque fuiſſe ejus chari nominis autoritate, ut rei geſtæ & pacis hujus memoriam ſervare ſtuduerit ſolennitate in veſpera Martini quotannis celebranda. Huic opinioni favet *b.* KOEPKENIUS *in Orat. de Martinalibus Sverinenſibus: Quia vero inſpectio riparum Dravi & Stepnitii Mecklenburgicos agros alluentium a Lubecenſibus inſtituta, cujus quidem occaſione contentiones illæ natæ fuerant, & libertas piſcandi in conſiderationem paciſcentium forte veniebat, puto, Lubecenſes, ut antiquo ſuo jure ſecure poſthac rurſus uti poſſent, recepiſſe, quod obſervantiam ſuam Ducibus celſiſſimis Mecklenburgenſibus anniverſario ejusmodi ritu, qualis nunc quotannis obſervatur eſſent ſignificaturi. At quia Dux Pientiſſimus Henricus divinæ veritati a Luthero ſucceſſu temporis reſtitutæ addictiſſimus erat, ita ut Terras Mecklenburgicas eadem etiam illuminari primus curaret, mox a Lutheri morte conventum eſſe exiſtimo, ut ſolennitas hæc eo die, qui natalis b.* LUTHERI *creditus eſt, peragetur, quo non modo firmaretur conjunctio vicinitatis, ſed etiam vigens utrinque veritatis agnitio declararetur.* Sed neque hujus conventionis documentum hactenus inveſtigare licuit, neque iſta narratio rei antiquitate, quæ reformationis ætatem ſuperat, convenit, nec ipſi tempori præſtandæ ſolennitatis reſpondet, quæ *in* VIGILIA *Martini* EPISCOPI peragi conſuevit, teſtantibus, quotquot ſuperſunt, documentis hujus ſolennitatis. Facile quidem largior BILDERBECKIO *in Commentario de ſtatu imperii Germ.* aſſerenti: *Martinalia Suerinenſia originem omnino debere antecedenti cuidam facto, vel ſingularis hiſtoriæ* (addo vel juris) *rationibus*; quæſtio ſpeciatim eſt de ipſo facto, quod occaſionem præbuit inſtitutis Suerini Martinalibus. Cognitum fere inter omnes eſt, ſubeſſe nonnihil rationis hiſtoricæ, cur Melitenſes ad regem Hiſpaniæ quotannis candidam aquilam deferri curent, Rex vero viciſſim ob regnum Neapolitanum Pontifici Romano equam & auri ſummam mitti jubeat; Veneti etiam deſponſationem Ducis cum marī adriatico quovis anno celebrari ſatagant. Nec facti cujusdam ratione deſtitutam dixeris obſervantiam Tomarienſium, incolarum urbis Luſitaniæ in Extremadura ſitæ, qui ſingulis diebus, quibus forte ſolis candor Ulyſſiponæ non apparet, reginæ transmittere debent ovem, quam illa mox coenobio Belemenſi victimæ loco tradit. Quærunt etiam nonnulli Annalium Scriptores: cur Molna oppidum an. 1291. ab Erneſto & Erico Saxoniæ Ducibus venditum fuerit nonſolum interveniente pretio, ſed etiam additis octo nummis & tribus canibus cæruleis? Cur olim in epiſcopatu primario Herbipolenſi nemo in Canonicorum numerum receptus dicatur, niſi qui antea horum congregatorum ferulas ſubiiſſet percurrens? Ex qua ratione Goariæ & Rheni ripam in Comitatu Cattimelebocenſi inferiori peregrinantes advenæ æneo collari collum inſerere jubeantur? Wormatienſium vero Magiſtratus peregrinos transeuntes dignitate conſpicuos vino, avena & piſcibus in rheno fluvio captis donare conſueverit? cur in Sileſia, Miſnia & Saxonia anniverſaria quadam die, quæ Sileſiis dominica Lætare eſt, ſimulacrum ſtramineum circumferatur, & adjunctis ritibus in aquam deportetur? Pari ratione quidam Italicæ gentis patricii quotannis die Jovis, quæ quadrageſimas proxime antecedit, bovem & duodecim porcos Venetiis in foro offerre adſtringuntur; cujus rei auctor *novorum hodierni mundi ad an. 1709. ſect. 14. p. 108.* hanc tradit cauſam: Venetos ſub imperio Friderici Barbaroſſæ an. 1162. cum clericis Italis bello implicatos horum duodecim cum patriarcha Aquileienſi cepiſſe nec prius e captivitate dimiſiſſe, quam iſtas conditiones explendi fidem dederint.

Opinio Kopkenii.

Bilderbekii.

Non

---

conſulibus Lubecenſibus & civitate concordavimus iſto modo: Nos enim propter amicitias labores & expenſas quas prædicti nobiscum fecerunt fideliter ad deſtruendum & relevandum caſtrum Darſowe talem ipſis indulgemus & tribuimus libertatem, quod nec in ipſo loco Darſowe nec in termino nec in confinio ejus usque oppidum Gnevesmolne tanquam a nobis aut a noſtris hæredibus aliqua munitio aut caſtrum poſſit aut debeat recolari. Si vero aliquis altus aut humilis deceptus arrogantia vel propter damnum faciendum ut & quocunque modo in prædicto confinio aliquam munitionem aut caſtrum ædificare præſumſerit compromiſimus invicem nos & ipſi quod hoc debemus unaniniter omnibus noſtris viribus impedire Igitur propter dilectionem qua ipſam civitatem Lubeke amplectimur concedimus & dimittimus omnibus ejus inhabitatoribus liberam gratiam & juſtitiam in aquis Stopenis usque in Rodogaſt quemadmodum ab antiquo habuerunt perpetuo perfruendam, volentes etiam ut in iis aliquatenus perturbentur.

(g) De quibus diſpexit MATTH. JO. *de* BEEHR *eques Meckl. in jurium Mecklenb. provincialium argumentis* Vectigalium *XXIII. ex documentis juris provincialis & actis judicialibus in ſummam collectis MSC. arg. XIV. In ſpecie hat*

die

Non aliena ab his ſunt, quæ tradit PISTORIUS *Tom. II obſervat. in deſcriptione Comitum Caſſell.* Clerum *Herbipolenſem* quotannis, die S. Cyriaco dicata, magnificam agitare proceſſionem, venerabile, quod dicunt, circa urbem circumferendo ovantes adjunctis vocibus: *Heute haben wir einen Feyertag*, quam ſolennitatem repetunt ab ipſigni victoria, a comitibus quondam Caſſelenſibus reportata (h). Cererum in ipſis ſolennitatibus, quæ SUERINI & GOTTORPIÆ celebrantur, facile inveniri poterit nonnihil indicii de lititibus ſopitis vel ſopiendis. Non ſolum enim advenæ & miniſtri Ducum verſantur in contradictione, illi quidem pro officii vicinitatis præſtatione, hi pro adventu annuo ex debito obſervando (i) & pro officio ſubjectionis præſtando militantes; ſed etiam uterque adminiſter mutuis interceſſionibus, quas proteſtationem & reproteſtationem dicunt, ſententiam munit quotannis, ut itaque lis diremta nondum in proximum annum dilata relinquatur ab officialibus indeciſa. Hinc arguunt plures: generatim haud obſcure innui utrinque, controverſiam quandam ex jure territoriali natam inter duces & civitates olim agitatam his annuis ſolemnibus præſtitiſſe occaſionem. Cujus rei exempla alia leguntur in chartis civitatum Warnæ, Roebeliæ, præcipue Malchoviæ teſtantibus Literis Johannis Domini de Werle an. 1378. *Volumus itaque diſcordias omnes quas cum burgenſibus in Malchowe habuimus perfecta zona deletas, illi autem debitæ fidelitatis & obſequii reverentiam præſtabunt nobis incunctanter & obligati erunt in perpetuum ad præſtandos duos pannos* PISCIUM (*Wadenzuge*) *quotannis ad* CASTRUM *vel* CURIAM NOSTRAM *perferendos.*

Duodecima de gratitudinis & recognitionis ſymbolo ob beneficia conceſſa. A Ducibus Meckl. Lubecæ.

Duodecimam ſubjungo conjecturam, repetendam a beneficiis, privilegiis, donationibus & immunitatibus, quas Comites & Duces civibus Lubecæ & Hamburgi indulſerunt tum in laudatis civitatibus, tum extra easdem in terris ducatuum percipiendas. Spectant huc, Comitum Suerinenſium & Dominorum Megapolenſium conceſſiones de exemtione civium Lubecenſium a teloneis an. 1240. a vectigalibus Grevsmölenſibus an. 1472. ab executionibus & ungeldis an. 1478. libertates piſcandi in fluminibus Megapolitanis an. 1262. 1389. 1381. liberi per omnem ditionem Megapolitanam commercii, juris venationis, aliorumque jurium proficuorum, in quibus recenſendis occupati ſunt rerum Megapolenſium Scriptores. Juvat ſaltem audire illos, qui laudatarum ſolennitatum præſtationes referunt inter grati animi ſigna & ſymbola recognitionis acceptarum immunitatum. Fovet hanc opinionem JO SIBRANDUS, *decretalium olim Profeſſor Roſtochienſis in diſput. de Capite, habita Roſtochii an. 1683. c. 2. de capite politico p. 55.* ubi ita: *Quamquam Becmannus Politices c. 20. p. 287. effecta ſubjectionis, tributa eorumque indictionem rem majeſtatis eſſe velit, ea tamen a donativis, quæ non vi ſubjectionis, ſed pactorum ſaltem præſtantur, maxime differre teſtatur in pol. general. c. 20. §. 3. ubi etiam exempla appoſuit varia; quorſum & ſpectare arbitror, quod* LUBECENSES *quotannis tempore* MARTINI *Principi ſereniſſimo Suerinenſi certi quod offerant, utrinque facta proteſtatione, refuſa a ſereniſſ.* DUPLICI MARCA VETERI *Lubecenſi cum* INSIGNIBUS SERENISSIMI: *ceremoniæ reliquæ, (quod ſcil. apportans, quem Suerinenſes Martens Mann appellitant, quam*

Opinio Sibrandi.


---


die Stadt Lübec und deren Einwohner von uhralten Zeiten her Exemtion und Befreyung von denen Zöllen und anderen Auflagen in Mecklenburg gehabt, Kraft uhralten Pacten und Vertrægen Hertzogen Albrecht, Balthaſars und Magni d. d. Lübeck 1478. und Kayſerlicher Confirmation de an. 1473. für ſich und alle ihre Einwohner mit ihren Kaufmanſchaften und Waaren erhalten, ſo daß ſie je und alle Wege auf Producirung eines Weege-Briefes in Mecklenburg allenthalben frey paſſiret. Und iſt auch daher von Uhralters her die beſtændige Gewohnheit gehalten und obſerviret worden, daß dagegen alle Mecklenburgiſche Einwohner, ſo adel- als unadeliche vom Lande und den Stædten, in der Stadt Lübeck mit ihren ein- und ausgehenden Waaren, Vieh und Gütern von dem daſigen Pfund-Zoll, u. Zulagen befreyet geweſen, auch bis dato noch ſind: Wann aber in vorigen Zeiten die Herren Hertzoge zu Mecklenburg zuweilen die Lübſchen Bürger mit denen Zöllen, Licenten und andern Auflagen im Lande haben beſchweren laſſen, ſo hat auch die Stadt Lübeck dahingegen vorgeſagte reciproque Befreyung wegen denen Mecklenburgiſchen Einwohnern aufgehoben, und von ihnen den Zoll, Acciſe und Zulags-Gelder gefodert und eingetrieben, wodurch allemahl das Land Mecklenburg den gröſſeſten Schaden erlitten, dahero dann höchſtgedachte Herren Hertzoge ſolches allemahl wieder geændert, die Lübeckſchen Bürger bey der alten Exemtion und Befreyung von den Mecklenburgiſchen Zöllen und Licenten gelaſſen und die Neuerung und Beſchwerden aufgehoben haben, wie aus dem Fürſtlichen Schreiben an den Magiſtrat zu Lübeck d. d. 6. Nov. 1632. darin gemeldet wird, daß Sr. D. in Dero Fürſtenthum und Landen die Licenten ſuſpendiret und aufgehoben hætten, und aus einem Fürſtlichen Schreiben an den Magiſtrat zu Lübeck d. d. 20. Mart. 1579. zu erſehen iſt: worin Sr. D. declariren, daß da der Zöllner zu Schwerin von den Lübeckiſchen Bürgern Zoll gefordert, Sie an ſolcher, ohne Dero Geheiß und Vorwiſſen angemaßter Neuerung in Wahrheit keinen Gefallen hætten, ſondern dem Zöllner ernſtlich befohlen und eingebunden, daß er es desfalß bey alter Gewohnheit und Herkommen bleiben laſſen, keine Neuerungen fürnehmen, noch jemand überhand Befehlig und alten Gebrauch zur Ungebühr beſchweren ſollen.

(h) Ad dubia, quæ TENZEL *Bibl. curios. an.* 1704. *p.* 929. oppoſuit, reſpondit PISTORIUS *Paroem. jurid. germ. p.* 288. *n.* 36.

(i) Hinc eſſe arbitrantur, quod adventu aliquando neglecto, Lubecenſes neceſſitudine compulſi fuerint ad eundem, recepto ordine, obſervandum, huc usque etiam huic ſolennitati transactione quadam renunciare vel eandem abolere non licuerit. v. *Tabulas transactionis fraternæ Ducum Megapolenſ. initæ Guſtrovii an.* 1608.

Tab. C. ad Præfat. Tom. IV. pag. 160.





20.



23.



26.



25.



27.



32.



30.



29.



28.



39.



34.



33.



31.



38.



35.



44.



36.



37.



43.



41.



40.



42.



49.



48.



45.



47.




46.



52.




51.



50.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



quam citissimo cursu per urbem ad arcem vehatur, et si vel unicus saltim clavus vel equi vel currus amissus sit, cedat totus currus cum equis Principi &c.) notissimæ sunt, nec hic locus de iis prolixius agendi est. Observatum quoque lego, istiusmodi præstationes annuas in recognitionem (beneficiorum præcipue) fieri, uti hoc habet Stephani de jurisdict. n. 49. 50. L. 2. P. 2. c. 7. p. 195. A qua sententia haud alienus est ALEX. HARTWICUS *ab* ELVERS, qui huic disputationi, quam respondens quondam defenderat, *notas MSC.* passim adjecit, speciatim *d. l. c. 2. Præcipue*, inquit *Seculo XV. duces Megapolenses juribus suis inhærentes serio contenderunt jura varia & commerciorum immunitates Lubecensibus in Mecklenburgensi ducatu tanquam in clauso quodam territorio* (k) *cui subtracta esset Lubeca, porro libere & sine conditione, ut antea quondam, haud posse concedi, & cum de his controversiis circa Seculi XV. finem varie esset tractatum, secuta demum est compositio quædam pactitia & oralis; unde colligo, quod hæc solemnia Sverinensia ex ea ortum traxerint atque ideo tanquam redhostimentum annuum vel signum anniversarium accepti liberi usus commerciorum considerandæ sint; indubium est, hæc solennia æque ac alios ejus generis ritus peculiares, qui non tantum ad certum aliquod tempus sed etiam consulto additis circumstantiis haud negligendis adstricti sunt, niti debere hujusmodi rationibus & factis.* Inter beneficia a Comitibus & Ducibus Holsatiæ ac Daniæ Regibus civitati Lubecæ indulta (l) numerantur præcipue immunitates ab occupationibus rerum naufragarum an. 1247 libertates a solutionibus telonii Oldesloensis an. 1247. a vectigalibus & accisis an. 1249. sqq ab exactionibus & censibus, in quibusdam pagis Slavicis & Teutonicis a. 1248. 1290. 1308 sqq. 1401. a pignorationibus & arrestis an. 1470. aliaque plura commoda, quæ faciunt ad mercium & commerciorum Lubecensium libertates in terris Holsatiæ an. 1496. 1523. 1534. sqq. ad munitionem & venditionem Travemundæ an. 1322. sqq. ad res maritimas & mercatorias in terris Scandinaviæ an. 1268. & ad venationes (m) in prædiis & pagis terræ Holsatorum recte exercendas. De privilegiis & immunitatibus civitati Hamburgo a Comitibus & Ducibus Holsatiæ numerose impertitis constat ex iis, quæ supra dicta sunt in conjecturis VI. VII. sqq. Præcipue in prædicandis concessis beneficiis nundinarum, juris oppidani, jurisdictionis, perceptionis mulctarum & redituum, juris condendi statuta, libertatis commerciorum, exemtionum ab ungeldis, teloniis & vectigalibus certatim operam impendunt LANGENBECIUS, TRAZIGER, LAMBECIUS, GOLDASTUS (n). Plura de libertatibus circa Alstriam, prædia, pagos, bona & mercaturam Hamburgensium concessis (o) ar-

ib. Elvers.

A Comitibus & Ducibus Holsatiæ ibidem.

Et Hamburgi.

Speciatim beneficia juris. Rerum.

(k) Facit huc testimonium HENRICI HILDEBRANDI *in diss. de Vasallagio subjectionem non inferente c. I. §. 3. Concurrunt*, inquit, *subjectio & vasallagium tunc cumprimis, quando principes subditis suis feuda concedunt & de suis territoriis constituunt, ubi palam est, quod nexu possit possidere bona immobilia atque sic nec feuda, nisi sit simul subditus & præstet homagium cum vasallagio conjunctim, id quod plerumque in territoriis clausis, utpote Electoratu Saxoniæ aliisque provinciis Saxonicis, nec non Austria, Palatinatu superiori, Hassia, Pomerania & MEGAPOLITANO Ducatu conspicitur.* SCHILTERUS *Exerc. ad ff. XIII. Th. 26. 27.* VITRIARIUS *in instit. juris publ. L. I. T. XXII. § 2. L. 3. Tit. 19. §. 4 ibique* PFEFFINGER *in not. lit. a. & d. ubi ita: Quicunque in clausis territoriis sub principis territorio areis fovent sive feudum recognoscunt, sive minus; subjectionis oneribus & juramento sunt obnoxii, Bona, quæ in clausis territoriis reperiuntur, etiam de territorio essa censentur. Talis landsassiatus est in Hassia & Palatinatu superiori, ejusdem conditionis quoque sunt nobiles in Marchionatu Brandeburgensi, in Austria etiam comites & barones, Pomerania, MEGAPOLENSI Ducatu:* SCHWANMANN *in Decis. cameral. f. m. 125. n. 26. Conferantur Acta in Causa Ortenburg contra Bayern fol. 473. & 477.* MEISCHNER *T. II. P. I. decis. 6. in causa Teutschmeister contra die Grafen von Oettingen n. 118. 119.* MAGER *de Advocatia armata c. 6. §. 676.* KNIPSCHILD *de Nobilit. lib. I. c. 2. §. 45.* LIMNÆUS *L. VI. jur. publ. Cap. 4. §. 3. p. 176.* BURI *in Commentar. ad Schilteri juris feud. parte I.* ubi adversus doctrinam de clausis territoriis nonnihil monuit. De effectibus, differentiis & exemplis territorii clausi & non clausi seu patentis evolve dissertationes ZECHII *de vi superioritatis territorialis in territoriis imperii clausis §. 8. 9. 10. 11. sqq.* MENCKII *de foro competente Vasallorum simultanee investitorum & subjectione nobilium immediatorum, Saxoniæ Landsassiorum extra hoc territorium habitantium in cancellariis Saxonicis & curiis provincialibus Sect. I. §. 3. Sect. II. §. 11, 12 15. sqq.* Cum quibus consentiunt BURGOLD: *ad Instrum. Pac P. I. disc. 22. §. 3.* BERGER *de nexu jurisjurandi fidelit. & subject. §. 20. in Elect. dissert forens. Tit. 40. §. 7.* LEYSERUS *diss. de Landsassiis, Schrifftsassiis & Amtsassiis Th. 23.* SECKENDORFF *T. F. Staat p. 2. Tit. I §. 3. sqq.* HORN *jurisprud. publ. c. 62. §. 2* MYLER *ab* EHRENBACH *de statibus Imperii p. 2. c. 38. §. 6.* BURGMEISTER *von Reichs-Adel c. 19* KLOCK *de contribut. c. 20. n. 296.* HERTIUS *de superiorit. territor. in opp. vol. I. T. 2. p. 348. §. 79.* HENNINGES *in meditationibus ad Instrum. Pac. Spec. 4. mant. I. §. 18 25. Dn. a* LUDEWIG *in Comment. ad A. B. Tit. 5. §. 1. p. 516.*

(l) De quibus vide BANGERT *in rebus Lubec. T. I. Monum. p. 1308. 1322. 1327. 1329. sqq.*

(m) De quibus testantur libri antiqui censuales Lubecenses in capitibus *von* ERD-BUCHS GEFÆLLEN: *Dat Closter tom S. Joh in Lubeck gifft jærlicken an Gottorp an Jagt-Gelde up Maydag fællig 3. Th. 8. sil. de vorstehern tom heil. Geist geven an Jagt-Gelde up Bartholomæi 10. Th. 22. sil. dat Dom Capitul 3. Th. 10. sil.*

(n) *In memoriis comitatus Holsatiæ T. I. Monum. p. 914.* ubi concludit: *Haben dannenhero die von Hamburg die* DEBITA GRATITUDINIS JURA *niemanden als den Grafen zu Holstein noch auf den heutigen Tag pflichtig und schuldig zu præstiren.*

(o) Spectant huc Literæ Comitum *Johannis, Henrici & Bernhardi* de Alstria non vendenda nec munienda datæ a. 1347. 1348. ERICI *Daniæ Regis* de privilegiis Hamburgensium in nundinis Scanensium a 1283. Concordata Regia *Christierni* cum civitate Hamburg. a. 1470. quorum mentio fit *in Statutis Hamb. T. XVII. art. 3.* Accedit in-

argumenta prætermitto; unicum saltem laudabo insigne privilegium *juris cudendæ monetæ*, quo simul testatum redditur, quod Comites exeunte Seculo XIII. juribus suis & regalibus Hamburgi neutiquam renuntiaverint, certe post annum 1292. non solos census Hamburgensium suosque in urbe reditus salvos sibi reservarint. Loquuntur ipsæ donationis horum regalium literæ a Gerardo, Joanne & Adolpho Comitibus Holsatiæ & Stormariæ datæ Hamburgi an. 1325. *Noverit felix ætas præsentium & prospera successio futurorum, quod nos cum pleno consensu & bene placito nostrorum heredum & maturo consilio nostrorum fidelium Vasallorum, concorditer vendidimus & liberaliter resignavimus dilectis nostris Consulibus & civibus in Hamborch,* MONETAM NOSTRAM *cum omnibus* JURIBUS, *proventibus, utilitatibus & pertinentiis, quibus Progenitores nostri quondam Comites Holsatiæ nobiles felicis memorie & nos, eandem monetam hactenus possedimus, renuntiantes omnibus* JURIBUS *&* PROPRIETATIBUS, *quæ nobis & nostris heredibus in dicta moneta usque in præsens competebant & competere poterant in futurum, volentes ut iidem Consules & cives Hamburgenses eandem monetam in antea perpetuis temporibus teneant & possideant absque nostra & nostrorum Heredum contradictionibus & impedimentis quibuslibet pacifice & quiete; damus etiam eisdem consulibus & civibus nostris plenam autoritatem & omnimodam potestatem* CUDENDI *& augendi denarios quandocunque voluerint & quotienscunque viderint expedire. Hoc sane addito, quod Marca hujusmodi denariorum debet ad dimidium fertonem in puritate argenti, & ad quadraginta solidos & sedecim aut decem & octo denarios in* PONDERE, *conservari; preterea pro* LEGE PERPETUA *&* JURE *irrevocabili statuimus presentibus & sanximus, quod in* TOTA TERRA *nostra & in omnibus districtibus nostris in perpetuum, preterquam in civitate Hamburgensi nullus cudet aut fabricabit denarios aut per alium faciet fabricari.* Recte itaque LAMBECIUS *L. II. orig. Hamb. n. 121. Quod*, inquit, *Traziger refert, Comites Holsatiæ Joannem & Gerardum hoc anno (1255) civitati Hamburgensi jus cudendæ monetæ in perpetuum plene cessisse; id profecto longe aliter se habet & integris sexaginta septem annis post, nempe anno demum cIↃCCCXXV. contigit.* Ad dubium quod forte ex Friderici I. Imp. & Adolphi III. Comitis concessionibus an. 1189. & 1190. datis obmoveri posset, respondent OLIGER JACOBÆUS & JO. LAUERENTZEN *in Museo regio Dan. P. II. Sect. V. Tab. XXV. n 19. Tab. XV. n. 42. Folium* URTICÆ *in numis hujus urbis antiquis indubitatum est signum imperii Holsatici. Anno 1325. breviarum historicum Hamburgense Wolfg. Henr.* ADELUNGKI *p. 29. memorat, urbem hanc jus monetam cudendi in Holsatiæ comitatu esse consecutam a Comitibus Holsatiæ de Schouwenborch Hinc etiam in numis suis urticæ folium, verum Comitum eorundem insigne, urbis suæ insignibus postea inseruit in evidens subjectionis signum, non tantum quod urbs hæc Imperium Comitum Holsatiæ & de Schouwenburg agnosceret, sed & ab eisdem potestas prædicta Hamburgo esset concessa. Quomodo Hamburgenses in illo insigni, numis suis apponendo, constanter perrexerunt usque ad ultima tempora Friderici II. Regis Daniæ & Norvagiæ, Ducisque Holsatiæ, quando dissidiis de homagio, Ducibus Holsatiæ & de Schouwenborch debito, ortis, illud insigne studio neglexerunt, ne se subditos Holsatiæ Ducum faterentur, qui libera Imperii civitas audire malunt, quam esse. Expetiit quidem & impetravit Adolphus III. Comes Holsatiæ & de Schouwenburg civibus suis Hamburgi ab Imperatore Friderico Barbarossa anno 1189. inter cæteras hanc immunitatem: Argentum quoque in ipsa civitate si quis cambire voluerit, in quocunque loco fuerit oportunum, cambiat, nisi fuerit ante domum monetæ, potestatem etiam habeant examinandi denarios monetariorum in pondere & puritate, prout verba diplomatis in origin. Hamb. Lambecii lib. 1. p. 85 jacent; quæ civibus suis quoque ibidem lib. 2. pag. 6. anno proxime sequenti perenniter servanda glorioſus ille Comes & verus urbis Dominus clementer confirmavit. Ex quibus liquido constabit, qualem Adolphus III. civibus suis in Hamborch de argenti permutatione & de moneta concesserit potestatem, reservata sibi monetæ domo ejusque proventu, ut cives hi tantum hic essent Monetarii, censores, Germanis Schaumeister, denarios monetariorum ex pondere & puritate examinando. Præterea* URTICÆ *folium vix comparuit in clypeis comitum Holsatiæ de Schouwenborch ante annum 1200. multo minus in sigillis Hamburgensium & longe serius in numis eorundem. Propria namque, quod sciamus, non cæperunt esse Comitum Schouwenburgensium urticæ insignia ante Adolphum III. ejusque reditum ex Terra Sancta, in eadem tempora incidentem. Quod vero ab anno 1024. quo Adolphus ejusdem nominis Comitum Holsatiæ de Schouwenborch primus arcem*

Cudendæ monetæ a. 1325.

Consensus Lambecii.

Laverentzii.

---

dex præstationum Hamburgensium *in Segeberga diplomat. MSC. P. II. f. 361. An die Herrschafft Pinneberg liefert die Stadt Hamburg gegen Empfang des 1. Pf. Ochsenzolles in signum* RECOGNITIONIS *2. Goldgülden an Gelde 2. Rthlr. 16. ßl. 1. Elb-Lachs 4. R. 2. Tonnen Hamburger Biter 7. R. 16. ßl.*

cem Schouwenburgum in monte urticarum, Germanis *Nettelnberg*, *exædificavit*, *insignia hæc comparuisse quidam existiment*, *nullis Scriptorum probatæ autoritatis testimoniis adhuc asseruerunt: Consequens enim non est, quod Adolphus I. arcem in monte memorato struxerit, ideo insignia folii urticæ fuisse recepta, quæ postea in clypeis horum comitum post expeditiones in Terram Sanctam percrebuere, prout Adolphum III. ea occasione in perennem arcis Schouwenburgicæ memoriam, in urticarum monte exstructæ, urticæ folium cum tribus clavis manuum pedumque Christi, ob peregrinationem Hierosolymitanam laudabiliter peractam junxisse legimus.* Paulo curatius causſam explicuit OTTO SPERLINGIUS *in Epistola de numorum bracteatorum & cavorum origine* ed. a. 1700. p. 40. *Magno*, inquit, *numero effodiuntur in Septentrionalibus hisce terris hujusmodi nummi cavi argenti puri & argenti mixti. Mentionem tamen adhuc faciam de nummulo bracteato Hamburgensium, qui penes me est, cum tribus turribus & folio urticæ in inferiore parte mediæ turris, cum quo insigni quondam nummos suos procudebant illi, ab Holsatiæ Comitibus se* JUS MONETANDI *& alia jura sua* ACCEPISSE *se significantes. Hi autem bracteati & cavi illorum circa A. 1336. primum cœperunt, nam ante annum 1325. Hamburgensi Civitati suo nomine nummos cudere non erat concessum, sed si quos cudebant, sub* COMITUM HOLSATIÆ *nomine, ut Dominorum suorum, prodibant. A solidis igitur denariis vel Schillingis, qui tunc cudere permittebantur, devenerunt ad nummulus illos bracteatos, circa dictum tempus, & peculiari nomine Veerlinge vocabantur, quod quatuor bracteati argentei unum solidum vel schillingum efficerent. Hæc res magnas turbas excitavit inter Clerum & Senatum P. Q. Hamburgensem, Clero quiritante, oblationes solitas quarta parte jam sibi diminui bis nummis, cum, qui antea solidum offerre solebant, nunc non nisi Veerlingum talem tribuerent; civibus gaudentibus, inprimis pauperculis, onus illud sic imminutum, quorum etiam causa hi nummi fuerant introducti.* Et porro p. 42. *Fallitur idcirco D.* CAPELLUS *quondam Gr. L. & Hist. Professor in Gymnasio Hamburgensi, referens, hos nummos Hamburgensium ad A. 1180. vel ad quingentos a sua ætate annos, cum ederet rariora musei Becceleriani. Quamvis enim illo tempore nummos bracteatos per Germaniam non ignoraverint, haud tamen Hamburgensibus etiam in usu tunc fuisse sequitur. Nec ulla ratione D. Major hos nummos Hamburgenses ad Caroli M. ætatem retulit cap. 48. libri,* Bevölckertes Cimbrien, *dicti p. 76. Die andre Blechmüntze betreffend in welcher nicht zwey, sondern drey Thürme, oder eine Burg mit so viel Thürmen, und in dem mittleren derselben, mehrerwehntes Wapen von Holstein zu sehen; welches Wapen bestehet in einen ledigen Schild, und an denselben in drey Nesselblättern, zwischen welchen 3. Nægel, mit den Spitzen gegen den Schild gerichtet, stehen; so ist wol kein Zweiffel, daß eben anders nichts, auf gegenwærtig abgezeichneter dünner Silber-Müntze, mit denen 3. Thürmen, als das Wapen, dero von uhralten Zeiten her, bis in dieses Seculum, unter Superioritæt Ihrer Königl. Majest. zu Dennemarck, als Hertzogen zu Schleswig Holstein, und dem Hochfürstlichen Hause Holstein, gestandenen Stadt Hamburg, vorgestellet werde. Des Wapens Ursprung soll, nach* ANDREÆ ANGELI *Meynung in seiner Holsteinischen Chronic (Part. 2. p. 13.) dieser gewesen seyn, daß der damahlige Bischoff* BEZELINUS, *welcher Anno Ch. 1046. zu Zeiten Kayſers Henrici III. gestorben, die Stadt Hamburg zuerst, mit einer Mauren umbgeben, und daran drey Thore gebauet habe. Welche Meynung ich auch gern an ihren Orth wolte l ssen gestellet seyn, wenn mich nicht vorhin erwehntes viel höheres Alter der Sæchsischen Blech-Pfenninge, zu welchen gegenwærtiger gar scheinbar gehört, abhielte. Oder zum wenigsten, kan mehr besagter Pfenning, samt dem Ubrsprung des Holsteinischen Wapens von den Zeiten des Schauenburgischen Grafens, Adolphi I. welcher A. C. 1024. unter der Regierung Kayſers Conradi II. gelebt, gar bequæm hergeholet werden: als welcher Gr fe, wie D.* DANCKWERH (*Topograph. Slesv. Holst. part. 3. cap. 2. pag. 182. a.*) *aus* SPANGENBERGIO *meldet, vorhin einen blauen Lewen in weissem Felde, im Wapen gefübret. Nachdem er aber das Schloß Schauenburg, auf dem damahls sogenennten Nettel oder Nessel-Berge erbauet, habe der Kayſer ihm dahero an des Lewen stat, ein Nessel-Blath zum Wapen gegeben und erwehnter Grafe mit demselben nachgehends auch das Land Holstein bezeichnet; ungeachtet, daß diese beyde damahge Gr ffschafften, Holstein und Schauenburg, schier 30. Meilweges von einander gelegen. Deßhalben dann sothane Meynung gedachter Danckwerth ihm was wunderlich fürkommen læst; und, eine bessere an die Stelle setzen wollende, muhtmasset, daß erst über anderthalb hundert Jahr darnach, Graf Adolph III. (als welcher gegen A. C. 1180. zu Zeiten Henrici des Löwen gelebt, und Anno 1232. zur Zeit Kayſers Friderici II. in der Grafschafft Schauenburg gestorben) nachdem er gantz Holstein mit Dithmarsen einbekommen, von der Figur des Landes Holstein, die einem auf der Spitze stehenden Nesselblath æhnlich, das Wapen eines Nesselblathes; die drey Nægel aber nicht lange darauf zum Angedencken des nach dem gelobten Land geschehenen Feld Zuges, und dabey erinner-*

Sperlingii.

Majorii.

lich, drey Nægel vom Creutz Christi, erlanget habe. Führet auch, was die Nægel betrifft, den Beyfall des fürtrefflichen MEIBOMII, *dabey mit an. Aber gewiß, aus der Figur des Landes Holstein, ihm ein aufstehend Nesselblath einzubilden, wenn wir die Particulier-Tabellen beym* ORTELIO, *Atlante minore, und andern Land-Charten, mit Fleiß conferiren, so geböret wol eine sonderlich privilegirte, starcke Imagination dazu. Lasse jedoch gerne einem jeden seinen Willen. Imgleichen will ich auch nicht schlechterdinges zu urtheilen über mich nehmen, ob aus einem blossen Wapen, als Wapen allemahl die Superioritæt eines Regenten über ein Land, so sich seines Wapens bedient, unfehlbar oder zulænglich zu schlüssen seye; als welche sich so vielmehr bey denen darzu kommenden Rebus Facti und Historischen Umstænden zu æussern pfleget. Bloß dieses nur suche ich, aus bis anherigem Discurs, und aus der, in vorigem Capitel vorgestellten Figur, zu erzwingen, daß die Herren Hamburger, wo nicht bereits zu Zeiten* CAROLI M. *doch bald kurtz darauf, des Schauenburg-Hollsteinischen Wapens, und also bestændig von vielen Seculis her, sich bedienet: wie dessen viel und deutliche Zeichen an mehr denn einem publiquen Orthen der fürnehmen Stadt, biß auf den heutigen Tag, zu sehen stehen, und von dem Concipienten dero in Copenhagen an. 1642. herausgegebenen deutschen Schrifft, gründliche Remonstration intituliret (im Bogen R. Colum. 4. 5.) nach der Reyh angeführet werden. Nummos cavos istos ab illis temporibus cum aliis arcessit, nec ultra dimidium Seculi IX. persistisse credit. Ego enim certus sum, Seculo IX. nondum hos bracteatos in usu fuisse, & vix ante Henricum I. Angliæ Regem productos censeo, qui primus Seculo XII. & ab anno 1180. tales nummos resuscitavit, nostrisque regionibus dedit, nusquam antea visos in his oris, quamvis non ita manserint incorrupti postmodum, ut primo ætatis flore. Et si Hamburgenses nummulos istos cavos attentius considerasset Dn. Major, & urticæ folium cum tribus clavis in illo nummo dispositis, haud illam ætatem nummi Hamburgensis saltem cogitare potuisset. Certum enim est, Adolphum III Comitem Holsatiæ post reditum ex peregrinatione* HIEROSOLYMITANA *primum illis* CLAVIS *in insignibus uti cœpisse circa annum 1200. mortuumque esse anno 1232. Quo tempore Hamburgensibus nondum argenteæ monetæ cudendæ jus propriæ fuit, aut saltem novum adhuc fuit & recens. Et quamvis insigne urticæ Schowenburgensibus prius fuisse dicant sub Adolpho I. & II. non, vero probent, haud tamen cum tribus clavis fuit, qui in nummis Hamburgensium cavis satis elucent. Pertinere igitur debent illi nummi non ad Caroli M. tempora, quæ tales nummos cavos ignorarunt, sed ad Seculum XIV. ut plerique alii. Nam quod insigne urticæ Schowenburgensibus prius sub Adolpho I. & II. fuisse judicant ab eo tempore, quo Adolphus I. Schowenburgum in monte Urticarum ædificavit, ab Anno scil. 1024; hoc nullis antiquorum Scriptorum testimoniis probatum hactenus dedere. Neque enim sequitur, quod Adolphus I. in monte Urticarum Schowenburgum struxerit, idcirco eodem tempore urticæ folium inter insignia Schowenburgica receptum esse, & cum Leonis insigni quod prius gessisse finguntur, Imp. Conradi II. consensu mutatum. Hæ enim meræ conjecturæ sunt* SPANGENBERGII, *nullis rationibus nec testimoniis probatæ. Mons enim ille, Nettelenberg dictus quin fuerit, & arcem Schowenburgensem ædificatam acceperit, haud quidem negandum sumserim. At insignia quoque in clypeos transcripta fuisse hujusque Comitatus & gentis propria ac perpetua, & hac ætate, nemo mihi facile probabit. Non enim prodierant in lucem insignia ulla Regum vel Principum Germanicorum, multo minus Comitum, sed postmodum expeditionibus in terram sanctam invaluerunt: prout Adolphum III. ea occasione in memoriam arcis Schowenburgicæ, in monte Urticarum exstructæ,* URTICÆ *folium, & in memoriam rei gestæ in terra sancta, tres* CLAVOS *manum ac pedum Christi, inter insignia suarum ditionum Schowenburgicarum & Holsaticarum conjunxisse cum corona spinea legimus. Ejus enim tempora insignibus primum claruisse cœperunt, priora nequaquam. Nam si insignia prius fuissent in illa familia & natione, etiam Holsatis sua ostendere licuisset, nec communibus cum Schowenburgo usi facile fuissent; & inficetum omnino factum dici posset, Holsatiæ sua insignia extorquere, si ulla fuissent & exstinguere: ita ut majorem ætatem his insignibus tribuere non conveniat nec liceat. Nulla enim exempla antiquiorum insignium in his terris produci poterunt ex ullis antiquis bonæ fidei Scriptoribus; nec Adolphi III. ætatem pleraque, quæ supersunt & nunc videmus, superant; multa etiam ad inferiorem ætatem pertinent: quod alias mihi docendum sumsi. Uni igitur errori a* CAROLO M. *in his nummis multos superstrui necesse fuit: adeo ut nummi hi quoque cum urticæ folio & clavis tribus non nisi post Adolphum III. vel a Schowenburgensibus, vel Holsatis, vel Hamburgensibus monetam & cuneum experti sint; falsique sint omnino, qui de insignibus aut nummis istis aliter statuere voluerunt. Unde nec nummum illum alterum, quem produxit Major, effossum Stegæ in prædio Domini de Buchwald Holsatico, 4. milliaribus Hamburgo distante, ubi ad arborem quandam eruta est olla plena nummis his bracteatis cavis argenteis, majoris ætatis esse puto; cum etiam ostendat clavos illos in urticæ folio ad turres duas, unam minorem, alteram majorem, loco tertiæ turris posito, ita*

ut

ut Seculum XIV. superare non possit. Ejus nummi meminit etiam D. Capellus in Rarioribus Beccelerianis, & nos eum hic producimus. Hæc igitur Hamburgensibus causa nata est, hos nummos bracteatos argenteos adsciscendi, & fere civitatibus omnibus, quibus jus monetæ argenteæ percutiendæ datum, ita placuit solidos dimidiatos & tertiatos his bracteis amplificare & subdividere, ut promptam haberent cives minutatim emendi & vendendi facultatem. Non autem omnibus Civitatibus in his nummulis eadem ætas: alia per aliam est edocta, quoniam singularem habent minutissimæ hæ monetæ utilitatem & facilitatem; & pulcherrimo vocabulo Danis vocantur Skillie Mynt, quod facile per illam cives separentur in minutis & quotidianis rebus commercandis aut distrahendis, nec ad Collybistam prius itare necesse habeant. Hactenus *Sperlingius*. Utcunque sit, nondum omnia Sperlingii assertionis argumenta posita videntur extra dubitationem. Valde enim incertum est tum quod *de urticæ foliis*, tum *de tribus clavis* eorumque *origine & ratione* in insignibus Comitis Adolphi III. differuit fide forte Meibomii, qui *in notis ad Herm. de* LERBEKE *Monachi Mindensis Chronicon Comitum Schawenburgens. T. I. Rer. Germanicar. p. 531.* provocat ad CHRONICON MSC. de cujus tamen autoritate & indole nil quicquam constat: *Incidit*, inquit, *Adolphi Hierosolymitani seu III. secunda peregrinatio in Palæstinam in annum Christi 1197. Legi in quodam MSC. Chronico incerti, sed non inerudi-ti scriptoris, Adolphum Schawenburgicum in hac expeditione a primoribus quibusdam ecclesiasticis equitem sive Militem, ut vocabant, creatum, eorundemque hortatu avita insignia aliqua accessione auxisse in hunc modum: ut* URTICÆ FOLIIS *tres adjecerit* CLAVOS, *quales in passione Christi usurpatos credimus; Galeæ imposuerit coronam e spinis contextam. Atque hoc ei pietatis simulque fortitudinis ergo concessum fuisse, quod præ reliquis commilitonibus terram sanctam, in qua filius Dei unigenitus ab impiis Judæis nostræ salutis causa rhamno ad ludibrium coronatus ferreisque clavis infami ligno affixus esset, ex tyrannico Saracenorum jugo in pristinam libertatem vindicare voluisset. Etsi autem infelix fuit ista expeditio, Argonautis Christianis re infecta domum reversis, laudanda tamen vo'untas optimorum Principum, qui non suo quodam consilio, neque impetu temerario ad hoc bellum lati sunt; Sed Deo pietatem suam, Pontifici, cui id debere credebant, obedientiam, & misere vexatis afflictisque Christianis officium debitum justumque persolvere voluerunt. Insignia hæc nova domum reversus Adolphus Schawenburgicus, oppida sua tam in Holsatia, quam in Comitatu Schawenburgico, deinceps etiam usurpare voluit.* Communis fateor est hæc opinio, suffragiis plurium præcipue HENRICI *Aquilonipolensis apud* MEIBOM. *T. I. p. 600. Henr.* RANZOVII *&* *Jonæ ab* ELVERFELD *in annal. Holsat. class. I. 3.* SPANGENBERGII *Chron. Schauenb. L. I. c. 4. p. 13.* SIBMACHER *in Libro insignium P. II. p. 18.* THUANI *P. II. hist. L. XLVII. ad an. 1570. p. 803.* LUCÆ *im Grafen-Saal p. 536.* DRESSERI *Isag. hist. P. V. de Urbib. Germ. p. 310.* LIMNÆI *L. VII. de jur. publ. Imp. Rom. c. 23. n. 6. M. Gottlob* LEHMANN *in Commentat. de Rendsburgensibus naulis §. 82. p. 83.* ibique allegati SAGITTARII *in Harmonia Historiæ passionis P. I. p. 828.* BIERLINGII *diss. de familia Comitum Holsat. Schaumb. extincta §. 2. p. 6. 7.* WEBERI *in emblemat. Hassiacis aphor. XI. p. 51. & in Examine artis heraldicæ p. 133 de* ZECH *in Europ. Her. p. 475.* TRIERI *in Introd. in Heraldic. p. 226. 407.* HAUBER *in Primit. Schauenburg. p. 70.* DANCKWERTHI *descript. Holsat. L. III. c. 2. p. 182.* SPENERI *op. herald. P. II. L. I. c. 86. p. 348. L. III. c. 12. §. 9. p. 607. 637.* ESTOR *in observationibus herald. ad insignia Hassiaca collect. VII. Anal. Hassiac. p. 129. §. 3.* ARNKIELII, MAJORIS, WINCKELMANNI aliorumque haud destituta. Alii tamen non urticæ sed *Rutæ folium* inveniisse sibi visi sunt docente THEOD. HOEPINGIO *Tr. de insignium jure P. VII. c. 6 p. 388. n. 1048.* & AUTORE *des Versuchs einer Nachricht von Hamburg T. I. p. 49. T. III. p. 422.* Nonnemo sibi imaginatus est, non herbam quidem, sed piscem egregium quem *Meer-Nessel* vocant, se lynceis oculis observasse teste LEHMANNO *d. l. p. 83.* (a) Pauci cum CHIFLETIO *de aur. veller. n. 160.* non figuram clavorum sed trium ocelli florum (*gueules a trois oeillets*) & totidem urticæ foliorum in triangulo coeuntium laudant, quam Chifletii opinionem fugillat *Jo.* FERRANDUS *in Epinic. pro hil. p. 109.* ubi pro solæ urticæ folio militat & clavos passionis Christi

Digressio de origine urticæ foliorum & clavis in nummis Hamb. & insignibus Holsatiæ.

Opinio Meibomii de urtica.

Ranzovii pluriumque aliorum.

Hoepingii de rutæ folio.

Aliorum de urtica marina, pisce.

Chifletii.

Ferrandi.

(a) Ubi cujusdam viri docti opinionem hanc laudat: *Daß das Holsteinische Wapen nicht von der nichtswürdigen und gar empfindlichen Nessel, sondern vielleicht von einem gewissen klugen* FISCHE, *so man die* MEER-NESSEL *nennte, hergenommen, wie denn der bekannte Ausländer* WYLBROOK *in seinen Centifolien p. 164. und aus ihm* WEIDLING *in denen Excerpt. Angl. p. 893. solchen Fisch gar deutlich beschrieben: Meynte also, daß, weil Holstein mit schönen Wassern und Fischen von Gott gesegnet und begabet sey, so habe man zu dessen Andencken solchen Fisch in das Wapen zu nehmen beliebet; allein wer in der Historie sich desfalls umgesehen, der wird die letztere conjectur und Muthmassung leicht als hinfällig antreffen und fahren lassen.* Neque vilis & elogio indigna dicenda est urtica, de cujus egregio varioque usu constat ex *Jo. Hieron.* KNIPHOFII *& Jo. Wilh.* WEINMANNI elegantissimis operibus bota-


Urticæ marinæ descriptio.

ipſi vulgo adjectos prorſus rejicit, reputans eosdem pro *acuminibus* urticæ folii. Alii maluerunt clavorum loco *crucem* vel *florum ſemina* vel florum *caliculos*, *oculos*; urticæ
Aliorum. loco *carduos*, *lilium aquaticum*, *ſtellam*, *corcula*, *caryophilli ſylveſtris*, quin demum *Leonis capitis* reliquias obſervare. Teſtis enim eſt *Spangenbergius*, Adolphum de Santersleben, Comitem primum Schaumburgicum geſtaſſe Leonem cæruleum in argenteo ſcuto. Sed corruit hæc aſſertio ultro. Ipſi enim, qui eandem fovent, conjiciunt: Adolphum arcis Schauenburgicæ in monte urticarum conditorem Leoni ſubſtituiſſe urticam; quemadmodum Henricus Leo Dux Sax. & Bavariæ inſignia equitis cataphracti poſt acerba fata extinxiſſe & ejus loco repoſuiſſe fertur Leonem teſtante REHTMEYERO *T. I. Chron. Brunſv. p. 402.* cui tamen aſſertioni repugnant Sigilla Henrici Leonis diu ante ſiniſtræ ejus fortunæ tempus expreſſa, in quibus Leo ſaliens in clypeo conſpicitur. Vide *T. I. Monum. p. 2030. T. II. p. 559.* Accedit fides ſecreti, quo uſa eſt civitas Suerinenſium ex donatione ipſius Hinrici Leonis an. 1170.



Inter tot opiniones primas facile partes detuleris conjecturæ CAROLI FRID. DINGELSTEDII *Canonici Walbecenſis*, qui *Analectis Haſſiacis Collect. IX. num. I.* ſingularem obſervationem inſeruit, cujus ſumma eſt, quod Comites Walbeckiæ, a quibus originem traxit Adolphus de Santersleben primus Comes Schauenburgicus, inſignium loco uſi ſint *roſa alba*, *foliis ferratis acuminata*, cujus etiam figura ad ipſorum Comitum Schaumburgenſium inſignia inde translata, ſenſim a ſculptoribus & pictoribus ita devenuſtata fuerit, ut demum, accedentibus præcipue tribus clavis & diſpartitis foliis, aculeatior facta &

tanicis. In inſignium etiam argumentis fruſtra ſigna armorum vilitatis arguuntur; non enim quæſtio eſt de uſu rerum *phyſica*; ſed de indole ſeu qualitate *heraldica*, quæ momentoſa eſt & inſignis, quamvis abjecta videatur qualitas rerum naturalis. Recte autem ad viles res retuleris urticam marinam, quam autor laudat piſcem callidum ſeu cautum, rectius bardum & monſtroſum, nomine piſcis indignum, cujus vix imaginem, ſpumam potius refert. Adeo enim molliuſculi ſunt, vix reſpirantes & carne ſolida plane carentes, ut ex oris littoris extracti mox fere diffluant & animam reddant nec rei culinariæ inſerviant. Pinnis deſtituuntur & tempore æſtivo circa extremitatem littoris, fungorum inſtar, in ſuperiori parte inanimes fere fluctuant, ut facili negotio tangantur manuque extrahantur. Plures etiam, præcipue qui planioris formæ ſunt, pernicioſi dicuntur; qui enim manu eos comprehendit, uredinem ſentit, ſæpe etiam manum tumeſcentem. Innumera eorum in ſinu Kilonienſi, Neoſtadenſi & Eckerfordenſi & univerſim circa littora maris balthici multitudo conſpicitur circa menſem Julium, quo aqua vulgo incipit vernare. Flori enim aquæ piſcium horum natales tribuunt rerum maritimarum periti, aſſerentes etiam, quod ſenſim decreſcant & in puſillam maſſam redeant, circa autumnum vero exeuntem plane diſpareant. Quod tamen erroneum puto. Non enim marceſcunt & corpuſculum naturali defectione amittunt, ſed a ſcombris comeduntur & ſenſim uſque ad oculum, quod in medio collocatum habent, duriori tunica munitum, devorantur. Ipſa captura Scombrorum tum demum fit, quum littora maris implentur urticis marinis, quarum ingluvioſi adeo ſunt & avidiſſimi, ut ad ſinum catervatim accedant, cibo autem iſti inhiantes facili negotio capiantur. Iconem eorum delineatam vide:



Fruſtra enim eam quæſiveris apud GESNERUM, ALDROVANDUM, WOTTONIUM, JONSTONIUM, BELLONIUM, WILLUGHBEJUM, PONDELETIUM, LUDEW. RENARDUM, JAC. PETIVERIUM & RUYSCHIUM, in quorum aliorumque ſumtuoſis operibus ne quidem ex inſtituto quicquam adnotatum eſt de *urticis marinis*. Obſervavit tamen nonnihil STEPHANUS *a* SCHONEVELDE *in Ichtyologia ed. Hamburgi a. 1624. p. 77: Urticæ & ex his eæ, quæ ſolutæ errant, Balthico mari imprimis familiariſſimæ ſunt: Imitantur hæ molliam animalium in mari naturam, ſentiunt enim manum admotam, & quæcunque nactæ ſunt alimenta devorant, os enim in medio corpore habent; Nullum autem in iis excrementum eſſe videtur, quare ſolum ſtirpibus ſimiles ſunt; caterum in animalium numerum cenſendæ. Duo illarum genera hiſce locis præſertim occurrunt, planæ ſcilicet & rotundæ aliæ, aliæ frondibus purpureſcentibus tanquam pedibus conſpicuæ. Vocatur urtica, Græcis ἀνάλιφη Gall.* Obſervatio Schöneveldii.

Futt-

Beneficia Comitis Adolphi III. laudata a Lambecio.

ſatſam widerſpricht, und wenn man den URSPRUNG *bey nahe aller unſerer* REICHS-STÆDTE *anſchauen wolte, ſo würde klar erſcheinen, daß ſolcher ſich nicht nur von denenjenigen Herren, mit deſſen* LANDE *ſie* UMGEBEN, *herſchreibe, ſondern ſie auch dieſen ihr* AUFNEHMEN *ſonderlich zu dancken haben. Es wære werth, daß jemand hiervon ein eigen Buch ſchriebe, als womit vielen Irrthümern abgeholfen würde.* Progredior ad argumenta & exempla, quibus in lucem conſtituitur, quod ſæpe & alibi accepta beneficia & privilegia utilia & honorifica recognita ſint & recolantur etiam nunc *præſtationibus annuis* AULICIS, *& ſervitiis* TALLIATIS (ii). Provoco ad chartam apud GUICHENON *in Biblioth. Sebus. Cent. I. n. 6. p. 38. Octo ſolidos cenſuales in Abbatis villa annuatim accipiendos ſolvent burgenſes mei & hæredes eorum ob collatum* BENEFICIUM *quatuor ſtallorum carnium.* Et chartam regiam an. 1209. apud DUFRESNE *T. IV. p. 1284. Præterea dum vixero ſingulis annis ad feſtum nativitatis Domini præfatæ domui Templi & Fratribus 100. ſolidos pro recognitione donationis promitto.* Spectant huc chartæ de donationibus, libertatibus & venditionibus prædiorum, quibus adjecta eſt obligatio *de cenſu reſervativo* apud HAHN *collect. Monum. T. I. p. 259. in charta an. 1252. Nos D. G. Comes de Danneberg civibus de* ROTEBERGE *villam Drenis jure hæreditario vendidimus ita quod de XIII. manſis ejusdem villæ duodecim cori ſiliginis & XII. ſolidi levis monetæ nobis dabuntur annuatim.* Plura exempla recenſet POTGIESSER *de Statu Serv. L. II. c. 6. de obligat. ſervorum ad varios cenſus.* Sed a ſervis & colonis transeundum eſt ad Dominos & cives. Teſtis eſt Papa Benedictus, quod Epiſcopi Babebergenſes equum unum album cum ſella commode aptata Pontifici Romano præſtiterint, docente eodem *in literis confirmationis Epiſcopatus Babebergens: apud* ECCARD. *T. II. Corp. hiſtor. medii ævi p. 74. Venimus Babebergæ, ubi a chriſtianiſſimo Hinrico Imperatore ſuſcepti ſumus prout poterat. Eccleſiam autem cum omni integritate epiſcopatus S. Romanæ eccleſiæ, cui Deo autore præſidemus, & nobis obtulit. Quod videntes æquum conſideravimus ſeriem hujus noſtri privilegii & epiſcopatum confirmare in perpetuum eumque tibi & tuis ſucceſſoribus concedere, hoc ordine, ut nullus unquam viventium de omnibus quæ nunc habet vel habiturus eſt epiſcopus, vi, fraude aut calliditate aliquid abradere vel Te tuosque Succeſſores de his omnibus inquietare ullo modo audeat, ita ſane ut ſingulis quibusque indictionibus ſub nomine penſionis* EQUUM UNUM ALBUM *nobis noſtrisque Succeſſoribus perſolvat cum ſella conveniente romano Pontifici.* Simile quid de Abbate Eberacenſi conſtat, qui beneficia & operas Præfecti Svavobacenſis recognoſcit munusculis *mellitis* teſte LYMNÆO *jur. publ. T. IV. addit. ad L. 5. c. 7. n. 11. Daſs der Abt von Eberach jæhrlich zum neuen Jahr dem Amtmann zu Schwabach ſoll geben zween Creutzkæſe, einen guten Leckkuchen, zween Sporn, ein Schober Stroh, und der Amtmannin einen Beutel* (k).

Exempla de privilegiis & beneficiis recognitis annuatim ſymbolo ſervitii aulici.

Fide chartarum.

Speciatim Babebergenſium.

Eberacenſium.

Aliud

---

pbus, qui primus Comitum Schawenburgenſium Hamburgum vexit ſummo ſtudio illud amplificavit ornavitque; & templum Matris Dei ſive cathedrale a Sclavis proxime deſtructum, refecit: quamobrem in ſuperiori inſcriptione poſt Carolum Magnum & Ludovicum Pium ſecundus Eccleſiæ iſtius fundator appellatur &c. Et BUSSINGIUM *in Topograph. Hamb. apud* STAPHORST *vol. II. p. 99: Imperium tunc tenebat Henricus V. qui Ducatum Saxoniæ, tanquam feudum Imperii evacuatum, Lothario Comiti Supplenburgenſi contulit, poſtea etiam ad auguſtam dignitatem evecto. Is in locum Godfridi, Holſatiæ Wagriæ & Stormariæ Comitem creavit Adolphum Comitem antea Schauenburgenſem ad Viſurgim, cui adeo etiam urbs noſtra, tanquam novo* DOMINO *parere cæpit, qui & poſteri ejus, ut vetus monumentum in æde noſtra Cathedrali ſuperſtes loquitur, hujus Eccleſiæ velut ſecundi Fundatores & fideliſſimi Fautores exſtiterunt. Sane, quicquid deſtructum erat in Sacris, hic Comes Adolphus primus reparavit. Conjux quoque ejus arcem veterem reædificavit, uterque ſplendorem* URBIS & ECCLESIÆ *reſtituit & amplificavit. Quem favorem etiam filius Adolphus II. & Nepos Adolphus III quamvis varia ſortuna ſub Henrico ſuperbo & Henrico Leone, Saxoniæ, Bavariæ & Weſtphaliæ Ducibus agitati, ſtrenue continuarunt, uſque dum a. 1203. Adolphus III. a Waldemaro II. Daniæ Rege omni ditione Holſatica exueretur & ſolo Schaumburgenſi Comitatu contentus eſſe cogeretur, Alberto Orlamundenſi Comite in locum ejus ob proximam cognationem hiſce terris præfecto. Qui, cum per 20. annos tenuiſſet, capto Waldemaro Rege ab Henrico Suerinenſi Comite 1223. cum retinere ſe hanc urbem non poſſe cerneret, omne jus, quod in eam habebat, Senatui Civibusque vendebat a. 1225. Qua occaſione uſus Adolphus IV. tertii filius,* AVITAS DITIONES *repetit, feliciterque recuperavit, emptæ Hamburgenſium libertati quodammodo indulgens, ita tamen, ut omnino liberam civitatem agnoſcere nollet. Auxit tamen ſplendorem ejus varia ratione.* Plura ſupra vide in Conjectura prima ſqq.

Bussingii.

(ii) In memoriam quoque beneficiorum acceptorum a Conſulibus, Magiſtratu civico, ædilibus & prætoribus Germanis & Romanis ſæpe nonſolum dona annua Principi oblata; ſed etiam miſſilia inter vulgus projecta fuiſſe teſtantur gloſſaria in explicatione *miſſilium*. Præcipue huc refero *Ludos Circenſes*, qui in *circo* inſtituebantur, & *Ludos* CASTRENSES, qui in caſtris Prætoriis habebantur, ſparſis copioſe miſſilibus. FRID. HINR. GRAFFIUS *de miſſilibus Sect. V. §. XXVII.* Ab Imperantibus etiam ſparſiones miſſilium aliquando ob victorias reportatas, ob auſpicia regimis, ob inaugurationes & coronationes inſtitutas fuiſſe & hodieque juberi ex annalibus cognitum eſt. In coronatione Imp. *Caroli VI.* viginti amphoras vini & panem ſparſum, nummos etiam ab architheſaurario poſt coronationis actum projectos fuiſſe legitur apud AUTOREM *der Europ. Famæ T. 272 p. 665.* & MASCOVIUM *jur. publ. L. III. §. 16.*

Miſſilium Sparſio.

(k) Spectat huc exemplum laudatum ab ANGELO *in Chron. March.* quod a Colonis quibusdam ſylvæ Kartzig electori Brandenburgico quotannis offerantur *caſei aliquot recentes* in gratitudinem beneficii exemtionis ab oneribus. Cujus rei originem repetit a tempore JO. SIGISMUNDI *electoris*, quem in venatu oberrantem hoſpitio exceperant ruricolæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hailsbronnæ. Aliud exemplum recenſet KÖLERUS *in Hiſtoria Comitum de Wolffſtein c. 2. p. 277. Coenobium Hailsbronnenſe quotannis fuit obſtrictum ad exhibenda duo paria udonum, ſive zwey paar Filtzſchuhe, cum quatuor modiolis piſorum atrienſi Sultzburgenſi, quoniam uti vulgo traditur, olim excubitorum in ſpecula Sultzburgenſi clamoribus nocturnis Abbas quidam Hailsbronnenſis, in peregrinatione religioſa conſtitutus, diu vero errabundus in circumjacentibus denſis ſylvis & longiores viarum anfractus habentibus, demum in rectum tramitem fuerit reductus. Sed ſimiles præſtationes ab aliis monaſteriis factæ, quæ non infrequenter in priſcis chartis occurrunt, mihi potius perſuadent, exhibitionem illam Hailbronnenſem certo innuere renovatam memoriam aliorum beneficiorum quondam huic Coenobio præſtitorum. Ita legitur in fundatione monaſterii Rinichnach, Altaichenſi inferiori incorporati, in Hundii metropoli Salisburgenſi Tom. II. p. 36. Hartwicum ſeniorem de Degenberg an. 1342. ſylvam ſibi a Ludovico Imp. conceſſam, monaſteriis inferiori & ſuperiori Altaich donaviſſe, reſervata tamen ſibi advocatia, pro qua illi & ſuis hæredibus Abbas Altaichenſis dare teneretur tunicam agninam einen Lemmern Herren Peltz & præpoſitus in Rinichnach duos calceos*
Raceburgi. *gefiltzt Schüch, circa feſtum Michaelis.* Facit huc conſtitutio Johannis Ducis Saxoniæ, qua an. 1280. communem uſum duellorum in omni terra Raceburgenſi ſuſtulit & in memoriam collati hujus beneficii a ſubditis exegit *ſervitia gratitudinis. Hujus igitur* BENEFICII *&* GRATIÆ *noſtri vaſalli & univerſi terrigenæ non* IMMEMORES *&* INGRATI *nobis per totam terram dabunt de quolibet manſo in recompenſam & reſtaurum XII. ſolidos denariorum Hamburgenſium.* DIPLOMAT. *Raceb. T. II. Monum. p. 2198.* Occurrunt ibidem p. 2278. 2289. 2298. chartæ huc facientes, præcipue tabulæ Gerhardi Epiſcopi Raceb. & Erici Ducis Saxoniæ, qui an. 1393. eccleſiam Raceburgenſem *dominio directo* bonorum *Stenborch* terræ Mölnenſis donaverant, lege accedente, ut *Præpoſitus & capitulum eccleſiæ quotannis, ne quoquomodo* INGRATI *eſſe videantur, duas marcas Lubecenſium denariorum e reditibus annuis & perpetuis per officialem capituli ſequenti die poſt feſtum beatorum Simonis & Judæ apoſtolorum Duci offerre, poſt ejus obitum etiam in aniverſario die celebrare debeant ejus memoriam in capella Schonenbergi epiſcopali.* Plura exempla pro-
Noribergæ. ſtant de recognitione beneficiorum, quæ *commerciis* inſerviunt. Teſtis eſt WAGENSEIL *in Comment. de civitate Noribergenſi c. XXV.* quod ex vetuſto ritu a Noribergenſibus quotannis gladius Bruxellas transmitti debeat in recognitionem conceſſi liberi commerciorum uſus. Ex eadem ratione iidem Argentoratum quotannis mittunt enſem latiorem, duas chirothecas ſiniſtræ aptatas, ſcipionem candidum atque coronam, quam vocant *Sonnencrone* teſte TENZELIO *colloqv. menſtr. an. 1697. m. Mart. p. 254.* Audiamus LYMNÆUM *Jur. publ. T. IV. Addit. ad L. VII. p. 153. & 154. Argentinæ mihi relatum fuit: daſs in der Johannis-Meſs, auf einen gewiſſen Tag, in dem Zoll-Keller daſelbſten, von der Stadt Nürnberg gelieffert werde ein breiter Degen, zween lincke Handſchuh von Leder, und ein haſſelner geſchelter Stab bis auf den Handgriff, einer Straſsburgiſchen Elen lang und eine Sonnen-Cron zu verzehren. Im Fall aber ſolches nicht abgerichtet würde, dörffe kein Nürnberger dahin handeln, oder ſeine Wahren allda verkauffen. Gleichermaſſen müſſe die Stadt Franckfurt in der Johannis-Meſs, denen Straſsburgern lieffern laſſen einen Becher von gewiſſen Holtz, darinnen eine Anzahl Pfeffer-Körner, und etliche Muſcatennüſs, geſchehe gleichfalls wegen der Handlung.* Quod de Norimberga dictum, id aliam ob cauſam fieri docet *Cyriacus* SPANGENBERG *part. I. Adelſpiegels l. 10. c. 18. fol. 309. Die Stadt Nürnberg nimt das Halsgericht vom Biſchoff zu Straſsburg als dem Landgraven in Elſaſs zu Lehen, und ſchicket deſſen zum Zeugniſs jährlich gen Straſsburg in die Wag ein ſcharff ſpitz Schwerd, da auf der einen Seiten ein gülden Marienbild, und auf der andern S. Georgen Bildniſs geetzet; und zween lincke Handſchuh, ſtarck und gut, wol heran biſs an den Elenbogen gehend und einen weiſſen Stab oder baculum, beneben einem Gülden. Geben ſonſt von ihrer Wahre, ſo durch Straſsburg gehet, vom Centner mehr nicht dann einen Heller.* Sed pergit LYMNÆUS *d. l. p. 268: Ego id verum affirmare non audeo, credo autem a civitate Norimbergenſi hæc omnia civitati Argentinenſi non Epiſcopo mitti, nec in recognitionem meri imperii, ſed partim propter liberum commercium, partim alias ob cauſas, quæ me latent.* Conſentit ENGELBRECHT *de Servitutibus juris-publici Sect. II. p. 162.* Sin-
Wormatiæ & Bambergæ. gularia ſervitia a civitatibus Noriberga, Wormatia & Bamberga ob immunitatem a vectigalibus Francofurti præſtandis recenſent GEIER *in Obſervat. ad antiquit. & jus germ. voce Pfeiffergericht p. 91.* & LUD. *ab* HOERNIGK *de regali poſtarum jure c. 17. th. 10: Das Pfeiffer-Gericht iſt ein ſehr altes Herkommen, und hat den Nahmen daher, weil die drey Stædte Nürnberg, Worms und Bamberg (doch allein die alte Stadt) jährlichen in der Herbſt-*

Herbſt-Meſſe den nechſten Gerichts-Tag vor Mariæ Geburt, vor ſitzendem Gerichte von des H. Reichs und Stadt-Gerichts Schultheiſſen, als zu deſſen Amt ſolches von alters her gehörig, ihre Zoll-Freyheiten, ſo ſie alhier zu Franckfurth haben, mit Pfeiffern abholen müſſen. Gegen ſolche Zollbefreyung geben obbemeldte drey Stædte und jede beſonders dem Schultheiſſen einen weiſſen höltzernen Becher, ein Pfund Pfeffer, einen alten weiſſen Biberhut, zween weiſſe Handſchuh, und ein weis Stæblein. Den Hut oder Filtz, welchen Worms allein giebt, löſen ſie jedesmahl mit einen Goldgülden wieder aus, und verbleiben ſolche Stück des Schultheiſſen. Die Pfeiffer unterhælt allein die Stadt Nürnberg, hergegen geben die andern Stædte derſelben jæhrlich ein gewiſſes, und hat vor Zeiten jede Stadt ihre eigene Pfeiffer gehabt. (l) Fide etiam chartæ Friderici II. Imp. apud AUTOREM *Aquilæ Sveviæ p. 315.* laudatiſſimi Noribergenſes duas Chirothecas & libram piperis Wormatiæ *ad feſtum S. Joh. baptiſtæ* offerre jubentur in annuam redemtionem exemtionis ab oneribus. Quo jure fere obligati ſunt cives alii & Judæi, qui volentes Coloniam exire vel intrare, pro conducto ſingulis annis aſſignare debent Burggravio Colonienſi *X. marcas denariorum Colonienſium & ſex libras* PIPERIS (m) teſtante diplomate Philippi Archiep. Colonienſ. a. 1169 *apud* LUNIG *R. A. T. XVI. p. 333.* & GRUPEN *Orig. Hannov. p. 229.* Refer huc obligationem *Eilenburgæ.* quinquaginta novem pagorum, urbem *Eilenburgenſem* circumjacentium, quibus immunitas transeundi pontem ſine pontatici ſolutione obtigit ea lege, ut ſingulis annis die S. Stephani hora quarta matutina beneficium exemtionis ab oneribus redimere debeant minuto aliquo nummo, a quo forte dicuntur *Brückenſcherffer*, vi privilegii Friderici bellicoſi teſte SIMON *Chron. Eilenb. p. 535. ſq.* SCHRAMMIO, aliisque, qui *de Pontibus regiis eorumque juribus* ſcripſerunt. Nec apud ipſos Lubecenſes incognitæ ſunt præſtationes cœnobii olim Rhenenſis, quod teſte LATOMO *ad a. 1244.* CRANZIO *Metrop. VIII. c. 8.* KIRCHBERG *c. 148.* quotannis mitti Lubecam curavit currum pane triticeo & ſimilagineo onuſtum in memoriam libertatis a teloneis ceterisque oneribus, quibus gaviſum eſt per tractum Lubecenſem, vel, ut alii malunt, in recognitionem donationum quorundam agrorum & piſcandi beneficiorum a Jo. THEOLOGO Duce civitati Lubecæ factarum *a. 1247. ſqq. 1262. ſqq.* Alia exempla de ſervitiis & oblationibus ob beneficia præſtitis vide *h. l. in Chronico Ribnicenſi p. 849. & in ſpecimine documentorum Mecklenb. ed. a. 1726. p. 46.* In Holſatia Comites Adolphi Seculo XIII. XIV. oppida & pagos *Kiliæ.* ſæpe beneficiis & immunitatibus donarunt, impoſita iis obligatione, ut ad *caſtrum Kilonienſe* deferant annuatim aliquot ſalmones, piſces, fruges, vel denarios, uti conſtat ex chartis villarum *Wyck, Neomolendini, Harze, Cruni indaginis*, hodie *Gronshagen & Kiliæ civitatis.* Eodem modo *Villici pagorum Niendorpe, Wobeſe, Brakroden* obligati exſtiterunt, bis ſingulis annis deferre ad caſtrum Plœnenſe *acervos aliquot ſtramentorum* in recognitionem remiſſionis aliquot decimarum & onerum Landſaſſicorum (n). De cœnobio Malchovio fide Literarum a. 1377. conſtat, quod in recognitionem beneficiorum & donationum pagorum Ritzerow & Gruſſow ſe obſtrictum agnoverit ad exhibendum quotannis *vas halecum* domino territoriali, teſtante CHEMNITIO *in vita Joannis Domini de Werle.* Ejusdem generis ſervitia gratitudinis laudantur in chartis cœnobiorum *Mal-*

Ploenæ.

Malchoviæ.

(l) Quo ritus deſcribunt fuſius FLORIANUS *Chron. Francof. p. 24* TRAUGOT THOMASIUS *in nundinar. Francofurt. hiſt. c. 2 § 2.* LERSNER *Chron. Francof. l. I. p. 426.* SENCKENBERG *Select. T. VI. præf. p. 61.*

(m) Piperis penſio veteſta eſt & celebratur in *Legibus* ANGLOSAXONICIS ſpeciatim *Ethelredi* apud WILKINSIUM *c. 23. Et in ſancto natali domini duos griſengos pannos & unum brunum & X. libras* PIPERIS & CHIROTECAS *V. hornium offeret.* De præſtatione Piperis a navibus exigenda & Spirenſibus remiſſa vide LEHMAN *Chron. Spir. p. 364.* & Jo. de MUTTERSTAD *Chr. Spir. apud* SENCKENBERG *l. c. p. 173.* In ordinatione Judæorum cauſa facta, Judæi jubentur *vadiare libram piperis apud inferiores judices, apud ſuperiorem autem libram denariorum.* STRUV. *Hiſt. Polit. Arch. P. V. p. 309.* Adde exemplum de pipere & quatuor obulis loco pecuniæ in redemtione captivorum & criminis reorum adhibito apud BECKMAN *Hiſt. Anhalt. T. I. p. 291.* & *in Diplomatario Mecklenb. a 1361.* Conſtat ex vete- *Obulorumque* rum inſtitutis, exiguas ejusmodi ſummas ſive præmiola placuiſſe, forte ut actiones atque ſolennia eo firmius ho- *præſtationes.* minum memoriæ infigerentur. Innumera fere huc faciunt conſuetudinum ex ſtatutis municipalibus exempla, præſertim in argumentis de legitima, teſtamentis, donationibus, præmiis, poenis obvia. Ac de jure quidem *Ex moribus* *Cimbrico* vide BLUTINGII *comm. de ſucceſſ. ab inteſtat & obſervatiunculam Mſer. de homine trium marcarum ad lib.* *Germanorum.* *II. jur. Jut. c. 51.* De jure *Hamburgenſi* egit D. CRAMERUS *in ampliſſ. ad jus Hambg. commentario MSC.* quo interpretibus ceteris omnibus palmam facile præripit. De juris *Lubecenſis* circa VIII. ſchill. & IV. pfenningorum ſolutionem diſpoſitione conſtat ex *ſtatut. Lubec. L. I. tit. 6. art. 2. L. II. tit. I. art. 8. 13.* aliisque argumentis examinatis a *Steinwichio, Mevio.* Juris *Brunsvicenſis* ſtatuta vetera & mores *Bedamundicos* de ſolvendis 20. gr. & 6. pf. vide apud SCHOTTEL. *antiqu. jur. Germ. c. I. §. 5.* De vetuſtis moribus *Saxonum*, ſpeciatim de ſacco ſine futura & ſolvendis a vidua iterum nubente 7. groſſis & 4. terunciis vide DONDORFII *diſſ. ad Legem Hiddæ §. 8.* De aliis munuſculis egit DUFRESNE *voce ſporta.*

(n) Poſtquam Hinricus Dux Sleſvicenſis caſtrum Plonæ oppignorationis jure transtulerat a. 1424. in Marquardum de Sighem, opera epiſcopi Lubecenſis factum eſt, quod hypothecarius poſſeſſor ſcripſerit literas reverſales Plonæ a 1425. datas: *Dat benannt Lanſten gefryget ſyn alſo, dat ſe van rechtswegen to dem Slote Plöne nicht plichtig ſyn*

Roſtochii. *Malchinæ*, *Zarrentinæ* (p), & civitatum *Ribnitzii* (q) *Plavæ* (r). Præcipue huc pertinet, quod civitas Roſtochienſis pro obtenta ab Hinrico duce Megapolitano (s) libertate fodiendi apud Svanenſes terram ad lateres coquendos aptam, perſolvere teneatur oppido Swanæ annuum canonem, unam marcam Sundenſem impendendam in uſum capellæ S. Georgii ante portam dicti oppidi, a dea *Sywa* vulgo appellati, cujus effigiem ſervari ajunt in vicino templo villæ Svanenſis *Hohengrentz*. Conceſſum quoque eſt Svanenſibus, die viridium placentulas orbiculares ex farina coctas inde a prima luce uſque
Wiſmariæ. ad horam XII. neque tamen diutius, Roſtochii vendere (r). De Wismaria civitate tradunt annales a. 1566. quod ſenatus ejus ab antiquis temporibus quotannis die adventus dom: vel circa quadrageſimarum tempus aliquot panes orbiculares in crucis formam flexos, dictos *Heideweg*, hodie *Wegge*, calicesque ligneos, adjuncta recentiori demum ævo *una halecum tonna*, Suerini in curia obtuliſſe rei culinariæ Ducis Præfecto; Ducem viciſſim ſex florenos & 16. aſſes reddidiſſe. Sunt, qui rationem harum præſtationum repetunt vel ab ævo introducti Chriſtianiſſimi Wismarienſium, (u) vel a controverſiis & remiſ-

---

Reinfeldæ. *Stroh to bringende, den van* GNADE *und* FRÜNDSCHOP *wegen.* Spectant huc Chartæ *Comitis* Holſatiæ *Adolphi* & *Fratrum ſanctæ domus hoſpitalis Hieroſolymitanæ a.* 1252. & 1254. exaratæ, quibus libertates villarum *Pogatz* & *Diſnick* augent & confirmant monaſterio Reinfeldenſi, adjecta conditione *ut annuatim quatuor choros avenæ præſentent dictis fratribus in* LUBECK. De ejusmodi obligatione conſtat ex literis reverſalibus *Hermanni Tzarnovii* Præpoſiti Coenobii *Rhenenſis* a. 1413 exaratis, in quibus fatetur, ſe & ſucceſſores, ob *beneficia* ab Agneta Negendanckia moniali monaſterio exhibita, obligari ad annua officia: *alle Jahre dem Convente to geven ene Tonne Wismarſchen Beers und Wittbrod an den Avend unſer leven Vrouen und derjenen Feſtes viſitationis.*

Rhenæ.

Guſtroviæ. (o) Literæ *Nicolai* & *Guntheri* Dominorum de Werle, quibus an. 1301. & 1303. eccleſiæ Guſtrovienſi donant panes prebendarum, pagum Goitendorf & eccleſiam Malchinenſem cum omnibus attinentiis & reditibus ea tamen lege, ut Canonici Guſtrovienſes, *ne* BENEFICIORUM IMMEMORES *videantur*, Dominum territorialem participem reddant ſuæ confraternitatis & perceptionis panum ita ut, ſi ille vel conjux ejus *præſens* fuerit Guſtroviæ, *XIV. panes juſtæ quantitatis eidem miniſtrari debeant.*

Zarrentinæ. (p) Charta Nicolai Comitis de Werle an. 1317: *confirmantes & concedentes, ut libertatibus ſuis & obventionibus utantur quibuvis in terra, in molendinis & lacu ad Buchorſt pertingente, modo tamen nobis quotannis* BENEFICIORUM *gratitudinem teſtentur cum* BUTTA PISCIUM *& una libra* PIPERIS.

Ribbenitzæ. (q) Fide Literarum *Erici* Regis Daniæ, qui huic civitati privilegia & utilitates communes a Waldemaro, Domino Roſtochienſi indultas confirmavit auxitque a. 1311. adjecta conditione: *ut conſules & oppidani de Ribbenitze ſingulis annis Domino terræ Roſtoch, quicunque pro tempore fuerit, XX. marcas Roſtochienſ. monetæ in recognitionem donatiui &* BENEFICIORUM *perſolvere teneantur tanquam penſionem, a Dominis tamen eorumque advocatis futuris temporibus non augmentandam.*

Plavæ. (r) Vide ſupra literas NICOLAI *D. de Werle de ſervitio equi & unius libræ piperis præſtando*, cui renuntianvit an. 1299.

(s) Fide diplomatis a. 1471: *Um ſünderge Gunſt und Gnade und to unſer Stad Roſtock Vorbeteyghe hebben wy beorlevet, dat ſe mogen graven laten Tegele de up dat Stücke baven de Capelle S. Jilgens vor Svan vor den Bruggen Thor, und to ſovende bet an de Stad dar ſe ere prame anleggen, und den Wagenperden der Weide geneten und de da ſülver hölden laten mögen und ſchölen, ſünder hebinderung der Unſern von Svan; doch ſchollen de van Roſtock dewele ſe ſodane Erde graven laten und des Stückes brucken, jærlikes den armen Lüden und Provenern der Capellen S. Jürgens dar vor geben ene ſundeſche Marck.*

(t) Subjungo memoriam præſtationum Academiæ Roſtochienſis, quas olim epiſcopis Sverinenſibus Academiæ Cancellariis vel ob Tutelam & autoritatem vel ob beneficia conceſſa, accepta etiam, eorum auxilio, a Pontificibus, commoda & privilegia, debuit in ſingulis feſtis promotionum ſupremarum. Forte etiam hæc munuſcula originem traxerunt a conviviis & commeſſationibus eo tempore laute, more majorum epulonum, inſtitutis, quibus ſæpe interfuit Epiſcopus. Eo autem abſente munuſcula, quæ epulas opipare celebratas ſapiunt, ſpeciatim *IV. pott Alicant Wein oder Claret* (Stat. acad. a 1419.) *anderthalb Pfundgemengtes Confect und 2. Sp. Thaler* deferri cæperunt ad ejus curiam, & hodieque deferuntur ad aulam Ducis regnantis.

Origo panis in crucis formam cocti. (u) Seculo XII. Mecklenburgenſes, inprimis tractus Suerinenſis & Wiſmarienſis incolas, ſub auſpiciis Henrici Leonis opeque Bernonis Epiſcopi ad chriſtiana ſacra perductos fuiſſe, conſtans fert annalium traditio. Cujus fide Hinricus Læo circa a. 1170. Venedorum ethnicorum millenos ſæpius numero ad lacum Suerinenſem prope pagum Fichel ſacro lavacro tingi curavit, unde etiamnunc locus ille nomen *Töpe* refert. In memoriam autem hujus facti nominisque Chriſti & ejus crucifixionis recordationem idem juſſiſſe fertur, panes in crucis formam coctos vendere & *Heidewig* appellare, in memoriam expulſæ ſuperſtitionis & bacchanalium ethnicorum, addita lege, ut hoc panum genus ſolemni die comedatur quotannis ſub primordium quadrageſimarum; quo tempore etiamnunc *Wiſmariæ* & *Suerini* & alibi ad *crucis* ſimilitudinem efformari ſolet. Vide, quæ PATRES, LIPSIUS, GELTSERUS, KIRCHERUS *de S. Cruce* diſſeruerunt & plures citatos a Kochio *diſſ. de uſu crucis apud gentiles T. VI. Muſcell. Lip. p.* 137. Senſim hujus panis loco ſpiræ paſtoriæ crucis figuram itidem inciſam habentes, coctæ ſunt, quæ etiamnunc *Lipſiæ* in memoriam expulſi cultus deæ *Mortenæ* quotannis dominica Lætare inter pueros ovantes, & *Suerini* circa feſtum Paſchatos inter alumnos Scholæ diſtribuuntur. Putant itaque, haud diſſimile vero eſſe, laudata Wiſmarienſium munuſcula Suerinum transmittenda ab introductione chriſtianiſſimi originem duxiſſe in eum finem, ut panibus memoria Chriſti, calicibus vero ſacramentorum recordatio deſignaretur, factaque converſio ad chriſtianiſſimum recolatur publica ſolennitate & die anniverſario. Poſſem hæc illuſtrare ex ritu & exemplis po-
Abrogatis figuris panum ethnicis. pulorum ſeptentrionalium, Cimbrorum, Gothorum, Danorum, Suecorum, qui in memoriam profligati ethniciſmi & cultus *Othini*, *Wodani*, *Thori*, uti cæperunt panibus ad formam *crucis* coctis, prohibentes uſum omnem *ſimulachrorum de conſperſa farina factorum, cornuum farinaceorum Kernumni dei, panum ad ſimilitudinem*

remiſſionibus decimarum epiſcopalium (w), vel a conceſſione privilegii perſecutionis latronum (x), vel a beneficiis commerciorum & libertatibus pluribus, ſpeciatim exemtionibus ab Albergariis & hoſpitationibus (z). Sed nolo hanc cauſam inquirere ſollicitius; ſatis eſt argumentorum, ſatis & conjecturarum, quas hactenus conduxi ex annalibus, chartis, rationibus hiſtoricis & exemplis, quorum optiones & præcia, ingenui lectoris judicio committuntur. Ad alias accedo conjectiones & doctrinas, nimirum heraldicas de originibus inſignium Ducum Megapolenſium, in quibus inveſtigandis utar *hiſtoria heraldica Mecklenburgica a b. Parente a. 1708. affecta* & ſchedis MSC. *Chemnitii*, *S. Pauli*, *Fabricii*, *Schultzii*, Archivariorum Sverinenſium, præcipue fide diplomatum & Sigillorum. In deſcribendis inſignibus Megapolenſibus primus operam navare cœpit ERNESTUS KIRCHBERGIUS *nobilis Megapolitanus*, cujus Chronicon Mecklenburgicum rhytmicum, idiomate antiquo Saxonico conſcriptum, huic Tomo inſerui. Quinque Regum Oberritarum inſignia ibidem delineavit hoc modo. Primo Billugi, tempore Ottonis M. imperatoris, Obotritarum regis imaginem depinxit ita, ut diademate cinctus & in ſolio aſſidens dextra teneat globum vel pomum aureum, ſiniſtra gerat tria vexilla, quorum primum humero imminens in area nigra bovinum caput repræſentat corona ornatum cum cervicis parte ſeu pelle colli linguaque rubente emiſſa. In altero vexillo conſpicitur in campo aureo eques, veſte rubra, equo nigro inſidens, dextra ſtrictum enſem gerens. Ultimum vexillum oſtendit griphem aureum, ſublime petentem in area cœrulea. Eadem inſignia, inverſo ſaltim ordine arearum attribuit Billugo II. Tertio loco conſpicitur Godeſchalcus VI. (circa annum 1025.) ſiniſtra tenens vexillum capite bovino nigro in ſolo aureo inſignitum, dextra vero tenens haſtam gemina cuſpide inſtructam; cujus alterum vexillum gryphem, alterum equitem, eadem, ut antea ratione, addito pomo imperiali, ſiſtit. Eodem fere modo Henrici II. Lubecæ eruptionem contra Rugianos facientis inſignia depinguntur. Alia vero inſignium Megapolenſium facies eſt *in picturis antiqui cœnobii & templi Doberanenſis*, quas ſecutus eſt *Marſchalcus* Thurius. Henricus enim pacificus atque Albertus Duces Megapolitani approbaverant inſtitutum Mareſcalci, qui in annalibus Herulorum & Vandalorum, priſcorum hujus gentis regum ſeriem ab Anthyrio usque ad ævi ſui Duces deduxerat. Ejus itaque rationibus excitati iſtorum omnium quin & conjugum imagines ac inſignia colligi chartaque pergamena delineari, coloribus, auro argentoque elegantiſſime ornari curaverunt circa annum 1526. Harum delineationum Volumina membranacea duo præcipue abſoluta ſunt, quorum alterum Sverinenſe Tabularium hodie ſervat, alterum olim Wallenſteinius ſibi vindicavit & ex Archivo Sverinenſi forte abduxit, quod in Luſatiam delatum ære meo inde acquiſivi. Præcipue vero iconum harum atque inſignium fides nititur tabulis & picturis illis in cœnobio Dobberanenſi olim aſſervatis. Eodem fere tempore circa annum 1530. GEORGIUS RIXNERUS, *Hieruſalem Eraldo* dictus, heraldicæ artis aliis peritior, Henrici Ducis aulam ſalutavit, lucem genealogiæ Mecklenburgicæ & ducalibus inſignibus ſe alla-

De originibus inſignium ducum Megapolenſium.

Fide Kirchbergii.


Picturarum Doberanenſium.

Mareſchalci.

Rixneri.

---

dinem verris, Othino ſacri, ſerpentis, rotæ, coctorum & ſacrorum præcipue olim in Sacris Julenſibus; quorum figuras ſubjungo:



(w) De quibus conſtat ex literis *Hermanni* Epiſcopi Suerinenſis de libertate decimarum inſulæ & villæ *Ceſſin prope Wiſmarium* a. 1282. de decimis villæ *Dargetzowe* a. 1285. de exemtione civitatis *Wiſmariæ* a decimis a. 1324. apud SCHRÖDER *Pap. Melkl. p. 1024.*

(x) ANONYMUS *in Schedis Meckl. MSC: Hujus*, inquit, *rei cauſa perhibetur, quod Wiſmarienſes varia privilegia, utpote perſecutionis latronum, furum ac piratarum, per ducis ditiones, confirmationes quoque & augmenta veterum privilegiorum obtinuerint a.* 1548. *Ex quo tempore etiam Suerinenſes apud Wiſmarienſes libertatibus variis apud Wiſmarienſes fruiti ſunt.* Sed hæc quidem gratis dicuntur. Certum enim eſt, ritum illum ſolemnem multo eſſe antiquiorem. Facile tamen conceſſerim, quod Suerinenſes a Ducibus impetrarint, ut apud Wiſmarienſes tot privilegiis, beneficiis, compoſitionibus litium & immunitatibus donatos uterentur uberiori libertate *commerciorum & ut duas* COGGONES, *majores naves, in portu Wiſmarienſi libere haberent cum minoribus navibus quotcunque, ad uſus mercand.* fide diplomatis *Ottonis IV.* Imperatoris, quo eccleſiæ Suerinenſis privilegia confirmavit *a.* 1211. *b. l.* Addatur *de* BEHR *Rer. Meckl. L. IV. p. 544.*

(z) Teſte BESELINIO *in miſcellis jurid. Meckl. MSC: Puto, illos fructus Wiſmarienſium ad menſam ducis præſtandos referri poſſe ad feuda quaternata, ſeu culinaria, Tafel-Lehn, de quibus* ITTER *de feudis imp. cap. 3. §. VI.*

allaturum eorumque primam originem & progreſſus ſtabiliturum ſpondens. Hinc non-ſolum inſignia variis coloribus exornata Libro a. 1532. edito 165. foliis abſoluto, *vulgo Turnier-Buch*, exhibuit; ſed etiam origines Mecklenburgenſium inſignium compilavit, quas in lucem protraxi *in Tomo III. Monum. Meckl.* Sed parum ille a fictionibus ſibi temperans exiguam apud plurimos eruditorum fidem meruit teſte MEIBOMIO *rer. germ. Tom. I. p. 530.* Dum enim ludorum equeſtrium ſeu torneatorum primordia ab Henrico Aucupe deducere ſategit, ſingulos non tantum, qui ibi præſentes fuiſſe dicuntur nominavit; ſed & ordinem in illis ſolennibus obſervatum ab ipſo Imperatore inſtitutum comminiſcitur: quarum tamen rerum nihil vel ex antiquitate vel ex teſtimoniis ſcriptorum coævorum probavit. Plane itaque contraria ab aliis ſcriptoribus ſpectatæ magis fidei proferuntur. Inter hos ſunt, qui cum BRUNNERO *Annal. Bojor. T. III. p. 283.* ludorum iſtorum initia ſub Lothario a. 1127. Noribergæ exorta, vel etiam docente BUTINGIO *in Chron. Brunſvic. p. 124.* Gottingæ ſub Imperatoribus a. 1119. inſtituta, vel *inter Gallos a. 1066.* cœpiſſe tradunt fide DUFRESNE *in Chronico Turonenſi;* ut illos taceam qui cum PRAUNIO *in Europa equeſtri germ. p. 720.* origines referunt ad *Procopii* & HENRICI VI. *Imp.* ætatem a. 1190. Sub Imp. Friderico I. ULRICUS *a* LICHTENSTEIN de eorum abuſu conqueritur: hinc opinabile eſt ludos iſtos inter Germanos ante diutius viguiſſe; vulgo enim Henrici aucupis ævo belloque adverſos Hunnos ſuſcipiendo hæc ludorum prima ſolennia vindicantur, quamvis ab hiſtoricis coævis ejus rei nilquicquam commemoretur. In ordine autem, quem RIXNERUS in his ludis obſervatum & ab Henrico Imperatore, adhibitis in conſilium multis ducibus, ſtabilitum tradit, fingendi ſtudium haud obſcure prodidiſſe videtur, quia ab ævi iſtius hiſtoricis Duces ſaltem *Bavarus, Svevus, Francicus, Lotharingus* & *Saxo* laudantur teſte SIEGEBERTO *Gemblacenſi a. 914.* WITECHINDO *L. II. de geſtis Ottonis M.* Sermonis etiam genus, quo uſus eſt *Rixnerus*, ſeculo parum congruit; præcipue ipſi articuli, in quibus Principes & Domini, milites & equites *nobilium nomine* indiſtinctim excipiuntur, ævi conſvetudini contrariantur; ut itaque GOLDASTUS & LYMNÆUS *jur. publ. L. V. c. 5. n. 15.* Rixnerianos articulos XII. falſitatis haud temere arguerint. Malo itaque ſequi fidem ſigillorum & diplomatum. Antiquius Sigillum, quo NICOLOTUS III. *Kiſſinorum dominus*, Pribislai ultimi Venedorum Regis patruelis, uſus eſt, fide diplomatis Doberanenſis, conſpiciendum ſiſtit equitem cataphractum, equo inſidentem, dextra tenentem enſem ſtrictum, cujus quidem ſigni uſus mox evanuit; apud *Slavos* tamen, *Polonos* & *Lithuanos* haud incognitus. HENRICUS BURWINUS inſignia *gryphe* altum perente exornavit; Wormatiæque in ludis equeſtribus cum JOHANNE THEOLOGO, ex filio nepote, in clypeo prætulit. Hic vero, cui ex diviſione terrarum Mecklenburgenſium pars ditionis obtigit, circa a. 1237. *taurinum caput nigrum, corona inſignitum*, dentibus duobus ſuperne promiſſis, ſibi delegit, ac a. 1257. ejusdem capitis cornu dextrum duobus ramis, ſiniſtrum vero unico inſtructum, atque a maxilla ſiniſtra usque ad dextram pellem denticulatam prætulit. NICOLAUS *Werlenſium ſeu Venedorum dominus*, hujus frater, taurinum quoque caput nigrum coronatum exhibuit, ſigillo biſſecto, in quo ſupra caput ad dextram ſolis ſimilitudo, ad ſiniſtram lunæ, inferius ſtellæ figuræ exſtabant. HENRICUS BUREVINUS III. *Roſtochienſium dominus* grypho Venedorum avito, inſignium loco uſus eſt, quem morem & poſteri ejus retinuerunt. JOHANNES & PRIBISLAUS III. fratres uſi ſunt *taurino capite*, inter cujus cornua annulus, gemma notatus eminuit, quod Parchimenſium ſeu Richenbergenſium fuiſſe ſignum tradunt, quamvis & hi interdum gryphum geſſerint. PRIBISLAUS vero IV. hujus filius ſignis ſuis intulit figuram hominis, qui ſellæ inſidens capite aperto, dextra enſem ſtrictum, ſiniſtra inſigne tauri capite ornatum tenet, ad dextram ſellæ luna increſcente, ad ſiniſtram ſtella proſtante, cum inſcriptione: *S. Prebezlai D. G. Slavie terre Domini cet. a. 1289.* HENRICUS *Johannis Theologi filius*, biſſecto inſigni a. 1257. inſeruit taurinum caput, cujus cornua tribus ramis inſtructa ſunt, roſa inter eadem florente & reliquo ſpatio roſis exornato addita inſcriptione *Sig. Henrici filii Johannis Dni. de Slavia.* Pelle etiam denticulata deinde amplius illud exornavit cum inſcriptione: *Sigillum Domini Henrici Megapolenſis.* JOHANNES quoque, qui *Gadebuſchi* degebat a. 1286. eodem uſus eſt inſigni, verbis iisdem nomini ſuo adſcriptis. HENRICUS *junior*, qui LEO poſtea dictus fuit, lilio inter cornua iſta prominente in coronæ ſummitate uſus eſt a. 1289. Duplex etiam ſcutum aſſumſit, & ob provincias, quæ ipſi obtigerant, Roſtochienſem & Stargardenſem, gryphum adjunxit clypeo Sverinenſi. Idem a. 1310. 1320. duos clypeos transverſim poſitos inſigni primus inſeruit, grypho appoſuit binas alas expanſas, tauri capiti

Diplomatum & Sigillorum.

piti vero galeam, ala unica adjuncta cum epigraphe: *S. Hinrici Magnopol. Stargard. Roſt. Domini.* Hujus filiis in numerum Imperii principum ab Imperatore Carolo IV. adſcriptis, alter eorum ALBERTUS non bina tantum iſta patris inſignia retinuit, ſed etiam tres clypeos rotundos ſibi delegit, quorum ſuperior taurinum caput, inferior alter ad dextram comitum Sverinenſium gryphem, alter ad ſiniſtram Roſtochienſium gryphum oſtendit addita inſcriptione: *S. Alberti Ducis Magnop.* In alio quodam ejus ſigillo caput tauri inter duas alas ſupra galeam; inferius vero Stargardenſium & Roſtochienſium ſigna conſpiciuntur; idem quoque taurinum caput ſolum, corona decoratum geſſit. JOHANNES, *ejus frater*, *Stargardenſis Dominus*, antequam Principum numero adſerebatur, taurinum tantum caput inſignium loco adhibuit a. 1344. poſtea vero eadem cum Alberto inſignia aſſumſit & primus linguam ex ore bovis promiſſam introduxit, quantum quidem ex ſigillis a. 1344. patet. Occurrit etiam JOHANNIS XIII. ſigillum triplex ad patrium morem efformatum, ita tamen ut duo ſuperius jungerentur, inferius gryphus ſolitarius poneretur. ALBERTUS II. qui a. 1363. ad regium Suecorum faſtigium penetravit, quatuor areas uſurpavit, quarum prima coerulea tres coronas aureas Suecorum, ſecunda taurinum caput, tertia infra coronas gryphem, quarta clypeum & quidem corona inſtructum comitum Sverinenſium exhibuit. Biſſectum clypeum retinuerunt MAGNUS & HENRICUS *ſuſpenſor* ita tamen, ut ſuperiorem partem dextram occuparet Mecklenburgenſe caput taurinum cum cutis parte usque ad os protenſa, ſiniſtram Sverinenſe ſignum, inferiorem partem vero Roſtochienſium gryphus reptans potius quam prædæ inhians. Hujus filius ſucceſſor HINRICUS PINGUIS totum Mecklenburgenſium tractum hæreditate ſibi relictum, *Werlenſi* ditioni ipſi obvenienti iterum conjunxit, nec tamen inſignia auxit, ſed eandem adhibuit clypei triplicis formam. MAGNUS & BALTHASAR ejus filii quinque areas circa a. 1477. inſignibus inſeri juſſerunt, quarum prima aurea taurinum caput nigrum, ſecunda coerulea gryphem aureum ſiſtit, tertia rubea brachium præſentat argenteum ſeu e rufo candicans, quod annulo aureo faſciaque argentea inſtructum ex nube protenditur; quarta aurea, caput taurinum atrum pronum & adverſum, quod vero Magnus in obliquam formam mutavit; quinta inſititia ſeu media & bipartita ex dimidio ſuperiori rubea, inferiori aurea, Sverinenſe ſignum exhibet. Ex utroque latere ſuperioris partis clipei angelus proſtat, altera ſcutum colligatum ſuſtinens, altera galeam pennis pavonum longioribus XI. exornatam, addita inſcriptione: *Magnus (Balthaſar) D.G. Dux Mecklenb. Venedor. Princeps Sverin. com. Roſtoch. & Stargard. domin.* Ab horum tempore brachium illud cum adjunctis, annulo & faſcia, Ducum inſigne perpetuum, minime vero ante id ævum uſitatum fuit, quamvis *Rixnerus* illud Henrico Leoni attribuat ac inſigne *Witteborgenſe* appellare ſategerit. Conſtat, tractum Wittenborgenſem priſcis temporibus ad comites Sverinenſes pertinuiſſe, hos vero iſtos ſigno nunquam uſos fuiſſe. Sunt, qui hoc repetunt a Maximiliano I. Imperatore, qui Magnum Ducem ſingulari gratia proſecutus eſt, eumque donavit etiam privilegiis ad jura Vehmica & regalia cudendæ aureæ monetæ ſpectantibus. Alii originem referunt ad ætatem *Pribislai*, qui inter cornua bovis collocaverat *faſciam expanſam*, qua ſubmiſſa, mulieris nudæ (ſigni Parchimenſis) caſtitas obtegitur, quam deinde huc translatam & cum brachio conjunctam aſſerunt. HENRICI PACIFICI & ALBERTI PULCHRI *fratrum* ævo inſignibus quinque clipeis inſtructis acceſſerunt tres galeæ coronatæ, quarum prima ad dextram duobus cornubus ex ima parte ad dimidiam rubris, ſuprema deauratis; alterius galeæ corona inſtar muralis quinque pinnis conſpicua eſt, quibus caput bubulum nigrum, rubra corona inſignitum transverſimque poſitum cum lingua exſerta innititur, prominente cauda pavonis, decem oculis, ut ſolet, diſtincta, tertia ad ſiniſtram duabus alis, altera aurea, altera coerulea, eminet. ADOLPHUS FRIDERICUS I. hæc inſignia retinuit, quamvis ipſi vi compoſitionis pacis Weſtphalicæ urbs Wiſmaria, præfectura Novicoenobii & Poela terra, ut Regi Suecorum ſatisfieret, ſubtraherentur, receptis harum loco epiſcopatu Suerinenſi & Raceburgenſi tanquam novis Ducatibus. CHRISTIANUS autem LUDOVICUS *ejus filius*, ægre ferens, quod pater fratribus ipſius eosdem ducatus poſſidendos teſtamento legaſſet, utriusque ducatus inſignia ſuis addidit; cui facto contradixit aula Guſtrowienſis, ſummum ſibi principatum aſſerens, adeo ut ad judicium Imperiale aulicum lis demum delata fuerit. Ipſa inſignia, quæ Cæſare approbante Dux CHRISTIANUS LUDOVICUS adumbrarari curaverat, novem clypeis diſtincta fuerunt, quorum quidem *primus* aureus exhibuit taurinum caput; *ſecundus* rubeus, crucem candidam cum infula Ducali (aliis corona dicitur) Raceburgenſi ſigno; *tertius* gryphem aureum

ut ſolet, in regione ſecunda; *quartus* coeruleus, gryphem aureum minorem, ſub cujus pedibus fundus albus vel niger; *quintus* Scutum Suerinenſe; *ſextus* fæminam nudam Parchimenſem cum faſcia candida, ſuper brachium utrumque extenſa, in regione tertia; *ſeptimus* clypeus oſtendit brachium cum annulo Stargardenſi; *octavus* Guſtrovienſem taurum candidum (al. nigrum) poſt tres frutices floribus foecundos aſcendentem, ſeu ut alii volunt, roſario innixum, effingente Rixnero; *nonus* denique fiſtit bubulum caput obliquum Werlenſe. In fronte inſignium quinque caſſides viſuntur, in quorum prima gryps aſcendens, in ſecunda cornua cantatoria duo, in tertia bubulum caput, coronæ ſeptem pinnaculis inſtructæ imminens atque juxta illud cauda pavonis: in quarta alæ duæ, in quinta ſeptem vexilla occurrunt. Dextrum latus bos, lævum gryps tuetur. Poſt varias Guſtrovienſis aulæ contradictiones, Stadenſis cancellarius D. DANIEL NICOLAI poſtea *Greiffencranzius* dictus, aulæ quondam Megapolenſis miniſter, in conſilium a Suerinenſibus vocatus, ad pacem & concordiam inter Duces diſſidentes conciliandam incubuit, ſuaſitque, ut additis comitum Suerinenſium gripho aſcendente & Raceburgenſium cruce aurea, inſigne ſeptem clypeis ac quinque galeis inſtrueretur, ſtipatum hinc gryphe albo, illinc tauro nigro, idque commune eſſet utrique Mecklenburgenſium Principi; in quo conſilio acquieverunt litigantes, dicam ſcribentes Rixneri fabulis, quæ pluribus fere placuerant. Obſervabis tamen in tertio clipeo, qui Suerinenſium inſigne oſtentat, gryphem quidem aureum in area coerulea retentum fuiſſe; ſed ſubditum pedibus eſſe fundum, qui partim nigri partim albi partim viridis eſt coloris parum in heraldicis uſitati. Argenteus color a Duce *Chriſtiano Ludovico* adhibitus eſt. Sed & in quarto clipeo alii crucem auream penſilem effingunt, interdum ornatam pileo ducali, qui tamen deinde motis Guſtrovienſium contradictionibus omiſſus eſt. Poſtea *Chriſtianus Ludovicus Dux* non ſolum coronam indidit cruci Raceburgenſi; ſed & a. 1680. *a* LEOPOLDO *Imperatore* elogio Sereniſſimi (*Durchlauchtig*) donatus, inſignia ducalia, *regia corona aurea* operuit, docente GERH. *de* ROO *in annal. Auſtriacis p. 292.* & RUDOLPHO *in Herald. curioſ. p. 206.* Poſt coronam illam quinque galeæ prominentes interdum viſuntur; telamones etiam mutatos voluit idem Dux, utrinque vel leonem, vel, uti *Magnus & Balthaſar* olim conſueverant, angelum adjungens. Succeſſor ejus FRIDERICUS WILHELMUS eodem compellandi modo curiali ab Imperatore a. 1693. mactatus, eadem quoque corona uſus eſt. In areis itaque inſignium Ducum Mecklenburgenſium exhibetur I. Signum Megapolenſe *taurinum* caput, corona rubra, cornibus argenteis, & annulo ejusdem coloris per nares dependente, lingua rufa paululum promiſſa ornatum. In area aurea II. Roſtochienſe inſigne *gryphus* aureus aſcendens roſtro aperto ac lingua rufa. III. Sverinenſe Ducale, ejusmodi gryphus in area coerulea, plano argenteo inſiſtens ſeu reptans. IV. Sverinenſium comitum inſigne transverſim ſectum inferius aurei, ſuperius rubei coloris. V. Raceburgenſis Principatus ſignum crux penſilis candida in area rubea cum pileo Ducali aureo. VI. Stargardenſe brachium aureum ex nube protenſum, cui inhæret faſcia additusque annulus aureus adamante decorus. VII. Venedorum ducatus inſigne in campo aureo, tauri caput nigrum, corona rubea cornibusque argenteis ac lingua rubente exſerta conſpicuum. Ex opinione miniſtrorum quorundam ducalium partes horum inſignium alio ordine potuiſſent collocari, ita quidem, ut compareant 1) caput tauri rectum tanquam inſigne avitum: 2) ſcutum comitatus Sverinenſis. 3) Roſtochienſium gryphus aureus. 4) Werlenſe caput obliquum. 5) Stargardenſium brachium cum annulo, quemadmodum exhibetur in arce Strelitzenſium. 6) Arma Sverinenſia & 7) Raceburgenſia. Caput taurinum dixeris antiquiſſimum Vandalicum & genuinum Mecklenburgenſium inſigne. Certum enim eſt, Vandalos iſtam imaginem in Africanis expeditionibus præ ſe tuliſſe, docente CLUVERO *Germ. ant. L. I. c. 34.* Inter omnes vero conſtat, Radegaſti idoli Vandalici & Slavici pectus inſignitum fuiſſe capite tauri; quo etiam a. 986. in inſignibus militaribus uſus eſt Rex Obotritarum *Billugus*, a cujus tempore illud inter Regum, Dominorum & Ducum Megapolenſium inſignia locum obtinuit. Fueritne vero illud bubalinum an taurinum caput? quæritur. Bubalis illud accenſuit MÜNSTERUS *in Cosmographia:* FRANCKENBERGIUS *in Feciali Europæo* & ipſe *Ferdinandus Imperator*, errore vel ira contra Duces Jo. Albertum & Adolphum Fridericum motus. Cornua deorſum flexa & depreſſa ad pugnam inepta non conveniunt Bubalo, cui ſunt cornua mavortia a fronte porrecta iramque ſpirantia. Teſtantur hanc differentiam numiſmata antiqua græca & Megapolenſia, ſigilla, nummi quadrantili cuprei *Ducis Jo. Alberti*, qui a Tauri capite *Oſſen-Köppe* dici ſolebant. Erroris autor primus eſt MARESCHALCUS, qui

Origo tauri capitis.

qui sibi aliisque persuadere conatus fuit, insigne illud ortum traxisse ab Alexandri bucephalo (*) taurinis cornubus & capite instructo; in cujus memoriam, populum, qui cum Anthyrio Gothiam & Megapolin ingressus est, caput tauri, symboli & signi loco, delegisse comminiscitur. Sed fabulam hæc quidem sapiunt. Omnibus etiam Thessalorum equis generosioribus bucephalorum nomen inditum fuisse notum est. Præcipue *Ægyptii*, *Vandali*, *Dalekarlii*, *Gothi*, *Norwegi*, *Teutones*, *Cimbri*, tauri sacro cultui addicti, caput taurinum instar signi militaris & sacri in proeliis & templis circumtulerunt, illudque vel Diis immolarunt, vel instar divini signi coluerunt, ut infra dicetur fusius. Disquiritur porro: unde caput tauri pronum & adversum, alibi obliquum, annulo instructum, originem duxerit? Sunt, qui id discriminis *Johannis & Nicoloti* ævo exortum fuisse, asserunt cum SPENERO. Ex adverso MUNSTERUS aliique tradunt, obliquum illud ante diutius in vulgari usu fuisse, aliquando etiam laudatos fratres promiscue insignia adhibuisse, aliquando eadem immutasse, inprimis tempore torneamentorum. Crispa colli ima seu palearia apud Græcos, Romanos, Vandalos & Gothos roboris & pulchritudinis signum fuisse contendunt *Homerus*, *Virgilius*, KIPPINGIUS *antiquit. Rom. p. 700.* Vetustissimum omnium Nicoloti Rostochiensium domini sigillum a. 1231. *dentibus aprugnis* instructum occurrit. Nicolaus etiam Werlensis a. 1308. taurino capite, *Sole* ac *Luna stellisque per coronæ circulum* stipato usus est, cujus rei rationem repetunt non ab ornatu, sed a conversione a superstitione ethnicorum. Henrici Burewini Sigillum, privilegiis plerumque additum, maxillam superiorem duobus *dentibus aprugnis* instructam ostendit; hujus vero successores præcipue *Henricus Leo* interdum illa insignia servarunt, interdum, illis neglectis, collo cutis partem apposuerunt. *Johannes Theologus* rugas octo ab aure sinistra ad rictum usque oris, & *Henricus Hierosolymitanus* ejus filius, easdem circa ipsum oris rictum efformavit; hujus vero filius *Henricus Leo* circa a. 1310. aliquantum ab aure dextrorsum pellem indicavit clarius cum linea usque ad os deducta; *Albertus* crines & villos a. 1348. adpingendos curavit, quos deinde ejus posteri varie mutarunt & exornarunt. Exstant adhuc a. 1376. & 1381. sigilla, quæ dentes aprugnos monstrant. Nummi quoque inveniuntur, qui taurinum caput, hinc CRUCE, illinc HERBA, quæ *pentaphyllum* dicitur, circumdatum exhibent. Apud Ægyptios *Osiridis*, δεγμα *cruce* conspicuum fuisse docet Jo. BAPT. CASALIUS *in opere de profanis & sacris veteribus ritibus*

P. I.

(*) Laudat SCHURTZFLEISCH *diss. de rebus Meckl.* §. 7. non solum urbem Indiæ *Bucephaliam* in memoriam Bucephali appellatam, sed etiam nummos Alexandri M. vel imagine Bucephali vel effigie taurini capitis insignitos, additis literis ΕΟΤΚΕΦ. Plura observant AUL. GELL. *Noct. attic. L. V. c. 2. p. 129.* FREINSHEIM *ad Curt. L. V. 18. li* & PLINIUS *Hist. nat. L. VI. c. 20.* MELA *de situ orbis L. 2. p. 53.* Si conjecturis aliquid indulseris, nummi Græci, *bucephali* imagine notati non in memoriam equi, sed urbis ab Alexandro M. conditæ cusi sunt; illi vero, qui *tauri caput* impressum habent, referri poterunt ad nummos in signum vel sacri cultus vel ubertatis cusos, notante NONNIO *ad* GOLTZIUM *in numism. græcis.* Fidem non meretur traditio, Alexandri equum capite taurino præditum fuisse; ipse nummus, quem GOLTZIUS *c. l. Tab. XXXIV.* protraxit, exhibet equum Alexandri ferocem quidem sed capite naturali instructum, adstante Alexandro dulciloquo, equum cum brachiis extensis domante. Accedit figura, Romæ in monte Quirinali conspicua, autore Phidia efformata, quæ Alexandri M. Bucephalum sistit, ferocis equi capite & cervice erectori instructum: *Nummi imagine bucephali & tauri capitis notati.*



Plures etiam Regum Græcorum, Macedoniorum, Persarum, selectiores equi symbolo peculiari distincti sunt & innotuerunt adscripto singulari & discrepanti nomine ἀρχέλαω, Φιλίππε, vel impressa figura herbæ vel Literæ K. Σ. vel animalis alicujus, præcipue TAURI *capitis*, docente LANZADO *Hispano* & SPONIO *in Antiquit. diss. XXIV. p. 360.* Bucephalus itaque Alexandri non appellatur a taurino, nec a magno capite, quo Thessalici equi destituti erant; sed vel ab inusto signo capitis taurini, vel ab inusta litera κεφα, quæ nota est cornuum taurinorum lunæque corniculantis.

P. I. p. 9. 10. sqq. ut futuram vitam hoc quidem signo adumbrarent conjiciente RUFFINO *H. E. L. 2. c. 29.* Usus autem pentaphylli celebratus erat in incantamentis & divationibus. Porro ex Sigillis patet, quod taurinum caput olim caruerit robore colli & *corona* usque ad Seculum XIII. Equidem HOPPINGIUS *de Insignibus P. 5. c. 6.* LIMNÆUS *d. l. P. IV. c. 12. §. 3.* LINDEBERGIUS *Chron. Rost. c. 8.* MUNSTERUS *Cosmograph. L. III. c. 474.* perhibent, Carolum IV. demum signum coronæ aureæ (Speneri & Sibmacheri fide rubeæ) primis Ducibus Imperii Alberto & Joanni a. 1348. concessisse in memoriam, quod majores eorundem olim Reges Megapolensibus imperaverint. Sed a Marescalco imponi sibi passi sunt. Fida enim documenta & sigilla testantur, quod jam tum a 1237. & 1246. Johannes Theologus tauri capite coronato, usus fuerit; quod itidem conspicitur in Sigillis *Nicolai Werlensis* & *Nicoloti* a. 1286. *Henr. Leonis* a. 1310. & 1320. *Nicoloti Werlensis* addito sole & luna, *Joannis junioris Werlensis* a. 1344. Cornubus, ex opinione *Hœppingii* ac *Lymnæi* aureis, rectius albis, aliquando contractis, sæpius sejunctis, *Johannes Theologus* interseruit tulipas ac in medio rosam, quarum loco *Nicolaus* Werlensis, *lilium* & *stellam* majoris magnitudinis sex radiorum, item pennas pavonum binas usurpavit. *Henricus Hierosolymitanus* singulis cornibus duos adjunxit ramos, alibi vero illa rosis cinxit; *Albertus* etiam tauri imaginem ex Zodiaco cum stellis ad insignia transtulit a. 1333. *Annulus naribus inditus* signum vocari solet domitarum gentium; unde sunt, qui Henrico Leoni Bavaro hujus originem vindicant, quia reges Obotritarum regia potestate exuit, domuitque gentes sub fidem christianam. Nullibi vero fidum hujus conjectionis argumentum reperitur; id vero certum est, quod Slavis & Venedis usus annuli naribus tauri inditus haud adeo incognitus fuerit, uti testatur idem fere insigne Calischæ provinciæ Poloniæ. Distinctionis causa *Pribislaus Richenbergensis* & *Parchimensis dominus* Johannis Theologi frater natu minor, annulum gemma ornatum cornibus interposuit, quod deinde ad insigne Stargardiensium tractum est. Forte etiam conjeceris, annuli figuram e rictu bovini capitis, qualem elegerat *Jo. Albertus I.* a. 1376. ortum duxisse; facile enim pictores licentiosi prominentiores dentes in rotunditatem deflexos conjunxerunt; forte & conjiciente *Fabricio*, ex sigillis *Jo. Theologi*, *Nicoloti Werlensis* & *Rostochiensis* a. 1237. & 1248. trifolia, quæ ibi visuntur, dentibus ferinis, audaculi adjunxerunt. *Gryphi* (**) origo a Marescalco vindicatur proræ navis Anthyrii, primi Obotritorum Principis Mecklenburgici. Famosum hoc animal ex *leonis* & AQUILÆ præcipue forma forte compositum in Africanis vel Richæis & Hyperboreis montibus degere tradunt plures, Plinius vero non sine causa negat. Nonnulli illud mirifice repetunt a *Cherubinis* in arca fœderis apud populum Israeliticum usitatis forteque receptis & derivatis ab Ægyptiorum sacris Apollinis, Osiridis, *Oronis filii*, quem cum *Aarone* comparant. Testatius est, Vandalos & Gothos, deinde etiam Slavos & Obotritas Gryphos inter signa militaria collocasse, eosdem quoque rebus sacris & idolis nuncupavisse, quin summis Gothorum Vandalorumque deastris *Othino* & *Radegasto* attribuisse; quamvis non desint, qui in horum imaginibus & cultu vel *corvi* vel *aquilæ* figuram observare malint. Fide sigillorum constat, quod Burewinus uterque, pater & filius, post & Johannes Theologus, ejusque frater *Pribislaus Reichenbergensis* interdum loco taurini capitis circa annum 1231. gryphum a sinistra ad dextram sublime potentem & prædæ intentum, eodem ut etiamnunc repræsentatur modo, in insignibus prætulerint. Addunt plures: Werlensem ditionem antiquiori ævo gryphi signo notatam fuisse; sed tribuenda est hæc opinio erroribus pictorum, qui, Henricum Leonem, dein Albertum I. & II. ac Johannem insigne

Coronæ.

Annuli naribus inditi.

Gryphi.

Gryphorum mentio varia. Biblica.

(**) In vulgata interpretatione S. Bibliorum ed. Venet a. 1571. Levitic. XI. 13. inter aves non comedendas reponitur *Gryphis*. Et *Deuteron. XIV 12: Ne comedatis aquilam & gryphem.* Versio Italica ab ANTONIO BRUCIOLO edita Venetiis a. 1539. c. l. legit: *Sono abominatione l'aquil., il falcone & grifone: Quelli sono, de quali non mangierete, l' aquila, il grifone.* Gallica *Martini* versio loco gryphi substituit *falconem*, cui explicationi favent Suecici interpretes & rerum Gothicarum Scriptores, qui laudant *Grypfaller*, Falcones, quibus utuntur ad capiendas aves; Eorumdem fide in monte *Ymo Sveoniæ* ejusque vicinis insulis capi dicuntur *Grypfalcones*, qui mittuntur in Armeniam. Cum vero vox Gothica *Gryp*, omnium concentu denotet *capere*, sponte constat, *Grypfalcones* non a decantatis gryphis, sed a captura avium appellari. Anglica Bibliorum interpretatio utitur voce *the osprey*, aquila marina; cui explicationi favent figuræ *Aquilarum borealium apud* OLAUM M. *d. l.* & *Aquilæ seu Avis Othini*, quæ in parte inferiori cornu Oldenburgici aurei conspicitur. LXX. Interpretes *legunt τον ἁλιαετον*, haliætorum quorum & PLINIUS *l. III. c 3. & Ovidius* meminerunt. Ebraica Biblia utuntur voce a fortitudine oris vel oculorum petita, *Osnyah.* Quæ facile convenit cum explicatione Lutheri, qui citatis locis nominavit *den Adler, den Habicht und* FISCHAAR h. e. accipitrum marinum, aquilæ piscivoræ haud absimilem. De tribus *Thori deastri* GRYPHIS *seu* CLENODIIS agit Edda Mythologica XXIX. Exstat etiam *gryphus* in *Fastis Runicis Col. XXII.* ad diem introitus solis in capricornum, quo die sol infra horizontem maxime est depressus. Occurrit ibidem *Col. XXI.* & alibi gryphus potans, rostrum in cornu seu poculum inferens, typus terræ, frigore constrictæ, vel alio-

Mythologica. Runica.

insigne triplum, nempe taurinum caput, Sverinense scutum & gryphum aureum gestasse animadverrentes, jam sibi datum esse putaverunt, ut eorum insignibus *Stargardense* etiam signum, quod ad eos tamen minus spectabat, adjungerent. Rostochiensium griphus est inversus, a dextra versus sinistram assurgens, quo discriminis causa forte usi sunt, nisi id vitio cælatoris Sigillorum tribuere malueris; inversus enim gryphus aliquando etiam minor & reptans in sigillis Johannis Theologi, Henrici pinguis aliorumque conspicitur. Insigne ducale SVERINENSE gryphus est cœruleus reptans in tabula viridi in limbo albo supra aream cœruleam. Quo signo jam ante usa fuit Rostochiensium civitas, triplici insigni instructa, taurino capite antiquissimo, grypho majori, minori reptante, interdum binis baculis episcopalibus decussim adjunctis tempore episcopatus. Deinde Christianus Ludovicus, usitato aliquo apud Mecklenburgenses & a majoribus recepto signo, Ducatum Sverinensem insigniturus gryphum minorem eidem ducatui destinavit. Observabis præterea, Gustrovienſium Principem hoc signo non solum sine mitra vel corona usum fuisse, ut vult *Spenerus;* sed & *Christianum Ludovicum* signum comitum Sverinensium, quod jam medium locum occupat, variasse. A Guncelino II. Comite a. 1296. adhibitus fuit equus currens. Helmoldus & Guncelinus fratres usi sunt diverso signo, is equo, hic duobus serpentibus alatis seu draconibus collo reflexo, inter quos exsurgit lilii caulis, interdum vero arbos, cui duæ aves insident, cum angue sub ea conspicuo, quod quidem postremum signum adhuc a. 1326. in usu fuit. A. 1322. Nicolaus comes cum conjuge Mirislawa usus est insigni etiamnunc usitato bisecto ob ditionem divisam in Sverinensem & Witteborgensem, cum galea ac imminentibus duabus alis; quod etiam insigne comes Otto Rosa a. 1345. usurpavit, quamvis & aliud hujus Sigillum inveniatur a. 1356. quatuor areis instructum, in quarum prima tria corda vel folia latiora instar nymphæorum palustrium (Seeblætter) in secunda & tertia insigne Sverinense consuetum, in quarta folia ante memorata conspiciuntur; a quo tempore insigne Sverinense semper insertum fuit Megapolitano. A. 1360 post obitum Ottonis conspicitur clypeus ob conjunctum forte denuo comitatum Witteborgensem bipartitus superior rubens, inferior aureus; quod

vel aliorum fide symbolum *Isidis*, vel signum *conviviorum Juliorum*. Facit huc Gryphus mammosus pedibusque anterioribus rotam (solis imaginem) volvens; & præcipue Cornu convivale Holmiense ad imaginem gryphi formatum, cujus cauda desinit in os draconis, in anni & hyberni ejus principii signum, explicante RUDBECKIO *Atl. P. II. p. 274.* In nummis Romanis gentis Papiæ, ævo Cæsaris Augusti celebritate conspicuæ, occurrit gryphus volans; nummi etiam ærei Cæsaris Hadriani Augusti circa a. C. 119. exhibent gryphum expansis alis, volatum (iter ab Imperatore suscipiendum in Africam) præsagientem. FR. ANGELONUS *in historia Augusta p. 135.* Inter aves fabulosas PLINIUS *L. X. c. 49.* retulit *Scythiæ pegasos equino capite, & gryphos auritos Æthiopiæ.* Quem plures secuti sunt cum AROLO SEGUING *en Mercure armonial p. 34: Le grifon n'a jamais l'etre que dans l' imagination; il est le symbole de la force jointe a la viteſſe & diligence.* Alites ferocissimas & *ultra omnem rabiem in Asiatica Scythia sævientes* GRYPHOS *aves* (rectius piratas) fide SOLINI *in Memorabil. mundi* C. XXXV. descripsit OLAUS *M. in historia Septentr. ed. Venet. a. 1565. germanice & belgice a 1567. & 1566. castrate edita L. 19. c. 27.* Audi *Claudium* ÆLIANUM *L. IV. de animal. c. 27: gryphum audio esse quadrupedem robustum; Ctitias aut eas cervicis pennas cæruleas & floridas habere, aquilino ore & capite, oculis igneis, nidos in montibus facere, ætate grandes.* Ad explicationem hieroglyphicam confugit *Jo. Pier.* VALERIANUS *L. 23. Hieroglyph. p. 233.* Cogitate de gryphis differuit RUDBECKIUS *Atlant. P. I. p. 408.* ubi felici ingenio explicuit HERODOTI *verba L. III. Thal. p. 102. Aristæus memoravit, se Phœbo instinctum venisse ad Issedonas, supra hos incolere Arimaspos, super hos esse* HYPERBOREOS *ad mare pertingentes; ajunt Issedones esse homines* UNOCULOS & GRYPES AURI CUSTODES. Et CASSIODORI *variar. L. IX. c. 3. p. 502. Gryphes* AURUM *jugiter leguntur effodere.* Audiamus Rudbeckium d. l. *Usu receptum fuit majoribus nostris quotannis vere ad exercendam piraticam proficisci, & autumno domum reverti, id quod ex apparatu maritimo anno, cujus in L. L. Upland. Tit. Reg. cap. X. fit mentio, liquere potest. Quicunque igitur in litore aut finibus maris habitarunt, horum opera semper ad hoc vitæ genus paratissima fuit, quibus proinde* GRYPHORUM *titulus optime convenire poterat. Et ab his forte compluribus insulis ea mansit appellatio, qualem nunc in veteri sede Regia* GRIPHOLM *audimus. Toti quoque Sudermanniæ pro insignibus est Gryphus. Ad Norvagiam insulæ sunt Gryphorum nomine ad latit. grad 64. Mittimus loca reliqua conferimusque nos ad fortissimos Gigantes piratas, quorum hæc ad nos pervenerunt nomina, Gripnir, Gripar, Aurgripur, Gripstutr, Gardgripur, Widgripur, quos Edda in Gigantum nominibus recenset. Porro Gripdeild est præda apud* VERELIUM *in Indice Scand.* GRIPUR *quoque* AURUM *denotat, argentumque & opes alias quæ in prædam cedere solebant. Ipsam quoque piraticam, ut & auri custodes per* GRYPHOS *majores nostri satis docte adumbrarunt: cujus rei exemplum Verelius in lucem protulit, Herrandi Bosæque historiam edendo, in qua hi duo in Biarmiam ad expilandum fanum tetendisse memorantur. Ubi pervestigatis omnibus fani locis, ovum denique aureis literis ab omni parte insignitum, tantamque insuper auri vim, ut ei avehendæ vix pares viderentur, in* VULTURIS *sive* GRIPHI (*utrumque avis ejusdem nomen esse* EDDA *in avium nominibus nos docet*) *nido invenerunt.* Plura idem de gryphis hyperboreis Apollini sacris, Jovis custodibus & canibus, Gryphæ in sulis, notavit *P. I. p. 239. 386. 757. P. II. p. 49. 67. 559.* Mirum itaque non est, quod in antiquis Signis militaribus populorum Septentrionalium aliorumque, præcipue Suecorum, Rugiorum, Sarmatarum, Russorum, Lithaviorum, Moravorum, Venedorum, *gryphi;* in plurium autem insignibus gentilitiis iidem & *Leones* & *Aquilæ*, ex quarum partibus gryphi figura symbolica coaluit, conspiciuntur. Apud Italos etiam, Gallos Hispanos, quorum regiones *Gothi* & *Vandali* olim occuparunt, cognita etiamnunc sunt insignia *gryphorum* speciatim apud gentes de *Ferron, du Tour, Franciotti, Sarroni, Capeci, da Brevil Sacconet, Angeloni* teste FRANCISCO ANGELONI *in historia Augusta.* Nummum gryphi figura notatum, quem Otto Dux Austriæ Imperatoris Alberti filius, cudi jussit cum inscriptione: *Unguibus & rostro atque alis armatus in hostem,* laudant *de* STRADA *Geneal Austr. p. 452.* ROO *annal Austr. L. III. p. 89.*

Romana.

Historica.

Etymologica.

Sacra

Heraldica.

quod signum Albertus Dux suis etiam adseruit insignibus. In Raceburgensis episcopatus signo antiquo repræsentatur imago servatoris ex cruce pendentis; juxta caput sol ac luna adumbrantur, forte ad eclipsin miraculosam indicandam, inferius collocantur Maria ac Johannes. Mutarunt hoc signum Principes Mecklenburgenses novum insigne meditantes idque ducatui novo sive denuo Mecklenburgensibus asserto accommodatius, in crucem pedatam, ut vocant, seu ancoram argenteam mitra ducali tectam. Brachium, Stargardiense signum, cum annulo Schedius quidem ab Anthyrio derivavit, quem sub Alexandro M. militantem annulum pretiosum in Caucaso monte inveniisse huncque in clipeo nonsolum prætulisse sed & omnibus Ducibus Vandalis suis successoribus in insignibus gerendum tradidisse comminiscitur. In rei fidem scriptor citavit versum quendam veteris cantici Gothici, autoritate tamen oppido destituti. Et quæso, qui factum putaveris, ut ante Magni & Balthasaris tempora usque ad a. 1477. nemo unus Regum & Dominorum Megapolensium eo signo unquam usus fuerit? Nec audiendi sunt alii, perhibentes, quod Albertus, cum ad Principis Imperii dignitatem cum fratre Joanne a Carolo IV. Imperatore eveheretur, Imperatori lavanti adstiterit, annulumque ejus adservans, linteum supra brachium tenuerit vt Cæsar manus detergeret, præsente etiam electore Brandenburgico Camerarii munus obeunte & gutturnium porrigente. Sed hujus rei quidem mentio nulla facta est in solemni diplomate nec ulla ejus exstat alibi auctoritas, sola enim Schedii narratione nititur. Idem dicendum est de opinione eorum, qui tradunt, Stargardensem ditionem eo insigni notatam fuisse ideo, quia Henricus Leo illam jure matrimonii, cujus signum annulus est, cum Beatrice Brandenburgica inita recuperaverat. Fide historica satis constat, terram istam armis non amore restitutam fuisse; Magnum autem & Balthasarem, Henrici pinguis filios, incremento insignium suorum studentes, istud brachium exsertum annulo & fascia conspicuum adjeciisse. Ita vero invenitur in sigillis antiquis, ut ex angulo superiori dextra prodeat, brachiumque fascia obvolutum primis digitis annulum tenens; nubem enim addiderunt pictores, quos & heraldici plures secuti sunt. In monumento quodam sepulchrali ecclesiæ cathedralis Sverinensis pone altare quondam exstabat clipeus oblique sectus, ut alius solet, signum Sverinense, superiorem partem habens candidam, inferiorem rubeam, per quem protendebatur brachium illud cum omnibus reliquis adjungi solitis. Ex Sigillis patet, quod Pribislaus Parchimensium dominus, Henrici Burewini filiorum tertius a. 1241. hujus insignis partibus singulatim usus fuerit, præterque usitatum taurinum caput, quo communiter uti solebat, virginem nudam cum fascia in clypeo ostenderit, quam imaginem cultui gentilis superstitionis tribuunt. Deam enim Venedos in vexillis gestasse DITMARUS *Merseburgensis* auctor est, quam CRANZIUS *Vand. L. VII. c. 42.* pro Mariæ imagine, alii pro *Siwa & Disa* venditant. Inter bovis etiam cornua annulum gemma ornatum inseruit, quæ signa forte deinde conjuncta sunt. Horum tamen omnium loco quivis Principum nonnunquam pro suo genio alia substituit. Wertislaus enim Burewini patruus, quem Henricus Leo prope Malchovium interfecerat, virum fortem caraphracta indutum gladio accinctum, cum hasta dextræ addita, in insignibus prætulit. Porro *taurinum caput obliquæ positum* cum *lingua rubea exserta & pelle circa collum* Rixnerus antiquissimum venditat, a quo non dissentit *Spenerus*, ad distinctionem diversarum stirpium indicandam id inventum esse putans. In Henrici Leonis quodam Sigillo *in galea* supra struthionem quendam aliquod ejusmodi caput obliquum exstat. Præcipue illud in galea usurpavit an. 1456. sq. Henricus pinguis, qui obliquam tauri faciem elegisse videtur, ne erecta capitis figura obtegerentur struthionum & pavonum pennæ, quas taurino capiti in fronte & galea usitato, addere ipsi placuerat. Postea ipsius filii Magnus atque inprimis Balthasar idem caput obliquum in quartam transtulerunt aream, Magnus tamen diutius retinuit adversum caput ibidem collocatum sine palearibus & pellis particula. Lingua rubea exserta derivata est ex antiquioribus signis; in nummis etiam reperitur, qui linguam caspiti tauri adverso additam satis distincte produnt. Usi quoque sunt eodem insigni Magnus & Balthasar duces. Sub Henrici Leonis imperio post exstinctam antiquiorem ac inprimis Werlensem seu Gustroviensem stirpem an. 1436. conjunctim inserta sunt ejus armis singularia insignia Provinciarum, inter quas est Principatus Venedorum, signo Taurini capitis obliqui denotatus. Idem notavit CRANZIUS *Vand. L. XIV. c. 33 34.* ubi versatur in describenda pompa funebri Magni ducis. Inter *verticis* ornamenta occurrit corona aurea scuto imposita. *Spenerus* mitram Ducalem simul ibidem insertam esse putat. Coronam vero istam regiam a Carolo IV. donativam censet *Hoepping*; sed multo

Brachii cum annulo.

Fœminæ.

Tauri capitis obliqui.

Coronæ scuto impositæ.

multo antiquiorem illam esse recte statuitur. Neque vero eam prærogativam vel novum ornarum illum neglecturus fuisset Dux Albertus, qui corona quidem, sed capiti taurino imposita, usus est, non ea, quæ scutum contigit. Circa Christiani Ludovici ævum usus hujus coronæ raro occurrit; ipsius etiam insignia curialia an. 1660. ea carent. Albertus vero Rex Sueciæ ea usus est & ad posteros eandem propagavit. *Quinque galearum coronatarum*, clipeo impositarum natales vix indagare licet. Usque ad Henrici Leonis tempora circa an. 1320. nullæ galeæ seu clipei soli conspiciuntur, ut testantur sigilla. Hic autem primus duos clipeos induxit, galea aperta sine corona, tortili tamen diademate adjuncto munitos. Ejus vero filii primi Duces utrumque clipeum galea unica eaque clausa (vulgo *Steckhelm*) utpote satis antiqua nec dignitati præjudicium adferenti, cum diademate tortili tectum usurparunt. Henricus pinguis sigilla adhibuit cum galea solitaria sine corona, diademate tamen tortili instructa; ista quoque ætate insigne trium clipeorum ipsi placuit. Magnus & Balthasar quadripartitum clipeum cum insititio clipeo, amplexi sunt ornandisque insignibus intenti, telamones adjunxerunt & solitaria usi sunt galea, quæ etiam usque ad an. fere 1477. substitit, nisi quod *Leoni* duæ usu venerint. Sed Magnus dux non tantum primus coronam galeæ impositam adscivit, sed post ejus quoque tempora galeas ternas corona exornatas adoptarunt posteri. Jam enim Albertus pulcher ejus filius & Henricus pacificus illis uti cœperunt. Reliqua, quæ verticem exornant a variis successive accesserunt. Alarum expansarum jugum inter ea ornamenta facile antiquissimum, a grypho derivatum judicari poterit. Henricus Leo eo non solum, sed etiam dimidia vel potius minori ala, taurino capiti supra clypeum imposita, eodem tempore usus est, quin & cornua illa idem usurpavit, quæ proboscides seu elephantorum brachia a quibusdam scriptoribus heraldicis dicuntur. An vero hæc iisdem coloribus, quibus jam distincta cernuntur, exornata fuerint ex sigillis nemo definiverit. Aperturam quoque ista jam ætate in cornibus illis distincte observare licet. Clipeo, quem Henricus Leo gripho insignivit, galeam apposuit clausam, bovina pelle exornatam cum trifolio, ex cujus utroque latere duo cornua incurvantur, in limbo autem eorum plures oculi ex caudis pavonum ordine positi prominent, inferius duo cornua minora circa trifolium, incurva instar taurinorum superius exhibentur. Posteri ejus ista minus sollicite curasse videntur, nisi quod Johannes Stargardensis, ejus filius, eadem cornua, pavonum caudis, quæ oculis distinctæ sunt, ornata præ se tulerit. Alberti pulchri tempore tres istæ galeæ per boscides apertæ cum variis ornamentis apici adsertis adoptabantur. Taurinum caput paxillo infixum cum cauda pavonum jam Henrico Leoni ejusque filio in usu fuit; hinc ad Henrici usque pinguis ætatem pavonum cauda cum annexis neglecta fuit, nisi quod Albertus pulcher struthionicarum pennarum fasciculo galeam exornarit quin & solito taurino capiti octo stellas instar earum, quibus tauri astrum in Zodiaco obvium exsplendescit, addiderit; cui porro imposuit galeam clausam cum limbo latiori, pileum imitante, uti sigilla an. 1330. docent. Henricus pinguis, reliquis servatis, galeam apertam cum diademate tortili sine corona cum serie quadam pennarum struthionum incomta & post illas caudam pavonum delegit. Taurinum caput obliquum, quod Henricus Leo introduxisse censetur, hujus posteri in fronte galeæ reposuerunt; hinc Albertus I. addidit pellem eamque tegumenti sive conopei loco inservire voluit, quem morem Henricus pinguis ejusque posteri usque ad Adolphi Friderici ævum tuiti sunt, interdum tamen loco taurini capitis in paxillo pavonis caudam ponentes. *Pars antica* grypho insurgente & ad prædam parato itemque lanceis septem argenteis instructa, arbitrio Ducum *Christiani Ludovici* & *Gustavi Adolphi* inducta est. Vexilla vero ibidem obvia jam dudum apud Mecklenburgenses usitata fuerunt, & in ipsis conspiciuntur apice galeæ antiquiorum insignium urbis Wismariæ. Mire vero illa sæpe inter se variant; aliquando enim galeæ additi sunt duo rami, vel impositum est alvearium; alibi apparent lilia ex caule prominentia, interdum utrique lateri adjuncta est avis monstrosa, alibi arbuscula stellis consita, cui junguntur duæ aves retrospicientes; alibi occurrit equus sine ephippio & freno, liberum perens campum, alibi satelles capite operto & hasta instructus & quæ forte sunt variationes plures. Facile vero patet inter quinque ista signa in limbo conspicua & jam usitata, taurinum caput corona in fronte ornatum atque ex paxillo cum cauda pavonis prominent in medio positum, Megapolin designare; Rostochiensium vero esse gryphum illum dimidiatum expansis alis; cornua autem ad Suerinensem quidem comitatum referenda esse arbitrantur plures, sed frustra. Henricus enim Leo, antequam ab ejus filio hic comitatus ditioni Mecklenburgensium asserebatur, ea jam usurpavit &

Alarum, cornuum, pennarum.

Vexillorum.

grypho Roſtochienſium imponere ſuevit. Soli itaque hæc imperantium arbitrio ortum debere atque electionem facile patet. Inter ſcuto adjacentia primum locum occupant galearum tegumenta. Albertus & Johannes a patre Henrico Leone pellis partem circa galeam clipeo additam retinuerunt; Johannes tamen utrinque denticulatam & nodis accinctam expreſſit. Henricus pinguis tegumentum jam a pictoribus, frondibus mire exornari ſolitum amplexus eſt, neque tamen id filii & poſteri ſollicite curabant, quin Chriſtianus Ludovicus pallium Ducale ſubcinctum cum pelle hermionica ſubſutili ejus loco repoſuit. Colores horum *tegumentorum* cum ſignis, ad quæ referenda ſunt, conſentire debere, præcipit ars heraldica. Ad taurinum itaque caput in fronte conſpicuum item obliquum, ad Werlenſem ditionem ſpectans, requiritur niger color atque aureus; ad Roſtochienſem & Ducalem Suerinenſem coeruleus aureusque; ad Suerinenſem comitatum ſive ſignum inſititium referendi ſunt rubri atque aurei; ad Raceburgenſem & Stargardenſem rubei ac argentei colores. *Telamones* quoque varie mutati ſunt. Wertislaus adhibuit virum cataphracta indutum. Pribislaus Reichenbergi & Parchimi dominus virum delegit quadrangulo lapidi inſidentem, qui dextra taurinum caput in clipeo triangulo videndum exhibet, ſiniſtra enſem ſtrictum vibrat; Nicolaus Johannis Theologi filius Sverinenſium & Lubecenſium canonicus S. Catharinam ad taurinum caput ſuſtinendum adjunxit. Magnus ac Balthaſar duos interdum adjunxerunt angelos clipeum ſuſtentantes, interdum unicum delegerunt, qui poſt clipeum ſpectabatur. Sed publicam dignitatem hæc quidem ſigna nunquam tulerunt. Henricus pinguis primus telamones adſcivit a dextra gryphum, a ſiniſtra taurum nigrum, ſervatos deinde & adhuc uſitatos. Balthaſar tamen in Sigillo quodam duos gryphos ac Chriſtianus Ludovicus eorum loco Leones aliquando, quin & in moneta Raceburgenſi angelos nudos adhibuit, a Rege vero Galliæ equeſtri S. Spiritus ordine donatus angelos inſigni Gallico adjunctos ſibi adlegit peculiariter, ad commune Mecklenburgenſium minus pertinentes.

Tegumentorum.

Telamonum.

A rebus hiſtoricis depropero ad ſacra jurisprudentiæ Cimbricæ, ſpeciatim ad explicationem juris, quod in diplomatibus laudatur, *Holerici ſeu Hallici*. Audiamus verba Adolphi Ducis Sleſvicenſis & Comitis Holſatiæ in literis an. 1438. promulgatis: *Betügen apenbar in deſſen Breve, vör alſs weme, dat wy vær uns, vör unſe Erven unde vör unſe Nakomlingen, umme ſunderger Woldat unde Behegelicheyd willen, de wy hebben to dem Erwerdigen in Gode Vater unde Heren, Heren Johanne, Biſchoppe to Lübeck, hebben gegünd unde togelaten den Inwoneren im jegenwardighen unde thokommende der twyer Torper, Sammale unde Cernecouwe, in dem Kerſpel to Uthin belegen, dat ſe mægen hebben Hollſtenſch Recht, unde nicht mehr dorven ſocken* HOLLENSCH RECHT, *ſo ſe went an deſſe Tyd pflichtig hebben gewæſen to donde, jedoch* ſcholen ſe vorplichtedt weſen dat Godingh to ſockende, *lieck andern Inwaneren unſes Landes in deme Hollenſche Rechte vor de gewyſet werden, dat Gedingh to ſokende.* Adolphi inſtituta ſecutus eſt Chriſtianus I. Rex Daniæ, qui an. 1470. Jus *Hollicum* in terris & præfecturis Wilſtriæ & Crempæ paluſtribus abrogavit, dimiſſis, qui judiciis ruralibus hucusque præerant Scabinis & ſcultetis. Ne vero agendi regula deſtituerentur incolæ; rex glorioſiſſimus præcepit, ut actiones componerent ad normam & uſum juris *Holſatici*. Injunxit itaque ſpeciatim præfecto Steinburgenſi, ut cauſas ſecundum jus Holſaticum definiret, relicta tamen partium libertate, a data ſententia provocandi ad judicium Wilſtrienſe & Crempenſe provinciale, *den Wilſtriſchen Goeding*, conſtituendum a quatuor viris probæ famæ ex ſingulis quidem parochiis ablegandis. Neque tamen omnis provocandi ab hoc judicio facultas præſciſſa eſt litigantibus. Juſſit enim Chriſtianus I. ut a placito Wilſtrienſi recurratur ad judicium pagenſe Bramſtedenſe, *den Goding zu Bramſtede*, ab hoc denique ad ipſum majeſtatis regiæ tribunal ordinumque provincialium arbitrium. Momentoſum, fateor, eſt diplomatis & inſtitutionis Chriſtianeæ argumentum, dignum quod explicetur fide monumentorum patriæ. Variæ de jure *Hollenſi* vel Hollerico (a) exſtant virorum rerum hiſtoricarum peritorum conjecturæ, quas enarrabo. Ad Patriæ JCtos quosdam anonymos, in Schedis MSC. Bordesholmenſibus provocat B. *Hinr.* MUHLIUS aſſerens, quod JCtorum fide per jus *Hollicum* intelligendum ſit *Speculum Saxonicum*, ſed quamvis facile conceſſerim, quod Speculi Saxonici

Explicatio juris Holerici ſeu Hallici.

an. 1438.

1470.

An ſpeculum Saxonicum?

Jus Hallicum an ſit Danicum.

(a) Incognita multis viſa eſt mentio *juris Hallici* adeo ut AUTOR *des Verſuchs einer hiſtoriſchen Nachricht von der Stadt Hamburg T. II. l. 10. 11. in Myſtica interpretatione capitulationis Regis Chriſtiani I. a. 1460.* illud reddiderit *das Denſche Recht.* In apographo Saxonico producto *in Actis Dennemarck contra Dennemarck in cauſa fractæ pacis publicæ a. 1525.* legitur: *Dat* HALLSCHE *Recht, hef wy in den Landen Holſtein und Stormarn* HALLISCH *oder ander Recht, de dat wyll affetten, willen en wy ſolches afleggen unde günnen ehne* HOLSTEN RECHT. Abrogationem itaque juris *Hallici* jam tum a. 1460. promiſit Rex ordinibus, decennio poſt ſuſceptam.

nici autoritas in civitatibus Cimbricis, introducto jure Lubecensi, sensim eviluerit, tantum tamen abest, ut evanuerit prorsus, ut eodem pagi & præfecturæ omnes, tanquam jure communi, civitates autem tanquam subsidiario utantur etiamnunc. Ad veri speciem magis accedit conjectura, qua *Jus Hollense* dicitur *Jus Magdeburgicum*, quod non solum in ipsa Metropoli civitate Magdeburgo, sed etiam *Halæ* Saxonum, Scabinagio celebri instructæ, olim tantam autoritatem obtinuit, ut non solum ad jura & judicia Magdeburgi & Halæ plures, diffitæ etiam gentes Poloni, Bohemi, Silesii, Lusati, tanquam ad oraculum in rebus dubiis confugerint; sed & *ipsum Jus Magdeburgicum nonnunquam* sub *juris Hallensis* nomine venerit in chartis & documentis Germaniæ (b). In remotiores etiam angulos Stormariæ & regiones Wilstriæ & Crempæ dignitas juris Magdeburgici facile penetravit, si verum esset, quod de ejus usu apud Hamburgenses statuit LAMBECIUS *Ker. Hamb. L. II. p. 45. 75.* Accedit conjunctissimum, quod Holsatos inter & Hallenses intercessit commercium; nonsolum enim fratres Bordisholmenses, in quorum dominio olim fuit Bannus Saxonum, in Wilstria situs, fraternitatis foedus pepigerunt an. 1302. cum fratribus *Hallensibus* (c), sed & ipsum coenobium Bordisholmense ab archiepiscopo Bremensi Henrico an. 1487. *quoad jus visitandi, ob meliorem observantiæ regularitatem, subjectum fuit monasterio novi operis prope* HALLAS. Adde, quod Holsatiæ civitates hoc ævo jura Lubecensia adoptantes non adeo receptionis limites transilierint, ut vetusta *jura Saxonica*, inque *Speculo* passim recte contenta ejuraverint prorsus, ut potius his reliquerint valorem originarium & illis usum, ut supra dixi, suppletorium. Constat etiam quod Seculo XI. & XII. præcipue tempore Henrici Leonis, Saxonum coloniæ ex ipsis Saxoniæ, Magdeburgi, Halæque ditionibus in regiones transalbinas deductæ fuerint, quarum pars consedit in illo paluſtrium terrarum tractu, qui & hodie nomen *des Sachsen-Banns* sortitur a *societatibus Saxonum*, quorum memoria superstes est in appellationibus pagorum Wilstriensium, *Halæ* nomen referentibus, *Halenbrock, die Kirche Hale, Osterhelle, Hahle* (vico inter Hanrau & Jewenstede) *Halle & Halenbeck*, fluviolis. Sed corruunt hæc argumenta e vestigio, si ad primum & secundum notaveris, quod de recepto jure Magdeburgico in Wilstria nil constet ex documentis fide dignis; ad tertium vero & ad chartas Bordisholmenses responderis: quod a procuratione coenobii Bordisholmensis ad receptionem juris Hallensis nulla valeat consequentia; ipsa etiam diplomatis verba, quæ de jure visitationis ecclesiasticæ speciatim agunt, non extendenda sint ad jura civilia. Quarta ratio ultro concidit. Supra enim probavi, Holsatos nunquam Jus Magdeburgicum recepisse, quamvis uti coeperint Speculo Saxonico, in pactis Bordisholmensibus a. 1522 (e) & in ordinatione provinciali P. II. T. 3. commendato. Quamvis etiam Holsati & Saxones Wilstriæ tenaces omnio fuerint consuetudinum veterum Saxonicarum civilium (f) inde tamen male infertur, sanctionem Christiani I. respicere ad jura Saxonica; quorum tamen vigor apud Holsatos avitus est ac domesticus, nullo non tempore abrogatus. Demum etiam appellationes pagorum & ecclesiarum Wilstriæ ab Halis Saxonum repetitæ natales suos forte debent vel ipsis fundatoribus Hollandis (g) pari ratione, qua tractibus quibusdam Wilstriæ ab iisdem nomina Belgica *Grönland, Eyskopp, Elsekopp* sunt indita. Portentum sibi ex jure Hallico finxit *Ulricus Petersen* in litteris ad H. MUHLIUM scriptis contendens: *Ich halte Halsch-Recht sey von seiner Strenge genannt das Hellsche Recht*

An Jus Magdeburgicum & Hallense.

An jus Hellense?

(b) Testante charta Ottonis Marchionis Misniæ apud LUNIGIUM *Archiv. imp. P. sp. cont. IV. P. II. p. 590.* & SCHNEIDERUM *Chron. Lausic. p. 88; Misnensis Marchio Lypz ædificandam distribuit sub* HALENSI & MAGDEBURGENSI *jure.* De celebritate autem, quam jus Halense ex Scabinagio nactum est, testatur *jus Weichbild. art. X. §. 1: Estque Magdeburgum civitas totius provinciæ Saxonum præcipua, capitalis ac senior, & civitas* HALLENSIS *super jure illius fundata est &* UTRAQUE UNO *utitur jure. Ea propter omnes de Polonia, Bohemia, de Marchia Meisnensi & Lusacensi civitatibus illis subjectis, quæ jure Magdeburgensi locatæ sunt, jus suum ex* HALLA *reportare debent. Si vero Hallenses sententia deficiant, vel invenire ignoraverint, eandem quærere & reportare ex Magdeburgo coguntur.* Plura vide apud LUDEWIGIUM *præf. T. X. Reliq. p. 64. & diss. de ætate puberum c. 3. p. 64. nota X.* LEUBERUM *ap. ill. de Meiern actor. pac. Westph. T. III.* *Jus Magdeburgicum dictum Hallense.*

(c) Diploma ap. MUHLIUM *histor. eccles. Bordish. p. 595.*

(d) Charta exstat *in T. II. Monum. med. p. 466.*

(e) Tabulas ipsas post *Huitfeldum, Svaningium, Petersenium, Pontanum* edidit JARGOVIUS *Tr. de regalibus app. p. 51. sq.*

(f) Illustratur hoc charta & judicio consulum juratorum oppidi & parochiarum Wilstriæ & Ellertevlete *de quibusdam bonis in Wilrekesmore a. 1349: Prædictorum nostrorum conterraneorum injusta non immerito dicitur petitio & instantia, eo quod præfati domini ante centum annos a præsenti & ab olim semper in sua possessione pacifica, dicta bona, pro quibus nunc vexantur, habuerint, & instantia per quosdam paludenses (Wilstrienses) similiter nostros conterraneos, ante triginta annos a præsenti, ipsis dominis super eisdem bonis mota, jure* CIVILI, BANNO SAXONUM, *de minori judicio ad majus, de primo ad tertium,* MORE TERRE, *eisdem dominis adjudicata, & contra suos tunc adversarios sententionaliter fuerit reprobata.*

(g) Forte & a familia nobili *der von* HALEN de qua gente vide MOLLERUM *Introd. in histor. Cbers. Cimbr. p. 207.* & RANTZOVIUM *in Genealogia Henningesiana nobilium Holsat.*

Recht, und auch deswegen von Chriſtiano I. eingeſtellet worden, wie das alte Rieper - Recht und die Weſtphæliſchen occulta judicia; daher ſind auch in Wilſtriſchen die Oerter Helle, Oſterhelle, Hellia. Aliam mox in iisdem litteris ſuppeditat *Benningii* cujusdam conjecturam, pergens: *H. Benning meynt, es ſey das alte Holſteiniſche Recht von Chriſtiano I. abgeſchaffet, welches die alten Holſten, ehe ſie den Sachſen-Spiegel angenommen wieder den Königlichen Dæniſchen Ambtmann zu Segeberg vormahls tempore Waldemari mit dem Schwert defendiret haben, und welches ohne Zweiffel in Schrifften verfaſſet geweſen, nunmehro aber verlohren worden.* Enim vero, quod de ſcripto Legum vetuſtarum Holſaticarum codice adſeritur, ſatis ſupra confutatum eſt. Jus ipſum, ad quod nobiles Holſati provocarunt, continebatur conſuetudinibus & avitis Saxonum inſtitutis domeſticis, quorum quidem ſcriptam conſignationem ab Holſatiæ proceribus fruſtra poſtulaverat præfectus Segebergenſis. Neque in hanc rem citandum eſt *vetuſtum jus judiciale Pagenſe Holſaticum* vulgo *Ding und Recht* vocatum, ſcriptum quidem, ſed nunquam abrogatum & in ipſis Wilſtriæ regionibus hodieque uſu pollens. Niſi me fallat conjectura, *jura Hallica* ſeu Holerica a Chriſtiano I. proſcripta & cum jure Holſatico commutata, ipſa ſunt jura *Hollandica*, ab advenis Hollandis terrarum patriæ manſuariis in terras Holſatiæ invecta (*). Fide annalium conſtat, quod Seculo XII. numeroſæ coloniæ ex Batavia accitæ terras Holſatorum occupaverint, agrosque, bellorum Slavorumque devaſtationibus deſertos redegerint in ſtatum florentem opera, ſudore & aratro. Teſtatur hoc ipſum argumentum privilegii *Hollandis* a Friderico Archiep. Bremenſi an. 1106. conceſſi (h): *Pactionem quandam, quam quidam cis Rhenum commorantes, qui dicuntur* HOLLANDI, *nobiscum pepigerunt, omnibus notum volumus haberi. Præſati igitur viri majeſtatem noſtram convenerunt obnixe rogantes, quatenus terram in epiſcopatu noſtro ſitam hactenus* INCULTAM PALUDOSAMQUE *noſtris* INDIGENIS *ſuperfluam eis ad excolendum concederemus; ad Synodalem* JUSTITIAM *& conſtitutionem* TRAJECTENSIS *eccleſiæ nobis ſe per omnia obtemperaturos promiſerunt. Judicia & placita* SECULARIS *legis, ne ab* EXTRANEIS *præjudicium paterentur, ipſi ut omnes inter ſe rerum diſſenſiones definirentur de ſingulis centum manſis duas marcas ſingulis annis ſe perſolvere aſſeruerunt.* MAJORUM PLACITA *ſive* JUDICIA, *ſi ipſi inter ſe definire nequirent ad epiſcopi audientiam referrent.* Patet itaque, quod *Hollandi* extra patriam fortunarum ſedes figentes, ſedulo ſibi proſpexerint, ne alienis inſtitutis adſtringerentur. Equidem MUSHARDUS *in monumentis nobilitatis Bremens. p. 27. terram paludoſam in privilegio Cæſaris laudatam*, ſpeciatim accipit pro terra Hollandorum Bremenſis (i) ditionis; ſed nihil obſtat, quo minus terræ conceſſæ ſatis amplæ tractum univerſim dixeris regiones paluſtres, pedo Epiſcopali Hamburgenſi ſubjectas, quibus annumerantur terræ Wilſtriæ & Stormariæ paludoſæ. Facit huc Adalberonis Epiſcopi Hamburgenſis donatio an. 1141. qua S. Vicelino *contulit decimas juxta Wilſtriam fluvium, nec non & illas quæ ſunt in auſtrali plaga fluminis Sturæ, videlicet a flumine Luteſon usque ad montem Bredenberg.* Nec non ejusdem Charta an. 1142. *qua donavit eidem eccleſiam Bishorſt in ripa fluminis Albiæ ſitam cum banno ſimul & cum omnibus appendiciis ejus acquiſitis vel acquirendis, geteicht und ungeteicht.* Sponte ſequitur Hamburgenſem præſulem hos quidem terrarum tractus vel poſſediſſe vel earum poſſeſſionem ſibi arrogaſſe (k). Utcunque ſit, id certum eſt, quod Seculo XII. (l) numeroſa *Batavorum, Flamingorum* (ll), *Saxonum, Weſtphalorum* multitudo in omnes fere terras paluſtres cer-

An Holſaticum?

Conjectura mea de jure Hollandico.

Fide diplomatis 1106.

(*) Quamvis vero jura Hollandorum *aſingica* & *Schepedomica* in Wilſtriam a novis colonis introducta ſint; ſalvas tamen omnino alibi & in his terris dixeri avitas conſuetudines, nova receptione jurium haud abrogatas. Exemplum habes in jure excludendi matrem a ſucceſſione filiali, a quo jure recedunt jura Belgica, ſcabinica & Aasdomica. Ex adverſo autem ex Wilſtriæ conſuetudinibus antiquis obtinuit matris excluſio, invecto jure Hollandico non abrogata. GROOTIUS *Introd. in jus Belg. L. 2. c. 28. Simon a* LEUWEN *Rooms Holland. Regt L. III. P. XII. p. 254.* HIER. MÜLLER *diſſ. de ſucceſſione ab inteſtato ſecundum jus civile, Hamburgenſe & Belgicum c. 2. p. 110. 112. ſqq.*

(h) *Ap.* LINDENBROGIUM *S. R. Septentr in diplomatibus Hamburgenſibus n. 35. p. 148.*

(i) Non plane exiguis limitibus circumſcriptas fuiſſe novas poſſeſſiones Hollandorum, eosque regiones Albi fluvio in utraque ripa adjacentes, culturæ quippe & commerciis accommodatiores ſibi elegiſſe, probatur ex charta Rudolphi epiſcopi Verdenſis a 1197 apud VOGTIUM *monument. medit. rerum Bremenſ. & Verdenſ. P. III. p 249: Item omnem terram & ſolitudinem juxta Eſchedam verſus orientem de villa Buxtehude uſque ad Hollandros contulerunt.*

(k) In diplomate enim Henrici Leonis a. 1148. hæc donatio a comite Adolpho & ab omnibus Holſatis facta dicitur. Diploma exſtat *in Chartulario Bordish: h. a. & ap.* MUHLIUM *hiſtor. coenob. Bordish. p. 485. 487 549.*

(l) Quod Belgæ coloni inhabitare cæperint tractum Utinenſem teſtis eſt LATOMUS *ad a. 1141. 1143.* PRESBYTER *Brem. ad an. 1139.*

(ll) Hinc multæ voces Holſatorum natales debent Hollandis. Pertinet huc, ROLLHAGENII obſervatio vocabulum Belgicum *Adebar* (ciconia) ab Hollandis in Holſatiam deductum. Apud Kilonienſes a *Flamingis* (non a flaminibus

certatim migraverit, quin præmiis promissis ad colendos agros desertos & exstirpandos Slavos evocata fuerit in *Marchiam*, *Megapolin*, *Holsatiam & Wagriam*, studio *Alberti Ursi* Marchionis, *Adolphi* Comitis Holsatiæ & *Henrici Leonis* principis & veri Theseï præcipue. Testimonium defero PRESBYTERO *Bremensi ad an. 1139. T. III. monum. Cimb. p. 53. Misit* (Albertus) *legatos ad* FLANDRIAM, HOLLANDRIAM, TRAJECTUM, WESTPHALIAM, & FRISIAM *faciens proclamari, quod quicunque agrorum penuria uterentur, venirent in terram suam spaciosam & fertilem in terra 4 agrorum, olim Slavorum exinde expulsorum, &* PRÆCIPUE STORMARIS & HOLSATIS *dixit, quod ipsi in eligendo quamcunque partem habere vellent, eo quod sanguine* PARENTUM *suorum ea mercati essent, præferri deberent. Et dedit Holsatis terram a Bornhovede usque Segeberg & Polonentze. Westphalis dedit solum Dargunensem;* HOLLANDIIS & FRESIS *dedit Susle, Oldenburg, Lutkenburg, & eis mare adjacentes dedit Slavis, faciens eo sibi peramplius tributarios.* Eadem repetiit HERMANNUS de LERBEKE *Chron. Schauenb. ap Meibom. T. II. S. R. G.* Præcipue testatur HELMOLDUS *Chron. L. I. c. 57. § 12.* ADOLPHUS *Holsatiæ Comes coepit an. 1140. reædificare Castrum Sigeberg, cinxitque illud muro; quia autem Terra deserta erat misit nuncios in omnes Regiones* FLANDRIAM & HOLLANDIAM, *Trajectum, Westphaliam,* FRESIAM, *ut quicunque agrorum penuria arctarentur, venirent, cum familiis suis accepturi terram optimam, terram spaciosam, uberem fructibus, redundantem pisce & carne, & commoda pascuorum gratia. Dixitque Holsatis & Sturmariis: Nonne vos terram Slavorum subegistis, & mercati eam estis in mortibus fratrum & Parentum vestrorum, cur ergo novissimi venitis ad possidendum eam? estote primi, & transmigrate in terram desiderabilem; & incolite eam, & participamini deliciis ejus, eo, quod vobis debeantur optima ejus, qui tulistis eam de manu inimicorum. Ad hanc vocem surrexit innumera multitudo de variis nationibus, assumptisque familiis cum facultatibus, venerunt in terram* WAGIRENSIUM, *ad Comitem Adolfum, possessuri terram, quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holzatenses acceperunt sedes, in locis tutissimis, ad occidentalem plagam Sigeberg, circa flumen Trabenam; Campestria quoque Zventinefeld, & quicquid a rivo Sualen, usque Agrimeson, & lacum Plunensem, extenditur, Dargunensem Pagum, Westfali;* UTINENSEM, *Hollandi: Susle, Fresi incoluerunt &c.* Et ad an. 1162. *Ad ultimum Albertus deficientibus sensim Slavis misit* TRAJECTUM *& ad loca Rheno contigua, insuper ad eos qui habitant juxta oceanum & patiebantur vim maris, videlicet* HOLLANDOS, SEELANDOS, FLANDROS, *& adduxit & eis populum magnum nimis, & habitare eos fecit in urbibus & oppidis Slavorum, & confortatus est vehementer ad introitum advenarum episcopatus Brandenburgensis & Havelbergensis eo quod multiplicarentur ecclesiæ &* DECIMARUM *ingens succresceret possessio. Sed &* AUSTRALE *littus* ALBIÆ *ipso tempore coeperunt incolere* HOLLANDIENSES ADVENÆ *. ab urbe Saleveldele* (Saltzwedel) *omnem terram palustrem & campestrem, terram quæ dicitur Balsemerland* (in veteri Marchia) *&* MARSCINERLANDE, *civitates & oppida multa usque ad saltum Bohemicum possederunt Hollandri; siquidem has terras* SAXONES *olim inhabitasse feruntur tempore Ottonum. Prævalentibus postea Slavis Saxones occisi & terra a Slavis usque ad nostra tempora possessa, nunc vero a Domino Duce nostro* HENRICO LEONE *Slavi sunt propulsi & venerunt adducti de finibus Oceani populi fortes & innumeri.* Denique & testis est ALBERTUS *Stadensis ad an. 1163.* Albertum Marchionem *terram suam occupasse* HOLLERIS (m), *Selandiis &* FLAMINGIS. Quod autem Hollandi speciatim in terris palustribus *Wilstriæ*, agrorum insigni ubertate te commendantibus, sedes sibi constituerint; id quidem facile probatur ex CHARTA *donationis Alberti de Orlamünde an. 1221. Monument. ined. T. II. p. 29.* qua coenobio Bordisholmensi contulit *decimas omnium proventuum tam in judiciis, quam in reditibus in Holsatia,* quæ VETUS TERRA *dicitur* (n) *inter* SAXONES & HOLLANDIOS. Ab illis, eorumque tractu, sine dubio nomen invaluit *der Sachsen-Bann* (o); ab his vero tractus dicitur *Hollan-*

---

nibus gentilium) etiamnunc nomen servat *die Flæmsche Gasse.* De jure Flamingorum in Thuringiam, Saxoniam, Schwartzburgum & in Borussiam a Flamingis invecto vide HARTKNOCH *diss. 7. Frisch in Supplem. ad Besoldum p. 737.*

(m) Hollandi ergo & Holleri item Holerici sunt Sinonyma, inde jus Hollandicum, Hollericum cet.

(n) Forsan hic ipse terrarum tractus est qui hodie audit: *Die Wilstrische alte Seite.* Sunt, qui Wilstriam appellatam putant a *Welle*, terrena mole, vallo.

(o) *Sadelbandia* & *Sadelbendingi* laudantur in antiquis chartis citatis *T. II. Monument. ined. præf. p. 73* & in *Ordaliis Sadelbandia Hamburgensibus a* 1270 *b. l.* & apud *Dn.* BESSEL *in Chron. Gotwic. p.* 661. Sabalingorum meminit RUDBECK *At-an sit pactum lant. T. I. p.* 530. De significatu vocis JOACH GEORGIUS *de* PLOENNIES *in Observatione singulari* apud ESTOR *P. VII. ganerbinatus. der kleinen Schrifften p. 518*, statuit, quod denotet constitutionem pacis castrensis seu foedus, securitatis gratia in certo

Hollanderbann. In documentis latinis an. 1349. 1377. (p) idem Saxonum Wilſtriæ tractus laudatur *terra* JURIS SAXONUM, BANNUS *Saxonum*; bonaque Novimonaſterienſi eccleſiæ donata dicuntur ſita IN JURE SAXONUM *dem Sachſen-Bann.* Ex oppoſito *Bannus Hollandorum eſt terra juris Hollandorum*, quorum Leges & PLACITA MAJORUM ipſa fuerunt jura HOLLANDICA ASINGICA & SCEPEDOMICA, *Scheppen-und Schulten-Recht* apud Batavos uſitata & inde in terras paluſtres Wilſtrias & Crempenſes invecta. Plane id illuſtrat *M.* MARCUS JORDANUS *Conſul & Mathematicus in Chronico Crempenſi MSCto ab 1435.--1590.* ubi ad 1470. ita: *Anno 1470. ward den Marſch-Lüden er* SCHEPEN-RECHT *genamen und kregen Holſten-Recht.* Noli intelligere jura maritima vel aggeralia; non hic de navibus ſed de Scabinis ſermo eſt. Sine dubio a Wilſtriis & Crempenſibus receptum erat jus Hollandicum utrumque antiquum *Selandicum*, Batavis *Scabinicum Schependohms-Recht*, a Scabinis, Schöppen, appellatum & jus *Aasdomicum* ſeu *Friſicum vetus*, *Aſingicum*, Belgice *Aesdomsrecht*, ab Aſingiis ruſticis, qui ruri jus *dicentibus* præerant ita nuncupatum (pp). Illo utebantur urbes & agri Hollandiæ meridionalis, quæ Rheno & Moſa concluditur, cujusque Metropolis eſt Dordracum; hoc autem & Aſingico jure utebantur incolæ regionum trans Rhenum & Yſſalam ad aquilonem poſitarum, Hollandiæ ſcilicet ſeptentrionalis, Kemmerlandiæ, Weſtfriſiæ & totius Zeelandiæ, licet magna territorii pars cis Rhenum ſita ſit ad Africum, ſolos Haga Comitenſes & Roterodamenſes ſi exceperis, qui, quamvis ad plagam Yſſalæ *borealem* reſpiciant, *Scabinico*, tamen ſive

certo tractu initum, *pactum Ganerbinatus* in Saxonia inferiori celebratiſſimum, quod in ſuperioribus provinciis, a burgis & caſtris vocatum eſt *Burgfried.* Aliam ſententiam tuetur *illuſtris de* MEIERN *ap.* ESTOR *l. c. P. XI. pag. 399.* latius expoſitam in *Notitia actorum contra Lubeck ed. 1738. p. 32. & in der gründlichen Nachricht von der a. 1359. an der Stadt Lübeck verpfændeten dominio & Advocatia zu Mölln ed. 1648. p. 89.* ubi per *Sadelbandiam* intelligit terrarum tractum fluviis Travena, Billa & Stekenitza comprehenſum, appellatum quidem a Friſico *Sad* foſſa, quaſi dixeris *terram* foſſis undique diſtinctam. Nec tacenda eſt opinio ECCARDI *etymol. p. 51.* ubi *Satenbann* explicuit ſocietatem, confoederationem, quæ unita conjunctim conſidet, a *ſaten* ſedendo, uniendo, inde SATE conjunctio ad refrænandos turbatores pacis cauſa inita, docente LEIBNITIO *Collect. Etymolog. P. II. p. 51.* & SATEBRIEF, FRIDENS SATE, pactum pacis publicæ cauſa initum CHRON. *Lunæb. ap.* LEIBNITIUM *S. R. B. T. III. p. 190. 191*; SATEBUCH liber ſtatutorum unanimi civium arbitrio ſancitus docente WALDSCHMIDIO *de fide diplomatum p. 48.* BURI *ad Schilterum p. 118.* Quarta opinio eſt STRUBII *Obſerv. XI. p. 279.* conjicientis, Sadelbandiam eſſe *Freyband.* Incolæ enim terrarum paluſtrium ſuismet ſumptibus aggera exſtruentes & munientes non adnumerandi ſunt hominibus cenſualibus glebæque adſcriptis; ſed præcipuo quodam jure gaudent, libertate, immunitatibus & privilegiis inſtructi. Me quidem conjiciente Sadelbandia eſt *bannum Saxonum*, poſſeſſio & jurisdictio tractus a Saxonibus advenis occupati & exculti. Seculo enim XII. Saxones ciſalbini & Hollandi ſedes fixerunt in terris Holſaticis, ſpeciatim in tractibus Crempenſibus, Wilſtrienſibus, Othinenſibus. Ipſe diſtrictus Campimarchiæ, quæ inter Travenam ad Vogteiam Lauenburgenſem uſque protenditur, in chartis vocari ſuevit *Sadelbandia, beſchlaten Land manck alten Heerſchoppen, Vogedeyen, Gerichten und Herlicheyden, dat genömet unde geheten is dat Land to Sadelbenden, dat ſick angehevet vom der Landwere to Lübeck uppe jenne halve to Krummeſſe uppe deſſe, Syd der Waters na der Traven, dat ſick menghet myt der Geveſchop to Stormern unde vort twiſchen der Traven, unde all Bilanges dale vor olde Möllu, Bredefeldt, und Horgenbecke unde vort grenſet unde vöret uppe der Billen, unde ſick bredet unde wendet bet an de Vogedye to Lauenborch*, ſide chartæ apud ESTOR *l. c. P. VII. p 526.* & AUTOREM *der gründlichen Nachricht von Möllu in Append. n. 23. p 33.* Accedit charta fundationis eccleſiæ Raceburgenſis an. 1158. *T. II. Monum. ined. Curiæ vero epiſcopales ſunt hæ in Raceburg, Verchovie, in Breken Lubin, Maliante, Greſſowe, in Wanninege Malke*; *in* BOYCENBORG *Berin* SADELBANDIA; *Putrowe (hodie Petrau pagus Vogteiæ Lauenburgenſis)* & porro: *Damus etiam eidem Raceburgenſi Epiſcopo & ſuis ſucceſſoribus & libere præſtandas remittimus omnes eccleſias cum jure præſcripto in terra Baitin, eccleſiam in Nuſce, eccleſiam S. Georgii in Raceburg & eccleſias adhuc in ſylvis fundandas, per totam* SADELBANDIAM *& in Gamma & in ſylva nondum culta.* Quibus adde verba diplomatis Ludolphi Epiſcopi Raceb. a. 1247. qua curiam BANNI *in Sadelbandia & Gamma* reſignat præpoſito Raceburgenſi *in Monum. ined. T. II. p. 2080.* Conſtat etiam *Saxones* nonſolum in Holſatia; ſed & in terris Megapolitanis conſediſſe, tractumque ibidem *Grövismolenſem* appellaſſe *Sadelbandiam*, fide diplomatum quæ citata ſunt in præfatione *T. II Mon. ined. p. 78.* Sæpe in ipſis chartulariis latinis & germanicis *Sadelbandia* appellatur jus (*juriſdictio, judicium*) SAXONUM, *bannum Saxonum, Zaſſenbann, Saxenbann.* Docet hoc inſtrumentum venditionis in diplomatario Bordish. a. 1372: *Vendidimus diſcreto viro dicto Koeding & ſuis veris hæredibus, terram quæ dicitur* ZASSENBANN, *cum paſcuis & pratis & cum omni proprietate, ſicut jacet in ſuis diſtinctionibus in terra* WILSTRIA. Et in alio a. 1317. *bona novimonaſterienſi eccleſiæ donata & in* JURE SAXONUM (*Zaſſenbann*) *ſita.* Denique in charta Henrici & Nicolai Comitum Holſatiæ a. 1361. *confirmamus donationem bonorum ſitorum in* JURE SAXONUM; theotiſce *Saten Recht*, quemadmodum ſæpe in antiquis chartis laudantur *Holtſaten, Oltſaten, antiqui Saxones*, in Holſatia ſedentes. *Banni* autem vocabulum in antiquis monumentis aliquando denotat TRACTUM *regionis, termmos*, CONJUNCTIONES, FINES *&* OBLIGATIONES COMMUNES (inde Belgica, Ditmarſia, & Saxonica *Bant, Oogſterbant, Brachbant, Bukenbant, Brabant, Teichband* apud Wilſtrios & Ditmarſos, *Cronsmoreband in diplom. Raceb. a. 1340. Bannleuca, Bannmile ſeu Landwere*) aliquando mulctam & proſcriptionem (hinc *Isbann, Mezibann, Reichsbann, Kirchenbann*) ſæpius confoederationem, quin juſtitias regales, bannum ſeu *ſupremum regium*, plerumque autem ipſam jurisdictionem, JUDICIA *bannaria ſeu* JURA *communis civitatis in urbana vel ruſtica & prædialis.* Refer huc voces *Bannerii* judicis, Baronis, vexilliferi, *bannire*, ſtatuere, *Heribanni, Banni Croatiæ, Slavoniæ, Burgbanni, Bannleute, jurium bannariorum ſeu colonariorum, banni foreſtalis* aliaque plura de quibus vide *Wachterum, Schilterum, Spelmannum.*

(p) Diplomatarium Bordisholm. *num. XXXIII.*

(pp) Audiamus GROTIUM qui *c. l p. 97.* recenſitis nominibus oppidorum *jure Aſingico* utentium, de ſignificatu vocis diſſerit: *Om nu to verſtaen, warom het* VRIESCHE REGT AESDOMS-REGT, *ende het Zeeuſche Regt,* SCHEPENDOMS-REGT, *wert genoemt, dient to weten, dat in Vrieſsland van ouds het regt vordeede, maar dat het vonnis wiert geweſen by de*

Terra foſſis diſtincta. Confoederatio.

Terra libera.

Bannum Saxonum advenarum.

In Holſatia & Lauenburgo.

Megapoli.

Wilſtria.

Teſtimonium Grotii.

sive *Selandico*, non *Asingico* jure reguntur docentibus GROTIO *Intr. in jurispr. Bat. L. II. c. 28.* NEOSTADIO *Observat. rerum judicat. observ. 2. Jo. de* LAET *descriptione Belgii p. 109. 112. sqq.* VON DER WORM *Verhand. van het Hollandsche Zellensche, Westfrische Verst-Recht* P. VI. §. 2. Ab Hollandis Septentrionalibus & Westfrisiis itaque vetustum jus *Aasdomicum* cum advenis Batavis transiit etiam in Wilstriam & Holsatiam. Testes sunt HAMELMANNUS *Chron. Oldenb. p. 457. Ericus* BENINGUS *Chron. Frisiæ orient. ap. Matthæum Analector. vet. ævi T. IV.* ERDWINUS ERDMANNUS *Chron. Episcoporum Osnabr. ap. Meibom. S. R. G. T. II. &* AUTOR *Chronici Rastedensis apud eundem l. c.* quod in Rustringia, Ostringia, Wangerlandia, Ostfrisia, Osnabrugensi episcopatu, quin & Bremensi ducatu usus hujus juris obtineat, cujus Codicis inscriptio est *Asigbock*, *Aesbock* (q); qui Juris vetusti liber dignus omnino est, qui edatur propediem a viro industrio juriumque veterum scienti. Vices abrogati a Christiano Rege *juris Hollandici* in terris palustribus subiit *jus Holsaticum*, quod *Presbyter* Bremensis, diplomata supra citata & chartæ Holsatiæ apud LUNIGIUM *Spicileg. eccl. T. II. p. 354. 355.* passim laudant. Dixeris illud præcipue Saxonicum consuetudinarium, Holsatorum avitis institutis, moribus & rationibus status civilis innixum (r). Poteris tamen huc etiam referre jus formularium Holsaticum antiquum

de BUYREN, *ende alsò de buyren niet allegaar de Rechtspleginge evenwel en verstonden, so hadden sy to haaren* VOORSITTER *een* BELEYDER *en die genoemt wiert* AZING *mede een Buyrman. In de oude Vriesche rechten wert desen richter genoemt Attga, by eens van ouds* AZING. *Over sulx in de orkonden van het oudste regt dat den Graef van Holland hadde in Oost-Friesland, is mede begrepen t' regt om Schepen, Schoudt, Aizigen ende Vronen te versetten.* Hinc in jure Frisico a. 1310. *Wat de* AZINGE *wisen scholen in Vriesland, dat sullen de Schepenen wisen in al sulken regt, als de Azingen wysen souden. Die den oorspronk van het woord Azig ofte Azing soude willen soeken, meen ik dat niet ligt iets waarschyneliker en sal vinden als dat Azen ende Aten, in t' oud duits, was regten: waaruit gekomen is, dat in de oude Vriesche regten de richters Atten genoemt werden: Alsoo nu in t' Hollandsch ouddoem was gesegt, vonnis geeven, waarom ook een eyndelik Vonnis Wysdom, dat is der* WYSENDOM *wierd genoemt, so wierd een vonnis by een* AZIG *met de buyren geweesen, genoemd* AZIGDOEM, *ende korter* AESDOEM; *maar een vonnis by Schepenen geweesen,* SCHEPENDOEM: *ende wat de Azigen wesen na het oude Vriesche regt, so wierd datzulve regt genoemt Aesdom regt, en wat de Schepenen wesen na het Zeusche - regt so wierd het zelve regt genaemt Schependoms regt.* Adjungo judicium Simonis a LEWEN *d. l. L. I. P. II. p. 11. By de oude Vriesen wierd hy aesge ofte Aetga genoemd, ende was een Opperhoofd, die met de gemeene Gebuyren van de Dingsluyden t' samen geroupen, regt-sprak in gemeene Saken. Ende schelde was by haar, die uit den naam van den Koning ofte van den Graave de breuken invorderde, ende van den Hoogsten, dat is in crimineele Saaken regtsprak Daar is het oude Friesse regt* AESGADOEM, *das is een gewysde van den* AESGE, *in gemeene Saken, ende Scheltehan een halsgeregt ofte crimineel vonnisse beteekent. Het welck te weeten, met Azing ende Gebuyren regt te spreken ten platten Lande van Holland van ouds, ende nog seer onlangs gebruikelyk is geweest, als te sien is in de Costuymen van Rhynland art. 15. dar vaan de naam van Aasdoms regt gesprooten is. Tot dat erst by Handvest van Graaf* FLORIS *van den jare 1291. aan die van Kennemerland gegeeven: De Azingen ende gebuyren in Schout ende Schepenen verandert zyn, met deese woorden: Wat de* AZINGEN (judices rurales) *wysen souden in Kennemerlandt, dat soute de Schepenen* (judices oppidani) *wysen in al sulk regt, als t' die Azingen wysen souden. Met derzelve woorden hervat by Handvest van Hertog Willem van Beyeren van den Jaare 1415. Dat eerst naar het vorbeeld van die van Kennemerland op den 9. Octobr. by de Staaten van Holland in Rynland is verandert, tot welke tyd aldaar by Azingen ende Gebuyren regt gesproken wierd.* Novi *juris Aesdomici* mentio fit *in der Coustume van Rechten binnen de jurisdictie van Sybekarspel und Benningbroeck ed. in den Handvesten der Stadt Medenbleck a. 1667. p. 45.* Lewenii.

(q) Facile corruit sententia eorum, qui *Asigbock* vel ab *Aziga* principe quodam Frisiorum, vel ab *Azone* celebri glossatore Italo & barbaræ jurisprudentiæ ocello dictum putant. Audi HAMMELMANNUM *Chron. Oldenb. fol. 457: Sonst hat man auch in Küstringen, Ostringen und Wangerland anfænglich nicht das gemeine Kayserliche beschriebene Recht in Entscheidung der Sachen, sondern ein Land Recht gebrauchet, welches sie* ASINGS RECHT *genennet. Ob aber dasselbe von den Fürsten der Frieseu Asinga, oder von den Jarsten Azone den Nahmen habe, dessen Meinung etliche sind, daran lasse andren freye Gedancken.* Rectus forte appellatur ab As, quod Gothis idem est ac perfectum, cultu dignum, docente VERCLIO *ad histor. Gothicam p. 53.* Hinc nonsolum reges & principes; sed etiam Dii, nomine *As* insigniti sunt. Præcipue *Asa deastrum* idem est ac Othinus Septentrionalium, fide monumenti Runici apud WORMIUM *Monum. Dan. Lib. I.* Spectant huc *Asiaroth Dea*, & *Aasdingi* apud Gothos, fortissimi quique & nobilissimi, teste WARNEFRIDO. Ex insigni itaque veneratione, qua Germani veteres & gentes septentrionales, judices præcipue prosecuti sunt, ortum dixeris, quod ipsum *Asarum* nomen transierit ad judices & Scabinos, qui dicti sunt *Asige*, *Aesge*, *Azinge*; sicuti Sententia judicialis vocari sueverat *Aesgbadoem.* Argumentum juris Frisci vetusti in hanc rem adduxit SIBRANDUS SICCAMA ad *L. L. Fris. p. 56.* cui adde aliud a *Lewenio d. l.* citatum *ex jure Kennemelandico a. 1290.* Hodie in Idsa Frisia occidentali judices audiunt die *Atten* sive *Azen* (t enim & s facile permutari docent voculæ water wasser &c.) & in Drentia: *de vier und twintig Etten.* Hinc *Ettedage*, dies juridici, & Statuta Luneburgensium antiquissima, singulis olim annis prælecta, *Ettedages articuli* dicuntur, quamvis hos alii ab epulis, alii ab *ehe*, lege dictos putent docente GODOFR. MASCOVIO *in notit. juris Brunsv. Luneb. p. 46.* Codex itaque *Asigbock* est liber juris & judicii provincialis; cujus meminit SCHROETERUS, *Parochus Ovelgunnensis*, *in epistola ad B.* DIETERICUM STADENIUM *ap.* SEELEN *in memoria Stadeniana*, ubi laudat *codicem juris Asingici membranaceum*, scriptum Seculo XIII. hoc scribæ epiphonemate finitum: *Aasbock, jus Friscum.*

Est liber hic scriptus, qui scripsit, sit benedictus
Qui me scribebat, Ricmari nomen habebat
Non videat Christum, librum qui contemnat istum.

Provocat etiam ECCARD *in histor. studii etymol c. 5. p 69.* ad Codicem juris *Asingici Sec. XIII.* cujus inscriptio: *Asigheboeck*, (Landricht) *der edlen Vrigen Vresen.*

(r) Plane ex mente *ordinat. provincialis Holsat. P. II. Tit 3. §. 3: In Mangel aber einer solchen bestændigen rechtmæssigen Gewohnheit, soll nach dem Sachsen-Rechte, dergestalt, wie wir deswegen dasjenige so der Vernunfft und Billigkeit conform, auch Unsern Fürstenthume am nützlichsten seyn wird, extrahiren und abfassen zu lassen im Werck begriffen, genöthiget werden.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quum, judiciis Crempenſibus & Wilſtricis ſub nomine des *Loddings & Goedings* præſcriptum, quod, docente collatione, cum formulis *Loddingicis ſive des Dings und Rechts, terrarum campeſtrium* maxime conſpirat. Ipſæ quidem formulæ judicii & proceſſus ſimplicis Holſatici antiqui (*des Dings u. Rechts*) apud campeſtres uſitatæ dicuntur vulgo *Holſten Land-Recht* etiam in ipſis formulis *des Dings und Rechts p. 25. 26. 27. 30. ubi: Id gab wedder darum fort, all wath der Holſten Landrecht iſs, it her Vaget will iy dat Ordell und Landrecht weten;* at docet ipſa inſpectio, quod minus recte hoc titulo ſuperbiat: formulam enim ſeu ordinem ſolemnem, in habendis judiciis ruralibus paluſtribus obſervandum, ſaltem complectitur. Edidit has formulas ex vetuſto codice Neomonaſterienſi *Jo.* FUCHSIUS, *Conſul Kilonienſis* an. 1687. ſed reſtrictæ illæ ſunt ad præfecturas ducales & conterminos pagos nobilium & coenobiorum, reliquis tamen celebratiores, adeo ut in re dubia a coeteris pagis ad Neomonaſterium devoluta fuerit provocatio. Nonſolum enim Neomonaſterienſes pollent notitia juris illius formularii ſcripti antiqui, ſed etiam inſtructi ſunt codice ſcripto juris Neomonaſterienſis Articulis LXIX. abſoluti, a Ducibus & nuper a Sereniſſimo Duce Tutore confirmati, qui inſcribitur: *Neumünſterſche Kirchſpiels Gebræuche.* A formulis laudatis Neomonaſterienſibus diſtinctæ ſunt formulæ *des Holſteiniſchen Ding und Rechts,* in præfecturis *regiis* & adjacentibus agris, nobilium & coenobiorum uſitatæ. Antiquiſſimas autem dixerim formulas, quibus incolæ ditionum Rendsburgenſium, Wilſtrienſium & Crempenſium etiamnunc utuntur. Quæ harum typis exſcriptæ ſunt *Kilonii 1685. Tychopolis* a. 1725. & non ita pridem obſervationibus *Lehmanni* illuſtratæ inſigniuntur quidem hoc indice: *Dat Holſten Landrecht ſo geholden ys im Jahr 1649.* ſed antiquiorem ejusmodi codicem in membrana ſcriptum a. 1500. laudavit JORDANUS *Conſul Crempenſis*; nec dubium eſt, quin hæc ipſa judicialis formula, ſimplici antiquiſſimi proceſſus Germanici & Saxonici indole undique referta (s), incolis Crempæ & Wilſtriæ ab ipſo Chriſtiano I. in locum juris Hollandici præſcripta fuerit, cui adjecta eſt formula in luſtrationibus viarum & aggerum adhibenda *ed. Glückſtadii 1725. Abdruck der Holſten Gebræuche bey Beziehung oder Beſchauung der ſo wohl in Ditmarſen, als* CREMPER *und* WILSTER-*Marſch belegenen Teiche und Dæmme;* cui acceſſit: *Dat högeſte Wedde in der Land oder Dickſchwaren Recht.*

Laudes Latomi.

Pauca monenda ſunt de præcipuis Scriptoribus & monumentis hoc Tomo comprehenſis. Vitam, fata & laudes M. *Bernhardi* LATOMI, vulgo *Steinmetz*, Wilmarienſis, exponunt SCHRADERUS *in programmate de vita D. Georg.* CALIXTI qui LATOMI inſtitutione uſus eſt: JONAS HOYER *in MSC. de rebus Flensburgenſibus p. 9.* THOMAS *in Analect. Guſtrov. præf.* Jo. MÖLLER *in indice Rector. Scholæ Flensb. in novis lit. Lubecenſ. a. 1702. Oct. p. 298. ſqq. P. 3. Iſagoges ad Hiſt. Cimbricam c. 3. § 8. p. 280.* De vita parentis ipſius *M.* HINR. LATOMI, Roſtochienſis, *V. D. M. Wismarienſis* vide SCHÜTZIUM *in Vita Chytræi L. 3. p. 28.* SCHRÖDER *in der Wism. Pred. Hiſt. p. 53.* Erroneum tamen eſt eundem a. 1570. a *Chytræo* & *Poſſelio* commendatum obtinuiſſe ſpartam Paſtoris eccleſiæ S. Nicolai apud Kilonienſes. Eodem enim anno ibidem officio paſtoris *Martinus*

(s) Ipſe quidem modus ſimplex admodum & naturalis, per formulas ſolemnes, quæſtiones & reſponſiones ſententiam inveniendi conſonat inſtitutis & principiis Germanorum & Saxonum. Non ſolum in *proceſſu banni & criminali* certas formulas inculcant *Speculator Suevus cap. XXIII. & Autor des Richtſt. cap. XXXI.* ſed & cauſas civiles per ejusmodi quæſtiones judiciarias diſceptatas eſſe teſtatur vetuſtum jus rurale Brunſvicenſe, dictum *das Wietzen-Mühlen Recht*, quod *notitiæ juris Brunſ. Lunæb.* adjecit MASCOVIUS. Ad easdem formulas judiciarias a rurenſibus præcipue receptas, reſpexiſſe videtur ROLEWINCK de *antiqua Saxon. apud* LEIBNITIUM *S. R. B. T III.* 623: *In villa*, inquit, *qua natus fui per intervalla temporum quinque judicia ſecularia per altos* COMITES *obſervabantur. Evenit igitur, ut cum genitore illuc pergerem & CEREMONIAS phaleramque SERMONUM animadverterem, qui ex tunc cordi ſic delectabiliter adhæſit, ut crebro maluiſſem prandium differre, quam illuc non adfuiſſe.* Qui proceſſum hunc ſimplicem breviſſimumque ad ambages & tricas juris canonici & civilis exegerit; ille quidem ſimplicitatem & ſinceritatem majorum cultu, non cavillis dignam judicaverit. Recte MAURITIUS *in præfat ad conſilia Chilonienſ.* aſſeruit, ſervari in Holſaticis formulis judiciariis, antiqui proceſſus Germanici & Saxonici genuina veſtigia, digna quæ excitent meditationem. Moribus enim antiquis apprime convenit, quod in his judiciis præſes (*der Ding Voigt*) conſideat cum gladio nudo, advocatus & arbitri (*der Vorſprach und die Affinder*) circumſtent cum haſtis & bipennibus in judicii carceribus (*den Ding-Stocken*); ipſa judicia celebrentur ſub dio; totus proceſſus vel intra clepsydræ decurſum finiatur; lites decidantur ſecundum placita majorum, ex moribus antiquis, ex æquo & bono. Recte etiam ad reliquias juris veteris Germanici retuleris formulas: *aſtwinnen mit Lave und Stave, mit Wedde, Dingebohm, Ordel ſchelden, tarſche balcken, wapen aver ſynen halſs ropen, den Finger up dat Swert tom Ede holden, ebrkluwen,* & quæ ſunt hujusmodi. Certum eſt, ruricolas & villicos morum a majoribus veluti per manus traditorum multo fuiſſe tenaciores, quam cives & oppidanos, quibus nova & ſingularia argumenta ex juribus adſcititiis facile complacuerunt, docente ex ſuo ævo *Sec. XIV.* NICOLAO DE CUSA *L. III. de concord. Cathol. c. 25: Leges*, inquit, *Allemannorum & Bojariorum vidi ſeriatim omnes collectas, & expertus ſum multas de illis & maxime potiores in vulgari uſu & antiqua inductione cum* SUIS FORMIS *in judiciis* RURALIBUS *potius, quam in* OPPIDIS *&* CIVITATIBUS *propter forte ſuperuenientia ſtatuta municipalia item propter* LEGISTAS *&* DECRETISTAS *haberi.*

tinus CORONÆUS, archidiaconi M. JO. FRUCHTENICH & Diaconi *Joach.* BLUTINGIUS Marchicus, functi sunt fide BREMERI *in Chronico Kilonienſi MSC.* Chronicon *Latomi*, quod prodit, Mecklenburgicum raro obvium teſte TOMA *d. l.* laudatur a BANGERTO *in notis ad Helmoldum p. 10 36.* SAGITTARIO *in hiſtor. Bardev. c. 3. §. 60.* HUBNERO *Cent. 3. Biblioth. hiſtor. p. 183. ſqq.* MÖLLERO *in Cimbr. literata T. II. p. 454.* qui & reliqua ipſius ſcripta recenſuit, quibus addenda eſt *integra Chronologia mundi.* Accedit, quod b. GEORGIUS WESTPHALIUS *in Hiſtoria eccleſiaſt. & vitis V. D. Miniſtrorum Megapolenſ. MSC.* notavit *P. II. c. VI. de Synodo Brandenburgico: Zu gleicher Zeit (a. 1604.) erwarb ſich albie (in der Stadt Neuenbrandenburg) einen guten Ruf* M. Latomus *Rector Scholæ, wie aus dem von ihm herausgegebenen Büchlein de numeris bene ſupputandis, und aus deſſen Grammatica latina, worin er ſich directorem & moderatorem Scholæ nennet, zu erſehen. Zu ſeinem Lobe findet man viele Carmina in des Petri Bambamii zu Roſtock a. 1608. edirten Alcæo, worin ſeine Wiſſenſchafft im Griechiſchen, Lateiniſchen, in der Aſtronomie und Arithmetic gerühmet wird. Ein mehres von ihm hat* CASPAR LUPLOVIUS *Archidiaconus zu Neubrandenburg a. 1676. aufgezeichnet in dem Hiſtoriſchen Manuſcript von den eigentlichen Grentzen Mecklenburgs oder der Mecklenburgiſchen Landes- und Geſchichtsbeſchreibung; wie er dan des Latomi nachgelaſſene Mecklenburgiſche Manuſcripta in Hænden gehabt, auch des Vorhabens geweſen iſt ſelbe weiter auszuführen und fortzuſetzen. Vermuhtlich iſt dieſes Luploviſche MSC. von deſſen Sohn einen Prediger bey Barth in Pommern annoch aufgehoben, obgleich der mehreſte Vorraht der Luploviſchen MSCten nach deſſen Ableben verkaufft worden. Was des Latomi Genealochronicon Mecklenburgicum betrifft, ſo verdienet ſolches vor allen andern einen Vorzug, weil der Autor die beſten Hülffsmittel zur Hand gehabt hat, immaſſen die Herzoge Adolph Fridrich und Jo. Albertus ihm aus Dero Archiven alles nöthige mittheilen laſſen, auch a. 1610. d. 31. Aug. dem Meklenb. Adel in patenti forma kund machen laſſen, wie Latomus vorhabe ein Univerſal-Chronicon Meckl. zu ſchreiben, und darin auch den Urſprung und die Inſignia der Adelichen Familien ausdrucken wolle, mithin der Adel zu ſeinem eigenen Ruhm die davon habende Nachrichten beybringen möchte. Aus welchen Urkunden dan inſonderheit des Latomi Genealogiſche Beſchreibung oder Stammlinien der Ritter und Edelleute des Mecklenburger-Landes erwachſen iſt, wovon der 3te Theil, welcher von dem Stargardſchen Adel handelt, zu Altſtettin a. 1619. 4. gedruckt iſt, die beyden erſten Theile aber von dem Adel in Mecklenburg und dem Fürſtenthum Wenden noch ungedruckt geblieben ſind, welche* MICRÆLIUS *in ſeinen alten Pommerland, und obbeſagter* LUPLOW *inſonderheit wohl gebraucht hat. In dem Fürſtlichen Archiv iſt von dieſen MSCtis Latomi nichtes vorhanden.* Ejusdem Chronicon Epiſcoporum Sverinenſium prodit ex Apographo Luploviano. Neque enim Autographum neque exemplum hujus MSCti alibi, nequidem in archivo Sverinenſi, reperitur.

ERNESTI *a* KIRCHBERG equitis Megapolitani & Conſiliarii Regis Sveciæ & Ducis Meckl. Alberti *Chronicon* multa debet chronicis Slavorum editis & MSCtis, nec pauca adfert ſingularia, quibus illa, aliaque hujus ævi Chronica ſupplentur & illuſtrantur. Vide *Præf. ad Tom. III.* *Kirchbergii.*

ARGUMENTA *literaria Megapolenſia præcipue eccleſiaſtica*, ex epiſtolis *autographis*, numero centum, quas ſervat Tabularium Sverinenſe, collecta ſunt *a* B. PARENTE qui iis præcipue uſus eſt in *Sverino evangelico MSC.* quo vitas, fata & doctrinas verbi divini miniſtrorum Sverinenſium in aula & civitate a tempore reformationis usque ad a. 1727. recenſuit. Contenta horum Selectorum omiſſa, ſummatim indicanda ſunt. Occurrunt I. Literæ *Matthiæ* FLACII *Illyrici* ad Principem Joh. Albertum Argentorato datæ an. 1570. de Synodo alicubi in Thuringia habenda ad dirimendas lites in Eccleſia natas. II. Ej. ad eundem Principem, Magdeburgi datæ a. 1556. de Oſiandriſmo repellendo. III. Ej. epiſtola ad eumdem Principem, cui Tractatum de unitate junxit e. a. ſcripta. IV. Ej. litteræ Magdeburgo ad eumdem Principem miſſæ a. 1566. quibus junxit Catalogum teſtium veritatis. V. Ej. ad eumdem Principem a. 1555. Magdeb. datæ, quibus orat, ut Eccleſiæ Magdeb. opem ferat. VI. Ej. ad eumdem, cui nonnulli theologici tractatus juncti erant a. 1570. VII. Ej. ad eumdem ibidem datæ de ſuſtinendis hominibus idoneis, qui ſcriptionem librorum adjuvent inquiſitione veterum librorum Magdeb. a. 1554. VIII. Ej. ad eumdem Argentinæ a. 1570. datæ de colloquio illum inter & *Heshuſium* & *Wigandum* inſtituendo ad dirimendas lites de Peccato originali. IX. Ej. ad eumdem a. 1555. datæ de convertendo *Oſiandro* & *Funkio.* X. Ej. ad eumdem Ratisb. a. 1566. datæ, quibus nonnullos libellos junxerat. XI. Ej. de Oſiandriſmo datæ a. 1555. XII. CHYTRÆI *Recenſio ſelectorum literariorum.*

Epiſtola ad Joh. Albertum de doctrina Oſiandri ejusque impietate a. 1555. XIII. Ej. litteræ ad Principem, quum vocatus eſſet binis vicibus ad Prof. Theol. in Acad. Hafnienſi, datæ a. 1552. XIV. *Tilemanni* Heshusii & *Davidis* Chytræi litteræ quibus *D. Georgium Venetum* Principi commendant, qui muneri ſacro Roſtochii admoveatur a. 1557. XV. Veneti litteræ ad Ducem Joh. Ad. Roſt. a. 1557. datæ de viſitatione Eccleſiaſtica. XVI. *Dav.* Chytræi litteræ ad *Simonem Pauli* Bremæ 1601. XVII. Ej. litteræ quibus Principem rogat, ut ordinem ſcholaſticum tueri pergat a. 1561. XVIII. Georgii Veneti & Chytræi ad *Joh. Alb.* notificatio profectionis ad Synodum Hamburgenſem a. 1557. XIX. Chytræi litteræ ad Joh. Albertum, quibus narrat laudes, quæ huic Principi tribuebantur a. 1567. XX. Ej. petitio ad Johannem Albertum, ut *M. Simoni* munus docendi in Academia Roſt. conferat a. 1559. XXI. Ej. epiſtola ad Joh. Alb. Ducem, qua ſignificat, ſe vocationem ad Acad. Heidelbergenſem obtentam non accepturum eſſe a. 1553. XXII. Reſponſio Principis, qua ſemet ipſi parentis loco futurum eſſe pollicetur. XXIII. Chytræi litteræ commendatitiæ pro *Simone Pauli* ad Joh. Albertum a. 1555. XXIV. Ej. gratiarum actio ad Principem, quod ad ipſius nuptias celebrandas legatum miſerat una cum muneribus a. 1553. XXV. Ej. gratulatio de recens nato principe & interceſſio pro *Moſellano* a. 1560. XXVI. Ej. epiſtola, quum vocationem ad Acad. Vitemb. obtineret & Reſponſio Principis. XXVII. Ej. ad Joh. Ad. de confeſſu judicii Eccleſiaſtici a. 1570. XXIX. Jo. Mylii epiſtola ad Joh. Alb. a. 1571. XXX. Jo. Wigandi relatio de ſtatu religionis in ſuperiori Germania ad eumdem an. 1565. XXXI. Eilhard Lubini commendatio *Petri Laurenbergii* ad Ducem Ad. Frid. a. 1612. XXXII. *Wolff* Leowed ad Ducem Jo. Alb. de altrerius Scholæ ædificatione a. 1561. XXXIII. Justi Jonæ relatio ad Jo. Alb. a. 1537. XXXIV. Dux *Jo.* Albertus ad *Phil.* Melanchthonem de *Hieron. Oſio* a. 1553. XXXV. Baronii converſi relatio ad Ducem. XXXVI. Profeſſorum Roſtochienſium gratiarum actio de Academia annuis reditibus ornata ad Ducem a. 1560. XXXVII. *Jo.* Tunnicheus ad Joh. Alb. de arte Chymica a. 1560. XXXVIII. Jo. *a* Lasco aliorumque miniſtrorum Eccleſiarum in Anglia diſſipatarum querela ad Ducem eumdem a. 1553. XXXIX. Jac. Thomingii gratiarum actio ad Ducem a. 1553. XL. Georgii Veneti petitoria ad Joh. Albert. a. 1560. XLI. Wigandi relatio laborum ſuorum ad Ducem a. 1574. XLII. Ej. gratiarum actio ad Ducem, quod lupum ab ovili Wiſmar. amoverat a. 1575. XLIII. *M. P.* Sledanus ad *Joh. Neovinum* de infante monſtroſo recens nato a. 1607. XLIV. Jo. Wigand ad Jo. Alb. de *Goldſteinii* & *Flacii* erroribus a. 1571. XLV. Alphonsi *Ferrariæ Ducis* petitio ad Jo. Alb. ut ipſi mitteret effigiem ſuam ſiliorumque a. 1574. XLVI. Spangenbergii gratulatio ad Jo. Alb. de novo Conſiliario a. 1564. XLVII. Matthiæ Ludicii excuſatio ſe non poſſe accipere vocationem a. 1563. XLVIII. Jo. Aurifabri relatio ad Jo. Alb. de ſpuriis Eisleb. 1563. XLIX. Laur. Kirchhof litteræ ad Jo. Alb. de ſcriptis quibusdam hiſtoricis a. 1554. L. Seb. Munsteri petitio ad Jo. Alb. a. 1550. LI. Vergerii epiſtola ad novum Papam a. 1559. LII. Pegelii interceſſio pro *Flacio* & *Albero* ad D. Magnum & Jo. Alb. a. 1545. LIII. Litteræ Ducis *Jo. Alb.* ad *Phil. Melanchthonem* ſua manu ſcriptæ, quod ſtudio pacis permotus bellum vel juſtiſſimum inire noluerit a. 1554. LIV. Litteræ complurium ad Jo. Alb. LV. Melanchthonis ad Jo. Alb. qua *M. Pet. Sickium* commendat. a. 1558. LVI. Ej. commendatio Justi Jonæ ad Jo. Alb. a. 1557. LVII. Ej. interceſſio pro *Joh. Parcæo* a. 1553. LVIII. Melanchthonis commendatio *Andr. Weslingi* a. 1552. LIX. Melanchthon ad *Jo. Alb.* de cauſa *Flacii* a. 1556. LX. Ej. commendatio *Tidemanni* Stellæ. LXI. Ej. gratulatio ad nuptias Principis & commendatio *Val.* Curtii. LXII. ej. commendatio *Tilemanni*. LXIII. ej. commendatio *M Henrici* ad Ducem Hinricum an. 1542. LXIV. ej. commendatio *Simonis* an. 1558. LXV. ej. altera commendatio *Simonis Pauli* e. a. LXVI. Georgii Westphali *litteræ* ad *D. Albertum Pulcrum*, quibus eum adhortatur contra Papismum a. 1530. LXVII. confeſſio miniſtrorum Eccleſ. Sverinenſis de S. Cœna a. 1556. LXVIII. Christoph. Langneri querelæ de mora rebus Eccleſiæ admodum perniciosa & relationes complurium rerum geſtarum ad Ducem a. 1557. LXIX. ej. Epiſtola ad Ducem, religionis ſtatum ſpectans a. 1557. LXX. Judicium Theologorum Sverinenſium contra errorem *Juſti Jonæ* in re ſacramentaria. LXXI. Lutheri epiſt. ad *Albertum Boruſſ. Ducem* de eodem argumento. LXXII. Langneri adhortatio ad Jo. Alb. de re ſacrament. a. 1558. LXXIII. Forsteri Eberi & Theodorici epiſtola ad eumdem, qua *Simonem Pauli* commen-

commendant atque familiam Forſterianam. LXXIV. Mylii *Cancellarii* litteræ de incendio Sverinenſi a. 1558. LXXV. epiſt. reſponſoria Ducis Joh. Alberti a. 1558. LXXVI. civitatis Roſtoch. ad Ducem Megap. gratiarum actio de Academia large dotata a. 1563. LXXVII. D. Sim. Musæi primæ litteræ ad Ducem Meg. Jo. Alb. Sverin. quibus dimiſſionem ſuam expetit a. 1565. LXXVIII. ej. alteræ, quibus petitionem ſuam repetit eod. a. LXXIX. ej. tertiæ, quibus Principem obſecrat, ut reſpondeat e. a. LXXX. *Ducis* Jo. Alb. litteræ ad *Junium* a. 1567. LXXXI. reſponſio & excuſatio ejusdem e. a. LXXXII. *M.* Hoffmannus ad *Jo. Alb.* contra immoderatum concordiæ ſtudium, ſigillatim in re ſacramentaria a. 1669. LXXXIII. Joh. Beatus ad *D. Jo. Alb.* qua doctrinam ſuam contra imputationes excuſat a. 1571. LXXXIV. Jo. Molini epiſt. ad *Jo. Alb.* de M. *Mentone* Gogrevio illegitime ad Diaconatum templi S. Jacobi inſtituto a. 1573. LXXXV. litteræ Acad. Roſtoch. ad Senatum urbis pro defenſione immunitatis. LXXXVI. reſponſum, Duci Ulrico a Superintendentibus de libro, cui a concordia nomen eſt, datum a. 1577. LXXXVII. Nemorimontii confeſſio fidei Miniſtris Roſt. tradita Principique transmiſſa a. 1557. LXXXVIII. Ulrici *Ducis Sleſv. & Holſ. Adminiſtratoris epiſcopatus Sverinenſis* litteræ ad Rectorem & concilium Acad. Roſt. quibus jura Principis in Academiam defenduntur a. 1621. LXXXIX. Rectoris & Profeſſorum Acad. Roſt. petitio, ne per motus bellicos turbetur Academia a. 1627. XC. Rectoris & concilii Literæ *ad Ferdinandum II. Imp.* de immunitate a militum præſidio 1628. XCI. Eorundem *ad Ducem Fridlandenſem*, ne civitas & Acad. milite præſidiario graventur. XCII. Ad Matth. Hoe *ab* Hoenegg, ut Elector apud Cæſarem pro urbe & Academia intercedat a. 1628. XCIII. Ad *Cancellarium Cæſareum de* Strahlendorff, ut urbs & Academia liberentur a milite præſidiario 1628. XCIV. Rectoris & Prof. litteræ ſupplices ad Duces de jure immunitatis Academicorum tuendo a. 1630. XCV. Litteræ concilii Roſt ad *Mart. Maxim.* Goltzen *von der* Chron de interfecto Harzfeldio 1631. XCVI. Litteræ ad *Albertum D. Meg.* de poſtulatis centeſimis an. 1633. XCVII. Litteræ pro caſſatione vectigalium Warnemundenſium ad Reginam Sveciæ & alios datæ a. 1647 XCVIII. *M.* Casp. Wegeneri relatio ad Principem de lite Lütkemanniana a. 1649. XCIX. Henr. Bilderbeckii reſponſum ad Ducem in eadem cauſa a. 1649. C. Herm. Schuckmanni, Mich. Siricii & Jos. Arndii conſilium, num publicum colloquium cum Pontificiis ſit inſtituendum a. 1679.

Chronicon *equeſtre Cimbricum* prodit ex autographo Autoris Broderi Enewaldi Neofaniæ prope Itzehoam V. D. M. cujus etiam adſervo elaboratiſſimum MSC. *de Originibus gentis Ranzovianæ.* Dignum judicavi primum opuſculum, quod luci exponeretur; palmam enim reliquis hujus argumenti Manuſcriptis *Weidemanni*, *Paſchii* aliorumque omnino præripit. *Enewaldi elogium.*

Leges Scaniæ prodeunt e Codice impreſſo rariſſime obvio. Uſus *juris Scanici* varius eſt & inſignis in explicandis Legibus *Juticis* & Statutis *Cimbricis*, quarum pleraque fere argumenta vel originem debent Legibus Scanicis & Seelandicis, vel reſpondent earum rationibus ex indole avita miroque concentu patriæ communis oriundis. Faciunt huc antiquiſſima inſtituta & jura *Gothica*, *Norwagica*, *Islandica*, *Svecica* tum ſcripta, tum conſuetudinaria, quibus ceu fontibus, ipſi Codices Legum Scanicarum & Selandicarum plura debent. Optarem itaque, ut Codicum juris antiqui *Norwagici*, *Islandici* & *Selandici* præcipue, qui vetuſtiſſimo ſermone Danico & patrio conſcripti ſunt, exſtarent interpretationes latinæ vel vernaculæ. Laudem meretur *Georg. Aug.* Dethardingius, *Gymnaſii Altonaviæ Prof. antiquitatum merentiſſimus*, qui meo conſilio aggreſſus eſt arduum omnino laborem, defixum in jure Seelandico a. 1171. Danice promulgato nec in aliam linguam hactenus translato nec gloſſis quidem unquam illuſtrato, vertendo in ſermonem latinum. Spes eſt fore ut cœptum feliciter opus ab interprete, veteris linguæ, ſignificationum & poteſtatum vocum, jurium & antiquitatum Danicarum perito adjumentis etiam optimis, gloſſariis & Codicibus juris Jutici & Danici editis & MSC. inſtructo, propediem perducatur ad colophonem. En hujus laboris ſpecimen, ipſius Legis Sialandicæ proemium: *Uſus juris Scanici & Selandici.*

Meth logh skal man landh bygge. En hwille hwer man noffues met ſith eghet, oc ladhe man nydhe ieffneth; tha torffte man icke logh wether. Engen logh ær betre at fylghe en ſannen. En hwor ſom man ieffuer om ſannen, tha skal logh wthledhe, hwil-

Legum auctoritate regni ſalus promouetur. Si unusquisque ſua ſorte contentus viueret, nec alteri, quæ poſſidet, invideret, legibus opus non eſſet. Nullam legem tutius ſequi poſſumus, quam veritatem. Si vero de veritate lis oritur, lex veritatem de-

ket ſamnen ær. Wore ey logh a landhe, tha haffde hyn meſt, ther meſt motte fonge. The ſcal logh efter alle mæn gioris at rætte mæn ſpage oc ſagloſſe motthe theris ſpeckt, oc vrætte mæn, oc fwle rædis thet ther i lowen ær ſcreffuet, at the tore ey forti fulkomme theris ondskab, ther the haffue i hwge Wel ær thet oc ræth, ath then, ther guds ræth elskede mwe ey locke the gode ath höfftings ræthsle och landhens wydher logh forfæinge them, at giöre illæ. Low ſcal wære ærligh och ræth oc tolligh efft he landens wane kæmmeligh oc torfftеligh oc openbare. Saa ath alle men mwæ wydhe, oc vnderſtonde hwat lowen ſigher. Low ſcal ey göris eller ſcriffues, efter annen mants ſceligh wild. Men effther then logh ſom alle ments törfft ær ſom ther i landet boo. Enghen man ſcal oc dömme geen then logh ther Koning giffuer oc landets wether tagher. Men effther then logh ſcal dömmes oc rætthes then logh, ther Koning giffuer oc landet wether tagher, then maa han henne ey skiffte eller afftage vden landens wyllie for vden hun ær openbarlig mod Gud. Thet ær Konings embede oc höfftingis i landet ære at gömme dom oc ræth, och frælſe them, ſom med wold twingis. Saa ſom ære widuær, fadherlöſe börn oc pelegrime oc wlendes mæn, oc fattige mæn, them görs tydeſt wold. Oc lade illæ mæn, ther ey wille rædis i hans land ey leffue forti at thet han pyner eller dræper wde thes mæn, tha ær han guds tiæniſte man oc landhe gelkere: forty at ſo ſom then hely kircke ſtyris med pawe oc biſcop; Saa skal hwert land ſtyris med Koning eller hans wndher rætthere. Ther med ære oc alle skyldige ther i hans land boo, at wære hannum hörſom ochlydig, och vnderdan. Oc forty ær han oc skyldig at göre them alle frith. Thet ſculle oc alle wyde, werdens höftinge, at meth then wold, Gud ſolde them i hand i thenne wærild, tha ſolde han oc them ſin helige Kircke, at wærie for al theth ther a betes, en worther glömt eller wille the ey wærie ſom ræth ær, Tha ſculle the a domme dage ſware, att kirckens frælſe oc landſens frith mynskens for theres skyld i theres tyme.

claret. Nullæ ſi eſſent in regno leges, ille, qui alios poteſtate ſuperat, opibus quoque divitiisque præſtaret. Hinc lex ad vniuscuiusque commodum promouendum conſcribenda atque roganda eſt, ut iuſti probi ac innocentes ſolatium, tutelam iurisque ſui conſeruationem in ea inueniant, improbi vero ac impii ſecundum tenorem legum puniantur, atque a malo, quod mente conceperunt, vi legum arceantur. Aequum eſt omnino, vt omnes, qui pietate iuſtitiæque amore adduci non poſſunt, virtuti operam vt nauent, magiſtratus auctoritate legumque rigore cogantur, ne male agant. Honeſta ſit lex, ſit iuſta nec nimis ſeuera, ſit ad conſuetudines regni adcommodata. Sit apta, clara, atque perſpicua vt vnusquisque ſcire atque cognoſcere poſſit, quid lex ſtatuat. Non ſecundum vnius hominis ſingularem voluntatem conſcribatur lex, ſed ad omnium commoda reſpiciat, qui in illo Regno habitant. Nemo quidquam ſtatuat, Legi aduerſum, a Rege rogatæ, atque a Regno receptæ. Secundum hanc legem iudicium reique deciſio inſtituatur. Legi a Rege latæ atque abs Regno receptæ nemo detrahat, nec quidquam in ea immutet, ſine ſtatuum conſenſu, niſi Lex ipſa manifeſte Deo repugnet. Munus hoc Regis eſt, & ſummorum, qui in Regno conſtituti ſunt virorum, vt ius dicant, atque Leges rogent, vt eos ab iniuria vindicent, quibus ab aliis vis infertur; quales ſunt viduæ, patre orbati, peregrinatores, homines peregrini, qui præ aliis iniuſtitiæ aliorum ſubiecti ſunt; vt improbi homines, qui legibus obedientiam præſtare nolunt, in regno non tolerentur. Dum enim Rex poena atque ſupplicio improbos adficit, Dei miniſter eſt, iuſtitiæque vindex. Sicut in ſancta eccleſia Pontifex atque Epiſcopi imperium tenent, ita quoque quodlibet regnum mandatis Regis, & ab eo conſtitutorum iudicum inferiorum obtemperet. Adeoque omnes, qui illo regno habitant, obſtricti ſunt, vt Regi obedientiam fidelitatem & ſubiectionem præſtent. Illo vero curam omnem impendat, vt tranquille atque ſecure omnes & ſinguli viuant. Sciant hoc quoque omnes qui poteſtate ſingulari in hoc mundo gaudent, quod Deus, dum illis ſummum imperium in hac terra dedit, illorum fidei ſanctam etiam commiſerit eccleſiam, vt in omnibus rebus, quales eæ cunque fuerint, illius commoda promoueant. Si vero nullam huius rei adhibuerint memoriam, nec ac debuiſſent, pro rebus eccleſiæ vigilauerint, in decretorio illo generis humani die rationem reddant, quod ſuo tempore, ſuaque culpa eccleſiæ ſalus regnique pax detrimentum fecerint.

Widhe

Widhe ſculle alle mæn, ther thenne bog ſeer, at Woldemar Koning annen Woldemars Sön, then ſete. Knuts Sön war then tyme han hafde wærit Koning IX. Winter oc XXX. oc at wor herre wort föder wor gangne M winter oc CC oc XL winter i Mars manet ther næſt effther lod han ſcriffue thenne bogh, oc gaff thenne low, ther ſtander a Danske i Worinborg med hans föners radh; ther widher ware Koning Erick, Hertug Abel, Juncker Chriſtoffer, oc Offe, then tha wor ærkebiskop i Lwnd, oc biskop Neels, aff Roskilde, oc biskop Ywer aff Fyn, oc biskop Peder aff Aarſs, biskop Gwnner i Ryffue, oc biskop Gwnner i Wiborg, oc biskop Jens i Wendel, och biskop Jens i Hetteby, oc ther til alle beſte ments rad, ther i hans ryge wore.

Sciant omnes, qui librum hunc vident, quod Woldemarus Secundus, Regis Woldemari, filii ſancti Canuti, filius eo tempore, quum per XXXIX. hyemes Regno præfuiſſet, & poſt partum Virginis MCCXL. hyemes elapſæ eſſent menſe Martio hunc librum conſcribi iuſſerit, & quod hanc legem rogauerit Wordinburgi, lingua, qua hic expreſſa exſtat Danica cum conſilio filiorum ſuorum. Præſentes erant Rex Ericus, Dux Abel, Princeps Chriſtophorus. Offo, illo tempore Archiepiſcopus Ludenſis. Nicolaus, Epiſcopus Rotſchildenſis, Iuarus, Epiſcopus Fionenſis, Petrus Epiſcopus Arrhuſienſis, Gunnerus Epiſcopus Ripenſis, Gunnerus Epiſcopus Wiburgenſis, Johannes Epiſcopus in Wandalia Johannes, Epiſcopus Sleſuicenſis. Vocabantur quoque prudentiſſimi viri in conſilium, qui eo tempore in Regno reperiebantur.

Uſus antiqui juris Hamburgenſis.

Codex, qui prodit, *veterum ordaliorum Hamburgenſium an. 1270. conſcriptus* inſignem utilitatem præſtat illuſtrando explicandoque jure Germanico, ſpeciatim tum veteri Stadenſi, Lubecenſi, tum novo Hamburgenſi, quod antiquiſſimi hujus codicis veſtigia paſſim prodit. Ex his Statutorum Hamburgenſium primitiis Seculi XIII. earumque acceſſionibus, receſſibus civicis, ordaliis & ſententiis judicialibus Seculi XIV. & XV. codicum juris Hamburgenſis autoritate & juſſu Senatus, circa an. 1497 colligere cœpit *D.* Hermannus Langenbeck *Conſul. Hamb.* qui opus illud perfeciſſe videtur an. 1512. Citat enim autor paſſim in gloſſis ſuis ſententias judiciales anni 1511. uti patet *ex Sectione L. in gloſſa*, ubi *Sperlingianus Codex* erronee habet an. 1520. Obiit ipſe Collector an. 1517. Varios hujus Lambeciani operis, inediti adhuc, Codices recenſuit Richey *in hiſtoria Statutor. Hamb.* quibus adde *Placeianum* ſumma accuratione cum Codicibus *Krulliano & Simoniano* collatum, aliudque exemplum *ex Codice Curiæ Hamburgenſis*, ut videtur, deſcriptum & cum Codice Secretarii, deinde Conſulis Hamb. Andersonii collatum, quem adſervo. Inſtruxit collector hunc Codicem præliminari prolixa introductione, in qua differit I. *Wo Hamborch in ein gekommen und mit wat Privilegien ſe begiffiet iſs.* II. Recenſet *privilegia Holſatica de electione Conſulum de an. 1292.* Addit III. *Rhytmos veterum de officio Magiſtratus recte obeundo.* IV. Sequuntur *Privilegia Cæſarea civitati indulta an. 1421. 1438.* & V. *Summa articulorum Codicis & recenſio gloſſarum ipſius Collectoris.* Singulos enim articulos perpetuis gloſſis prolixe expoſuit; quarum tamen plures, nil niſi ſpeculatoris Saxonis verba vel inutiles juris Romani allegationes complectuntur. Ipſi vero Codicis Lambeciani plurimi articuli conſonant cum verbis vel argumentis Codicum antiquiſſimorum, ordine tamen articulorum mutato & aucto. Denique ſequitur VI. *Præfatio in de Utlegginge des Stadtbockes tho Hamborch, van Ordſprung der Stadt Hamborch, van der Stadt Herrſchop und der Stadt Rechte und van dem Köre.* Ipſum opus diviſum eſt in XV. ſectiones ſeu capita. Caput A. agit *van Ordineringe unde Geſchick der högeſten Overichheit der Stadt wo Hamborch tho ehnem Rahthuſe und ener Dingbanck gebracht ſy by dem Jahr 1297.* (al. 90.) *continet 28. articulos. Caput B. Van Schickinge und Vorderinge des nedderſten Gerichts articulis 18.* Cap. III. *Wo man Horſam und Sekerheit tho rechte beſtedige. Articulis XV.* IV. *Von Vormundern, articulis 6.* V. *Von allerhand Bewiſe von Eden und Tügen art. 33.* VI. *Von Denſten und Geſinde art. 9.* VII. *Van Erve, egen und Hüre daran kamende, art. 17.* VIII. *Wo me Erve vertinſſe und verpande, art. 12.* IX. *Von Vortruwinge und Erffſchichtinge art. 19.* X. *Von Gifften by levende edder na Dode art. 11.* XI. *Von allerband Plichten und Schulden art. 18.* XII. *Von Wedde und Bothe art. 20.* XIII. *Von Vorſate art. 4.* XIV. *Von pinlicken Sacken dat hogeſte belangende art. 22.* XV. *Von Schiprechte und den Reders der Schepe art. 50.*

Tauvolatria orbis arctoi Cimbrico Vandalici Gothici.

Denique nonnulla monenda erunt ad *Thomæ Broderi* Bircherodii opuſculum de *Tauro Sacro*, quod ex authographo prodit, cujus inſcriptio eſt *Taurus Cimbricus.* Cum vero pauca admodum de cultu tauri apud Cimbros; ex inſtituto autem de Sacris tauri apud

apud Ægyptios, Perſas & gentes plures exteras diſſeruerit; filius autoris JACOBUS BIRCHERODIUS, *Conſiliarius juſtitiæ & judex provincialis Fioniæ* inſcriptionem mutandam eſſe monuit in frontiſpicio autographi, quod ex ejus donatione a. 1735. regiæ Bibliothecæ Hafnienſi acceſſit. Paucas ſaltem de tauro ſacro Cimbrico, tum *Vandalico, Gothico, Normagico*, tum *Saxonico & Friſico*, tum *Venedo Slavico* obſervationes & imagines adjicio, quibus taurolatria gentium borealium & hiſtoria deorum vel curatius exponitur vel novis acceſſionibus illuſtratur. Creditu omnino difficile eſt, quod homines communi ſenſu & ratione præditi ruerint in cultum ſtupidum plane & ipſis ſenſibus humanis contrarium. Quis unquam homines dixerit brutos adeo & fatuos, ut animalibus & rebus inanimantibus tribuerint divinitatem. Optime cauſam explicat divinus vates. Pſ. VI. 19. 20. aſſerens: *idololatras commutaviſſe honorem veri dei in* SIMILITUDINEM *bovis, qui herbis veſcitur.* Taurum itaque, non tanquam ipſum numen, ſed tanquam numinis ſimulacrum & imaginem venerati ſunt, non bovem, ſed quem bove deſignaverant, coluerunt. Sicuti vero ipſe uſus imaginum Sanctorum degeneravit ſenſim in religionem; ita etiam ſymbolicæ & ſacræ repræſentationes animalium demum abierunt in cultum ſingularem, olim incogitatum, ſenſim invectum a fraude, barbarie & ſuperſtitione. Varia fateor nec incongrue de origine ſuperſtioſi cultus beſtiarum diſſeruerunt JO. MARSHAMIUS, KIRCHERUS, RUDBECKIUS, qui demum illum vindicant hieroglyphicæ veterum docendi & ſcribendi rationi. Haec vero aliquando nimis eſt ingenioſa, acute & philoſophice excogitata, quæ forte paganis & ſacrificulis nunquam in mentem venit. Spectat huc KIRCHERI ſubtilior explicatio Scarobæi in Oedipo pamphilo; ut & RUDBECKII interpretatio *Kerweri*, vulgo *Cerberi* canis, quem pro Symbolo trium hujus univerſi corporum, Solis, Lunæ, Terræ, venditat. Multa etiam in figuris Ægyptiorum Svecorumque hieroglyphicis occurrunt animalia, nimirum leones, inſectæ & aves, de quarum tamen ſacro cultu nequicquam conſtat. Alii, a quibus parum diſſentit LUTHERUS *T. III. Op. Jenenſ. in Habac. c. 1. f. 233.* confugere ſolent ad ſignificationes parobolicas ſeu allegorias, quibus virtutes & ſapientiam reconditam obſcurare vel, quod malunt, illuminare ſveverunt veteres, adeo ut numinis attributa & virtutes, fortitudinem, robur, laborem, utilitatem & providentiam recolere ſategerint in imaginibus tauri & vaccæ, animalium utiliſſimorum, quibus agrorum cultura & ipſa vita hominum ſuſtinetur. Sed quæſo quasnam virtutes divinas figurate repræſentari dixeris per feles, equos fluviatiles, crocodilos? quam utilitatem credideris vindicandam lupis, ſcarobæis (Rudbeckio conjiciente, imaginibus ſolis ſub terra per hyemem latentis) ſerpentibus, draconibus, aliisque beſtiis vel venenatis vel nocivis & vulgo inutilibus, quas ab Ægyptiis & populis Septentrionalibus vel univerſim, vel a quibusdam ſpeciatim, cultas fuiſſe conſtat. *Dav.* MILLIUS *Orat. de fabulis Orientalium p. 17.* Quod de Ægypto ferarum inutilium feraci, utilibus, bobus, vaccis, capris, ovibus egente, vel de cultu malorum numinum afferri ſolet; id facile & rationibus & inverſis exemplis ex Vandalia & Septentrione petitis confutabitur. Aliis placet ſequi vestigia eorum, qui ex migrationibus animarum numinumque in beſtias, imagines ſibi fingunt & comparationes inſtituunt de virtutibus & perfectionibus divinis, abſonas certe & peſſime concludentes, ſi ferarum corpora & qualitates examinaveris. Alii iterum provocare malunt ad Sacerdotum & poetarum gentilium mythologias, quibus recondita dogmata, quin adeo lacinias ex depravato ſenſu locorum S. Scripturæ derivatas vindicare ſatagunt cum *Voſſio, Grotio, Omeiſio, Witſio, Bocharto.* Refero huc plures, qui ſpeciatim diſſeruerunt de taurolatria Ægyptiorum, Chaldæorum, Perſarum, de cultu Molochi, ſolis imaginis, de *Nebucadnezaris metamorphoſi*, de taurolatria *Aronis & Jerobeami* cujus Apologiam ſcripſerunt FR. MONCÆUS & GAFFARELLUS, & de *tranſmutatione Virginis Jo in Vaccam, deinde in Iſidem Deam, Jovis auxilio.* Sunt etiam, qui ex Ægyptiorum Aſtronomia hujusque reconditis imaginibus phyſicis ac philoſophicis, male ſenſim intellectis, cultum animalium ortum fuiſſe comminiſcuntur cum LUCIANO *oper. T. I. de Aſtrolog. p. 849.* KIRCHERO *in Oed. Ægyptiaco T. II. P. 2. p. 160.* BANIERIO *diſſ. de Typhone dans l'hiſtoire de l'acad. des inſcript. T. VI. p. 127. ſqq.* & PLUCHE *dans l'hiſtoire du ciel.* Felici ingenio & ſtudio in explicandis imaginibus divinis Ægyptiacis & aſtronomicis abundat adeo laudatus PLÜCHIUS, ut ubique fere ſatisfeciſſe videatur hiſtoriæ & rationibus idololatriæ & ſuperſtitionum. Ex plurium tamen opinione ſuperſtitio non ab aſtris demum deſcendit, ſed ad illa adſcendit potius, iisque inferri cœpit. Quis etiam *geminos, Virginem, Sagittarium, libram* retulerit inter numina? Quamvis enim imagines eorum aſtris

Explicanda præcipue ſymbolice.

An allegorice?

Pythagorice?

Mythologice.

Aſtronomice & phyſice.

Taurolatria Orbis arctoi Cimbrici Vandalici, Gothici, Fresici, Saxonici, Slavici &c.

I.



Genserici Vandali icon.

II.

Tauri imago ex templo Svec. et Fastis rumicis.



III.

Tauri sacri.



IV.



V.



Nummi

Minotauri.

Sacra Tauri Lampo nici et priaci



Tauri Mithriaci



VI.

Anthijrius.



VI.

Navis Anthijrii.

Ej. vexillum



VII.



Nummi Alexandri M. cum bucephalo et aquila Taurique capite.

VIII.

Frejus, Uranus Gothorum.



IX.

Jupiter hochus.



X.

Mœna Septentrionalis



Nehalenia. Nemæna.





XI. Thrius &c.



XII. Othinus Septentrion.



XIII. Othinus in Sylva Wyde.



XIV. Wodanus et Frea à Cimbris in Angliam delata numina.



XV. Thronus Freæ et Othini cum aquila.



VI. c. Thorus Cimbrorum.



XVI. a. Triga Deorum Svecicorum.



XVII. b.



XVIII.

Ara trium idolorum Seelandiæ.



XIX.



Ara Thori in campo Kjthensi.

c. Thori Lapponum.



d.




XXI.
dra trium
ſtrong et
d.
ſoduta.


XXVIII

XX. *Ara deorum prope Bülk.*



XXI.



Ara trium deorum prope Ipreng et Blumenthal.



Ara prope Bordieholmam.

XXII. a.



Ara prope Dingstad.

b.



c. *Irmensula.*



d. *Joduta.*



e. *Crodo.*



XXIII.



Hollerus.

XXIV.



Froo. *Mithotin* *Vagnof*

XXV.



Nornerus

XXVI.



Heimdallurus Gothicus.

XXVII.



Krudzmannus Saxo.

XXVIII. *Niordus Norvagorum.*



XXIX. *Disa Gothorum.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



XXX.

Hertha Heligolandiæ.

XXXI. Ara Herthæ Albersdorfii Dithmarsorum.

XXXII. Herta Lapponica, Svecica, Russica,

Tab. H. ad pag. 69.

Diana Ephesia.

a.

b.

c.

d.

e. Cybele Syriaca

f.

XXXIII. Matres Septentrionales.

XXXIV. Fostoburgum.

Fosta. Weda.

XXXV. Baldurus hyperboreus, Radegastus Megapolensium.

XXXVI.

XXXVII. Taurus sacer. Luanricus Carniolæ.

Oraculum Porusforum.

XXXVIII. Parcunus Parchmensis.

XXXIX.

Piello. Perun. Potrimpus.



40.

Sacra quercus Romoviana.

b

Frette Oldenburgi

42.

Crono Brunensis.

43.

Siwa Megapolensis

44.

Krosopani seu Dziva Slavorum.

45.

Ceres Venedorum.

46.

Slota Baba Russor.

Quonina. Isis cum Oro

Podaga Ploenensis

47.

a Pagoda Orientalis.

c

b

d

Pagode de Ram.

e

Pagodæ China

e

Kiwasa.

f

e

e

48.

Icollo Cimbricus.

49.

Fückius Svermensis.

a

Barsturca.

Kabe

b

Boxitius

c

Hemlo.

c

Lollius.

d

50. Vitzliputzli Doberanensis.

a

Vitzlipulzli Mexicanus.

b

Americanus.

51.

Fusctus et Zuttiberus

52.

Pilvitus. Pergrubius. Auschweitus.

Flins Holsatiæ. 53.

54.

Flins Lipsiensis.

Flins Gorlizensis.

55.

56.

Busterus.


Stätina

Tab. I. ad Præfat. Tom. IV. pag. 199.
































Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



70. Isis et Apis.



71. Amuleta et Sacra Ægyptiaca.



74. Isis cum Oro.



Puzza



Persarū cultus.



74. Mithras



75. Toranga.



Pagoda Tauri.



a. 76. Ixora. b.



77. Oraculum Rotæ



79. Suovetaurilia.



Deb: stato. 80.





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſtris aſſertæ reperiantur; conſtat tamen, illas res ab Ægyptiis nunquam fuiſſe cultas. Ipſe Oſiris, Ægyptiorum Princeps ſapiens & felix, vel ſi mavis OCSI ERES, *Dominus terræ*, RUDBECKIO aſſerentes *Thorus Vandolorum Svecorumque*, ex Scandinavia in Ægyptum orbemque fere omnem religioſo cultu invectus, non demum inter numina receptus eſt ex eo tempore, quo ſub imagine ſolis vel tauri intra ſigna coeleſtia numerari coepit; mox enim poſt fata Oſiridis, Ægyptii memoriam ejus ſervarunt nonſolum in monumentis, ſymbolo ipſius heroico ſeu militari, Tauri capite, conſpicuis; ſed etiam eidem immolarunt taurum variegatum; ex quibus aliisque ritibus & conſecrationibus demum apotheoſis tauri Oſiridis, Sacris gentium ubique illata eſt circumfuſa, aſtris etiam inſcripta. Plura de hujus generis emblematibus & originibus ſacrorum gentilium vide apud CLERICUM *in explicat. fabulæ de Adonide T. III. Bibl. univerſ. & hiſtor. p. 12.* PLUTARCHUM *de Oſiride & Iſide T. II. Op. p. 379. præcipue* JO. LAURENT. MOSHEIMIUM *in doctiſſimis obſervationibus ad Cudworthi ſyſtema intellect. hujus univerſ. p. 118. ſqq. 280. ſqq. 393. ſqq. 419. ſqq.* Speciatim ad Taurolatriam Vandalorum Cimbrorumque expliandam faciunt.

I. Statua TEUTOBACHI, Regis Teutonum Megapolenſium, a Cajo Mario victi cujus fortitudinem & inſignia militaria adumbrare videntur equi quadrijugi, tauri caput in galea & gryps in ſcuto. Inſertam vides hanc imaginem *Tomo III. Monum.* fide membranæ plicatilis antiquæ, in qua depicta ſunt Regum Vandolorum Obotritarum facta militaria & torneamenta; cujus argumenti membranas plures in manus *Wallenſteinii* incidiſſe exploratum eſt. Aliam, autoritate laudatæ mappæ, adjicio imaginem h. l. Tab. E. n. 1. quam vel ad ipſius Teutobachi, vel ad Regis Vandalorum *Genſerici magni*, vel ad Romani alicujus victoris referre vel etiam vindicare poteris heroi alicui Cimbrorum, qui egerunt in conſortio Vandalorum Megapolenſium, Varinorum & Gutorum. PONTANUS *Chorogr. Dan. p. 668.* PLINIUS *Hiſt. mund. L. IV. c. 14.* De Genſerici Regis armis & vexillis, tauri capite inſignitis, teſtati ſunt ipſi Hiſpani Scriptores *Ximenes* & *Rodericus Toletanus*, docentes: Wandalos poſt occupatam Vandaluſiam trajeciſſe in Africam & militaria ſigna habuiſſe capita taurina. Spectant huc imago Boli, Regis Cimbrorum, victoris Romanorum, demum victi a Cajo Mario in campo Vercellenſi *T. III. Monum. p. 415.* & Icones tauri, quæ conſpiciuntur in trophæis Romanorum auraſiacis verſus partem ſeptentrionalem (præf. ad T. III. p. 109.) & in caſtro aquæ Martiæ (d. l. p. 111.) vaginæ gladii majoris & ſcutis inſculptæ; ut & imago centauri ab Tauri cubantis ſeu victi in tropæis Caji Marii æri inciſis *T. III. Monum. p. 419.* Addo, quæ ad Tropæum Auraſiacum explicandum faciunt, notas PEIRESCII *ex MSC. regiæ bibliothecæ n. 9932. fol. 116.* e Gallico ſermone latine redditis a MONTEFALCONIO *T. IV. pag. 73. Arcum*, inquit, *Arauſicanum dedi ſecundum exemplar mihi transmiſſum a D. Mignardo architecto, Mignardi pictoris celeberrimi patruele. Qui Mignardus architectus Avenione non ita pridem obiit annorum nonaginta. Nuper autem in manus incidit meas codex manuſcriptus viri cl. D. Peireiſcii qui nunc eſt in Bibliotheca Regia: ubi arcus ille Arauſicanus quinquies vel ſexies a diverſis delineatus occurrit. Verum hæ delineationes tam imperite ſunt adornatæ, ut vix quidpiam in illis expiſcari poſſis. Peireſcius ſimiles delineationes a multis petebat ac recipiebat, neque ceſſabat donec ad rei accuratam delineationem perveniſſet: id quod admodum difficile erat; tanta nempe erat in iſtis regionibus delineandi imperitia. Vir ille præclarus notas aliquot in arcum illum ſcripſit Gallico idiomate, quas hic apponere viſum eſt, nulla inducta verborum mutatione, etſi ſtylus ejus & temporis, ſcripſit enim anno 1610. & patriæ ſuæ aſperitatem oleat. Sequuntur notæ Peireiſcii in arcum Arauſicanum ex MS. Reg. 9932. fol. 116. Arcus triumphalis Arauſicanus tribus conſtat arcubus, quorum fornices intus plurimis decorantur ornatibus concinna diſpoſitione, foliis, ſertis, fructibus, venuſte omnino elaboratis, ordineque Corinthio. Supra magnum mediumque arcum in utraque facie inque magna tabula, pugna repræſentatur equitum peditumque, quorum alii armati, nudi alii ſunt. Supra minores arcus, in lateribus in quatuor faciebus, hinc & inde, ante & retro acervi ſunt clypeorum, gladiorum, enſium, pilorum, tubarum, caſſium, veſtium, & aliquot ſignorum militarium, quæ retro prominent cum tota ſpiſſitudine, quæ ſigna aprum tantum referunt baculo ſive haſtæ affixum. Caſſides nonnunquam* ROMANO *more adornatæ ſunt, & rotas loco criſtarum habent: aliquando etiam cincinnos capillorum referunt, ac ſi caput nudum repræſentarent. Gladii ſeve cultri terni & terni ſunt, cum cingulis pendentibus. Tubæ etiam ternæ & ternæ exprimuntur, & in caput delphini omnes deſinunt. Clypei omnes ovatæ formæ ſunt & oblongæ: omnesque aut literis quibusdam aut ornatibus ſunt onuſti; alius ciconias habet, alius torques vel ſolos vel binos complicatos, alius*


Teutobachi ſtatua.

Genſerici imago.

Boli Cimbri imago.

Tauri in tropæis Romanorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

armillas, alius crescentem LUNAM, *alius* SOLEM, *alius stellam, alius parvos clypeos*  (*hæ sunt peltæ*) *aliqui tabellas, ubi ipsorum nomina inscripta erant, ut* BODUACUS, CATUS, MUDILLUS, MARCUS, *D. Plurimi oras habent, alii angulis, alii pinnis, alii punctis distinctas, alii corallis, alii ceu dentibus quernorum foliorum, alii catenulis. Militares vestes ibi comparent, loricæ nempe, hamatæ, aut squamatæ, aut hirtæ &c. Pila seu spicula in fasciculos sunt colligata. Supra eosdem arcus sive portas minores aliæ tabulæ sunt anaglyphis plenæ, ubi tropæa navalia, rostra, acrostolia, proræ navium, mali, trochleæ, rudentes, remi, tridentes, tituli, labari. Ad orientem & occidentem tria tropæa concinne posita supra arborum truncos, cum captivis hominibus mulieribusque qui utrinque stant. Quæ tropæa galeam repræsentant, clypeos, pila, signa militaria apri, tubas & saga quædam, palliola, aliosque pannos queis opertus est arboris ille truncus. Supra tropæa versus orientem est caput solis radiantis in parvo arcu stellis conspersо. Ad latera ejusdem minoris arcus, tritones sunt seu alia marina monstra. In summo arcu supra minorem portam quæ est ad lævam versus septentrionem, est lituus, patera, arceolus, simpulum & aspergillum. Ex regione horum eadem altitudine ad partem meridiei, est protome mulieris vetulæ magno velo obtectæ, Æternitatis instar. D. de la* PISE *Tabularius in Curia Arausicana retulit mihi vidisse se rescriptum quodpiam in basilica urbis quo ferebatur, cum ab aliquot annis lapidis ex arcu decidissent, inter ruinas fragmentum schemati fuisse* TEUTOBOCHUS, *quod est nomen* CIMBRI *cujusdam a Floro nominati. Zophori præcipui circa arcum militibus iisque peditibus pugnantis conspersi sunt. Hactenus* PEIRESCIUS. *Observandum porro est, penultimum articulum qui ad fidem D. de la Pise affertur, creta notatum & quasi deletum ab ipso Peirescio fuisse, qui cum non satis haberet, articulum ipsum sic delevisse & quasi indignum fide notasse, similes notas e regione in sequenti pagina ad oram usque folii continuavit, ut indicaret se illud omnino respuere & falsum putare. Hujus D. de la Pise filius qui historiam Arausicanam scripsit, falsi suspicionem auget, cum ait, audivisse se a patre suo, non quod id ipse vidisset in basilica urbis scriptum, sed quod ille ipse vidisset lapidem, ubi hoc nomen* TEUTOBOCHUS *scriptum erat. V. cl.* PEIRESCIUS *qui nihil unquam neglexit ut ad veram notitiam pertingeret, delineatores sat imperitos invenit, ut diximus. Arcus Arausicanus quinquies vel sexies hic delineatus conspicitur a diversis: ad hæc vero partes arcus illius in quatuordecim sequentibus foliis reperiuntur delineatæ, modo cum majori, mox cum minori imperitia.* DRACO *sæpe in tropæis habetur inter signa militaria. Eratque draco vexillum usitatissimum apud* SEPTENTRIONALES *nationes, ut in columna* TRAJANA *videre est; Parthi quoque illo utebantur signo. Aper etiam inter hujusmodi signa occurrit. Eratque aper inter prisca signa militaria. Ante* MARIUM *enim Romani signa habebant,* AQUILAM, *lupum,* MINOTAURUM, *equum & aprum.* MARIUS *vero* AQUILAM *tantum retinuit. Neque tamen alia signa ita rejecta fuerunt, ut nunquam postea usurpata sint. Vidimus namque lupum inter signa militaria Trajani. Verum id difficultatis quidpiam parere posset, quod aper in Arausicano arcu sæpe comparens, ibi quasi signum hostibus abreptum repræsentari videatur, cum tamen idem signum in usu esset apud Romanos; at illi etsi Romanorum hostes, hoc illorum signum adoptavisse poterant. Clypei partem oratæ formiæ sunt, partim hexagoni & oblongi, id quod jam persæpe in hujusmodi monimentis observatum est. In pagina 126. in tropæis victoriarum navalium, pars navis cujuspiam habetur ex parte puppis, & supra acrostolion scala hodiernis similis, quæ fortasse poterat ad expugnandas naves usurpari. Eadem pagina nomina quæ supra retulit V. cl. Peirescius occurrunt, ac longe diverse scripta. In uno clypeo legitur* MARIO, *in alio* MEUPD, *in tertio* VONIUS, *vel fortasse* NONIUS: *hoc vero nomen ex parte prioris literæ raptum est, quæ fortassis & ipsa aliquid amisit. In aversa pagina 130. Peirescius, qui omnia accurate perciperet nihil negligebat, & qui diversorum notitias & narrationes excipiebat, hosce clypeos quinque numero seorsim posuit, ubi hæc nomina sic leguntur,* BODUACUS, CATUS, UDILLUS, MCULO, MARIO, *nomen scilicet quodlibet in quolibet clypeo: penultima postremæ vocis litera nimis curva videtur esse, quam ut I. possit exprimi neque satis curva est ut C. designetur. Peirescius in notis suis supra omnia in nominativo casu legit, Boduacus, Catus, Mudillus, Marcus. In hoc autem nomine Marcus, quam literam alii per I. legerant, ipse per C. legit. Verisimile porro est ex ea voce sic lecta* MARIO, *quosdam inductos fuisse ut putarent, arcum in honorem* MARII *ob* CIMBRICAM *victoriam conspicui erectum fuisse. At victoriæ navalis tropæa quæ in hoc arcu conspiciuntur, non possunt* MARIO *competere. Peirescius autem vir sagax & judicio præditus rem illam non tetigit. Illud vero observatu dignum prorsus est, isthæc nomina videlicet in clypeis haberi, qui hostibus erepti fuere. Illud autem nusquam alias, ut puto, visum fuit. Nomina autem magna pars* TEUTONICA *sunt; & cum nomen illud* MARIO *sive* MARCO *in clypeo & ipsum jaceat hostibus erepto ut & alia omnia, verisimile est nomen esse cujusdam ex hostium ducibus.* Præcipue huc rese-

referendi sunt NUMMI *argentei*, in victoriam, quam CAJUS MARIUS & CATULUS LUTATIUS a Cimbris demum reportaverant, cusi; militari & sacro Cimbrorum signo *Tauri imagine*, notati, quos *vide Tom. III. Monum. p. 413. n. 5. & 415. n. 111.* Quod vero Teutones, Vandali, Normanni, Sarmatæ etiam & Venedi instrumentis, armis, vexillis & loricis, vel religionis vel militiæ causa imprimi curaverint signa sacra, præcipue *tauros, dracones, aquilas, leones, feles*; id quidem testati sunt PLUTARCHUS *in Mario c. 13.* POLYBIUS, PROCOPIUS, DIODOR. SICULUS & TACITUS, CÆSAR, horumque fide FABRICIUS *Orig. Sax. L. II.* PONTANUS *d. l.* FRIDERICUS LUCÆ *in memor. Silesiac. p. 1729.* STEVECHIUS *in Veget. L. I. c. 20.* Jo. DOGTHEJUS *in Annal. sacr. excurs. 54. p. 153.* FRENZELIUS *de Diis Sorabis* §. 20. LATOMUS *Histor. Meckl. p. 25.* BAUDELOTIUS & plures Commentatores *in Tacitum.* Audiamus WITECHINDUM *apud Meibom. T. I. L. I p. 633. Hadegastus Saxo accepit signum, quod apud Saxones habebant sacrum,* LEONIS *atque* DRACONIS, *atque desuper* AQUILÆ VOLANTIS *insignitum effigie, quo ostentaret fortitudinis, prudentiæ ac rerum efficaciam.* Addo testimonium DITMARI *Merseb. L. VI. Chron. p. 135. In fano interius stant dii manufacti, singulis nominibus insculptis galeis atque loricis, terribiliter vestiti &c. Vexilla quoque eorum, nisi ad expeditiones necessaria, & tunc per pedites nullatenus moventur &c. posthæc Luizizi nostris pridie quam ad Oderam fluvium venirent, sociantur, Deos suimet præcedentes subsecuti. Et L. VII. p. 223. Luitici redeuntes irati dedecus* DEÆ *suimet illatum queruntur; nam hæc in* VEXILLIS *formata a quodam Hermanni Marchionis socio lapide uno trajecta est.* Idem de Lusatis, in præliis ac bellis secum numinum imagines ducentibus, VEXILLIS *cum artificio* intextas, refert MANLIUS *de rebus Lusat. L. I. apud Hoffmannum in S. R. L.* Præcipue huc facit ADAMUS *Bremens. L. II. c. XI.* asserens: *quod pectus* RADEGASTI *ostenderit* INSIGNIA GENTIS MEGAPOLITANÆ, *nigrum nempe tauri caput.* Unum fere sufficit TACITI *testimonium de Mor. Germ. c. VII.* quod *effigies & signa lucis* (fanis, templis) *detracta, in prælium tulerint.* Fusius id evicerunt CLUVER. *Germ. ant. L. I. c. 34 p. 247. c. 50. p. 344. 358.* SPENER *Herald. Op. P. I. c. 5. Sect. 3. m. 2. n. 63.* docentes, quod Vandali imagines ferarum, præcipue bovis caput, fortitudinis & prudentiæ signum detulerint cum barditu & immani vultu in conflictus militares ad incutiendum hosti terrorem. Idem speciatim de Cimbrorum Teutonumque tauro æreo docuit CHYTRÆUS *in prooem. Chronologiæ in Herod. & Thucydid. p. 45.* cujus etiam est annotatio *in Matthæum c. 3.* quod nefas visum fuerit populis borealibus usque ad Seculum XV. mactare *Vitulos.* Rationem hujus moris plures ad reliquias paganæ religionis referunt; Alii a penuria hujus generis animalium, rectius forte ab utilitate communi repetunt. Boreales enim regiones tauris & vaccis abundant, secus ac Ægyptum aliæque ditiones gentium remotiorum, quibus vel ob rationes sacrorum, vel ob inopiam utilium animalium, olim promulgata erat a sacerdotibus prohibitio, ne quis bestiis, præcipue foemellis, ovibus, vaccis, capris & bobus aratoribus (quos primi Athenienses manducare coeperunt) vim afferat, vel vaccas immolet diis, boum quippe sacrificio suspiciendis. De moribus septentrionalium veterumque teutonum paganorum vide STURLESON *in Vita Olai c. 107. &* KEYSLERUM *in Antiquit. Celt. p. 323. sq.*

Nummi Caji Marii & Catuli.

Vexilla & arma Vandalorum Slavorumque.

Saxonum.

Luiticorum.

Lusatorum.

Megapolensium.

Cimbrorum.

II. CAPUT *bovis nigri*, astro (Suecis stierna) in fronte notatum THORI *Gothorum imago*, in antiquo templo pagi Sueciæ conspicua, facile cum imagine tauri Ægyptiaci, signo quadrangulari in fronte, & maculis albis in corpore notati, comparanda; quam descripsit RUDBECK *T. II. Atl. p. 275. 321.* qui etiam ab hoc Tauri fronte insignia gentis antiquissimæ *Oxenstiernæ* repetiit *ib. T. I. p. 472. 486.* Accedit nonsolum icon bovis (*lit. a.*) intra XL. dies pinguefacti, in festo *juel* mactandi in cultum solis, terræ, lunæ, quæ inserta est FASTIS *Runicis membran. antiqu. &* SCIPIONI *Runico Mense Nov. apud* RUDBECK *d. l. T. II. p. 165. 169. col. XVI. T. II. p 321.* sed & figura capitis Tauri, lampadibus sacris passim insculpta *lit. b.* In Scaldorum monumentis Tauro capitique taurino tribuitur ipsum nomen *Thori & Thyuri*; hinc opinabile est, Taurum æneum a Cimbris cultum & a Romanis occupatum, non, ut BIRCHERODIUS conjicit, Thori figuram humanam, sed ejus imaginem symbolicam, taurum vel tauri caput, solis simulachrum, retulisse; Slavos etiam maris Balthici littora occupantes & Svecorum Vandalorumque idololatriam sectantes, Thorum h. e. Tauri caput, cum Radegasto conjunxisse, quæ est opinio RUDBECKII *T. II. Atl. p 322. & Fig. 28.*

Caput tauri sacri Svecici.

III. IMAGINES TAURINÆ æri ferroque incisæ, corona, stellulis, maculis malleo Thori notatæ. Prima earum eruta est ex agris Fioniæ testantibus *Bircherodio &* MAJORE *in descript. itineris borealis MSC.* Secunda debetur Bataviæ, teste eodem & JACOBO

Imagines Tauri sacri Fioniæ, Bataviæ, Daliæ.

COBO *ab* OUDENHAVEN *in antiquitat. Cimbricis renovatis an. 1682.* Tertia reperta est in Dalia docente RUDBECKIO. Quarta est Seelandiæ fide *Majoris.* Quinta *Helvetiæ,* prope Zurichium teste MONTFAUCON. Sexta *Westphaliæ* teste NUNNINGHIO *in sepulchreto Westphalico Mimigardico gentili p. 64.* qui tamen frustra hanc imaginem Romanis vindicat, quin coloniis eorum, sedem ibi figentibus, tribuere satagit appellationem villæ *Ihorst* præfecturæ Vechtensis, quam ab *Jo* vel *Iside* repetit. Dalii seu Dalekarlii *Græciæ* & *Vandaliæ antiquæ* hodieque utuntur insigni provinciali, *bovis imagine.* Quam etiam vel integram vel quoad capitis partem obsevabis insignibus civitatum quarundam *Angliæ* & *Bataviæ,* Tractus *Uri Helvetiæ,* Provinciæ *Kalitschæ* Poloniæ, pluriumque Megapoleos civitatum *Rostochii, Sultzæ, Warnæ, Wismariæ, Grevesmolæ, Kropelinæ,* ut & Nobilium *de Protten* & *Barnekowen,* Principum *de Lobkowitz* & *d'Aversberg,* Primatum Hispaniæ *d'Idiaquez,* Comitum *Piastarum Leszezinski* & *de Lesno,* nigro tauri capite cum annulo in ore tauri utentium, quibus adde insignia *Ditionis Bearnæ* Gallorum, Provinciæque & Dominorum *de Borgia* testantibus GUEUDEVILLE *dans l'atlas histor. T. I. n. 28. T. III. n. 62. T. IV. n. 22. 26. T. VII. No. VII. XX.* BRAUN *in Theatr. Urb. T. II. n. 2.* De *Wagriæ* & *Oldenburgi Holsatici* tractu testantur KIRCHBERGIUS *d. l.* RANZOVIUS & ELVERFELD *in Annal. Holsat. Class. I.* quod a Vandalis & Obotritis occupatus usurpare cæperit *frontis torvi signa tremenda bovis.* De Megapolitanis insignibus supra dixi. Lusatia inferior hodieque usu avito tuetur insigne, taurum album exhibens, quod autoritate antiqui libri missalis delineatum vide apud ALBINUM *Chron. Misn. f. 444.* MANLIUM *in Histor. Lusatiæ apud Hoffmann. L. II. c. 10. p 171.* nuperque ære expressum a LÖSCHERO *in indice Destinatorum literar. & fragmentor. Lusat. P. I.* ubi & *p. 57. sqq.* illud explicuit ex fabulis de *Isidis* metamorphosi, ex mensa Isiaca, agriculturæ rationibus & ex moribus Romanorum. Displicet opinio JULII SIDONII *in Paratitlis ad ordinat. provinc. ducalem Saxon. Obs. XXIII. p. 51.* & CRUGERI *in Origin. Lusat. c. VI. §. 7. Quemadmodum,* inquit, *illis suffragari non possumus, qui originem bovini insignis Lusatici, alteri in Lusatia Marchioni Christiano, vulgo Karsten dicto, Geronis successori, audacter tribuunt, sed idoneis argumentis destituti, quasi sine die & consule, id temere comminiscuntur; ita non absque verosimilitudinis specie in Viri eruditissimi intuemur sententiam, qui Bovis imaginem a Colonis novisque Lusatiæ Accolis, quos Albertus Ursus Secul. XII. in has terras e Belgio, Batavia & Frisia introduxit, originem ducere suspicatur; quin rubrum bovinæ imaginis colorem, albo circulo interstinctum, nihil aliud significare debuisse existimat, quam quod post internecina & cruentissima bella, totque sanguinis profusos rivos, nivea candidaque pax inter Saxones & Slavos stabilita fuerit, usque eo, ut mutuis connubiis in unam demum gentem, quæ hodie floret, coaluerint.* Parum abest ab hac opinione LÖSCHERUS *c. l. p. 60. 63. sqq. Von der Hollænder Wohnung in Lausnitz zeugen verschiedene Adeliche Geschlechter-Nahmen, von Dhame, Löben, Haake, Krahl, Heyde, welche mit denen Holländ. Nahmen übereinstimmen: Ob nun diese Hollænder nicht auch nach Gewohnheit der alten Colonien, (vide Wilh. Goesius in Antiq. agrar. cap. 1. p. 9.) ihren Fortzug unter gewissen Signis & Vexillis verrichtet, folgendlich weil ihr Absehen mehrentheils auf die Viehzucht gerichtet war, das Bild eines Ochsens dazu gebrauchet haben mögen, læsset man andere urtheilen, wenigstens ist die Sache um so mehr wahrscheinlich, als denen Slavis hiebevor vor einen Fehler ausgesetzet worden, daß sie die Viehzucht und Ackernutzung negligiret, (vid. Helmold. L. 7. c. 13.) denen zuwider die neuen Ankömlinge sich vielleicht ein meritum daraus gemacht, und durch solch Zeichen von jenen distinguiren wollen. Bey denen Römern war es sonst Mode, die Colonien unter den Zeichen eines Jugi Boum, davon einer das Gesicht eines bærthigen Mannes, das andere eines Weibesbildes gehabt, ihre Walfarth thun zu lassen, wie aus Marmoribus & Nummis Steph. Vin. Pighius in Annal. Rom. Lib. VI. fol. 422. sqq. darthut. Nun war Ertz-Bischoff Wigmann, welcher die Hand bey den Hollændischen Colonien-Wesen im Spiel hatte (Hecht. diss. de rebus Juterb. §. 5. Enzeltus in Chron. March. p. 56. b.) ein Liebhaber von Römischen Dingen; Er brachte verschiedenes aus dem Römischen Recht ins Magdeburgische. (Weichbild. Art. III. ibique Glossa & Landtr. L. III. art. 73.) Er bediente sich seine Bischöfflichen Brieffe zu datiren, des Calendarii Romani, da sonst viele, ja die meisten Geistlichen, ihre Tage mit denen Festen und Nahmen der Heiligen bemerckten, und darunter ihre Religiosität erwiesen. Warum wolte man demnach ein Bedencken haben, Ihm, daß er dieses Römische Colonien-Zeichen der Lausitz recommendiret habe, zuzutrauen; die damahligen Zeiten brachten es so mit sich, und wenn uns erlaubet ist, in Heraldicis unsere Muthmassungen weiter zu entdecken, so mag nicht minder auch der Büffels-Kopff in den Mecklenburgischen Wappen aus eben solchen Fundament entstanden seyn, nachdem Heinrich der Löwe multitudinem populorum de* FLANDRIA *dahin bringen lassen, qui confluxerunt de terris suis, wie Hel-*

Helvetiæ, Westphaliæ.

Insignia tauvina civitatum nobiliumque.

Wagriæ.

Lusatiæ inferioris.

Non repetenda a Romanis & Græcis.

Nec a Batavis Sec. XII.

Helmoldus sagt, L. I. cap. 88. ad colendam terram spatiosam, fertilem frumento, commodam pascuorum ubertate. Denn was Joh. Is. Pontanus in Chorograph. Daniæ descript. fol. 668. von den Wappen der alten Cimbrer aus dem Plutarcho, und Schurtzfleisch in rebus Megapol. §. 7. vom capite Bucephali diesfals anführen, sind unerwiesene und noch weniger glaubliche Dinge. Ja wolte jemand die Sache noch höher treiben, und den Ursprung mehrgedachten Nieder-Lausitzischen Wappens weiter zurück, und aus den Heydenthum von der eingangs erwehnten Göttin Isis her deriviren; so ist zwar nicht zu leugnen, daß diese Göttin auch in der Lausitz theils unter ihren eigenen Nahmen (vid. KIRCHMAYER *ad Taciti German. Cap. IX. pag. 156.* GROSSER *in Ober-und Nieder-Lausitzschen Merckwürdigkeiten P. I. fol. 5.* FRENZELIUS *de Diis Sorab. Cap. IX. §. 8.* ECKARDTUS *in Monum. Jutrob. Cap. IV. §. 30.) veneriret worden; wie denn davon noch heutiges Tages ihr Nahme in dem Lausitzischen Dorffe* ZITZEN *ohnweit Luckau blühet; es ist auch ferner richtig und unläugbar, daß die Slaven und Wenden die Bildnisse ihrer Götter nicht allein in ihren Fahnen geführet, (Ditmar. L. 7. p. 223.) sondern auch auf Müntzen statt der Wappen ausprägen lassen. Vid.* MATHA *in Lub. olim magna n. 8. p. 26. Mit dem Nieder-Lausitzischen Wappen aber würde es solchergestalt auf eines hinaus kommen, und dasselbe nach dem Bildnisse dieser Göttin, ebenfals de bove unius vel alterius sexus, wie oben mit mehrern bereits erwehnet worden, angenommen werden können.* Sed corruere facile videntur hæc cogitata. Constat enim & luculenter testatur DOUSA *in Annal. Holland. L. VI. p. 264.* quod Hollandi sub auspiciis Alberti Ursi in omnem Slaviam Albinam & Orientalem usque ad Bohemiæ Sylvam migraverint & ut supra dixi, transierint in Marchiam, Megapolin, Stormariam, Wilstriam & Holsatiam: quarum tamen regionum Proceres vel illud taurinum signum nunquam adoptarunt, vel certe diutius ante Seculum XII. illo usi sunt in vexillis militaribus, in armis & symbolis territorialibus, nummisque bracteatis & solidis. De ipsa *Lusatia* testatur ALBINUS *d. l.* quod tauri signum, certe *ante adventum Hollandorum* ibidem celebratissimum fuerit & usurpatum a Comite *Wipprechto* a. 1118. Mutasse itaque videtur opinionem laudatus LOSCHERUS *d. l. P. XI. p. 1097: Es ist nichts wahrscheinlicher, als daß dieses Wapen noch ex primis Germaniæ temporibus, von den alten Svevis herrühre, welche anfangs und lange vor den Einbruch der Slaven und Wenden die Lausitz besessen. Bekandtermassen haben dieselben allerhand Thiere in ihren Fahnen und Schildern geführet; wie* CLUVERIUS *in Germ. ant. f. 360. davon die Figuren mitgetheilet; inde depromtæ sylvis lucisque, sagt Tacitus von denen Teutschen L. 4. Hist. cap. 22. veterum cohortium signa, ferarum imagines, ut cuique genti prælium intre mos est: Ob nun unter diesen Thier-Bildern auch ein* GREIFF *gewesen? wie verschiedene dafür halten wollen, lass ich an seinen Ort gestellet seyn, wenigstens ist mir noch kein Zeugniß eines coævi Scriptoris diesfals zu Gesichte kommen, darauf man sich verlassen könne, und was neuern Auctoribus in dergleichen Dingen zu glauben sey, ist meines Wissens jedermann bekannt. Hingegen haben die Svevi, so wohl als andere Deutschen bey ihren wichtigsten Dingen sich jederzeit der zahmen und wilden* OCHSEN *bedienet, und sie vor was heiliges gehalten. Bey Heyrathen waren die besten Geschencke juncti Boves, frenatus Equus &c.* TACITUS *cap. 18. Unter den wilden Thieren aber, welche die Svevi fleissig mit Jagten aufsuchten (Cæsar de B. Gallico L. 4. c. 10.) und die sie im Kriege, wie schon gedacht, zu ihren Insignien gebrauchten, waren* URI, *so die Gestalt eines Ochsens hatten, die bekandtesten, ib. Lib. 6. ferner Bisontes Bovis feri similes. Solinus cap. 29. und andere dergleichen Argumenta mehr, welche uns beglaubigen, daß damahls bey Deutschen Leuten die wilde Ochsen sive Bisontes s. Uri s. alii nominis in denen damahligen Insignien vor andern gewöhnlich gewesen. Der gelehrte* BAUDELOT *dans la description des Bas relief de la Chathedrale de Paris hat solches wohl eingesehen, und aus obigen Ursachen vor eine bekandte Sache angenommen, daß die alten Deutschen das Bild eines* OCHSEN *in ihren Fahnen und Schildern geführet, von welchen* JAQVES MARTIN *de Relig. Gallor. L. I. cit. T. II. L. 3. p. 72. gantz ohn Ursach schreibt: Je ne scai d'ou Monsieur Baudelot a peu'tirer ce qu'il avance de Taureau, je n'en trouve rien nulle part; denn vor und nach Baudelot haben aus Zusammenhaltung des Taciti und anderer Scribenten, Cluverius l. c. Al. ab Alexand. D. G. L. 4. c. 2. Vetter ad Tac. de M. G. c. 6. p. 33. & c. 7. p. 43. &c. eben dieses beobachtet, und dem Deutschen Wappen die Figur eines* OCHSENS *vindiciret. Et p. 104: In Summa jedes Götzenbild hatte seine sonderbahre zum Kriegeswesen gehörige Bedeutung, davon die Wenden und Slaven Glück und Sieg hofften, wie sich noch heute zu tage die Türcken von der Fahne des Mahomets versprechen. Und diese abgöttische Fahnen und Wappen daureten sonder Anstand biss zu derjenigen Zeit, da die Sachsen unter Heinrico Aucupe & Ottone I. die Wenden demüthigten, und den Götzendienst als derer Bildnisse denen Teutschen mehrentheils unleidlich gewesen (Tacit. de mor. Germ. cap. 7.) zu tilgen allen Fleiß anwandten, da denn zwar die Marggrafen ohne Zweiffel in*

Sed a moribus domesticis avitis.

Erinnerung der vorigen deutſchen Wappen, an ſtatt der Götzen-Bilder, wiederum das bey der Sveven Zeit gebræuchlich geweſene Zeichen eines wilden Ochſens hervor geſuchet, welchen Gero wie POPPENRODIUS *in Annal. Gerenrod. ap. Meibom. T. II. Rer. Germ. fol. 425. will, oder Chriſtianus nach dem Bericht* HOENNII *in der Unterſuchung des Chur-Sæchſiſchen Wappens cap. 3. p. 39. wieder angenommen und geführet, denen auch Graff Wipprecht darunter gefolget, in Hoffnung daß denen Wenden dieſes Wappen um deßwillen nicht ungefællig ſeyn würde, weil ſie die* Isis *unter den Bild eines* OCHSENS *ſchon geehret und angebethet, vid. Deſtin. P. I. p. 64. von welcher auch* JOH. VOSSIUS *in Theol. Gentil. L. I. c. 38. ſolchergeſtalt ſaget: Iſis incertum utrum naturale an animale fuerit Numen. Allein die Einwohner derſelben haben ihre Götzen offt wieder hervor geſucht, biß ihnen endlich durch Einführung der Rhein- und Hollænder der völlige Kappzaum angeleget, die halsſtarrigen aus dem Lande getrieben, oder getödtet, das Chriſtenthum feſte geſetzet, und die Götzen-Wappen und Fahnen abgethan, hingegen durch Vorſchub Ertzbiſchoffs* WIGMANNI, *das bis daher noch immer in Anfechtung geweſene Wappen eines* OCHSENS, *durchgehends und beſtændig eingeführet worden. In welche Zeiten dann auch allen billigen Vermuthen nach, unſer Nummus eigentlich gehöret, nicht eben darum, daß er nur als eine Gedæchtniß Müntze ſey geſchlagen worden, welche die Einführung der Rhein- und Hollænder verewigen ſollen, ſondern weil man dergleichen neue Müntze nöthig gehabt, und vor gut befunden, den wilden Ochſen, als das nunmehro feſt geſtellte Nieder-Lauſitziſche Wappen, auf courrent-Müntzen auszuprægen; dahero auch ſolche Müntze nichts deſtoweniger eine Zeitlang zum Gedæchtniß dienen können, indem alle Müntzen dieſen Nutzen haben, und in ſolcher Abſicht auch das Wort moneta a monendo ſeinen Urſprung erhalten.*

Navigium Tauri ſacri Lapponum ex tympanis magicis.

IV. LAPPONUM TAUROLATRIA in tympanis Lapponicis deſignata, ita ut taurus vel ad ſolis latus vel inter *Thorum* & *Diſam* h. e. ſolem & lunam in nave conſpiciatur. SCHEFFERUS *de Upſal. p. 128.* RUDBECK *Atl. T. II. p. 176. 275. 277.* Ut plura alia ſacra gentium borealium; ita etiam hoc navigium *tauri Gothici & Cimbrici* plane convenit cum nave *Oſiridis*, ſedentis in puppi, juncta *Iſide* ſeu Luna in prora apud PIGNORIUM *in Menſa Iſiaca p. 71.* Figuram navigii Tauri, *Thori & Diſæ*, fide tympani Lapponici magici, exhibent RUDBECK *Atl. T. II. p. 350. 351. 552.* SCHEFFER *Hiſt. Lappon. c. XI.* BERN. PICART *dans les Ceremonies & coutumes religieuſes des peuples idolatres T. II. p 376.* Selectiores figuras vide *h. l. n. IV.* ibique ſub *lit. a.* navem Diſæ; b. Diſam reticulatam & c. comparationem cum nave Iſidis Ægyptiacæ apud *Pignorium d. l.*

Comparatum cum nave Iſidis.

Nummi Gothici & Cimbrici tauro inſigniti.

V. NUMMI *bracteati Gothici & Cimbrici*, capite & imagine tauri conſpicui, quos delineatos habes *n. V.* Primus erutus eſt ex editiori monte inſulæ *Föhrenſis*; ſecundus repertus in campo Holſatico prope *Oiendorp*; cujus generis plures bracteatos integro vel dimidio tauri capite inſignitos ex agris Wismariæ & Megapoleos erutos exhibui in ſpecimine documentorum Megapolenſ. an. 1726. edito. Tertius vindicatur marchionatui Luſatiæ inferioris, quem GEORG. CHRISTOPH. KREYSIGIUS communicavit cum AUTORE *deſtinatorum literar. Luſat.* qui eundem recenſuit *P. XI. p. 1092 ſqq.* adnumeravitque bovibus *ſylveſtribus*, *Uris Biſontibus*; qua etiam opinione inductus MUNSTERUS *in Cosmographia* bovem exhibuit *ferum* loco inſignium Regum Vandalorum & Obotritarum *Megapolenſium.* Malo autem iis aſſentiri, qui *tauro* prærogativam tribuunt, antiquiſſimis ſignis, nummis, ſigillis ſtabilitam. Biſontes etiam villoſi & ſetoſi, qui Polonis dicuntur Suberi, Germanis Damthier, male dicuntur Uri, vulgo Aueroxen. Hi enim, Polonis & Ruſſis TURI dicti, capite & corpore validiori differunt a Biſontibus, uti docent SOLINUS *in Memorab. c. XXIX.* & figuræ apud ALDROVANDUM & GESNERUM *vol. de Quadrupedib.* BRAUNIUM *Theatr. Urb. in deſcriptione Moſcoviæ T. II. n. 47.* Audiendus tamen eſt laudatus AUTOR *deſt. Literar. d. l. p. 1107. Es zeiget ſich die wahre Urſache warum der Churfürſt Jo. Georg II. nach des Herrn Geh. Raht Hoffmanns in notis ad Manlii Hiſt. Luſ. L. 2. cap. 11. fol. 112. und Leuberi relation anno 1654. wohl angemercket, daſs der Nieder-Lauſitziſche Ochſe, in denen alten Sæchſiſch- und Brandenburgiſchen Vertrægen ein Biſont genennet würde, indem eines Theils nur gedachter maſſen die Wappen der alten Deutſchen, davon das gegenwærtige abſtammet, nicht aus zahmer, ſondern aus wilder Thiere Bildnüſſen beſtanden, andern Theils auch wohl ſeyn kan, daſs die Verfaſſer der itztgedachten Sæchſiſch- und Brandenburgiſchen Vertræge, wie uns ein vornehmer und in utroque Marte vortrefflicher Cavalier verſichern wollen, Abſicht auf den Wendiſchen Idiotismum gehabt, nach welchen ein bunter ſtriemichter Ochſe Biſanc, und eine dergleichen Kuhe Biſanca genennet wird.* Figura, quæ hic quarto loco occurrit, ex campo Vichelienſi Megapolitano

Ænea figura Thori Vichelenſis.

erua,

erura, Gothica videtur imago *Thori*, ſymbolum ſolis, lunæ, terræ. Obſcurum eſt, quid figura ſupra cornua eminens ſignificet? an forte cœlum, an taurum in Zodiaco, an genium vel cometam adumbret? Singularia huc facere videntur NICOLAI *Domini Werlenſis* inſignia, Tauri capite, ſole, luna & ſtella in circulo coronæ conſpicua, quibus uſus eſt an. 1308. ut & inſignia ALBERTI, *Domini Megapolenſis*, qui an. 1333. Sigillo uſus eſt inſignito tauri capite & collo *aſtronomico*, nimirum quinque ſtellis ſupremis; quæ in Zodiaco caput tauri referunt, aſtronomico ordine collocatis & Galea (Stehhelm) plumis copioſe ornata contectis. Figura *5. & 6* repræſentant minotauros Cimbricos, quorum convenientiam cum Suecico vide apud RUDBECK *Atl. T. III. p. 176. D.* Confer quæ de Centauris diſſeruit BEGERUS *in Spicileg. antiquit. p. 57.* Ultimo loco habes taurum trium gruum, rectius *Taurum garanum*, quem Galli Cimbris debent. Prope arborem vides taurum, in quem incumbunt tres grues vel aquilæ, prima in caput, altera in medium, tertia in extremum dorſum, cujus explicationem vide apud MONTFAUCON *T. II. p. 426. Tab. CXL.*

Minotauri Cimbrici.

Taurus trium gruum.

VI. ANTHYRIUS VANDALUS ab Amazonibus Suecicis natus h. e. ex Quenlandia, (*Kajanland*) fœminarum regione Scondica oriundus, præfectus militaris Alexandri M. & Dux alicujus Morithiæ, militari Græcorum more veſtitus, cujus galea more græcarum caſſidum profunda, thorax etiam ſeu lorica tauri nigri capite & gryphis exornantur. Accedit icon ejus navigii, quo poſt fata Alexandri in Comitatu Gothici alicujus Regis filii *Barvani* per Euphratem & ſinum perſicum, caput bonæ ſpei fretum Dan. & mare balticum, vel quod malunt, per Arabiam, mare mediterraneum, propontidem, mare nigrum, bosphorum cimmerium, paludem Moeotidem, Tanaim, Boriſthenem poſt triennium demum ad Gothlandiam appuliſſe fertur. Prora ejus ſeu roſtrum, gryphi imagine, apluſtrum bucephali capite inſignitum eſt. Pictura hujus navis exſtat in fronte Codicis membranacei ſupra laudati, qui complexus eſt origines & imagines Regum Obetritorum vel ſi mavis *Abotrytarum* fide WITTICHINDI *in Annal. Sax. p. 639.* AD. BREM. *L. 2. c. 10.* quos male vocant alii *die Ubertreter*, *die Abendreuter*, noctes ad proelia legentes, notante de Ariis GRONOVIO *in notis ad Tacit. de M. G. P. 43.* Manu Mareſchalci Thurii, qui obiit an. 1530. adſcripta ſunt verba: *Navigium Anthyrii. Annal. Dober.* Inferius, ejusdem cura, depictum eſt vexillum Anthyrii, grypho inſignitum, & numiſma græcum, quod Alexandri Regis caput & Jovem ſedentem, dextra aquilam, ſiniſtra haſtam tenentem exhibet addita inſcriptione: ΑΛΕΣΑΝΔΡΟΝ; quod vide *h. l. n. VII. 1.*

Imago Authyrii Vandali ejusque navigii & vexilli.

VII. NUMMI ALEXANDRI *M.* aquila & Jove inſigniti omnium frequentiſſimi ſunt. Aliquando notati ſunt Leone, ſymbolo Leontopoleos ſeu Alexandriæ urbis ab Alexandro M. conditæ, ſæpe BUCEPHALO, paſſim etiam *pegaſo & TAURI CAPITE*; quibus Alexandri nummis tantam vim magicam aſſeruerunt populi, ut CHRYSOSTOMUS *Homil. XII. p. 610. edit. Sevil.* ſerio accuſaverit ſuperſtitionem hominum, *qui ærea Alexandri numiſmata capiti vel pedibus circumligarunt iisque uſi ſunt ceu incantamentis & amuletis.* Nummos Alexandri, *gryphe* notatos, nullibi invenio; neque inter Græcos & Macedonicos nummos apud *Goltzium*, *Begerum*, *Liebium*, *Bandurium*, *Wildium*, *Harduinum*, *Spanhemium*, *Meadum*, *Haimium*, *Gesnerum* obveniunt; unum ſaltem repertum eſt numiſma æneum cum *Antipatris capite & grypho*, *Apollini ſacro*, *laurique ramo*, quod *vide h. l. num. 2.* Certum eſt, Alexandrum M. uſum præcipue fuiſſe aquila, Jovi ſacra, ſymbolo majeſtatis & ſacræ divinationis, quo & ante illum Amyntas & Philippus, pater ejus, & poſt illum Reges Macedoniæ uſi ſunt, docente SPANHEMIO *de Util. Num. T. I. p. 166. ſqq.* GESNERO *in Numismat. Regum Maced. Tab. II - VII.* ubi ſolius Alexandri M. nummos XXXVII. recenſuit, aquila ſeu Jove aquilifero inſignitos. Mirum itaque videri poterit, quod ANTHYRIUS ad memoriam Alexandri M. ſervandam intentus, aquilam ſuo navigio & inſigni haud inſeruerit, ſed prærogativam detulerit *grypho*, vel ſi malueris accipitri, vulturi, rectius fabuloſæ avi ex aquila & leone efformatæ, ſicuti equus pennipotens, pegaſus, ex aquila & equo coaluit. ALDROVANDUS *Ornitholog. L. X.* Neque opus fuit, ut MARESCHALCUS fingeret *bucephali* taurinum caput. Adſunt enim *Alexandri M.* numismata quædam, quæ altera parte referunt *caput Alexandri in exuviis Leonis*, adverſa parte Jovem aquiliferum taurique caput vel *bovis anteriorem partem*, quorum typos vide *h. l. N. VII. 3. 4. 5.* Hinc forte eſt, quod notante HOTTINGERO *Hiſt. orient. L. I. c. 3. p. 74.* Alexander M. in *Corano Turcarum Surat. 28.* dictus ſit *Dulkarna*, Taurus, heros bicornis, ad ſignificandam potentiam ipſius in utroque orbe. Tertius numus quartusque argentei ſunt, quintus eſt aureus, inter Alexandri M. nummos rariſſimus, victoriam exhibens, quæ ſiniſtra haſtam, dextra ſertum tenet, ſub quo eſt caput, Eubæorum inſigne, qui nummum

Nummi Alexandri M. bucephalo, tauro & aquila inſigniti.

mum in Alexandri honorem cusisse putantur teste GESNERO *d. l. p. 23. 29. & Museo Anglicano p. 8.* ubi idem numus in argento occurrit *cum monogrammate T.* Quod autem Bucephalus, origine Thessalus, generosioris equi indolem ostenderit; id quidem supra dixi & ex nummis *h. l. N. VII. 6. 7. 8. 9.* luculenter patet. Sextus est argenteus numus, exhibens caput Philippi in exuviis Leonis altera parte, altera Alexandrum *bucephalo* insidentem, ante cujus pedes est urceolus cornutus, signum distinctionis vel urbis alicujus. Septimus æreus minor, sistit Alexandrum adolescentem nudum, Bucephalo gradienti insidentem, inter cujus pedes est fulmen. Majorem ejusdem imaginis numum exhibet WILDE *in Num. select. Tab. II. 9.* Octavus æneus, altera parte capite Alexandri, altera Bucephalo saliente signatus est cum tridente apud NONNIUM *in Commentar. ad Goltzium XXX. 3.* Nonus cum inscriptione ΒΟΙΚΕΦΑΛΟΣ & capite Alexandri galeato laudatur a LAURENBERGIO *in Græcia antiqua* apud GRONOVIUM *Tom. IV. Thesauri antiquitat. græc. T. II. n. 8.* & singularis omnino est, quia equi capiti imminet imago solis. Cum differentia quadam eundum numum exhibuit & explicuit MONTFAUCON. *T. IV. T. XIX. 3.* Addo binos numos Alexandri M. in quibus conspicitur equus volans, forte Corinthi insigne, & sub pedibus equi Kappa Phoenicium, Corinthiorum initialis litera *h. l. N. VII. 10. 11.* Redeo ad Mareschalcum. Si quid divinare licuerit, laudatus Mareschalcus per verba: *Annal. Dober.* vel ad imagines antiquas Doberanenses, vel ad Chronica Doberanensia antiqui ævi respexit, de quibus constat ex Apocha OTTONIS *Episcopi Havelbergensis an 1418. d. IV. Maji* exarata, in qua fatetur, se a Balthasare Principe (ultimo) Werlensis lineæ *duo magna Volumina in membranis scripta de ortu & progressu Regum Obotritarum accepisse, legisse & restituisse, alterum quidem Doberanensi, alterum Solis Campi Cœnobio.* Mirum est, nec MARESCHALCUM, qui iis usus est *in Annalibus & Chronicis Meckl.* nec. ANDR. MYLIUM, Ducis Alberti Consiliarium *in Chronico*, quod *a Seculo IX. a. 810.* auspicatus est, *Mecklenburgico;* nec RIXNERUM *in Originibus Mecklenburgicis* quicquam horum cimeliorum meminisse, certo indicio, quod illa tempore Alberti Ducis Musagetæ, qui in instruenda ducali bibliotheca primus omnem curam impensissime defixerat, adnumerata fuerint rebus desideratis. Parvum tamen Chronicon apud Doberanenses olim servatum repertum est, exaratum an. 1541. cujus mentionem feci *in præf. ad Tom. II. p. 62.* Ipsum Anthyrii navigium Babylonicum, militibus etiam & opificibus Obotritis copiose refertum, multa forte debet ingenio Mareschalci & Rixneri, qui fidenter tradiderunt, quod vexillum navis ANTHYRII in *Alexandri magni* memoriam *Bucephali capite nigro in campo aureo;* navigii autem ejus Comitis BARUANI, signo LEONIS *in campo argenteo* fuerit insignitum; a quo Leonis signo facile originem Leonum, insignium Regum septentrionalium, repetierint Sectatores Mareschalci.

MSCta Doberanensia.

Cultus Freji, Urani, solis idoli Gothorum.

VIII. VANDALORUM *cultus*, SOLI *exhibitus*, immolatis tauro in tenebris per LX. dies saginato, equo, gallo & binis verribus. Quod Phoeniciis est *Adonis*, Persis *Mithras*, Ægyptis *Osiris*, Græcis & Romanis *Apollo*, Anglis *Sunno*, Noricis & Vindeliciis *Beelenus*, *Bielius*, id Svecis & Norwagis fuit rota corruscans HELLA, FREJUS, URANUS, simulacra Solis.

Jutrebocus, Uranus Slavorum.

IX. JUTREBOCUS SAXONUM & SLAVORUM non a *Jutta* quadam vel a nundinis caprinis Jutrebocensibus, nec a bonitate divina; sed a *Jutri* Slavis luce, *Jutruy* matutino, *bog* numine, appellatus, nuntius Solis orientis, aurora, lucis Deus. HECHT *de rebus memorab. Jutreboc. §. 9.* Svecis dicitur *Uranus* a Gothico *Yra* rotari, *Ur* horologio, Solis cursu, docente VOLUSPA *Scald.* & JUNIO *in Notis ad* ULPHILAM. In indice paganiarum veterum Germanorum articulus XXIV. agit de *pagano cursu quem Yrias* (in Monum. Paderbornensibus p. 309. *Urias*) *nominant scissis pannis est cultus.* Non putaverim hic *Scurias*, calceos sciissos, intelligendos esse conjiciente ECCARDO; sed *Uranium* indicari, solis simulachrum, cui sub auspiciis novi anni litabant gentes, assumtis larvis animalium & ludicris vestimentis. Præcipue septentrionales populi, pertinaci cultu & pompa insigni, hoc festum prosecuti sunt, docente VERELIO *in Notis ad Gotricks Saga fol. 50.* ubi agit de sacrificio FREJI, SUNARBLOT & FREYBLOT. Solis festum JUEL celebratissimum omnium fuit; unde ipsum sacrificium soli tunc oblatum dictum est HUFWUDBLOT, CAPUT *sacrificiorum.* Animalia autem soli immolata præcipue fuerunt equi albi, verres, tauri, qui currui ejus trahendo inservire poterant, uti patet ex *Olofs Saga c. 107.* docente RUDBECK *Att. T. I. c. 5. p. 119.* PERINGERO *de Heliolatria Thes. XI. p. 23.* NETTELBLAT *de heliolatria veterum p. 14. sqq.* Summatim hoc argumentum exposuit HEMMINGUS FORELIUS *diss. de cultu*

Sacrificia Solis

tu Solis Upſal. habita an. 1708. p. 67: In Svecia, inquit, *ſol cultus eſt ſub magnificentiſſimis Regum, Principum, heroumque nominibus atque titulis, quos ſidus in cœlo præſtantiſſimum meruit. Tales fuiſſe commemorantur*, Odin, Thor, Jofur, Tyr, Frej, Asmun, Ammon, Hereker, Herculer, Tys, Dys, Gat, Gadir, Sun, Syn, Fan, Fanin, Bagge, *aliique a Rudbeckio annotati. Atque in honorem Solis inſtitutum celebratumque fuit feſtum* JULIORUM, *per integros 19. dies, in quo varia Soli offerebantur ſacrificia, ludique feſtivi inſtituebantur, quibus Soli iterum ad ſe revertenti, grates perſolvebant immortales. Horum quam plurimos, præſertim apud plebem, reſiduos habemus, ut convivia* JULIA *lautiora, pinus ante portas decuſſatim erectas, verrem Julium, cantilenas Julias, panem* JULIUM, *arietem Julium; arietem quoque cæcum, clavam Juliam, candelas Julias, ludos Julios; quæ nunc pleraque in Feſto Natalitio Soſpitatoris noſtri, ſine ulla tamen ſuperſtitione aut impietate retinentur & exercentur.* Ex inſtituto de Solis cultu per omnem orbem diſſeruit RUDBECK *T. II. Atlant. c. 5. p. 135-436.* Mirum itaque non eſt, quod ubique fere Heliolatriæ veſtigia deprehendiſſe ſibi viſi ſint, qui a ſolis cultu repetunt nomina *Solisburgi* provinciæ *Oeſelanæ*, *Sonnenbergæ* Auſtriæ & Coburgi, Sultzbachi Nordgaviæ docente DÖDERLIN *in antiquit. gent. Nordg. p. 63 Sonnenwald* Luſatiæ inferioris, *Soltwedelii* (ſolis ſylvæ) Marchiæ; *Sabothi*, montis ſolis Sileſiæ & *Sabgrube Heligolandorum* quæ a *Sab*, luce, appellatur, foſſa luminis, ex cujus fonte primi Chriſtiani a. 692. & Radbodus rex a. 715. baptizati ſunt. Refer huc ſuperſtitiones de igne paſchali, de *ſolis* ſeu *Hellæ* chorea paſchali, & plures gentium errores de igne Walpurgis & S. Johannis, de Ordaliis per ignem, de igne perpetuo Perſarum & Græcorum, de igne neceſſario ex ligno fricto vulgo *Nodfür*, de *Hella ſacra Sveonum* ſeu ſolis ſanctitate, cui vindicant appellationes *Hellſingburgi*, *Helvetiæ*, *Helſingorum*, *Heliconis*, *Helluſiorum* & *Hellevionum* gentium, vulgo inferni habitatorum, rectius incolarum *Dalekarliæ & montanarum Sveciæ regionum*; vide RUDBECK *Atl. T. I. p. 554.* BOCHARTUM *Hieroz P. I. L. II. c. 35.* SNEIDERUM *Lex. Bibl. T. I. f. 1078.* Ab Anglo Saxonibus Februarius vocatus eſt *Sunnmonat*, *Solmonat*, menſis placentarum, putante FABRICIO *in Menologio p. 188.* rectius: Menſis ſolis redeuntis vel ſolis olim culti. Ex qua ratione idem menſis Danis dicitur *Blidemonat* a blanditie.

Heliolatriæ varia nomina.

Reliquiæ apud Svecos.

Germanor.

Anglo-Saxones.

X. MEDA *ſeu* MOENA, Dea Luna gentium ſeptentrionalium, *Gardingæ* a Cimbris culta, bobus vecta, cujus ſacrificium erat taurus inchoante & impleta lana, teſte OLAO M. *L. 15. c. 14.* Exhibet puellæ imaginem, quæ Gothis vocatur *Mæn* & *Mæa*, docentibus WORMIO *in faſtis Runicis p. 169. &* SCHEFFERO *d. l. p. 113.* Ab ejus cultu appellatas dicunt civitates *Monheimiam* oppidum Nordgaviæ, *Monsburgum* Cliviæ, *Mondorp* prope Viſurgim, vulgo & *Luneburgum* Brunſvicenſium, quod rectius a fluvio *Lune* appellatur. Plura notavit RUDBECKIUS *c. l.* fuſe diſpiciens de *Selenolatria* & cultu *Aſtartes* Deæ *Syrorum*, cujus natales vindicat Svecorum *Mænæ*. Huic enim Scaldi nomen etiam *Aſtarodæ*, *Deæ amoris & foecunditatis* tribuunt & menſem ſacrum adſignant Aprilem, *Aſtritzmoenat*, igniculorum amoris menſem appellatum, feſto hodie *paſchatis* dicatum. Vide RITZII & HASÆI *obſervationes de origine vocum Aſtart & Oſtern in Bibl. Brem. Claſſ. VII. p. 449. 707.* Accedit imago *Neomæniæ ſeptentrionalis ſeu* NEHALENIÆ, Nautarum Deæ Friſiorum, Ditmarſorumque, Batavorum, Gallorum & Britonum; quam vel ab *inſula*, vulgo *Eiland*, vel a celebrata foemina rei nauticæ perita *Neelcke*, Cornelia; vel a Nympha Celtarum *Neha* in loco *Hallen* (Egmunda) ſive in *halle*, templo, culta; vel ab ebraico *Nahal*, leniter ducere, vel denique a *ſyrico* Nehalin, fluvio, rectius a *Novilunio* appellatam exiſtimant fide TACITI *de M. G. c. XI.* & cogitate docente ALTINGIO. Imagines quatuordecim, parum invicem diſcriminis oſtendentes exhibuit OLIVARIUS UREDIUS *in hiſtoria Comitum Flandriæ in addition. ad L. 1. prodrom. II. p. 51.* Ornatiores delegit aliaque imagine, ad oram maris tumentis ſtante, facemque accenſam, navigantium indicium, oſtendente auxit MONTFALCONIUS *T. II. Tab. 194. p. A A A.* cui adde SPONIUM *in Miſcell. erud. ant. p. 110.* SMALEGANG *in Chron. Zeland. p. 671.* & KEYSLERUM *diſſ. de Nehalenia antiquitatibus Celticis inſerta.* De moribus Gothorum circa cultum ſolis, novilunii, plenilunii vide OLAUM *M. l. 15. c. 14.* STRELOW *Chron. Goth. p. 12.* Inſtituta Ebræorum & Græcorum expoſuit SPENER *de Leg. Hebr. L. III. diſſ. A. C. l.*

Moena ſeptentrionalis & Cimbrica.

Nemonia Cimbrica.

XI. THUISCO, Teutonum Parens, terræ (Gothis *Thüt* & *Tiis*) filius, altor hominum, præcipue a Teutonibus, Anglis, Werinis, ſpeciatim in querceto *Tüttendorpiæ* apud Holſatos, *Tithmentekæ* hodie *Teutenwinckliæ* apud Megapolenſes cultus, cujus commenticias

Thuiſco Teutonum.

titias leges GOLDASTUS inter imperiales retulit. Ab ejusdem, ſacra autoritate appellatum dicitur *Dietenheimium* Nordgaviæ, *Duisburgum* & *Teutobourgum*, hodie *Detmoldia*, Thuiſtonis mallus, clade Variana ac Victoria Arminii, ducis Cheruſcorum, clarus. Delineata etiam vides Sacra viſci querni ſeu arbuſculæ ſacris quercubus adnatæ, quæ Islandis & Norvagis *Miſtilteirn*, Germanis *Gutheil*, *Miſtel*; Holſatis *Marentacken* dicitur, ramus ſpectrorum, vel rectius *Mairarum*, Druidum & Alrunarum ſeptentrionalium. De viſci hujus quernei præcipue ſanctitate teſtatur EDDA *Fab. 43. &* PLINIUS *L. 16. Hiſt. nat. c. 44. Nihil*, inquit, *habent Druidæ Magi Viſco & arbore, in qua gignatur, ſi modo ſit robur, ſacratius: Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronte conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri. Enimvero quidquid adnaſcatur illis, e cœlo miſſum putant ſignumque eſſe electæ ab ipſo Deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur: & ante omnia ſexta luna, quæ principia menſium annorumque his facit, & Seculi poſt triceſimum annum, quia jam virium abunde habeat, nec ſit ſui dimidia.* OMNIA SANANTEM *appellantes ſuo vocabulo, ſacrificiis epulisque rite ſub arbore præparatis, duos admovent* CANDIDI COLORIS TAUROS, *quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demittit, candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes, ut ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicunque animali ſterili arbitrantur, contraque venena omnia eſſe remedio.* Et Libro 24 c 4. *Quidam Viſcum religione efficacius fieri putant* PRIMA LUNA *collectum e robore ſine ferro. Si terram non attingit, comitialibus mederi. Conceptum fœminarum adjuvare, ſi omnino ſecum habeant. Ulcera commanducato impoſitoque efficaciſſime ſanari.* Ex inſtituo de hoc argumento egit KEYSLER *diſſ. de Viſco Druid. in Ant. Celt. p. 304. ſqq.* Thuiſto autem dictus videtur a Gothico *Dis*, alere, *Diſſe* mamma; unde *Diſa* vel *Deye* eſt nutrix, *Munckediſa* monachorum nutritia, quo elogio Albertus Rex Svec. reginam Margaretham ob munificentiam erga monachos mactavit.

Viſci querni ſanctitas.

Othini, Wodani Suectæ imago.

XII. OTHINUS, OTHA *ſeu* WODANUS (Siris *Gad*, Ægyptis *Typho*, Romanis *Mars*) Malorum averruncus & Præſes belli *Aſarum*, ævoque Pompeji magni, *Ruſſorum triumque* demum *populorum ſeptentrionalium;* ad cujus dextram ſunt tauri bini & verres, ad ſiniſtram bini corvi, cujus imaginem & ſacra delineata vides *h. l.* autoritate imaginum cornuum aureorum, quibus Cimbri pagani ante & poſt nativitatem Chriſti, certe primis ſeculis feſta & ſacrificia, Thori præcipue ac Othini, indixerunt ac celebrarunt, nimirum TUNDERENSIS an. 1639. reperti & GALLHUSANI an. 1734. prope *Mühl Tunderam* ex agro eruti; quorum figuras varii varie interpretati ſunt, plures forſan erronee. Explicuerunt enim illas PAULUS EGARDUS & ENWALD NICOLAUS RANDULFFUS Theologi, ex Theologia revelata Chriſtiana & morali, D. LICETUS ex ritibus ſacrorum Chriſtianorum; PETER WINSTRUPIUS ex hiſtoria Belli Suecici; GEORGIUS SORTERUP, Mathematicus & præpoſitus Seelandiæ, ex Chronologia & faſtis Runicis; OLAUS WORMIUS ex ritu cornuum militarium; LEIBNITIUS ex indole cornuum potatoriorum; CHRISTIANUS DEMOCRITUS ex imaginibus hieroglyphicis Ægyptiacis & Emblematibus alchymicis Arabicis; AD. HINR. LACKMANNUS ex uſu Amuletorum, *Anonymus* SVECUS ex Comitiis Limenſibus Norvagiæ; alii ex modis & generibus divinationum, quin denique ex antiquitatibus & reliquiis Romanis, a Gothis, reducibus in patriam, allatis, notante JOACH. RICHARDO PAULLI *in dem zuverläſſigen Abriſs des Tunderiſchen Horns an. 1734. f. 4.* Rectius omnino TROGILLUS ARNKIELIUS explicationem figurarum *Cornu Tunderenſis* an. 1639. inventi repetiit a Sacris & ſacrificiis paganiſmi & idolorum ſeptentrionalium; ex quorum etiam hiſtoria & ritibus imagines & figuras cornu *Gallhuſani* felici cura explicuerunt PHILIPP. ERN. GUTACKER & B. GRAUERUS, *in der gründlichen Erklærung der Heidniſchen und Runiſchen Götzen - Bilder und Gothoruniſchen Characteren auf dem bey Gallehus gefundenen Heiligthums-oder Götzen-Dienſtes-Horn ed. an. 1737. p. 36. ſqq.* Vulgo Othinus appellatus dicitur a *Wode*, periculo, vel ab *Oda*, perdere, *Oden*, ſævire; unde *Ode* Gothis eſt mors, *Odeby* prædium deſolatum, *Odemarck* ſolitudo; vel a DAN, qui Daniæ regno nomen dediſſe fertur, adſtruente CLUVERO *L. I. ant. Germ. c. 26. 224* rectius ab OTHUR, ira, docente WORMIO *in Lexico Runico.* Cultum & memoriam nominis ejus ex plurium conjectionibus produnt dies quartus *Wodanſtag*, pagi Daniæ *Oden*, *Odersleff*, *Odersling*; lucus ſacer *Odenlund* prope Upſalam; *Wodencha* pagus eccleſiæ Sverinenſis prope Diminum an. 1171. *Odenwald* pars ſylvæ herciniæ prope Heidelbergam docente STRUNZ *de*

Fides cornuum ſacrorum aureorum Tunderenſium.

Nominis Othini origo & reliquiæ.

ſylva

sylva herc. p. 16. Odensaſs prope Noribergam, *Odenheimermarta* a FREHERO *in Originibus palatinis* laudata; *Odensea* Fioniæ, *Othingum* Finnorum, *Eutinum* seu *Othina* Holsatiæ, solis seu Odini oppidum; strepitus *Wodani* qui a Germanis dicitur *Wütenshær* exercitus Wodani, de cujus equis (*Odenshæſtar*) rustici hodieque mira fingunt teste ARRHENIO *de Templo Upsala p. 9.* Plura Othini nominis vestigia in regnis regumque genealogiis ostendunt BEDA *L. I. Hist. eccl. c. 15.* SCHEFFER *de Upsal. ant. p. 89.* FALCKENSTEIN *Chron. Thuring. p. 151.* Cujus generis observationes facile augeri poterunt, si varia Othini cognomina notaveris. Præcipua eorum sunt I. WALLHALLARVISIR, æternarum deliciarum princeps, interprete LUNDIO *in Zamolxi p. 165.* VERELIO *in notis ad Gautriks Saga p. 24.* II. ÆSAR & HESUS, ab *Aas*, Asiatico, divo, speciatim patre, amore, a quo vulgo appellantur *Aasgard*, Metropolis ejus Asiæ; pagi Daniæ *Aastrup*, *Aasloff*, *Aasdall*; astrum *Aaspiorn*, divus ursus; Syrorum Mars *Aziz*; flumen *Halselaha* ad Vogesum; oppida ei vicina *Hasela* & *Haselune*; *Aseburgum* Jutiæ; *Heselberg* mons Hesi Nordgaviæ teste DÖDERLINO *d. l. p. 21. Hessweg*, publica in Caucis via teste SCHILDIO *de Caucis c. 31.* & ipsi AASI *seu* HASSI populi, e septentrione oriundi, docente SCHEFFERO *d. l.* quibus etymis eodem jure adnumeraveris *Haselburgum* Holsatiæ, *Hæstorpium* Stormariæ prope Trittoviam & *Essenfeldiam* hodie *Itzeboam.* De cultu Hesi apud Misnos vide RECHENBERG *de vet. Osterland. §. 37.* III. SUIDURUS, Svedorum Deus a *Suidr* laborum patiente dictus, a quo repetunt appellationem *Suediæ*, *Odenswed.* IV. GAUTHE, cui vindicant natales nominis *Gutheim* h. e. *Zythiæ*, Othini priscæ habitationis, *Gothiæ* Suecicæ & *Gotlandiæ* ut plura alia taceam ejusdem cognomina, quorum mentionem fecit EDDA *P. II.* SCHEFFER *de Upsal. p. 123. sqq.* Immolabatur ipsi præcipue taurus saginatus teste *Snorrone in Vita Egill. p. 21. Mos fuit in Suecia taurum (tiur) qui victima offerri Odino debebat, alere donec in furorem verteretur.* De ave Othini, quam vel corvum, vel accipitrem, vel aquilam dicunt, vide KEDERUM *in Nummis Odini p. 29.*

Cognomina Othini. Hesus. Suidurus. Gautha.

XIII. OTHINUS in sylva WYDE *prope* WEDELIAM cultus in campo seu loco arboribus & lapidibus circumsepto, quem descripsit Jo. RISTIUS *in colloquiis menstr. Coll. VI.* *Hinter meinem Norder-Garten lieget ein kleines Höltzlein, Wyde geheissen, hinter diesem Wældlein war noch für etlichen Jahren ein ziemlich grosser runder Platz, der Riesen-Kampff genannt, wobey dieses zu mercken, daß ein Kampff so viel heisset, als ein mit Hecken, oder Steinen, oder Bæumen umgebener und befreyter Acker. Dieser Riesen-Kampff war rund umher besetzet mit grossen Steinen, welche wie starcke Mauern anzusehen waren. Zwischen denen Steinen stunden sehr grosse, schöne und hohe Eichen-Bæume, so ordentlich gepflantzet, daß man eigentlich spühren konte, sie wæren mit Fleiß dahin gesetzet, welches alles das Gesicht sehr belustigte. Fast in der Mitten dieses Riesen-Kampffs lag ein überaus grosser Stein, fast wie ein kleines Hauß; er lag aber mehr nach dem Nieder- als Aufgang der Sonnen. Dieser erschröcklich grosse Stein hatte 4. Absætze oder Stiegen, die gleichwol nur grob ausgehauen waren. Man nennet ihn den Riesen-Opffer-Stein, und sahe er recht oben (woselbst ohne Zweiffel der Opffer-Platz gewesen) nicht anders aus, als wann er natürlich mit Blut und Gehirn durch einander bestrichen oder besprenget.* Idem docuit ERASMUS FRANCISCI *in dem Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel L. I. c. 17.* & MELLE *in nov. literar. maris balth. a. 1699. p. 287.* Si conjecturis, ex sonu vocis saltem repetitis, nonnihil indulgendum fuerit, dixerim, hoc loco cultum fuisse *Wedam*, numen Frisionum Saxonumque princeps, Othini simulachrum, *Wedeliæ* & *Wydæ* sacrum olim præsidium. De Othini cultu apud Holsatos plura certe testantur vestigia & exempla præcipue olim celebrata in myricis seu campis septis *Oitinensibus* (der Eutinischen Heyde) & in monte *Othenheim* prope pagum *Otjendorff* præfecturæ Kiliensis; quibus locis fide HELVADERI *Amphith. L. IV. p. 516.* accedit templum Othini urbis Slesvici, hodie S. Michaeli sacrum, lucusque Saxonum Ditmarsorumque prope Hennstædt, Othino consecratus. De communi cultu Othini testatur *Formula antiquæ abrenuntiationis diaboli circa annum 743.* quæ cum abdicatione Wodani conjungit ejurationem SAXEN-OTE Saxonum Othini. Plura huc faciunt observata a FREYTAG *de sacris gentium in montibus §. 18. p. 25. sqq.*

Othinus Holsatiæ in sylva Wyde.

XIV. Wodanus & Frea (Syris *Astaroth*, Romanis *Venus*) idola Cimbriæ ab Anglo-Saxonibus in Britanniam circa A. C. 450. delata apud SPEID. *Hist. of. great Britaine under the Conquests of the Saxons, Danes p. 196.* A NENNIO, Britonum historico, *Wodanus* appellatur *Geata*, gigas, excellens Scandinaviæ olim Princeps, magicarum figurarum h. e. Runarum literarum inventor, Saxonum Mars & Mercurius, qui ab Anglo-Saxonibus *der Wodenstag*, dies Mercurii dicebatur. Vides præcipue coronam & avem Othini, quibus deinde Saxones Reges Angliæ insignium instar usi sunt, quorum exempla & figuras

Imago Wodani & Freæ a Cimbris in Britanniam invecta.

Insignia prima Regum Angliæ.

guras usque ad an. 1016. exhibuit IDEM *p. 218. 284. 348. 354. 357. 369.* Usi sunt iisdem signis Daniæ Reges, imperantes Anglorum, *Canutus* an. 1017. *ib.* p. 382. *Haroldus* II. an. 1036. *ib.* p. 388. *Hardicanutus an. 1040. p. 390.* ipsique Britannorum imperantes *Eduardus Confessor* an. 1042. p. 393. *Stephanius* an. 1135. p. 467. *Henricus II* an. 1155. p. 484. *Eduardus I.* an. 1273. p. 628. *Eduardus II.* p. 650. quorum sigilla exhibent Regem in throno sedentem coronatum, dextra tenentem avem in extremitate Sceptri, vel, ut in Sigillis *Henrici I. Stephani & Henrici II* Regem sedentem dextra gladium, sinistra globum cum cruce tenentem cujus extremitati insidet avis. In Sigillis vero *Eduardi confessoris* & *Eduardi I. & II.* avis occupat locum in Sceptri regii acumine.

Thorus Othini & Freæ Sueciæ.

XV. *Imago* OTHINI *cum* FREA *in throno sedentis*, adstantibus binis officialibus *Neptuno* & *Mercurio*, aquila l. grypho supra caput Othini alas expandente. Quam vide apud RUDBECK *in Figuris Tab. XVII. Fig. 81.* Frea, Frigga, Dea terræ, Suecorum Venus, vel a Suecio *froegd*, lætitia, vel a *froa* crescere, appellata videtur, cujus memoriæ vindicant diem sextum *Freytag*, astra *colus & fusus Friggæ* vocata, oppida *Freyburg*, *Freyrup*, *Fretunam* prædium prope Uplandiam teste SCHEFFERO *d. l. p. 125. Frichsblot*, Friggæ sacrificium, *Frickfeld* prope Guntzenhausen docente WÆGMANNO *vom Druidenf. p. 21. Frougast* oppidum *Frisiæ* & natales appellationis ipsorum *Fresonum*, Freæ filiorum, sicuti Thuringi dicuntur Thori soboles, conjectante SCHEFFERO, qui etiam a *Frea*, Svecis aliquando MEDE dicta, repetit rationes nominis *Magdeburgi d. l. p. 113.* quidni eodem jure *Medenblickæ* Frisiorum? Plura observant LUNDIUS *in Zamolxi p. 135.* SCHEFFERUS *de Upsal. ant. p. 107.* RUDBECK *Atl. T. II. p. 572.* Accedit explicatio vocis *Nimmedarum*, quarum mentio fit in indiculo superstitionum an. 747. *Art. VI de sacris sylvarum, quæ* NIMIDAS *vocant.* Nymphas & numina sylvestria intelligit MEINDERS; Nemoridas comminiscuntur SAGITTARIUS & CALVÖRUS; sacra *Minima* ad fontes & arbores observat KEYSLERUS; *Nunhædas* seu sacrificium *novem capitum*, quod teste *Adamo Bremensi* post novem annos in communi Sueoniæ festo ex omni animante masculino Thoro Upsaliæ offerebatur, laudant ECCARDUS & FALCKENSTEIN *in Chron. Thuring. p. 175.* rectius forte NIMIDAS dixeris MEDAS *inferiores*, *Virgines sylvestres*, a Gothico *Ni*, infra & *Meda*, virgine appellatas, vel a *Nim* alacri, veloci ac *nimme* capere.

Freæ appellatio & vestigia.

Explicatio Nimedarum.

Thorus Cimbrorum.

XVI. THORUS CIMBRORUM, supremus septentrionalium Imperator, ab *Asaro seu Asathoro*, Thuro Asiatico oriundus, cultus præcipue Tunderæ, Sylræ & in luco Jutiæ *Thorsloff*, *Thorslaub*, a rusticis Aalburgensibus an. 1441. devastato teste WORMIO *Fast. L. I. c. 15. p. 55.* Imago ejus h. l. delineata est fide cornu aurei prope Tunderam & Gallhusum reperti simulachra ejus æmula & ectypa dicuntur *Thurra* Dominus Assyriorum; *Tarus* Persarum, Belus Chaldæorum & Syrorum; *Tharan* seu *Thomar* Scytarum & Brittonum, Deus tonitruum; Cretensium *Asthorus*; *Dardanus* Trojanus & Tracicus a Homero laudatus, *Jupiter* Romanorum. A *tonitru* illum appellatum judicant *Cluverus*, *Vossius*, *Grotius*; rectius vel a Gothico *Thordon* fulmine, a quo in Bibliis Gothicis Marc. III. 17. filii Zebedei dicuntur *Thordansbarn*, filii fulminis; vel ab Asiatico *Tar* & *Tur*, principatu, imperante; unde *Tzar* Dominus, *Tyr* & *Syre*, commune nomen regiorum filiorum Regumque, teste JORNANDE *c. 24.* vel a *Tharan*, audacia, *Thar* robusto & *As* patre, docente VERELIO *in ind. Scand.* Inter varia nomina, quibus Sueci Thorum compellant, haud postremum videtur JOMALA terræ maritus seu VEYJOFUR (Romanis Vejovis) Pater patriæ a *far* patre, *mal*, tutore, marito, & a *gia* terra, *Gioda* nutrice, Thori uxore, a qua est *Goiemonat*, Februarius. A festo autem Solis seu *Juel* annuo, a die XVI. Decembris usque ad X. Januarii Thoro dicato, Januarius mensis nactus est appellationem *Thormond*, quemadmodum a cultu ejus hebdomadali diei quintæ accessit nomen *Thorstag*, Donnerstag. Decembri etiam mensi tribui coepit nomen mensis ignei, *Loyethorsmonat*, a *loye* flamma & introitu solis in capricornum. Conjiciente vero RUDBECKIO *T. II. Atl. p. 149. 175.* mensis Januarius a Gothico Jan, sole, & ab *are*, anno, obtinuit appellationem, a Romanis corrupte vindicatam JANO *bifronti.* Sacrificia Thori fuerunt cervus, verres tres, tauri vel juga boum teste DUDO *Histor. Norman. L. I.* Ad Thori memoriam apud Suecos referunt Sueciæ antiquam Scaldorum appellationem TAURRIIKE, Thori regnum, non *boum jugum*, uti vulgo *Tauricam* insulam in Palude Moeotide sitam a Thoro appellatam explicare fatagunt; tum & *Statuam Thori* in sacrario templi cathedralis Upsaliæ hodieque, licet mutilate, servatam, quam laudat MESSENIUS *in Sueopentaprotopoli c. 4. p. 24.* nomina *Torfan*, Thori templum, *Thorkyl*, Thori malleus, *Torlunda Wermanniæ*, lucus Thori, *Tarno*, Thori insula, *Thoræas*, collis tumulus, locus judicii;

Thori appellatio.

Memoriæ apud Suecos.

Thortuna

Thortuna Uplandiæ Thori pagus, ſeptum oppidum. Ultra XXX. nomina pagorum, urbium, judiciorum, regumque ac heroum, quæ rationes etymologicas Thoro debent, recenſuit RUDBECK *T. III. p. 454.* quibus accedunt voces *Thorgiald*, oblationes Thori, hodie cenſus forenſes; *Thorshörner*, panis in figuram arietis, tauri capitis vel rotæ coctus; *Thorgo*, forum, *Thorsæcker*, Thori agri, docente ARRHENIO *de templo Upſala p. 7.* In Jutiæ dominio Nordhaldenſi ſupereſt memoria ſacri fontis *Thorsbrunn*, de quo WORMIUS *Mon. L. 5. p. 285.* In Cimbria & Dania vigent nomina pagorum *Torſtrup*, *Thorslund*, *Thorſted* & plura recenſita a WORMIO *L. I. faſt. Dan. c. 15.* ARNKIEL *P. I. p. 60.* Portas etiam civitatum & ipſa tonitrua a Thoro deo appellationes accepiſſe tradit M. GOTHUS *Hiſt. Goth. L. I. p. 37.* Referuntur etiam huc nomina alia: *Tarentuna*, urbs a Pauſania deſcripta; *Taurinum* Pannoniæ, Slavis *Belgard*, Germanis *Weiſſenburgum* dictum; *Tzaroa* Norvagiæ, Thori inſula; *Thorebor* urbs Syriæ, *Thorunium* Pruſſiæ cultu Bieli ſeu Thori olim celebratum; *Thornhuſa* Nordvagiæ, *Turgavia*, *Durlachium*; *Thurglavia* Thuri aqua haud procul Warena in Megapoli; *Thuringia*, Thuri progenies; *Bogſthorn*, ignis paſchalis in monte *Bielshöhe* h. e. *Thori monte*, a Thuringis olim in ejus cultum accenſus, docente FELLERO *in collect. memorab. Thuring. p. 459.* SAGITTARIO *in antiquit. Thuring. p. 167.* Quæ ſingula incerta puto, ſonu, non ratione vocum nixa, hiſtoricis circumſtantiis & rationibus deſtituta. Vide FALCKENSTEIN *antiquit. Nordgav. p. 65. Chron. Thur. P. I. p. 153.* WEISIUM *in antiquit. Miſn. Sax. p. 37.* Jo. VONDERUM *in MSC. de aſtris gentilium Thuringiæ.* Idem forte dicendum eſt de opinione RUDBECKII *Atl. T. I. p. 808.* quod Thoro, quia fide EDDÆ Island. dictus eſt *Tros* vel *Troes*, fidus Deus, appellationem etiam debeant Upſalenſium *Troja*, *Trojeburgum*, caſtrum *Troi*; oppida *Troſa*, *Troibi*, ipſum regnum Sveciæ TROIGAVIA appellatum, exteris TROJA vel Troſa, cujus meminit *Ælfredus in hiſt. vet. Brittan. p. 207.* Referunt itidem ad Thori autoritatem & cultum appellationem civitatis *Mickeltonderæ*, Magnopoleos Thori, docente PETREJO *in antiquitat. Tonderens. MSC.* quæ tamen, ſi RUDBECKII rationes & fidem *T. I. Atl. c. 24. p. 623* ſecutus fueris, dicenda erit *Tenchtera*, a Marſis Tencteris, Anglis & Verinis appellata, qui e Smalandia in Cimbriam commigrarunt variisque Ditmarſiæ locis *Tenchterſtæd*, *Tenchterbütel*, nomina indiderunt. Figuras Thori Sveci & Upſalenſis, cum Othino & Freja in Throno ſedentis, exhibent & deſcribunt RUDBECKIUS *Atl. T. II. p. 302.* VERELIUS *in notis ad Hiſtoriam Regis Gothici & Hrolffi c. 7.* SCHEFFERUS *de antiquis Sueciæ inſignibus c. 12.* ubi a tribus Deorum THORI, OTHINI & FREJÆ coronis, Regni Svecici inſignia repetiit. Facit huc hiſtoria de THORA *virgine*, pro qua *Regnerus* LODBROG, Rex Daniæ, cum *draconibus* (a Gothico *Draga*, attrahere, congerere, appellatis) certamen ſuſcepit, cujus rei memoria exſtare dicitur in *Wendſyſſelæ* extremæ Jutiæ Venedorum & *Regni Daniæ* inſignibus, draconem exhibentibus, quorum etiam galeæ ſerpentes duo majores aliquando impoſiti ſunt, fuſius exponente BIRCHERODIO *diſſ. MSC. de inſignibus Daniæ & FRIDERICO LYSHOLM diſſ. antiquaria heraldica critica de certamine pro Thora Sect. III. p. 9. ſqq.* PONTANO *Chorogr. Dan. p. 720.* quibus adde Monumentum ſepulchrale Runicum *Froenſoenſe* ex ſerpentis figura formatum apud WORMIUM *Mon. L. VI. p. 522.* ut & Lapides & inſcriptiones, ſimilitudinem imaginum draconum & ſerpentum exhibentes apud RUDBECK *T. III. fig. 6. 7. - 23.* præcipue ipſum *Haraldi Blaatlandi*, Regis Dan. ſingulare Monumentum Seculo X. in Memoriam Patris & THYRÆ *matris* exſtructum, *grypho & dracone* notatum apud WORMIUM *Monum. L. V. p. 332. &* STEPHANIUM *in not ad Saxonem p. 203.* Variæ imagines Thori balænæ vel delphino inſidentis, altera clavam, altera uvam, inſignia Normannorum, tenentis; iterumque in arcu Scythico Dalecarlorum leonem occidentis, occurrunt inter *Nummos* TORETUNENSES apud GOLZIUM *Tab. 32. fig. 1. Tab. 33 fig. 3. 4.* quibus adde inſcriptionem lapidis Romæ, cui THORUS coronatus, *Deus Deorum Suediæ*, pedibus leonem coronatum calcans, inſculptus eſt teſte GRUTERO & RUDBECK *Tab. 31. fig. 116.* In EDDA *Mythologica* laudatur OKETHORUS, Thorus currū a duobus hircis tracto vectus, aliquando etiam capris vel tauro inſidens, ut in nummo apud RUDBECK *Tab. XV. n. 68.* aliquando pedibus tauri inſtructus, vel faciem humanam cum taurinis cornubus (lunæ creſcentis & decreſcentis ſigno) referens ſub appellatione *Mannathyri*, *Weratyri* ſeu Minotauri. In Cippis Runicis *n. 130. 308* laudantur *Thorminner*, Dominus intrepidus, *Armünder*, belli rex, *Jormundar* terræ Dominus, AGGATHYR, navalis Dominus, tyrus maritimus, unde piratis in ſinu Codano nomen acceſſit *Aggathyrſorum.*

Cimbros.

Exteros.

Germanos.

Inſignia.

Imagines.

XVII. Imagines THORI, WODANI & FREJÆ fide STURLONIS, SAXONIS & MAGNI GOTHI *in hiſtoria ſeptentrionali.* Plane a Thori Cimbrici imagine diver-

Triga deorum ſeptentrionalium.

tunt figuræ Thori commentitii Hamburgenſis a STAPHORSTIO *P.I. Hiſt. eccleſiaſt. Hamb. exhibitæ;* quas non nemo finxit, qui Jovem & XII. Romanas deitates Nordalbingis obtrudere ſtuduit fide eorum, qui Jovis Hammonis Lybii cultum ſylvæ Hamburgenſi *Hamm*, Ditmarſorumque & Friſorum nemori & campo *Nordersham*, & Marchiæ pago *Hammenklauſe* vindicarunt, quos ſecuti ſunt POMARIUS *in Chron. picturat.* LANGENBECCIUS *in Notis ad Stat. Hamb. antiqua præf.* DÖDERLIN *in antiquit. gentil. Nordgav. p. 46. not. k.* Fabulas hujus generis Tacitus confutat aſſerens: *Deos* INTERPRETATIONE ROMANA, *Caſtorem & Pollucem* (Iſidem, Mercurium) *memorant Suevi.* Comparavit itaque indolem Deorum Germanorum cum Romanis, non hos horumque cultum illis adjudicavit. Ipſa, quæ Noribergæ, Ingolſtadii, Heidelbergæ & alibi apud Suevos, Nordgavos, ceterosque laudantur monumenta ſacrorum Romanorum, referenda ſunt ad veſtigia militum & præfectorum Romanorum, qui his terris olim plura peregrina intulerunt.

Ara Selandiæ. XVIII. ARA *trium deorum ſeptentrionalium* juxta viam regiam, qua itur ad pagum Bircke Selandiæ apud WORMIUM *Monum. p. 8.*

Ara Thori in campo Kilienſi prope Crunshagen. XIX. ARA eorundem Deorum in HOLSATIA, in ſylva olim, hodie in campo Kilonienſi conſpicua ad dextrum latus viæ, qua itur ad vicinum prædium Cronshagen. Plures ante annos ſub majori lapide ad ſiniſtram ſito reperta eſt a Senatore quodam civitatis Kiliæ, Heinſio, figura, quam ejus fide exhibeo delineatam facileque fide aurei cornu Tunderenſis an. 1639 reperti pro Thori ſimulacro venditaveris. Forte ſunt, qui fide veterum chartarum, in quibus *Crunni indago* (Cronshagen) laudatur, conjecerint, cultum fuiſſe hoc loco *Cernunnum*, Celtarum, Anglorum, Britonum, Gallorum numen a *Runa*, conſilio, vocatum, præditum auribus bovis & cornubus cervinis vel biſurcis ramis, quibus adhæret annulus, rectius panis ſacer, ab orbis figura *Ringelbrod* dictus, cumque *verribus farinaceis ſeu placentis, Julegalten*, feſtis Julenſibus conſecratus. Fide LEIBNITII a Cernunno repetenda eſt germanica menſis Februarii denominatio HORNUNG, fuſius docente FABRICIO *Bibliograph. ant. c. 8. p. 255.* Ex adverſo ex *Cernunno* Percunum Slavorum finxit ABEL *in antiquit. Saxon. P. II. p 361.* Ejus figuram adjicio *h. l.* Liceat vero conjectari, lapides tres primæ fere magnitudinis, ſex ulnas in longitudine conficientes, conſecratos fuiſſe *Trigæ deorum borealium*; quemadmodum una ſaxea moles plerumque indicare ſolet memoriam ſepulchri vel aræ idoli localis. Certum quidem eſt, *Cernunnum* Vandalis, Cimbris, Saxonibus non fuiſſe incognitum, quin ab iis invectum in Galliam & Britanniam ſub imperio & conſulatu FELICIS & TAURI *Conſulum* an. 428. teſte *Appendice ad* NENNIUM *apud* GALEUM *in Script. Anglo-Saxonicis.* Sed convenit reperta figura, ſtellulis ornata rectius imagini vel oraculo *Thori;* uti patet ex aliis Thori ſimulacris Gothicis & Lapponicis *h. l. num. XIX. a.* & apud PICART *d. l. T. II. p 373.* ubi obſervat JUMALAM, Lapponum idolum ſupremum (*h. l. lit. b.*) & THORONEM eorundem unam eandemque videri deitatem. Congruit etiam cum Lapponum idolo WIRKUACCHA, (*h. l. lit. c*) cujus & *Jumalæ* ſacrificium eſt dromedarius (un renne male) cui forte vindicanda ſunt cornua (Cernunni cornibus haud abſimilia) quæ ſub ara *Jumalæ & Wirkuacchæ* collata conſpiciuntur. Accedit ſub *lit. d* effigies STORJUNCKARE LAPPONUM, Servi Thoronis, qui hominum res domeſticas curat, corpore, officio, cultu accedens ad ſimilitudinem deorum domeſticorum, ſpeciatim *Pukii* Suerinenſis, de quo infra. Præſtat audire PICART *d. l. p 371. ſq. Les Scriffinnes, à preſent Lapons Danois, les Finlandois, & les Lapons ordinaires adoroient autrefois Jumala, comme Dieu ſouverain;* JUMALA *eſt encore aujourd' hui le nom de Dieu. Ils adoroient auſſi le* SOLEIL, *la* LUNE, THOR, *qui paroit avoir été le même que* JUMALA, *& des Dieux particuliers, qui préſidoient à leur chaſſe, à leurs affaires domeſtiques &c. Jumala étoit repréſenté ſous forme humaine, couronné & aſſis ſur une maniere d' Autel. Le Dieu étoit de bois, il avoit une taſſe ſur ſes genoux & dans cette taſſe on mettoit l'offrande. Suivant la tradition de leurs Ancêtres, les Lapons adorent trois Dieux,* THOR *ou* AJEKA, STORJUNKARE, *ou* STOURRA-PASSE, *&* BEYWE. *Thor étoit adoré ſous le même nom dans la Scandinavie & dans l' Allemagne. Chez les Celtes, il étoit ſous celui de* TARAN *ou* TARANIS. *Le nom* D'AJEKA *ſignifie Ajeul & Biſajeul. Ce Thor eſt le Dieu ſuprême & le Maitre du tonnerre. Les Lapons tiennent qu'il a un pouvoir abſolu ſur les hommes, qu'il regne ſur les Demons & qu'il met des bornes à leur pouvoir. Le marteau dont il eſt armé lui ſert à chatier les méchans & les Demons. On veut que ce marteau de* THOR *ait eu beaucoup de raport avec la Croix.* STORJUNKARE *eſt inferieur a Thor: il eſt comme ſon Lieutenant.*

Explicatio nominis Cernunni.

Convenientia Thori cum imaginibus Thori Lapponici.

nant. Junkare signifie Gouverneur. C'est par son ministere que les biens viennent aux hommes, & il est, ajoute-t-on, le Dieu qui préside sur toutes les bêtes: par conséquent c'est a lui aussi qu'il faut s'adresser pour avoir une chasse heureuse. Storjunkare est une espece de Dieu domestique: chaque famille a le sien. L'Auteur cité nous parle des lieux qui lui sont plus particulierement consacrés. Ce sont des rochers, des marais & des cavernes. Les Lapons ne croient pas qu'on puisse mieux servir ces Dieux que dans les endroits où il fait sa residence ordinaire, & où, s'il faut les en croire, il leur apparoit souvent. Sans beaucoup d'erudition, il est aisé de lui trouver de la ressemblance avec Pan, & les Faunes des Anciens. Le Dieu Storjunkare est representé sous la forme d'une pierre, & d'une sculpture qui n'a pas plus de delicatesse que celle de Thoron. WIRCHU ACCHA, *que Scheffer nomme aussi la vieille de Livonie, n'est pas d'une plus belle figure que les autres Divinités. On ne nous en dit pas davantage. A ces Dieux il faut ajouter des esprits aëriens, qu'ils supposent dispersés dans les Elemens & sur tout dans l'air, comme les* Gnomes *& les Sylphes de Gabalis. Il faut leur ajouter encore les Manes, ou les ames des morts, qu'ils craignent jusqu'à-ce qu'elles soient entrées en d'autres corps. D'ou il paroit, qu'ils ont la même opinion des ames que les Tartares & les Scythes, qui l'ont reçu des Orientaux. L'Automne est le tems que les Lapons choisissent ordinairement pour sacrifier à leurs Dieux. Tous les ans dans la même Saison, ils renouvellent l'Image de leur Dieu* THORON. *Ils égorgent alors un Renne auprès de cette nouvelle Idole & la frottent du sang & de la graisse de la victime. Ensuite ils enterrent au même endroit les restes de la victime. Outre cette Idole, ils sont obligés de lui en ériger une autre à chaque fois, qu'ils lui immolent un Renne, ils placent toutes ces images les unes près des autres sur la table qui est dans le lieu sacré derriere la cabane. Ensuite ils égorgent la victime & lui font le sacrifice . . . La victime est d'ordinaire un* RENNE *mâle, qu'ils immolent en lui perçant le coeur avec la pointe d'un couteau. On reçoit dans un vaisseau le sang le plus proche du coeur, & l'on en frote* THORON *à la tête, au dos & sur l'estomac, où ils font avec ce même sang des lignes en forme de croix. Derriere Thoron les Lapons arrangent le bois & les os de la tête du Renne immolé, & devant lui une espece de boite faite de bouleau pleine de petits morceaux de chair pris de toutes les parties du corps de ce Renne, avec de la graisse fondue par dessus. Le reste des chairs s'emploie aux usages de la famille. Aux victimes offertes à Storjunkare ils passent un fil rouge au travers de l'oreille droite & pratiquent toutes les ceremonies que nous venons de remarquer, excepté, que celui qui sacrifie, prend les bois & les os de la tête & du cou de la victime, avec ses ongles, & ses pieds. Tout ce la se porte sur la montagne consacrée au Storjunkare, en l'honneur duquel la victime a été immolée. Le devot Lapon arrivé à la montagne, s'aproche de cette pierre sacrée, se découvre avec respect & s'incline profondement devant elle. Après cette premiere devotion, il frote la pierre avec du sang & de la graisse de l'animal, met le bois derriere l'Idole, attache au bois du côté droit de la tête cette partie de son corps qui lui sert à multiplier son espece, & à celui du côté gauche un fil rouge passé au travers d'un morceau d'etain, avec une petite piece d'argent. Les Lapons appellent* JUHLES *certains esprits ou Demons aëriens, auxquels ils ne consacrent ni images ni statues, quoiqu'ils leur rendent un Culte religieux. On les honore sur des arbres derriere les Cabanes & à la portée d'un trait de fleche. Ce culte consiste à faire un sacrifice aux Jubles la veille & le jour de* NÖEL, *qu'ils nomment la Fête des* JUHLES. *Ils commencent par jeuner la veille. Tout au moins ils se privent de viande & separent quelques morceaux des autres alimens qu'ils prennent: ils font la même chose le jour de la Fête. Ils jettent ces morceaux dans un coffre de bouleau qu'ils pendent à un arbre derriere leurs Cabanes pour les Jubles errans dans les montagnes & les forets. Que cette pratique soit un melange d'idées Chrétiennes & Païennes, comme* SCHEFFER *paroit le croire, ou que ce soit un Culte tout à fait Païen, comme celui des Grecs & des Romains pour les Génies, c'est de quoi la plus part des lecteurs s'embrasseront fort peu. Seulement nous dirons en passant, que dans la Mythologie du Nord, Odin, qui est le Mars, le Mercure, & peut-être aussi de Pluton des Septentrionaux, se trouve qualifié du nom de Pere des Jubles.*

XX. MOLES *Saxea in agro prædii* BÜLKÆ *Holsatiæ* etiamnunc servata, quam vel ad Aras *Bielii* seu *Thori* referunt, vel memoriæ adnumerant sepulchri herois Cimbrici; cujus generis structi tumuli saxei cumulatim reperiuntur in terris Cimbricis, Danicis, Westphalicis, Saxonicis, & in locis Megapolensibus, & Pomeranicis, qui dicuntur *coemiteria* VENEDORUM & HÜNENGRÆBER teste HENR. RANZOVIO *Meth. apodem. Num. IX. art. 3. &* M. BENJ. PRINTZ *in Literis de sepulchris gigantum in novis literariis Maris bal-* *Moles saxea Bulckæ.*

balthici an. 1700. p. 194. copiosius docentibus CONRINGIO *de antiquiss. statu Helmstad. p. 7.* NUNNINGHIO *in sepulchr. Westphalico Mimigard. p. 56. sqq.* KEYSLER *Ant. Celt. Sect. I. c. 1. 2. sqq.* Icon & descriptio monumenti Bülckiensis exstat apud de FALCKENSTEIN *in Ant. Nordgav.* KEYSLER *d. l. p. 9. fig. IV.* & MONTFAUCON *dans les antiqu. expliquées T. V. Pl. LXV.* Addo judicium JAC. CHRISTOPH. ISELII *Professoris Basileensis*, quod de tumulis Holsaticis tulit *in epistola de veterum Germanorum securibus lapideis & nationum septentrionalium sepulchris: Ex plurium,* inquit, *descriptionibus eorum sepulchrorum præcipue, quæ in Cimbria, Dania, Suecia, haud raro inveniuntur, aperiunturque colligi potest, trium illa fere generum fuisse, sine dubio pro triplici hominum qui tumulabantur, vel etiam usus ad quem adhibebantur tumuli discrimine;* ALIA *sub humum depressa urnas atque ossa continent, quæ tenuiorum conditoria videntur fuisse, utpote parvo aut nullo sumtu facta; in aliis cadavera vel urnæ (nam si quoque hoc scire tua interest septentrionalia hæcce sepulcra haud raro cum urnis pariter ossa & cadavera sine igne curata continent) superinjectam in tumulum habent lapidum arenæque congeriem eamque vel* maximam *atque amplissimam, quando sunt, quæ centum & amplius passus ambitu suo continent, quæ vel principum illustriumque virorum & heroum vel etiam plerumque integrarum & numerosarum familiarum primæ nobilitatis, recipiendis reliquiis destinarentur, uti sane haud raro magna in his talium urnarum ossiumque copia reperta est, ac etiam dum reperitur; vel* minorem, *qua homines supra vulgarem sortem famamque, sed simul etiam infra dignitatem primatum positi vel soli, vel cum suis conditi & sepulti videri possint. Quæ conjectura etiam instrumentis firmatur illis quæ in diversis hisce tumulorum generibus splendore, pretio, dignitate, haud paulo ab invicem diversa communiter inveniuntur.*

Quercus sacra triformis Bordesholmensis.

XXI. Monumentum *sacerrimæ* QUERCUS, tribus diis *septentrionalibus* dicatæ inter SPRENGE & BLUMENTAL, pagos Bordesholmenses olim conspicuæ, vulgo *Dreyeiche* & *Schwerkeiche* appellatæ a figura triformi & a pymæis Cimbriæ, vulgo *Lutkis*, *Haugbuis*, incolis collium & tumulorum. Spectat huc triga quercuum sacrarum *Doberanensium*, *Doberanensis.* quæ triangulari forma positæ recto stipite in altitudinem adsurgunt & in summo cacumine annosos ramos diffundunt; quas olim appellarunt quercus regias, hodie *die Fürsteneichen.* KEYSLERUS *in antiquit. septentrional. p. 319.* Ejusdem fere figuræ quercus sacra *Pomerana.* & regia floruit apud Pomeranos prope *Clobuk* & *montem regium*, cujus meminit Mistovinus Dux in privilegiis novo Doberano indultis *an. 1274. in T. III. Monum. p. 1518.* Referri huc meretur ara lapidea sacra, forte & judicialis Holsatorum, fagis hodieque circum- *Ara idolorum prope Bordesholmiam.* data, Bordesholmiæ proxima, cujus figuram vides *h. l. lit. b.* Huic loco Asyli nomen olim tributum fuisse constat ex antiquis indicibus. Paganos enim lucis etiam, arisque & quercubus vindicasse effectus asylorum, quæ Cimbris & Danis *Beerfreder* dicuntur, evicit TERPAGER *in prodromo asylographiæ Danicæ* §. 8. Nec incognitum est, judicia paganorum & Christianorum præcipue olim ad *arbores, fagos & quercus*, fuisse celebrata, *Hagespraken, Judicia ad altas arbores Frisiorum Holsatorum.* *Eicheding* vocata, quorum exempla reperiuntur apud *Frisos* in campo Auricano *Upstallesbomico*, quercubus tribus inumbrato; apud *Holsatos* in Advocatia Bramstedensi circa an. *Thuringorum.* 1248. ad castrum Hagen prope quercum *Staleke*; apud Thuringos in pago *Hoheneiche;* *Megapolensium.* apud *Megapolenses* in mallo *Troseke;* apud *Halberstadenses* & *Quedlinburgenses* in loco *ad altam arborem*; ut plura taceam notata a KEYSLERO *d. l. p. 319.* & LEUCKFELD *in antiquit. Blanckenb. p. 53.* Ejusmodi ara lapidea, quercubus annosis circumsepta, *Quercus sacra Bornhovetæ. Urnhovitæ.* olim conspicua fuit prope pagum Holsatiæ *Bornhövet*, cui post abrogatum paganismum a mallis subdialibus fama accessit; quibus judiciis villa etiam *Urnhovita* prope Wiburgum Cimbriæ meridionalis inclaruit, eliminatis ibidem gentilismi aris & reliquiis. In luco olim Danico prope *Kiliam* plura sacra gentilia in montibus vel sub arboribus cele- *Knopæ.* brata fuisse testatum est. Etiamnunc in nemore prædii *Knoop* viret quercus, mensuram XIII. ulnarum in rotunditate excedens, annis & frondibus usque ad cacumen maxime *Eichedæ.* onusta, olim forte sacra. Præcipue in querceto *Eichede*, a quo pagus hodie nomen retinuit, quercus maxime annosa *Sandsnebensis* vel *Steinhorstana* symbolo T. notata, cultum *Steinbeccæ.* olim sibi conciliavit, quo etiam claruit prope Reinbecam quercus *Steinbeccensis*, in monte, ubi hodie templum exstat, olim collocata; in quarum numero omnino sunt reliquiæ *Gruemitzæ.* luci sacri prope *Neustadiam* in monte eminente conspicui, ut & quercus *Grömitzensis* hodieque in excelso monte virens & nautis instar phari inserviens. De quercu *Meldor-* *Ditmarsiæ.* *pensi & Ditmarsica mirabili* testantur Scriptores patrii *Adolphides*, *Saxius.* Legi meretur FALCKENSTEINIUS *in Ant. Nordgav. p 109.* ibique de quercu *Geismariensi*, TON- *Geismariæ.* NEREICHE vocata. De quercu annosa *Westrogothiæ* prædii *Stohlæ*, ejusque celebritate

&

& cura agit. Jo. Engelström. *diss. de quercu, Londini Gothor. habita an. 1737. p. 12. 13.*

XXII. Tres acervi *lapidei Comitatus* Oldenburgensis in loco *Heydenweg* prope Dingstedt conspicui, inter quos duo erectiores & sacrificio inservientes lapides circa medium & prope quercus collocati sunt. Figuras eorum exhibuit Winckelmannus *in Mirandis rimandis Oldenburg. MSC.* putans, Saxones orientales ibidem coluisse I. irmensulam *h. l. lit. a.* quæ imaginem vulgo *Arminii* vel *Krutzmanni* refert; conjiciente autem Abelo *in antiquit. Sax. p. 267.* denotat arborem justitiæ & judiciorum Teutonum irmen, Gallis *Orme*, Germanis *Ulmenbaum* appellatam, in *Annalibus veterum Francorum & in Vita Caroli M.* a Pithæo editis laudatam, descriptamque a Meibomio, Wasserbachio & Knaut *in Saxon. vet. p. 81.* II. Joduttam statuam in memoriam Victoriæ Saxonum an. 1115. erectam *h. l. lit. b.* a clamore militari, vel, ut aliis placet a S. Joduto, vel a Slavico *Zeduck*, citare, invocare, appellatam docentibus Heineccio *in antiquit. Goslar. L. I. p. 114.* Mastricht *Bibl. Brem. cl. VII. fasc. 3. p. 510.* Hasæo *de Joduta ib. Fasc. V. p. 906.* III. Crodonem quendam (Othini simulachrum) non a græcis vocibus, quibus *tempus & pulsus pedum vel æris* significatur; sed a Gothico *Cro*, germinare, *grom* semine, *grida* fructu, appellatum, qui fide *Eddæ* Suecis dicitur Boreus, Groderus seu Grojus, Sadurus a Gothico *Saa* & *Sædh* seminare, semine dictus, Romanis Saturnus. Et recte satis Crodoni convenit *Borei* nomen, quod derivatur a Norvagico *boera* gignere, gestare; *bore*, Patre, docente Verelio *in ind. Scand.* unde facile explicantur nomina *barn*, liberi, *Yfwerboren*, hyperborei populi super aquilonares, superiores vel primi Suecorum parentes; *fylborn*, ex legitimo thoro natus *in LL. Longob. II. Tit. 14. Borefland*, borealis terra, nominaque pagorum Svioniæ Cimbriæque *Borreby*, *Borum*, *Boreswyck*, *Boreo.* Opinante Rudbeckio *Atl. T. I. c. 9. p. 7. §. 5. c. 9. n. 52. c. 9. p. 370.* & fide Eddæ nonsolum a *Boreo*, Sueciæ regnum *Boreale*, Reges autum *Borne*, *Attborne*, *Barones*, appellantur; sed & urbs Phæniciæ *Beroa*, cultu Saturni notissima, quin universum genus Scythicum a Græcis & Romanis vocari suevit *Barbarum* ex male intellecto sonu vocis Sueciæ Borbarn, *Borei filiorum.* Fide descriptionis, quæ in Edda mythologica passim occurrit, Boreus seu Crodo messoris imaginem exhibet & alio nomine dicendus est *Jolfader*, avus, *Altvater*, rectius solaris pater. Gothis enim (non Slavis putante *de* Falckenstein *in ant. Nordgav. p. 57.*) Jul idem est ac orbis, rota, Solis imago, ex qua ratione initio anni in fastis Runicis rota apposita est, quin ipsæ obiationes festo Juel seu solis consecratæ, dictæ sunt *juletuppe*, Julius gallus, *julegalt* solis verres, *julebull*, panis sacer, formam tauri, arietis exhibens. Eundem Solis typum prodit figura Crodonis, qui rotam (solem) & amphoram floribus refertam tenet, pedibus nudis percam piscem calcat seu solis imperium in Aquatilia testatur. Cultus est *Rroppenslediæ* Halberstadensis principatus, *Cropelinæ* apud Megapolenses, *Goslariæ* docente Smeltzio *de idolatr. Misn. c. 16. Garlebeniæ* Marchiæ Brandenb. teste Enzelio; *Sollstedii* notante Falckensteinio *Chron. Thuring. p. 162.* Præcipue in *Saturburgo* seu arce *Hartsburgo* & in sylva *Hercinia famam ejus viguisse*, demumque tamen in vituperium *Kröte* abiisse ferunt fide *Chronici picturati Saxonici ad an. 780.* Henninii *in Observation. ad Tollii epistolas pag. 31.* Porro observat Winckelmannus *c. l.* quod in Comitatu Cattimelebocensi prope *Dornheim* repertum sit monumentum (*h. l. lit. d.*) cujus inscriptio est: *Quartionæ* Florentinæ *matri dulcissimæ Urbanius Firmus filius heres ex voluntate testamenti F. C.* Addit idem, quod & Lampades Romanæ circa Moeni ostium erutæ fuerint a Suecis an. 1632. sub auspiciis Centurionis *Sparrenreuteri* & Medici Hassiaci *Gansen*; singulas imagines ex ejus delineatione exhibeo.

Tres aræ Oldenburgicæ.

Dicatæ Irmensulæ.

Joduttæ.

Crodoni seu Boreo.

XXIII. Hollerus, *Oblerus*, ab *Olao Magno* descriptus, Deus ambulator & navigator, forte ab *Aule*, Gothis *vagari*, appellatus, cujus memoriam servatam putant in nominibus prædiorum *Ullerhæreth* & *Ullenacker* prope Upsalam, *Ullershögen*, Uleri vel Ulyssis montis. Fide *Eddæ Island.* eundem dixeris Deum noctis & mortis, spectrum equitans, cui plebecula Cimbrica hodieque morbos aliquando tribuit vi proverbii: *Die* Helle *reitet umher.* Ad eundem censum spectant traditiones de *Holla* apud Thuringos circumvagante, inferni domina; de *Hulda* Franconiæ, de *Hollenpopola* Wurtzburgensi earumque larvis & pannis in *Concilio Liptinensi* prohibitis; de strepitu & saltatione *Holleri* cum comitibus & alvis in sylva *Meldorpensi Ditmarsorum*, cujus descriptionem edidit Jo. Petr. *ab* Alefeld *an. 1692.* repetiitque autor *singularium providentiæ divinæ c. 4. n. XVII.* Plura vide apud Eccard *Rer. Franc. T. I. p. 276. T. II. p. 424.* Keysle-

Hollerus Norwagiæ.

Ejus Reliquiæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

RUM *in ant. Celt. p. 427.* Sunt qui odio numinis demum tribuunt vituperium *Ohlgötze.*

Triga Comitum Othini. XXIV. Othini Deastri Comites Triga Deorum minorum. I. MITHIR seu MITHOTINUS medius Othinus inter Asiaticum & Europæum, rectius *Meth Athinus*, Comes Othini, cum Othino agens. II. FROER a *Fro*, semine, appellatus, unde dicuntur *Fruar* mater in *LL. Westrogoth. de hæred. c. 12.* *Ofrodig* insipiens apud *Ulphilam*; & in *cippis Runicis* pagi *Frosharde*, *Frorup*, *Frose* in præfectura Haderslebia; *Frooblod*, sacrificium nigri bovis. III. VAGNOFF gigas, Deus militiæ, rectius haruspex.

Nörnerus. XXV. NÖRNERUS, numen tribus forte veterum Gothorum, qui autumnum non computabant, anni epochis præfectum, Thori simulachrum, vel trium Deorum septentrionalium imago, triplici capite unius corporis repræsentata, additis eorum signis, sole, astris Thori faustis, infaustis, Othini malleo, Thori cuneo, fulmine, equo, verribus tribus sacris & mammis Frejæ. Autoritate EDDÆ *Islandicæ P. I. Fab. 15.* NORNERI dii vocantur tres Virgines coelestes, Angeli Othini, URD (tempus præteritum) WERAND (durans, præsens) & SCHULDE, (futurum) quarum cura hominibus vita, ætas & mors distribuuntur. Convenire videntur cum tribus Parcis Romanorum Græcorumque. Plura de Norneris septentrionalibus eorumque divisione in bonos & malos, pacis & belli genios vide apud RESENIUM *in notis ad Wolusp. n. 30.*

Heimdalurius Gothicus seu Merckursmadurus. XXVI. *Heimdalurius*, nonus Attini filius, Legatus Deorum, *Merkusmadurus* seu *Hesus* Gothicus cum *bove* & *gallo*, appellatus a *Merkia*, notare, quia est vigil castrorum, regionum & executor mandatorum, testante *jure Norvagico Hirdskraa c. 20. 21.* VERELIO *ad Gotrici histor. p. 42.* Imago ejus reperta est Augustæ Vindelicor. in domo Peutingeriana, quam descripsit *de* FALCKENSTEIN *in antiquit. Nordgav. p. 35.* Singularem figuram Mercurii & bovis decumbentis, qui herba ad gustum ipsius delecta allectus exsurgit, descripsit ex Mythologis & poetis MONTFAUCON *T. I. p. 37.* Aliæ etiam imagines Mercurii Romani, Jovis nuntii, nullibi quiescentis, cum caduceo & instrumento musico (ex testitudine & chordis ex corio boum adornatis confecto) cum gallo & ariete æri inciss sunt apud eundem *d. l. T. I. post Tab. LXXII. T. V. p. 166.* Slavis hoc deastrum dicitur *Dobrapan*, bonus Dominus.

Kruzmannus Saxonicus, Kerkullerus Suecus & Magusanus. XXVII. KRUZMANNUS, heros Cimbricus Saxonicus, Allemannicus, *Hermannus* vel *Arminius* Germanorum, HERKULLERUS & *Fricco* Suecorum, cultus præcipue in sylva hercinia & in regionibus Francorum prope castrum *Tuitium*, a quo dicitur *Hercules Deusonienss seu* TEUTONICUS, docente RICH. BARTHOLINO *Austriados L. VIII.* Genuinam effigiem, ab Argentinensibus & Gallis adservatam, exhibent SCHILTER *Annot. ad Chronicon Alsat. Konigshovenii p. 550. sqq.* MONTFAUCON *T. I. supplem. p. 143. de* FALCKENSTEIN *ant. Nordg. p. 37.* Accedit figura Herculis Galli & *Magusandi* delineata ex Numis Posthumii & lapide prope Westcapellam, oppidulum Zelandiæ an. 1514. in littore maris eruto teste KEYSLERO *in ant. Celt. Sect. II. p. 200. fig. X.* Magusanus dicitur non a Magusa Africæ vel a Magusa ad Moselam, nec ab Hebraico Magur, peregrinatione, nec ab arte *Magica*, neque ab oppido *Enckhusano* conjiciente Winckelmanno; sed a *Mage*, conjunctione, familia, *Magschap* patria, domo; indicatur enim Hercules *Teutonicus*, *Gallicus* domesticus, non *Romanus*, cujus figura apud BEGERUM *in Thes. Brand. p. 16.* obvia, Krutzmanno, Herculi germano, non respondet. Appellatum hunc existimat Schilterus a *Grozzi*, magno, teste *Willeramo*, quasi dixeris *Grossmann*; alii malunt a *Kruaze*, duello, provocatione; rectius forte a *bello*, & fortitudine, germanice *Kriegsmann*, conjiciente *Scheffero d. l. p. 81.* Convenit Svecicum nomen HEERKULLER & HEERFANUS ab *hæria*, militia, vastatione, *hærsaga*, belli indictione, & *Kulle*, capite, belli caput; *fan* Domino; quemadmodum *Fridkuller* est pacis Dominus. Vindicant ipsius memoriæ *Herculloberga* in Recaria septentrionali apud RUDBECK *Tab. 43. fig. 149.* & originem gentis *Herculanæ* seu *Hermanniæ.*

Etymon Magusani.

Kruzmanni.

Niordus, Nikudurus Cimbricus. XXVIII. NIORDUS, NIKUDURUS *seu* NOCCUS, post Othinum celebratissimus, *a Niord*, divite, *Nicka* motu, sursum deorsum jactari, alioque nomine OGGUR appellatus, Deus formidosus ab *Oga*, perterrefacere, unde *Ogygia* insula, pagique plures Uplandiæ & Norvagiæ nominantur. RUDBECK *T. I. c. VIII. p. 315.* Cultus est a Gothis, Norvagis, Islandis ac Germanis, ventorum, fluminum ac maris Imperator, in rupe coronata & periculosa constitutus. Cultum ejus describunt LOCCENIUS *Ant. Sveogoth. L. I. c. 3.* ARNGRIMUS JONAS *in Crym. Island. L. I. c. 34. &* SCHEFFER *d. l. p. 126.* asserentes: a *Niordo* Norvagiam nomen, ab ejus filio *Yngo* autem stirpem regiam Sveciæ appellationem *Yngwar*,

Yngwar, *Ynglungar*, juvenum seu *Ingævonum*, accepisse. Aliquando laudari solet *Avernus*, a Gothico *Au*, aqua, & *werne*, claudere, dictus; unde *Awernsund* est averni fretum, & Germanicum *Ufer*, ora maris. Mira figmenta circum feruntur tum de ejus conjuge *Blakylla*, maris domina, quæ promontorio Scaniæ *Kullen* nomen dedisse fertur; tum de *Neccis* virginibus Danice *Nicken a perpetuo motu*, non a *necando*, docente *Wormio* & *Loccenio*, neque a *Noka*, navicula, appellatis, numinibus & monstris aquaticis, quorum unum HADDINGUS *Rex Daniæ* in oris maritimis Helsingiæ crebris ictibus interfecit teste SAXONE *in hist. Dan. L. I. p. 15.* Plura refert VASTOVIUS *ap. Stephanium in notis ad Saxonem L. 6. p. 144.* OLAUS WORM *Mon. Dan. L. I. c. 4.* Cultra est hujus generis *Blakylla* olim in insulis *Sylta*, *Fora*, Cimbrorum, & *Pule Slavica* prope Wismariam. Græcis Niordus vocatur *Triton*, Romanis *Neptunus*, Borussis, Slavis, Lithuanis, Ruthenis *Anitympus*, numen maris, Deus Nautarum, *Potympus*, numen fluminum. WAISELIUS *Chron. Pruss. fol. 17.* PONTANUS *hist. Dan. p. 810.* Conjiciente FRENZELIO *de diis Sorab. Sect. 2. c 9. §. 5.* Tympi nomen est a Siriaco *tapha* fluvio; rectius forte illud dixeris a Slavico *tepim*, mergo, *Antympin*, non suffoco, *potopeni*, exundatione. Sacrificia Niordi fuerunt eques & taurus, symbolum serpens cum anchora. De ipsius cultu circa Rhenum & de fontibus a Cattis, Bohemis, Saxonibus & Prussis olim cultis, speciatim de sanctitate fontis *Glomazi* prope Albim, *Anickenstall* (Nickarum sede) prope Jutrebocum, cultuque *lacus diabolici*, in pago *Dobrigavienſi* ditionis Brandenburgicæ & apud *Rugios* celebrati legi merentur HACHENBERGIUS *in Germania med. diss. 7.* DUBRAVIUS *Hist. Boh. L. I. p. 68.* HARTKNOCH *de rebus Poruss. diss. 6. p. 117.* GOTHARDUS BRÆM. *diss. de superstitioso aquæ cultu hab. Hafniæ an. 1695. p. 29.* KEYSLERUS *d. l. p. 14. 70. 260* Speciatim a Niordo & Nixis subterraneis & aquaticis appellatum nonsolum ferunt locum depressum *Nietzam* in diplom. Suerin. an. 1171. fontem Halensem *Nixteich* & decantatam aquam prope Cellas teste KNAUT *in Chron. vet. Cell. P. I. p. 28.* sed & *Niccis* præcipue imminente tempore puerperii vindicant consortium nocturnum cum mulieribus nostri orbis, testante traditione Holsatica hodieque animis obfirmate hærente, de nobili foemina *Ranzovia*, prædii Holsatici *Dragæ* domina, ob auxilium puerperæ Nixæ subterraneæ præstitum liberaliter a Niccis donata nummis, halece argenteo, mucrone & fuso argenteo, qui quidem verticillus etiamnunc instar fideicommissi & palladii gentilitii servatur ab heredibus, testante lite nuper in judicio provinciali mota de jure fusum illum possidendi, hæredibus filiis competente. Plures hujus generis fabellas ad imaginationes extravagantes *d'Ouste* suo jure spectantes, recensuit HAPPELIUS *Relat. curios. P. I. p. 30. 236. 289.* PRÆTORIUS *in Anthropodemo plutonico P. I. T. 13.* HAMELMANNUS *Oldenb. Chron. p. 21. sqq.*

Blakylla & Neccæ foeminæ.

Ejus & Niccarum memoria.

XXIX. DISA, quam vel a *di* terra, & *ann*, regina, vel a *diis*, mamma, *dya* lactare, appellatam volunt, dea nutrix, Gothorum Cimbrorumque ISIS, GOJA *seu* HERTHA, Dea terræ, a qua secundus anni mensis *Goiemonat* & tertius septimanæ dies *Dysiag*, anglis *Twisiag* appellatur. *Rich.* VERSTEGAN *in antiquit. Angl. c. 3.* Alio nomine vocari suevit *Wena*, Virgo, Romanis *Venus*, a Gothico *wene*, aqua, terra palustri, unde orta sunt nomina *wenegaren*, Veneris aula, *Wenadis* ex mari surgens, *Feniot*, terra paludosa, *Feuningiæ* & *Venedorum* appellatio. Insidet Disa arieti, sinistra rosas tenens, iisque alliciens taurum; dextra aviculam Othini gestans, induta apud RUDBECK *Atl. T. II. de geolatria p. 172. 209.* veste reticulata, & vecta bobus in comitatu sacerdotum, qui ad sacrificia in mense Disæ (*Kyntelmænado*, lucernarum mense) solemniter peragenda parati sunt, quæ sacra dicebantur *Disablot*. Testantur ejus memoriam Literæ Runicæ incurvatæ, quæ a Disæ inventione, vocantur ISKNEE, Isidis genua; *herba* DISÆ vulgo *Eisenkraut*, verbena, herba parturientium (MONTFAUCON *Tom. II. P. II. c. 6. p. 437.*) amnis Scaniæ DISEAA; fons sacer in Seelandia olim THIESVELD, hodie fons Helenæ nuncupatus, & lapis ingens prope arcem *Orethingburgum* (olim *antiquum mallum* Seelandiæ) in cujus inscriptione mentio fit Disæ legum DISÆLOGER teste WORMIO *L. I. Fast. c. 15. & Monum. L. I. C. 14. p. 120.* Præcipue huc pertinent *Disatingæ*, conventus *Disenses*, judicia publica *Disana* in campis & tumulis hyemali tempore, quo sol supra horizontem Sveonum emergit & vim frigoris propellit, celebrata, docente MESSENIO *in Sveopentat. c. 6.* LOCCENIO *antiquit. Sveogoth. c. 4.* WORMIO *Fast. L. I. c. 18.* & ipsæ nundinæ Disanæ, *Jismarknader*, Upsalæ quovis anni plenilunio primo celebratæ, olim super glaciem amnis *Sammæ* peractæ, unde ab OLAO M. *L. IV. c. 6.* nuncupantur *S. nundinæ glaciales*. Quarum rationes investigarunt RUDBECK *Atl. T. II. p. 508.* SCHEFFER *Upsal. ant. c. 16. p. 317.* MESSENIUS *in Comæd Disana in Scondia illustr. T. I. p. 3.* ELVIUS *in Nund. Disanis §. 6.*

Disa Gothica, Cimbrica.

Goja.

Wena.

Disæ vestigia.

Disatingæ.

quibus adde STIERNHÖCK *de jure Sveon. vet. p. 40.* ubi refert, quod a. 1600. in conventu Lincopenſi judicium *Laugding* revocatum fuerit ſtatutumque: *ut* JUDICIA *bis in anno, hyeme Upſaliæ in Nundinis* DISANIS, *æſtate Lincopiæ circa feſtum D. Petri exercerentur.* Repetunt a *Diſæ* ſacris, nomen & cultum ISIDIS *Ægyptiacæ*, docente RUDBECK *T. II. c. 5. p. 208.* & nomina locorum DISAFORD hodie *Thetisfiord*, cujus mentio fit in tabulis pacis inter Guſtavum Adolphum R. Svec. & Chriſtianum IV. R. Dan. ſancitis *a. 1613. art. 3.* DIWISAGOROD *Moſcoviæ*, ad fluvium Wolgam, ſedes Diſæ, collis excelſus diverſis arborum ordinibus circumdatus, quem Sveci mercatores nominarunt *Dionebake*; Dianæ tumulum, docente OLEARIO *Itin. Perſ. p. 357.* & GUEUDEVILLE *Atl. hiſtorique P. I. p. 668.* Diana enim Svecorum a *deja*, lactare, vel a *dy*, terra, nominata, eadem eſt ac *Diſa*, terræ regina. Referunt autem Ruſſiæ Scriptores: *virginem olim ſacram ad hunc locum acceſſiſſe ex gigantum terra ortam;* quæ forte ipſa eſt Sveoniæ pars, quam *Reeſaheim* & *Jotunheim*, gigantum patriam veteres dixerunt. Britanniæ caſtrum antiquum *Ciſſoburg*, Diſæ aulam, laudat SPEELMANNUS *in Vita Aelfr. p. 58*, Teſtis quoque eſt MICHOVIUS *Rer. Polon. L. I. p. 21.* quod Sarmatæ Venerem appellaverint *Dzizilia*, Diſæ florem, lilium. Apud Germanos Saxones *Iſenbergam*, *Islebiam*, *Iſenachum* aliaque oppida a *Diſa* denominata ſtatuunt plures, quamvis alii cum VOSSIO ad EVAM (Iſcha) alii ad ISIDEM *Ægyptiacam* temere confugiant. ROTH *de Oſiride, Iſide, Horo & Typhone c. 4. §. II.*

Diwiſagarod Ruſſorum.

Ciſoburgum Angliæ.

Hertha Heligolandica, Cimbrica, Friſica.

XXX. HERTHA, Dea terræ, *ſeu* FREA *&* DISA CIMBRORUM, ANGLORUM, RUGIORUM, *præcipue inſulæ* HELGELANDIÆ, a Gothico HELA, *medela, tranquillitate, ſecura terra*, vel a Friſico *Halligen*, appellatæ, quod nomen hodieque omni terræ Cimbrorum, a maris æſtu hominumque opera ſenſim territorio adjectæ, aggeribus nondum ſeptæ vel iis non indigenti, commune eſt, Belgis *Gorſen*, Ditmarſis *Voorland*, *Butendyck*. Vulgo laudari ſolent nominis rationes repetitæ vel a S. FOSTA *ſeu Veſta ſancta*, docente KEMPIO *de orig. & ſitu Friſiæ L. III. p. 244.* vel a *Heligone* epiſcopo quodam & Principe, notante MATH. BOETIO *de catclyſmo Nordſtrand. L. I. p. 23.* vel a ſancto memore *Heilig Lund*, aſſerente PONTANO *in Chorogr. Dan. f. 719.* vel a *S. Virginibus*, quarum veſtigia hodieque nunquam gramine teguntur, ariolante AUTORE *brevis deſcriptionis inſulæ terræ ſanctæ* & P. SAXIO *in Deſcript. Heiliglandiæ MSC. a. 1638 fol. II.* ubi ipſam navem S. Urſulæ, cellulis & imaginibus XXIII. Virginum ornatam depinxit. Omnes nugivendos zelo & phantaſia ſuperat BERTRAMUS POWISCHUS, *nobilis Holſatus, in dem waren Bericht wieder den vermeinten Eccleſiaſten ed. Hedebui a. 1599. art. 1. pl. E. III: Zum dritten, will ich erzehlen, was mir begegnet auf ein Oheland im teutſchen Meer, heiſt Hillich Land, das Lændlein iſt 45. Klaffter hoth und nunmehr gantz ſteil, und geht nur eine Steig hinauf, und iſt von natura loco ſehr feſt und unwindlich zu machen; darauf bin etzliche Töge geweſen, und es haben die Einwohner mir gezeiget etzliche Fußtappen, die man im Graße kennen kan, iſt dunckler den ander Graß, mit dieſem Bericht, daß S. Urſula aus England dahin geſchifft, und ihre Schweſter Debora an den Landes-Herrn Heligo zu Ebe gegeben, und da Hochzeit gehalten; als ich dar einige Töge verharret und der Wind contrair geweſt, hat mir der Vogt zu erkennen gegeben, daß bey ſeines Groß-Vaters Zeiten ſey ein Crucifix von der Norderſeiten aus Land angefloſſen kommen, und auf der Bruſt ſey eine Klocke geſtanden ohne Knepel. Ich habe begert die Klocke aus der Kirche herzubringen, alsdann habe ich die Klocke vollſchencken laſſen, daraus getruncken und geſagt: Gott und die heilige Junckfrau S. Urſula ſamt ihrer Geſellſchafft wolle uns morgen beſcheren einen gelinden Weſtwind biß nach Eiderſtedt, ſein 6. Wekeſches; mein Schiffer, ein Lutheraner, hat alleweg nur Gott allein und nicht die Heiligen wollen mit anrufen und daneben um ein Südeweſt-Wind gebeten; des Morgens aber iſt es ein gelinder Weſtwind geweſen, der ſich nicht verændert hat, bis ich hinüber nach Eiderſtædt gekommen. cet.* Icon HERTHÆ herbis & floribus plerumque exornata eſt, cujus delineationes & deſcriptiones exſtant apud ARNKIELIUM, DÖDERLINUM, MONTEFALCONIUM, FALCKENSTEINIUM. Hoc loco autoritate fidi antiqui monumenti lignei Stapelholmenſis, delineata conſpicitur, curru, quem cornua cervorum ambiunt junctis binis vaccis, vecta, ſiniſtra clavem, dextra ariſtas tenens; indura veſtimento, quod capitibus taurinis & ſpicis excultum eſt. Sunt, qui in Herthæ curru vectuque Copernicanum mundi ſyſtema inveniſſe ſibi viſi ſunt; rectius licet ſimplicius, illud vehiculum *terræ*, *agriculturæ* & *pacis* Symbolum dixeris fide *Macrobii Lib. I. Saturn. c. 21.* Appoſite igitur *Herta* alio nomine a Svecis dicitur KAERA vel KAERNGYDIA, frumenti, granorum Dea, Slavis *Martana*, Romanis *Ceres*, quam vulgo a *gerendo, creando* vocatam ariolantur. Audiamus TACITUM *de M. G.* differentem *de Cimbris, Megapolitanis & Pomera-*

Heligolandiæ appellatio.

Icon Herthæ, Svecis Kaeræ.

Taciti teſtimonium.

Pomeranis; REUDIGNI, inquit, *deinde* & AVIONES & ANGLI & VARINI & EUDOSES & SUARDONES & NUITHONES *fluminibus aut sylvis muniuntur, nec quicquam notabile in singulis, nisi quod in* COMMUNE HERTUM, *id est*, TERRAM MATREM *colunt, eamque intervenire rebus hominum*, INVEHI *populis arbitrantur. Est in* INSULA OCEANI CASTUM NEMUS, *dicatum in eo vehiculum, veste contectum, attingere uni Sacerdoti concessum. Is adesse penetrali* DEAM *intelligit, vectamque* BUBUS FOEMINIS *multa cum veneratione prosequitur. Læti tunc dies, festa loca, quæcunque adventu hospitioque dignatur. Non* BELLA *ineunt, non* ARMA *sumunt, clausum omne ferrum*, PAX & QVIES *tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem Sacerdos satiatam conversatione mortalium deam templo reddat: mox vehiculum & vestes, & si credere velis, numen ipsum secreto* LACU *abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus* HAURIT. *Arcanus hinc terror, sanctaque ignorantia, quid sit illud quod tantum perituri vident. Et hæc quidem pars* SVEVORUM *in secretiora Germaniæ porrigitur.* Præcipuum itaque Herthæ templum non Rugianum fuit docente quidem CLUVERO & JÆNIKENIO *in Prodromo Pomeraniæ literatæ p. 261;* sed Heliglandicum in insula Oceani castoque ejus nemore, vulgo *Hægewald*, pro quo absque ratione FREINSHEMIUS legit *vastum nemus.* Hodie equidem nec sylva, nec arborum reliquiæ ibidem inveniuntur; sæviens enim mare illas cum terræ magno tractu sensim absorpsit; testatissimum vero est, insulam hanc instructam olim fuisse nemore, cujus terminos descripsit Jo. MEIER *in Mappis chorograph. Tab. 119.* qui & Hertham circa *a. 800.* ibidem cultam fuisse asserit. Idem testati sunt ADAMUS BREM. *de situ Dan. p. 132.* PONTANUS *in Chorograph. Dan. p. 737.* Accedit testimonium BENJAM. KENOBLAUCHII *in Chorograph. Helgolandiæ ed. a. 1643: Diese Insul hat vor alters einen schönen grossen Wald, Nahmens Heiligen Lünde oder Wald und einen andern, den Holmbusch genannt gegen Süden gehabt, welche nun gantz vernichtet, dass nicht ein einziger Baum mehr davon zu sehen ja kein Baum auf dem gantzen Lande zu finden ist.* Ad reliquias *Herthæ* referuntur nomina pagorum Slesvicensium *Herte, Vestigia Herthæ.* *Herthedhal, Hertesledt;* populorum *Herthonum* docente ALTHAMMERO; civitatum *Hartesburgi*, Goslariæ; *Hardegsen* prope Göttingam, *Hartingæ* Halberstadiæ, *Hertypoint*, promontorii Angliæ, cui vicina sunt oppida *Herton* & *Hertlund.* Addi solent a quibusdam origines appellationis sylvæ Bohemicæ *Haerts* (vulgo tamen a pice vel Marte nominatæ) *sylvæque Herthæ* Scanorum, quam laudat RUDBECK *in geolatria*, & HIRTIÆ Sybillæ Ægyptiacæ, cultui Serapidis inservientis. De Herthæ cultu apud Pomeranos & Rugios in terris *Stubnitz, Pitne, Jasmund, Hertesburg*, testantur reliquiæ aggerum & castrorum, proverbiumque incolarum: *Herthe gifft Gras, füllt Schünen und Fass*, docente SCHWARTZ *in Geographia Germaniæ septentr. nationis Slav. Sect II. c. 3. p. 211. & 231.* De ejusdem deæ cultu apud *Thuringos* testantur ejus simulachra, *Labra* & *Jecha* prope arcem *Lora* in montanis Haynensibus, & prope *Jechenburgum*, Sondershusiæ vicinum olim culta, ab Apostolo Bonifacio confracta, teste OTLONO *in* JOANNIS *Scriptoribus Rer. Mogunt. T. I. p. 296.* Reliquias hujus cultus dixeris fontem *Hörlingsbrunn*, Hertæ fontem, cui vicinum fuit delubrum *Dori* seu *Bieli*, in monte nemoris Thuringici prope oppidum *Ortorff* olim culti, testante FELLERO *in Collect. Memorab. Thuring. p. 459.* De Herta a Svevis & Bojis culta vide HACHENBERG *diss. §. Germ. med. §. 16.* RUDBECK *T. II. p. 6. sqq.*

XXXI. ARA ALBERSDORFFENSIS DITMARSICA cultui FREÆ *vel* HERTHÆ dicata, hodieque in sylvula campi Albersdorffensis conspicua, lapidibus & arboribus circumdata, cujus figuram exhibuerunt RHODIUS *in denen Cimbr. Holsteinischen Antiquitæten Remarqu. d. 17. Mart. 1719 p. 71.* MELLE *in novis literar. maris balth. an. 1699. p. 286.* KEYSLER *d. l. p. 44.* FALCKENSTEIN *d. l. p. 160.* MONTFAUCON *d. l.* Juvat descriptionem repetere verbis MELLII: *Imprimis notabilis est sacer ille, veterumque procul dubio superstitioni dicatus locus, qui in Ditmarsia australi, ad vicum Albersdorff, in confiniis Holsatiæ, & quidem Præfecturæ Rendsburgensis, visitur. Haud procul enim a vico isto, orientem versus, ager est vulgo de* BRUT-KAMP *i. e. Sponsæ Campus appellatus, cujus medium sylva sive Lucus occupat, collem ambiens, qui* ANTRUM *quoddam magnis lapidibus septum ostendit. Quinque autem præcipue lapides sunt, minores ceteris, qui ipsis firmandis inserviunt, molesua superantes, quorum primus quinque pedes cum dimidio; secundus quatuor fere, tertius sex; quartus quinque, & tres insuper pollices; quintus denique iterum quatuor pedes, latitudine sua æquat. His aliud majoris adhuc molis Saxum incumbit, ambitu suo 36. pedes (duobus saltim pollicibus demtis) continens, cujus superficies ad duodecim pedes cum dimidio se extendit, crassities autem quatuor pedibus cum quadrante absolvitur. Inferior*

Ara Albersdorffensis Herthæ Ditmaricæ.

Descriptæ a Mellio.

ferior hujus Saxi pars superiori planior est, ac medio loco striam canaliculi instar excavatam habet. Integra sub hoc lapide antri latitudo septem pedes, altitudo autem tres cum dimidio, binosque pollices complectitur. Sacrificiis olim & DEORUM cultui hunc inserviisse locum, in propatulo est. Quam falso igitur de Germanis eorumque vicinis Borealibus JUL. CÆSAR *(de Bello Gall. l. 6.) dixerit: Neque Druides habent, neque sacrificiis student: ex his & similibus sacrificiorum locis, hodienum obviis, abunde patet; unde etiam* GLAREANO *(in Annotat. ad l. 4. de Bello Gall.) merito vapulat, & negligentiæ accusatur. Sed quæris forsan, quodnam olim gentilium superstitionum genus hoc veterum* DITMARSORUM *luco viguerit? Si quid ex superstite in hunc usque diem nomine* BRUT-KAMP *hariolari licet, haud incongruum videtur dicere, novos hic forte nuptos, sive Sponsos Sponsasque, pro obtinendo fortunato & felici conjugio sacra fecisse. Nam apud veteres neque uxor duci, neque ager arari sine* SACRIFICIIS *poterat; ceu dudum Servius Honoratus, celeberrimus ille majorum gentium & veteris ævi interpres ad lib. 3. Æn. Virgilii observavit. Unde etiam Val. Flaccus lib. 8. Argonaut. de nuptiis Jasonis & Medeæ: Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras, Aesonides. Tanta cæteroquin hujus Luci olim fuit religio, ut nemini (prima minirum vice) illum invisenti absque* MUNUSCULO *ibidem relicto inde recedere licuerit, quod e grandævis loci sui incolis se audivisse memorat* JOHANNES MESSNER *Ecclesiæ Albersdorffiensis Pastor, simulque addit, famam esse, quoties aliquis antro (quod descripsimus) everrendo operam impenderit, toties nummum quendam ibi repertum fuisse.* Quibus accedunt sup-

Rhodio. plementa apud RHODIUM d. l. *Es sind sonst nicht weit von Alberstorff noch unterschiedliche andere grosse Opffer-Stætte derer alten in freyem Felde, als 1. zu* SÜDER-HARSTÆTTE, *etwa eine Meile von Albersdorff ins Süden; und die 2. zu* TELLINGSTÆTTE, *eine Meile von dannen ins Norden; aber die oberwehnete ist die denckwürdigste. Sonsten berichtet auch noch ein guter Freund von eben dieser Opffer Stætte zu Albersdorff und der darunter befindlichen Höle folgendes: Daselbst ist auch eine Höle und Heidnische Opffer-Stætte, wovon die Alten mir gesagt, wenn man einen Sesling vor Zeiten habe in die Höle geopffert, habe der, so das Geld hingelegt, allezeit ein kleines Brodt wenn er aus der Höle gegangen vor sich gefunden. Es haben auch die Subterranei daselbst sich aufgehalten, welche von den Leuten allerhand Gefässe, als Töpffe, Kessel &c. geborget und wieder an den Ort gebracht. Die Einwohner des Dorffs* ARBEKE *nahe hierbey, haben ihnen müssen Ochsen zur Abfuhr leyhen, welche früh Morgens auf der Hoff-Stete in vollem Schweiß gestanden, für das Fuhrlohn haben sie noch heute diesen Tag dieses, daß ihr Vieh keine ansteckende Seuche bekommt, auch wenn Lungensucht ist, und ein solches Beest in diesem Dorffe gekaufft wird, obschon unwissend, so klebet es bey denen andern doch nicht, und dieses ist gewiß. Eine gleiche herrliche Antiquitæt erinnere mich, ehmals ebenfals in unserm Holstein zwischen Neumünster und dem Kloster Bordisholm* (imgleichen diesseits des Closters auf dem Weg nach Kiel) *auf einem sogenannten Bette gesehen zu haben, alwo auch eine dergleichen mit grossen Steinen besetzte Höle zu finden, welche auch oben mit einem sehr grossen breiten Stein, so vormahls zu einem Altar gedienet, bedecket ist.* Locum denominatum tradunt ab *Alvis Cimbricis & Danicis* (ALFFER) geniis, pygmæis, faunis, h. e. fanis

Loci denominatio ab Alvis. seu Dominis sylvestribus, de quorum habitationibus (*Alfheymath*) & apparitione in fluviis, collibus & *montibus hyberboreis, qui Sveonibus* dicuntur *Alp, Alpes majores*, fabulas aniles servat plebecula & EDDA *P. I f. 15.* Slavis & Venedis hujus generis spectra dicuntur *Doppolnütza, Scherenje & Grosba*, terribiles imagines, uti patet ex FRENZELII *Versione Slavica S. Bibliorum ed. an. 1727. Matth. cap. XIV. 26.* & e canticis in sermonem Venedorum translatis: *Scha grosba nien jo Seischa: Alle Fehde* (tremor) *hat nun ein Ende.* Campus Albersdorffensis hodie audit *Brutcamp*, non ut vulgo putant a *Frea, nuptiis* vel *gildis*

Campi nomen, Brutcamp. ibi celebratis, nec a Danico & Gothico *broede, briyt & bryotur*, mulcta, transgredior; sed a Celtico & Anglo-Saxonico *Brut*, semita, via fortunata, *Broyd* regione, patria, *Brutar*, magnificentia, docentibus VERELIO, GUDMUNDO ANDREÆ, WORMIO, BOXHORNIO *in Islandicis, Runicis, Britannicis.* Hinc BRUTBENK, cujus mentio fit *in statutis Slesvic. c. 103.* inter locos, judiciali autoritate instructos, refertur, & forte fuit judicium populare vel Sandmannorum sub dio celebratum; quem significatum facile illustraveris tum Runica notione *Brugda, Brut*, consilio præsenti; tum testimonio JUNII *in gloss. Goth. p. 100.* ubi a *brudd*, populari, derivare satagit *fratrum civiumque denominationem.* Accedit glossa ISONIS *Magistri*, qui *Brut* explicuit conjunctionem, pactum. In jure antiquo Norvagico occurrit vox *Brudfard*, quam BIELCKIUS *in Summariis Danici & Norvag. juris p. 109.* explicat *ordinem vel pompam nuptialem a nymphis sponsæ adornatam.* Et ex documento Seculi XIII. sanctionem quandam notavit DUFRESNE *T. I. p. 1324. Nemo quodam-*

dammodo sit ausus facere fieri FESTUM *quod appellatur* BRUT, *quia ibi Deus plurimum offenditur.* Convenit *brutlufti* apud OTFRIDUM, dies festus, dies nuptialis, notante FRISCH *in glossar. Germ. p. 129.* BENCK autem, Islandis *Beck*, est collis vel locus editior, judicium, sedes Scabinorum, *Schopfenbanck*; unde & *Brutbenck* facile dicitur locus eminentior in mallis & conviviis, ubi judex, sponsa, & qui est honoratior, considet. Recte AUTOR *Teutoniste*, *Vocabularii Coloniæ an. 1475. impressi*, BANCKSPANNEN explicuit judicium intentare, *Gericht hegen*; quæ ipsa formula occurrit *in Chartis Oldenburgicis* & *in speculo Saxonico L. I. art. 70. L. III. art. 69. 88.* Ubi formulæ: *Die* BÆNCKE *verrücken, zur Banck schweren*; quibus adde proverbium: *auf die lange Banck schieben*, judicium protrahere.

XXXII. HERTA LAPPONICA, MOSCOVITICA, (teste BLAVIO *in Atlant. Moscov. p. 32.*) CIMBRICA, FRISICA & INSULARIS ævi antiquissimi, cornubus Rangiferorum, quæ corpus seu terram ambiunt. Figuram exhibuit RUDBECK *T. III. p. 102 & T. II. p. 210.* quam ex Svecia cum Osiride in Græciam & Ægyptum delatam putat, ibique mutatum in Isidem. Alii Herthæ currum, simulachrum & imitationem putant arcæ fœderis Israelitarum, a duabus vaccis tractæ. In qua opinione est JAC. MARTIN *dans la religion des Gaulois T. II. L. IV. c. 10. p. 35.* Odio & destructioni demum cultus Herthæ (forte & vituli aurei) vindicant origines proverbiorum: *choreas vitulinas (Kælber-Tæntze) instituere; Oculis vituli verbera infligere; vaccam cæcam ludere.* Quod enim pluribus idolis & ipsi Thoro, summo septentrionalium deastro, accidit, quod introducto Christianismo, nomina eorum in invectivas degeneraverint; id etiam de sacris tauris dicendum est, sub quorum appellatione Seculo XIII. veniunt homines abjecti & infamia laborantes, uti testantur picturæ famosæ de calumniatoribus, debitoribus obæratis, obstagiatis. Quod *Herta* Dea, incolis Insularum Cimbricarum significavit; id Svecis fuit *Frea* & *Disa*, Slavis *Siwa* & *Krasopania*, Gallis Dea *Owana* a SCALIGERO & BOCHARTO descripta; Marsis & Ditmarsis *Tanfana*, cujus templi in foresto seu luco *Teutschburgensi* olim celebratissimi meminit TACITUS *Annal. L. I. c. 50. 51.* Appellata videtur Solis Dea, a TAN, Celtis, Cimbris, Anglis, *igne*, *rogo*, & *Fanæ*, Domino, motu solari, a quo *Phanina*, Phœnix, avis solis, & TITAN, TERRÆ *ignis*, nuncupatur notante RUDBECK *Atlant. T. II. p. 377.* & PERIZONIO *in Antiquit. Celt. p. 367.* Sive etiam Tanfanam cum LOCCENIO *antiquit. Sveo-Goth. c. 3.* dixeris *Deam nemerosam*, in sylva abietina cultam, a *Tan* abiete & *fan* domino appellatam; sive cum SCHERINGHAMIO *de orig. Anglor. p. 335.* a *Tan*, sorte, Dominam sortilegiorum; sive cum LIPSIO *in notis ad Tacit. p. 61* & CLUVERO *ant. Germ. L. I. c. 26. p. 222.* Deum creatorem, *principium rerum*; habebis ubique rationes convenientiæ cum Frea & Siwa. Frustra enim VOSSIUS *de Idololatr. L. VII. c. 3. p. 159. Panam*, satanam, & WEISIUS *in Antiquit. Sax. c. 1. p. 5. Tanfanam* interpretatus est *Dominum fulguris*, *Tonnergott*; temere etiam ECCARDUS *in Ep. ad Stadenium in Tomo II. des Bücherſaals p. 716. a Damp*, loco Diepholtziæ denominationem *Tanfanæ* repetit, plane adversam Taciti narrationi, notante *de* LINGEN *in opusculis german. P. I. c. 2. §. 8.* MEINDERS *de statu relig. in Westphal. p. 125.* LAURENTIO *in Mon. Roman. Thuring. c. 5. p. 13.* Convenientiam Herthæ cum *Diana Ephesiæ* & *Asiæ minoris*, capite velato & turrito, mammis, cervis sacris, fulcris dignitatis vel venationis, & Nymphis e regione capitis instructa, ostendunt figuræ *b. l. a. b. c. d. e.* aliæque apud RUDBECK *d. l. p. 102* MONTFAUCON *T. I. p. 158. Tab 93. sqq. T. V. p. 220. P. C. LXIX.* & GORI *in* MUSEO *florent. T. II. Tab. XV. n. 4.* Quibus adde templum Dianæ, zodiaco circumcinctum; Nummumque apud VAILLANTIUM & MONTFAUCON *T. II. p. 88. b. l. lit. b.* & figuram *Æsculapii* a Galeno, & *Dianæ* Ephesiæ ab Androclo gestatæ, ad cujus pedes est caput tauri, apud FABRETTUM & MONTFAUCON *d. l.* Decem præcipuas Dianæ figuras, bobus, leonibus, cervis, arietibus, avibus ornatas & circumdatas, ex *Begero*, *Menetrejo*, *Bonannio* & *la Chausse* exhibuit MONTFAUCON *T. I. pl. 93. 94 95. p. 158.* Convenit & cum RHEA *vel* CYBELE SYRIACA & GALLICA tympanum tenente, curru binis leonibus mansuetis junctis vecta haud procul a pino arbore, quæ ipsi sacra erat, sub qua conspicitur aries; quemadmodum sub ejus imagine est taurus sacer, qui sertis ornatus duci solebat ad ejus sacrificium. Imago hæc exstat apud BOISSARDUM *in Inscript. T. II* & MONTFAUCONIUM *T. I. p. 10. Pl. III.* Aliam figuram *vide h. l. lit. (e)* Singularem imaginem Cybeles exhibuit BELLORIUS. Mitra enim episcopalis, corona radiali & in margine pallii duodecim signis zodiaci ornata est, ita ut taurus ad humerum sinistrum adscendat. Effecta autem videtur hoc Schema a *Pirrho*

Herta Lapponica, Moscovitica, Cimbrica vetustissimi ævi.

Sub aliis nominibus alibi culta.

Marsis Tanfana dicta.

Herthæ convenientia cum Diana Ephesia.

Et Cybele Syriaca.

LIGORIO

Ligorio, pictore Neapolitano, cujus fides est subleſta, ſimulata etiam & falſa opinio, quod ad Deæ Syræ exemplum concinnari cœperint mitræ Epiſcopales hodiernæ, quæ tamen demum ortæ ſunt Seculo XI. XII. Aliam, fide antiqui monumenti & Boiſſardi, imaginem Cybeles Syriæ exhibeo *h. l. lit. g.* cujus caput corona murali ornatum, corpus faſciis conſtrictum, brachia leonibus armata ſunt, ſpatiumque veſtis in claſſes diſtributum eſt, quarum prima noctuam inter duas feras; ſecunda aquilam & duas aves, tertia leporem & inſectas; quarta avem, apes & flores; quinta ſerpentem cum lacertis exhibet, tauro ad pedes collocato inter arborem pineum. Præcipue notabis imaginem, quæ Maffejo debetur *h. l. lit. f.* in qua arcana ſunt plura, corona, laurea, caduceus Mercurii, cornu copiæ duplex, vaccæ binæ ad pedes ejus cum proboſcide elephanti. Plures *Cybeles* figuras & *Iſidis Ægyptiacæ* convenientiam vide apud Michaelem *in Obſervat. ad* Gaffarelli *curioſitat. inaud. not. 46. p. 213.* Kircher *Oed. Ægypt. T. I. Sect. III. c. 7.* Legi merentur Dalenius *de Taurobol. p. 146.* Montfaucon *Ant. expl. T. II. p. 174.*

Taurobilia & Criobilia Gallorum cet. qui ex inſtituto differunt de Tauroboliis & Criobolиis *Græcorum, Gallorum Romanorum & Lugdunenſium* h. e. de Baptiſmis ſanguinis, feſtis Cybelæ, quæ *Tauriaca* ſeu *Taurobolos* appellatur, mactatione taurorum & arietum celebratis, aliquando etiam ſolemniter cultis ſanguine & ſacrificiis caprarum, quæ Ægibolia dicuntur. Prolixe quoque *de* Taurocatapsia ſeu ludo ſolenni cum tauris inſtituto egit Montfaucon *d. l. Tom. III. p. 330.*

Auriniæ, Mairæ ſeptentrionales. XXXIII. *Imagines trium* Auriniarum septentrionalium, quæ Mairæ dicuntur, ex imitatione Herthæ curru vectæ junctis vaccis. Meminit earum Edda *fab. XV.* ubi narratur: *tres* Mairas *in conclavi* sylvestri *apparuiſſe Holchero.* Conveniunt cum *Nörneris diis ſeptentrionalibus*, de quibus ſupra dictum eſt, & cum tribus Germanorum fœminis *Auriniis* multiſciis, Velleda (hodie *Velten* in proverbio) Aurinia (a qua eſt *Aurnheim* Nordgaviæ) Ganna regina; quibus proxime accedunt *Holla* Erfurtenſis & *Jetta*, a qua eſt *Jettenbergum* Heidelbergæ. Cum Parcis tribus Græcorum ac Romanorum illas comparavit Picart *T. II. des ſuperſtitions anc. & mod. p. 326.* cujus obſervationi junge inſcriptiones imaginum Mairarum apud Reinesium, Sponium & Gruterum *P. X. c. II. n. 1.* Refer huc imaginem & funeralia Alrunæ Svevicæ Gundhildis, non a *Sanitate & Salute*, ſed a *Gun*, fœmina excellenti, & *hilda* ſeu *holda*, maga, appellatæ, duabus *vaccis* ad ſepulchrum deductæ; cujus delineationem æri inciſam vide apud *Dn. de* Falckenstein *Ant. Nordg. p. 177.* Adde, quod de Gunhilda boreali obſervat Wormius *in Lex. Run. p. 91. quod Egillus Skallagrimus contra* Gunhildam *baculum imprecatorium direxerit, recitata formula imprecationis.* Facit etiam huc nonnihil effigies Regis criniti *veterum Francorum & Sicambrorum* (qui a Cimmeriis ſeu Cimbris deſcendiſſe dicuntur) in majeſtate ſua conſtituti, & ad annuum publicum populi conventum tendentis, curru vecti, junctis *tauris duobus albis;* quam imaginem ligno inciſam exhibuit Lazius *in Libris de migrat. gent. Cap. de Cimmeriis p. 38.*

Explicatio vocum. Mairæ vulgo vocantur matres, matronæ fatidicæ, ſapientia & cura rerum domeſticarum claræ, Auriniæ, a *Runa*, omniſcientia, conſilio, dictæ fœminæ ſacræ, Magæ, myſteriorum conſciæ, docentibus *gloſſis MSC. Rab. Mauri & Edda Islandica.* Aliis rectius placet Mairarum denominatio a Gothico *Mær*, Venere, Frigga, Othini uxore, vel a *Maija*, Virgine. In indice paganiarum veterum occurrit articulus XIX. *de Pettenſtrob* (alii legunt petendo) *quod boni vocant* S. Mariæ. Plures cum Sagittario intelligunt S. Mariam Virginem; ſed hæc non pertinet ad orbem paganizantem. Legendum puto: *Mairæ.* Herba enim Pettenſtro eſt Veneris herba, vulgo *Gallerium, Gallium Mercurii*, cui eadem herba ſacra erat cum aureo gallo; unde *Giallhorn* teſte Edda *Islandica prima & ſecunda* idem eſt ac *cornu Mercurii Sveonum*, qui dicitur *Merkia, Cronsmerkiæ*, Coronæ, Sigillorum Thori cuſtos. Loco itaque S. Mariæ reponendum erit vel *Mercurii* vel *Mairarum* nomen; quod ſenſim tamen abiit in ſignificatum adverſum. Teſtis eſt Ericus Olaus *in hiſtoria Sveciæ p. 15: Svercheri*, inquit, *filius Valander in ſomno a* dæmone *ſuffocatus interiit, quod dæmoniorum genus Sveco nomine* Maara *dicitur.* Idem fere innuit Jornandes *de rebus Get. c. 24.* ubi ex Mairæ *cum ſatyris congreſſu* Hunnorum origines repetuntur. Hinc natæ ſunt fabulæ de ſpectro Nocturno *Mara*, Anglis *Nichtmare*, Batavis *Nachtmaer*, Gallis *Cochemar*, Ruſticis *draco*, Svecis *Tæmigubbar*, Danis *Dranger, Elve;* Svevis *Trempe*, Saxonibus & Thuringis *Alp*, Franconiæ incolis *Druddrucken.* Contra has ſpectri operationes plebs Cimbrica & ruriculæ alibi commendare ſolent vel excreſcentis ex quercu viſci uſum, *Eichenmiſpel*, vulgo *Marentaken* ſeu *Alfrancken;*

rancken; vel radicem *Mandrogoram* & lapides belemnites, digitis similes, vulgo *Alpenschoss, Hucksteine, Donnersteine, Alpenfinger, incuborum Sagittas, Nanorum lapides.*

XXXIV. FOSTA & WEDA *Foforum veterum* seu *Frisionum*, speciatim *Heligolandorum* numina, ex ære confecta, more plurium gentilium culta in castro, *Fosteburgum* appellato, cujus arcis iconem debes delineationi *Jord Nielseni*, præfecti olim Heligolandici. *Fosta & Weda Frisionum Heligolandiæ.* Utar verbis CORNELII KEMPII *L. II. de origine Frisiæ c. 26. p. 242. & 242. Tacito teste, in latere Chauchorum Cattorumque Cheruſci sunt, contermina gens est* PHOSEA *sive* FOSI. *Ex quo patet, quod Phosea insula est in ipso* FRISORUM *atque* DANORUM *confiniis constituta, quæ a quodam* PHOSETA, *quem errore gentili incolæ Deum credebant, dicta; & nominabatur* PHOSETANEA, *quæ dicitur jam* HELGERLANDIA, *uti in legendis S. Willebrordi & Ludgeri episcoporum legimus: habitabant, inquit autor, in insula* PHOSTELAND, *quam Radbadus Rex Frisorum sua præsentia illustrabat. Radbodus enim a Rege Pipino an. 692. superatus, ad insulam Fostelandiam ad Albim sitam, confugit, quæ a suo idolo* FOSTA *appellata, nunc materna lingua nostra* HYLGERLAND *nominatur; Morabatur autem Radbodus in dicta insula, quæ illi valde erat solemnis propter superstitiosam idololatriæ sectam; Sacerdos vero Willebrordus* PHOSETUM *& fana, prophana delubra* JOVIS & VESTÆ *destruxit & tres Frisones, Sathanæ pompis abrenunciantes, baptizavit.* Addo testimonium PETRI SAXII *in descriptione Heligoland. MSC. Drey Tempel der Abgötter* JOVIS, VESTÆ *und* PHOSETÆ *haben zu Helgoland gestanden und ist daselbst die Abgötterey starck getrieben.* Phoseta *ist der vornehmste Abgott in allen Frisischen Landen gewesen, vornemlich in* MEDENBLICK *und* PHOSTLANDIA. *Zu dieser Zeit (an. 1638.) wird denen zu Heiligland solches noch zum Ruhm nachgeschrieben, daß sie flexis genubus ihr Gebet verrichten und anders nicht als in* HEIDNISCHEN *und Papistischen Kleydern einher geben.* Vestium harum figuras ære expressas vide *T. I. Monument. Cimbr. Tab. VIII. IX. XIX. XX. sqq.* quibus adde delineationes vestium veterum Frisorum & mulierum Oestfrisicarum apud KEMPIUM *d. l. p. 81--85. p. 165. sqq.* Plura de insula Heligolandia notavit SAXIUS in explicatione verborum TACITI *de M. G. circa f.* & VIRGILII *L. I. Æneid.* quos vastum nemus vastasque rupes Heligolandiæ descripsisse contendit *in Rebus gestis Frisiæ Septentr. T. I. Mon. Cimbr. p. 1345. sqq.* De sacris montibus Heligolandiæ egit KNOBLAUCHIUS *in Chorogr. Heligol. p. 17. Vor Zeiten sind 7. Berge gewesen, wovon noch 5. übrig seyn; der erste ist der Rothenberg oder Radeburg, worauf Königs Radbodi Schloß gestanden. Der andre heißt* MODERBERG *oder Marsberg vielleicht von Marte genannt; der 3te Breitberg von seiner Breite, worauf anietzo der Pharus stehet; der 4te heißt Giesberg oder Kiesberg, weil darauf alle ankommende Schiffe erkieset werden können; Der 5te ist Flavenberg von der Göttin Floragenannt.* Frustra Auctor provocavit ad deitates Romanas, quas Heligolandi ignorarunt. Auxit tamen eundem errorem BÖTTICHER *in der Nachricht von der Insul Helgelandt an. 1699. MSC. f. 3. Zu den Zeiten Frisonis ist hieselbst viele Abgötterey getrieben und haben sie die Göttin* VESTAM *vor ihren grössesten Götzen gehalten; da sie gesehen, wie ihre Grentzen von Tage zu Tage abgenommen, haben sie dieselbe angebethet, ihre Lænder wieder den Neptunum zu beschützen. Die andere Götter sind theils gewesen,* JUPITER, MARS, MEDA *und* FOSETA, *diese hat in der rechten Hand 5. Pfeile unten und oben von einander stehend, in der lincken Hand 1. Kornbahn worauf 4. Aeren; ist gekleydet wie die alten Friesen.* MEDA *hat auf ihrer Brust ein Schild gehabt, auf dem Haubt 1. Helm, an Armen und Beinen nackend und an die Schultern Flügeln.* St. GIEDTS *ist auch ein kleiner Gott, welcher die Fischerey hat gesegnen müssen, wovon sein Bildnis hieselbst biß auf den heutigen Tag noch zu sehen. Welchergestalt die Anbetung geschehen, davon ist gegenwærtig nichts verhanden, als daß sie dis Ebenbild gegen dem Früling mit Procession, auf dem Lande herumb getragen, und nachgehends auf seiner heiligen Stete, auf einem Berg geführet, allwo die Verehrung beschlossen, im bedrohen, fals sie seinen Seegen nicht verspühren würden, von ihnen bestraffet werden solte. Der Berg ist noch biß diese Stunde und hat seinen Nahmen* Sanct GIETSBERG *behalten.* Confundit Autor Wedam cum Meda, Vestam Romanorum cum Phosta; iterumque ex uno eodemque numine plures compingit. PHOSETA enim Frisica vox est, Dea Terræ Foforum, Gothice appellata MEDA, Virgo, GIOMODRA, terræ Mater, FREA & HERTHA, in monte *Medenbergo* vel *Moderbergo* culta. WEDA autem Deus, Frisico nomine Heligolandis etiam dicitur PHOSETUS & simulachrum est vel *Othini*, cujus formam & clypeum fere refert, vel *Heimdalurii seu Merkurii Gothici*, vigilis & defensoris castrorum, quem *Witteaas*, album numen, rectius *Defensorem Deum*, *Asum seu Hesum* nominarunt, docente *Edda mythолog. XXII.* & RUDBECK *T. I. p. 729.* Appellatus videtur *Weda deaster* a Runico & Norvagico *Wetar* & *Witan*, excubare, speciatim pyris, struibus lignorum uti in securitatem regionis erectis & accensis, instar excubitorum notante VERELIO

ad H. Herv. c. 10. p. 113. Hinc *Weetaward* dicuntur excubiæ, *Wetalahedt*, insulæ Sialandicæ, *weetis* seu pyris custodibus instructæ, *Witestappe*, Witæ columna, *Wetawardal*, pyrarum custodia, *Wytakarl* pyrarum custos, *landweedar*, regionis curator, quorum mentio fit *in Legibus Uplandicis*, *Westmannicis & Bergensibus.* Idolum, quod Botticherus laudat S. Giedt ipsum est numen typicum terræ altricis vitæque humanæ communis parentis, cultu sacro exceptum æque ac Herthæ numen. Terra enim Islandis & Gothis communi nomine vocatur Gioda & Isia ab antiquo *Gio*, terra, *Iis* aqua; unde *Giættar* & *Gythiones* sunt terræ filii, *Getæ*, *Goti;* Isia autem seu *Disa Gothica* est mater terræ & glaciei, vulgo Inæhi Regis Cimmeriorum filia, quæ *geolatriam* ex Sveoniæ ultima septentrionali parte in Ægyptum omnemque orbem transtulit docente Rudbeck *Alt. T. I. p. 477.* Nuperrime ex Heligolandia allata mihi est ipsa Giedtii *deastri* Icon, ad archetypam effigiem, quæ ex ligno sculpta est hodieque ibidem in templo servatur, delineata, quam mox subjunctam vide (*Lit. A.*) Vultum refert ataviti parentis nutritii. Caput ejus redimitum est serto ex manipulo spicarum & florum confecto. Nasus truncus & manus mutilatæ hodie conspiciuntur; olim autem, fide incolarum annaliumque & autoritate antiquæ Tabulæ *(Lit. B.)* dextra tenuit cornu aristis refertum, sinistra exhibuit scutellam piscibus repletam; caput ejus est perforatum excavatumque, indubie e consilio sacrificulorum, qui, ut ad cultum & dona plebem excitarent, cavitatem capitis opplerunt aqua & parvulis piscibus, quorum motu celeriori factum est, quod ex siphunculis oculorum profilierint lacrymæ, mira indicia doloris, instantis mali, naufragii & detrimenti. Abrogato paganismo, papicolæ eodem artificio, sacris indulgentiis & acquisitionibus perquam accommodato, usi sunt adeoque plebeculæ imponere perrexerunt, ut Giedtium *paganorum olim idolum* retulerint in numerum Sanctorum. Imago ejus in altitudine exhibet mensuram trium pedum geometricorum & decem pollicum. Sub tabula *B.* conspiciuntur 1. Effigies Nobilium Frisiæ septentrionalis. 2. Honoratiorum Heligolandiæ. 3. Nautarum ibidem. 4. Fœminæ Husumensis aliorumque Eideroštadensium & Insularium, qui *festo Ambarvalium* seu *Portationis* Giedtii *per campos* interfuerunt, imagines, alibi delineatæ. Confer interpretes *Indiculi Paganiarum Art. 28.* qui agit *de simulachro, quod portant per campos.*



XXXV. Van-

XXXV. Vandalorum Megapolenſium RADEGASTUS forma, figura, materia, templo ejusque ſitu, ornatu, cultu, oraculo, miniſterio, ſacrificiis tauri, equi, apri, aliisque proprietatibus idem ac Svecorum BALDURUS, HESUS, APOLLO *Græcus*, *hyberboreus*, a Slavis & Oborritis adoptatus cultusque Rethræ, Stargardiæ, Lutitiæ ſeu Loirzæ, Radgaſtæ apud Anhaltinos teſte ELTESTEN *in deſcript. Zorbiæ p 98* præcipue Gadebuſi ſub nomine LUARISCI ſeu HLAWARADZE & *Roswoditzii*. Nomina hæc coincidunt cum ſignificatu Vandalico. *Hlawa* enim denotat Principem, Martem, caput; *Radze* autem conſiliarium. Plures cum BANGERTO, ALBINO, MASIO, Radegaſti nomen Germanicum putant ab *eloquentia*, a qua etiam *Retonem* quendam Deum Thuringorum & Saxonum vocatum arbitrantur; vel ab *equitando* inſtar Svanteviti; vel a *Redariis*, vel a *conſilio* & *gaſt*, heroe, homine omnium horarum. Ex adverſo FRENZELIUS, LUDEWIGIUS, ECCARDUS illius originem & rationem vindicant Slavis fide præcipue *Ditmari Merſeburgenſis* & *Helmoldi*. Utraque opinio conciliari poterit. Commune enim Radegaſtus Vandalorum & Venedorum numen fuit, illis quidem ab oraculo & fortitudine dictum, his idiomate Slavico vel a *Rada*, conſilio, & *Goſt*, ſaltu, Oraculum ſylveſtre, vel *Frenzelio* conjiciente, a *Wodzu* duco, *Rosno* bello, appellatum *Præſidium belli*. Aliquando enim, raro licet, ſonus & ſignificatus vocum Vandalicarum & Slavicarum conſonant. Exemplum habes in Vandalico *Prod* & Slavico *Proz*, jure, juſtitia, unde *Prozeke* idem eſt ac juſtitiæ quercus; ut & in vocibus *maur*, muro, Slavis *muria*; *raht*, conſilio, Slavice *rada*, *rida*. Sæpe etiam Slavi nomina Vandalorum in Slavicos ſonos & ſenſus detorſerunt vel Vandalicarum vocum ſignificationes idiomate Slavico expreſſerunt. Exempla adſunt in appellationibus civitatis Vandalicæ BRANNIBOR, Danis *Brandebuſa*, antiquum caſtrum, Slavis *Starigart* eodem ſenſu, *Saxonibus* Oldenburg; ut & urbis *Oelsnæ*, ab *Oſis*, populis *Sileſiæ*, appellata, quæ Slavis vocis ſonum ſequentibus dicitur *Olesnyca*, ab *Olszina* arbore alno, alneto. Forma ac effigie etiam Vandalorum Megapolenſium Radegaſtus a Slavico forte diverſus fuit; ille enim antiquiſſimo ævo Tauri vel taurini capitis ſaltem figuram; deinde imaginem Thori *h. l. n. XVI.* exhibuit; hic vero ornatior eſt, robuſti juvenis imagine adumbratus, nudus, tenens ſiniſtra bipennem, dextra tauri caput, capite aquilam geſtans & columnæ, quæ cornubus taurinis nititur, impoſitus, denſo luco (Slavice *goſt*) cinctus. In Typo quem exhibeo, ab ejus latere dextro eſt *Radegaſtus I.* cum vexillo, tauri capite inſignito; ad pedes ejus leo & gryphus conſpiciuntur; a ſiniſtro eſt *Radegaſtus II.* armatus cum vexillo & ad pedes ejus comparent ſylveſtres homines, fide imaginum *Mareſchalci*, qui indubie cultum deaſtri Radegaſti repetiit a Rege Radegaiſo II. qui repentino impetu Italiam inundavit & rerum neceſſariarum inopia vexatus manu *Stiliconis* cum integro exercitu alpibus incluſo periit teſte OSORIO *L. VII. c. 37. f. 335.* ZOSIMO *hiſtor. L 5. c. 26. p. 577.* Hujus enim, infelicis tamen, herois, memoriam Vandalos Megapolenſes apotheoſi proſecutos fuiſſe communis eſt traditio, a RIXNERO adoptata, quamvis rectius ſtatueris, Reges aliquando a numine appellatos fuiſſe, ut ab Apolline *Apollonii* dicuntur. Quodſi a Radegaſto, rege quodam, idoli originem repetendam credideris, facile eandem vindicaveris Græcorum Regi *Radagaiſo*, quem laudat *Zoſimus c. l.* Certum enim eſt, quod cultus Radegaſti numinis antiquitate longe ſuperet ætatem Radagaiſi Regis Megapolitani Secul. V. recte notante VALVASOR *in Hiſtor. Carn. T. II. p 378.* Utcunque ſit, id certum videtur, Radegaſtum Slavorum coaluiſſe ex Gothorum Vandalorumque ſeptentrionalium deaſtrorum ſymbolis & iconibus, præcipue ex THORI ſeu *Asbalduri*, Apollinis Sveci & hyperborei, *capite taurino*, *malleo*, *cuſpide*, & ex OTHINI *avicula*. Recte itaque Vandalico nomine *Radegaſtum Slavicum* dixeris BALDURUM, filium Thori vel Othini, cui ſacer erat *accipiter vel* GRYPHUS & NÖT ſeu taurus, teſte EDDA *Islandica*, quæ Nöteoffer explicat *Tauri ſacrificium*. Dicitur autem Baldurus a Gothico *bold* juſto, *Konungbold*, rege juſto; vel a Celtico *bæla*, valere, *bæld* & *bal* potente, quod convenit cum Hebraico *baal*, dominari, unde Græcorum & Ebræorum *Baalphegor* eſt Rex pulcher; *fæga* enim idem eſt ac *polire*, *Fægermær* Gothis eſt pulchra virgo. Docente Rudbeckio Baldurus ex hyperboreis regionibus innotuit nonſolum Germanis, ſed & Italis, Syris, Ægyptiis, Græcis, qui nomine mutato ex Bolduro, *Apollinem*, *Oſiridem & Belum* finxerunt. Accedit teſtimonium *Herodoti*, *Melæ & Macrobii Saturn. L. I. c. 21.* quod Ægyptii & Græci nonſolum de gryphe (pirata hyperboreo) multa (male intellecta) narraverint, ſed & Apollini taurum conſecrarint, dictum *Neiton*. Equidem VOSSIUS *de Idol. L. II. p. 182.* vocem mendoſe ſcriptam putat, reſtituitque ejus loco *Mnevin*; ſed fruſtra, ut ex ſupra dictis conſtat. Plura notavit RUDBECKIUS *Atl. T. I. c. 12. c. 34. p. 761.* ubi in eo eſt, quod *Balthiam* ſeu Sueo-

Radegaſtus Vandalorum.

Slavis dictus Hlawaratze.

Gothis Baldurus.

Sueoniam a Balduro, appellatam, & *Baalsephum*, cujus mentio fit *Exodi cap. XIV. 1.* interpretetur BELUM *septentrionalem*, APOLLINEM *hyperboreum*. Singulares de Radegasto ejusque tauri capitis origine & ratione dissertationes promisit Jo. DAN. SUKOVIUS *V. D. M. Suerinensis*, cujus tamen *MSC. de tauro sacro & hieroglyphico*, quod laudari solet, ne dum affectum est, nec primis quidem lineis argumentorum absolutum, cum farragine plurium collectionum rerum Megapolensium Sternbergæ incendio consumtum, testante Jo. LUD. ENGEL, qui ejus familiaritate usus est, *in Literis, Rostochii datis d. 2. Dec. an. 1741.* Hactenus de Tauri cultu, præcipue apud CIMBROS, VANDALOS, NORWAGOS, GOTHOS, SUEONES, FRESOS, SAXONES, quibus variæ addi possent traditiones EDDÆ *mythologicæ* de Tauro, præcipue explicatio vetustissimorum versuum Poetæ BRAGONIS *grandævi*, qui vergente ad finem Seculo VIII. in septentrione floruit & jam tum meminit DANMARKIÆ: *Gefiona a Gylfo traxit, divitiis beata, adeo ut a* TAURIS *fumus ascenderet, Danmarkiæ* AUGMENTUM. Explicuit hanc mythologiam TH. BARTHOLINUS *diss. de Danici regni nomine p. 22. sqq.* cui adde TORFÆUM *Hist. Norv. P. I. L. III. c. 16.* SNORRONEM *p. 3. Chron. Norw. n. 6. p. 154.* & OLAUM M. *in Hist. Gent. Sept. L. III. p. 118.* ubi historiam FROTHONIS, *Regis Dan.* circa Christi nativitatem Victoris exercitus Hunnorum, a Maga in *Taurum* conversi recensent; cultum etiam & fata *vaccæ* Regis Norwagiæ OSWALDI, in censum Deorum relatæ, cultæque instar idoli domestici & cum Rege in monte sepultæ fusè describunt. Dicendum nunc est de taurolatria *Cimbrorum* VENEDORUM SLAVORUMQUE *& Sarmatarum.*

Bragonis testimonium de Tauri fumo & augmento Daniæ.

Frotho in Taurum conversus. Oswaldi R. vacca.

XXXVI. RADEGASTUS *seu* ROSWODITIUS Slavorum Moravorum & Orientalium cultus est in *monte Radhost* cui nomen dedit. Idem fide ECCARDI *de usu stud. etym.* §. 2. dicendum erit de fluvio Redariorum *Radiu*, hodie *Randow* prope *Stetinum*, appellato a *Radegasto Redariorum. v Rev. Dn.* DE BESSEL *in Chronico Gotwic. p. 728.* Apud Moravos demum ab Apostolis *S. Cyrillo & Methudio* Radegastus destructus est; memoria tamen & reliquiæ veteris ejus cultus etiamnunc servari dicuntur a plebis multitudine, quæ in festo S. Johannis Baptistæ in montes *Radhost*, *Hostinum* & *Kotavitz* confluit, festas choreas ducens per IV. hebdomadas. STREDOWSKI *in sacra Morav. p. 39.*

Roswoditius, Radegastus Slavorum Moravorum.

XXXVII. Cultus Radegasti seu STATUA TAURI SACRI *Stieriorum & Carniolarum Slavorum*, adstante Tauristco seu Celtogallo, qui aprum, Radegasto sacrum, transverberat. Primus LAZIUS *L. VI.* hanc idoli imaginem fide numismatis exhibuit; majori cura eandem expressit ac exposuit VALVASOR *in Descript. Carniolæ T. II. p. 93.* Ex LAZII opinione Taurus & Tauristi populi dicuntur a *Teyra* Jovis fratre, qui post diluvium in Persia consedens nonsolum monti *Tauro*, veterum Taurorum populorum sedi; sed & *Tyragetis* seu Gotis populis Carniolæ, Podoliæ Russiæ, & *fluvio Tyras* (vulgo Boristenes) nomen indidit, hinc circa Danubium consedisse & *Taurunum* civitatem condidisse fertur, fundator *Thuringiæ* & Autor populi *Thauristi.* Sed hæc sapiunt fabulas Berosi. Ex adverso CLUVERUS *de Vindelia & Norico c. 3. p. 727.* ZEILERUS *Itiner. Germ. P. I. p. 18. &* VALVASOR *d. l. T. II. p. 92* statuunt Scordiscos populos a Scordo monte, Tauriscos autem vocari a Celtica voce *Taurn* montanis locis, rectius forte a *ramis mundi.* Imæus enim & Taurus mons omnium famosissimus, de quo STRABO, PLINIUS & PTOLEMÆUS tradunt, quod per totum orbem ramos dispergat, non est *Moscoviæ* vel *Indiæ* mons, sed ipse mundus seu gigas, cujus partes eminentiores a SCALDIS *septentrionalibus*, a Græcis & Latinis scriptoribus male intellectis, vocati sunt *Tauri*, ab antiquo TAURNE, spinis, ramis ascendentibus eximi offibus seu terræ visceribus. Conjectioni VALVASORIS favent nonsolum varia Tauriscæ montium nomina *Chorntaurn*, *Rastædtertaurn*; sed & concentus vocum *Chaldæorum*, *Syrorum*, *Phoenicum*, *Asarum*, quibus TUR & TAUR est mons excelsior Arabis dictus TOR; quos tamen montes Sueci interpretes a Thoro, *Deo Asiatico* appellatos malunt, existimantes, a Thoro deastro Taurorum altiorum montium olim sacrorum nomina transisse ad Syros, Græcos, Latinos, Phoenices, Celtas, adeoque montes celebratiores Arabiæ *Taurum*, Taurum *Siciliæ*, Taurum *Sarmatiæ Europeæ* ad paludem Moeticam, TAURICAM etiam *Chersonesum a* HERODIANO laudatam, Taurum montem in finibus *Cattorum* a TACITO delcriptum & TAURISCORUM montes, ab Asarum Thoro, communi deinde plurium gentium numine, appellatos fuisse. Testatum enim est docente SCHÖNLEBEN *in append. Carn. p. 195.* quod post Romanos & Vandalos, GOTHI præcipue & DACI Carniolam Tauriscorum, post hos autem *Heruli*, *Longibardi* & demum *Venedi & Slavi* occuparint, qui omnes sacra sua in Thauriscam, quæ Styriam, Carniam Nordgaviam, Rætiam seu Thaciam, Illyricum usque ad Danubium

Statua Radegasti, tauri sacri Carniolæ, Tauriscæ.

Tauriscæ appellatio.

bium & populos Alpinos olim complexa est, introduxerunt, quorum reliquias dixeris *taurolatriam*, Vandalis & Slavis communem. Non caret itaque suo etiam colore conjectura VELSERI *L. II. Rer. Boic. p. 44.* & AUTORIS *des Oester. Ehren-Sp. L. II. c. 3.* putantium, quod Tauriſci, Norici populi, Taurum colentes vel Tauris abundantes, a Germanis *Stierii*, a Romanis autem, qui Noricum tractum (a *Nora*, agro graminoſo appellatum) occupaverant, *Tauri* dicti fuerint. Forte tamen præſtabit, *Tauri* elogium non a Romanis ſed a Vandalis; *Stiuri* autem appellationem a Gothis Aſis repetere, quibus bos dicitur *ſtiuri*, Britannis *Steor*. Taciti fide, Pannonii & Stirii jam tum Vandalorum ævo vocati ſunt AURISCI ſeu TAURISCI & OSCI, Sileſiæ deinde populi, qui primo poſt Chriſtum natum laudantur. Si Celtis & Germanis Oſcos adnumeraveris, a *Toro* vel *Tauris*; ſi Græcos vel Græcis conterminos ac Pannoniæ olim alumnos illos dixeris, ab ὁσιος, ſancto, juſto vel ab πασις, expulſione illos appellatos conjeceris. Antiquiſſimum etiam inſigne Stiriæ fuit *bos albus*, quin ipſi montes *Taurn* docente SCHÖNLEBEN *d. l. p. 21. 190.* a Tauris animalibus, (vel ſi mavis ab incolis Tauriſcis populis) appellationem nacti ſunt, ipſaque *Tauriſcia* connotabit pratum foecundiſſimum, taurinum. Objectionem, quæ moveri poterit a Tauriſcorum regionibus *Galliæ* & *Sabaudiæ*, quæ Tauris egent, laudatus autor aliique removere ſtudent diſtinctione inter Tauriſciorum ſedes *primas* Carniæ Styriæque, & *acceſſorias* Pannoniæ Galliæque. Legendi ſunt de finibus Tauriſcorum VALVASOR *d. l. T. II. p. 95.* & de Oſcis populis ABRAHAMUS KRIGELE *diſſ. de Oſcis antiquiſſimis Campaniæ ubertate agrorum fertiliſſimæ populis p. 7. ſqq.* SINAPIUS *in Olsnographici P. I. c. 1.* præcipue KROLLIUS *in conject. hiſtor. de origine denominationis Oelſæ urbis ducatus Sileſiæ Olsnenſis non a Slavis ſed Oſis ejus conditoribus repetenda §. 10. ſqq.* Puto itaque, quod ſacra taurina in Tauriſciæ regione uſitata non a Slavis demum ſexto Seculo in Tauriſciam & Sileſiam irrumpentibus; ſed ante illos jam tum primis Seculis a *Vandalis*, *Gothis* & *Oſcis* fuiſſe invecta, a Slavis, regionum & religionum omnium tenaciſſimis ſervata deinde & aucta. Addatur COLERUS *ad Tacitum de M. G. c. 28.* ſtatuens: *Oſcos populos*, *Franconiæ etiam urbi ad Moenum* OCHSENFURTO, *Lygios* LIGNITIO, *Svecos Svevofurto*, *Noricos Noribergæ*, *Gothos Gothoburgo*, *mutuaſſe nominis rationem.* *Oſci populi denominatio.*

XXXVIII. PERCUNUS *ſeu* PARCHUNUS & OCCEPIRNUS cum fulmine, bove, capro & faſciculo frumentorum, fulminis fabricator, tintinnabulo inſiſtens, dextra ferrum candens tenens, ex auro ſolido conflatus; in querceto *Starogradiæ* ſeu *Oldenburgi* teſte *Helmodo L. I. c. 83.* præcipue a PARCHIMENSIBUS *Megapolitanis*, *a Lithuanis*, *Boruſſis*, *Livonibus*, *Novogradenſibus* & *Kigovienſibus* RUSSIÆ *rubræ* cultus, teſte ALEXANDRO GUAGNINO *in deſcript. Moſcoviæ & Monaſterii*, cui hodieque PERUNSKI nomen eſt. Accedit teſtimonium WENGERSKI *in Slavia reform. L. 4. c. 1. Magnus*, inquit, *Ruſſiæ dux Wlodomirus*, *factus Chriſtianus*, *Ruſſiaca idola*, *Uslad*, *Corſa*, *Dasvua*, *Striba*, *Simorgla*, PIERUNI *Kigoviæ dejecit*; *Pierunum ad caudam equi alligatum trahi & in fluvio Boriſthene mergi juſſit.* Docente autem STREDOWSKIO delubrum *Percuni* celebratiſſimum olim exſtitit *Brunæ* in Moravia, quæ ipſa civitas *Perno*, *Peruna* dicta, Percuno originem nominis acceptam refert. Idem fide patriæ ſcriptorum teſtis eſt, quod Rex *Brynno* & Arx *Brunenſis* (Spielberg) cultui & ludis, Percuno olim ibidem dicatis, appellationem debeant; Ordalia etiam ſeu probationes per chirothecas & *prunas candentes* ad reliquias cultus ejusdem pertineant. Appellatur a Boruſſico & Ruthenico *pieruni*, fulgure. Polonis & vicinis gentibus aliquando audit *Ozec*, Pater meſſis; hinc apud Ruſſos *Ozina* dicitur conſummatio meſſis, qua finita ejus feſtum celebratum fuit. In Megapoli ejus ſtatua *Parchimi* deſtructa eſt an. 1128. Apud Ruſſos exeunte Seculo X. ejus cultus eviluit. DUBRAVIUS *Hiſtor. Boh. L. I. p. 52.* *Percunus Parchimenſis.* *Ruſſicus.* *Moravicus.*

XXXIX. Triga Deorum Boruſſorum, Ruthenorum, Livonum, PICOLLI, PERCUNI & POTRIMPI, quos vexillo Boruſſorum, religionis cauſa, inferi curarunt bini Sacerdotes (aliis Reges) VURSKAITUS a *Wroze*, divino, *Wrozkow* oraculo dictus, & WAIDEWUTIUS, interprete *Prætorio* appellatus a *Wiedzuſcio*, *Waidiu*, ſcientia; docente autem *Frenzelio* a Sorabico *Wuczu* doceo, *Wuczer* Magiſtro. Picolli vel Potolli nomen, fide *Alex.* GUAGNINI, eſt a Polonico *Pieklo*, inferno, Ruthenica lingua *Peckle*; quamvis FRENZELIUS confugere maluerit ad Hebraicum *pigul*, foetidum, quaſi Picollum dixeris *ſpiritum abominabilem*, cujus Sacra erant capita hominis, equi, bovis. *Percunus*, a Slavico *pruni*, ferire, *pieron*, fulmine, (teſte STRANSKIO *de rep. Bohem. p 248.*) igneque perpetuo, qui ejus cauſa alebatur, nomen obtinuit. *Potrimpus* corona frugum ornatus, Deus victum curans, indigentiam arcens, a Slavico *trebam*, egeo, *potreba* indigentia *Triga Deorum Boruſſorum.* *Picollus.* *Percunus.* *Potrimpus.*

digentia appellatus videtur, a cujus cultu ad lacum celebrato dictos puto pagos *Trebbinum* Marchiæ Brand. & *Trebbau* apud Megapolenses, Germanice *Mangeldorff.* Teste *Grunovio* & *Hennebergo* laudatum vexillum fuit linteum V. ulnarum in longitudine, III. in latitudine. Iidem Sacerdotes usi sunt, instar Oraculi, imagine hominis ad umbilicum depicti, cum capite ursi aperto, quod ab EQVIS *duobus sacris* tenebatur. HARTKNOCH *de reb. Boruss. dissert. 18. n. 6.* De Luititiorum *Equo sacro*, ab Episcopo Halberstadensi *Burchardo*, Luititiam vastante, avecto vide *Chron. Aug. de Pappenheim A. MLXVIII.* Pertinet huc cultus sacer & militaris *caudæ equinæ* apud Turcas; quorum etiam artificio ex equinis pellibus conficitur corium, quod *Chagrin* dicitur. KEYSLER *d. l. in Addit. p. 588.*

Quercus Romoviana.

XL. *Sacra* QVERCUS ROMOVIANA *tripartita*, tribus diis *Picollo*, *Percuno* & *Potrimpo* dicata, quorum imagines tribus majoribus frondibus erant impositæ. GUAGNINUS *descript. Boruss. in Corp. Hist. Polon. p. 52.* HENNEBERG *in Chronicis Boruss. Tr. 3. c. 3. p. 156.* & ex instituto MART. IESCHKE *diss. de quercu Romove in Actis Boruss. eccles. Vol. I. p. 518. sqq.* Sacrificia fuerunt capita mortuorum hominum & animalium, boum & equorum præcipue, ignis, serpens & aristæ. Vide hoc loco figuram sub *lit. b.* quam exhibuit HARTKNOCH *d. l.*

Prono Wagriæ.

XLI. PROVO *vel* PRONO WAGRIÆ, non a πρόνοια, *providentia*, nec a heroe Cimbro *Brennone*, vel a *Pronone* duce Saxoniæ a 860. nec a *brynno*, galea, & Polonico *Bronje*, tueor; neque a *fontibus sacris*, nec a *probationibus* & ferro Ordaliorum; sed vel a Slavico *prowo*, justo, *prawda*, veritate, Russico *prævizа*, jure, justitiæ vigil appellatus; vel a *brone* instrumentis agriculturæ, dictus rei rusticæ patronus; quem Geroldus Episcopus Lubecensis Sec. XII. destruxisse dicitur. MOLDE *in Memor. Eutin. p. 57.* Serto ex herbis & floribus confecto ornatus aures bovinas, & sub pede campanulam ostendit, dextra Scutum oculis variis distinctum tenens, in quercero, loco editiori, inter duas quercus majores collocatus, sepimento circumdatus, cum tauris, ariete & avibus immolatis a Sacerdote, veste alba induto, *Micke* appellato, teste *Helmoldo.* Quod Sacerdotis nomen hodieque Lusatis Slavis significat *monachum*, olim tamen, ut videtur, repetitum a Slavonico *Miki*, magno, nobilissimo, Gothico *Mikile*, magnificentia, Scythis *Mogul*; unde *Micklegaard* in Canticis antiquis est Byzantium. VERELIUS *in Notis ad Historiam Gothrici p. 97.* TORFÆUS *Hist. Norw. T. III. p. 505.* Forte tamen eadem vox, a *Mika*, Slavis *farina*, derivari poterit, quam sacrificabant Sacerdotes. Fanum Prononis fuisse dicitur *Lubecæ*, *Pronæ* in castro Rugiæ & prope *Segebergam*, *Pronsvici* in suburbio Kiliæ, *Pronstorpiæ* Holsatorum, *Oldenburgi* Wagriorum in eminente monte, qui hodie agris V. D. Ministrorum (*dem Priesterlande*) adnumeratur & reliquias cultus gentilium facile prodit. Sunt etiam, qui ibidem vestigia horum sacrorum prope prædium *Putloss* in loco, qui hodie *Wienbergen* dicitur, olim nemore sacro, mari vicino, ostendunt; quin *Provenaviam*, villam *Wagriæ*, a cultu Provonis appellatam existimant. Fide Chronicorum Slaviæ, Provonem Oldenburgensem primus dejecit *Vicelinus*, cultumque ejus plane exterminare studuit *Geroldus* Episcopus Lubecensis a. 1158.

Ejus sacrificulus Micke.

Cultus.

Prono Moraviæ.

XLII. PRONO *Brunensis* seu Pierunus Moraviæ quem descripsit STREDOVSKI *c. l.*

Sywa Megapolitana & Holsatica.

XLIII. SYWA *Svanensis Megapolitana*, Polonis DZIVONIA, Raceburgi in monte, ubi hodie templum cathedrale exstat, *Syweshöttæ* in tractu Trittoviensi, *Sybsdorpiæ* prope Aldenburgum, *Zverini* & *Warenæ* in locis, qui dicuntur *Wienberge*, montes Veneris, præcipue *Swanæ* in sylva clausa culta, columnæ, quam cornua cervorum & taurorum ambiunt, impositа; cujus imaginis reliquias servatas olim tradunt in templo pagi *Hohengrentz* prope oppidum *Schwan*, cujus in antiquis chartis Megapolitanis an. 1261. 1337. 1424 frequens est mentio sub nomine SYVAN. Conjiciente FRENZELIO *in Epitome MSC. de Diis Slavis c. 34.* apud JARKIUM *in notis ad* SCHEDIUM *de diis Germanis p. 752 & in Literis ad* b. GROEG. WESTPHALIUM *a. 1717. perscriptis*, SYWÆ statua (aliis hanc columnam *Svantevito* dicatam tradunt) Rostochii culta est usque ad Sec. XII. fide SAXONIS GRAMMATICI *Hist. Dan. L. XIV. p. 259: Urbem*, inquit, *Rostock oppidanorum ignavia destitutam nullo negotio pervasit Rex Waldemarus*, STATUAM *etiam, quam gentis profana credulitas perinde ac cœleste numen divinis honoribus prosequebatur, incendio mandavit.* Nihil certi asseruit *Frenzelius*, nec quicquam de hujus statuæ cultu commemorans *in Commentario de Diis Sorab.* quo tantum non omnia argumenta laudati MSC. explicuit, apud HOFFMANNUM *in Script. rer. Lusat. T. II. p. 85. sqq.* Accedit testimonium MARESCHALCI *Annal. Herul. & Vandal. L. I. c. 4. Supra* LACIBURGUM (Rostochium, a Slavico *Lauza*,

Lauza, *Luza*, palude, lacubus, regio paludosa dicta) *est arca ingens arcis* HERULÆ *secundum Varnam*, *juxtaque* LUCUS *quondam* SYWÆ. Nomen itaque SIWÆ, Veneris sylvestris vel Dianæ Megapolensium Venedorum, Sarmaticum est, a DZIWA Virgine, Gothis VÆNA, FREA, Russis DIVIZA oriundum, vel a Sorabico *dziwi* sylvestri, *Dziwina*, Dea sylvarum & amorum, docente DUGLOSSO, qui *Zyvoniam* appellat Dianam Polonorum, sylvarum deam. Aliis placet *Zywan* laudare Deam vitæ, a Bohemico *Zywie* vivo, incolomi, *Ziwot*, corpore, *Zyweniæ* vita. Frustra FRENZELIUS *de diis Sorab.* §. *8.* apud HOFFMANNUM *in S. R. Lusat. P. II. p. 154.* ab Eva & SCHEDIUS *de Diis Germ. p. 729.* a Symbulla, Anthyrii conjuge, illam vocatam comminiscuntur. Fide ECCARDI *Rer. Fr. L. I. p. 270.* Sywæ cultus a Vandalis, Cimbris & Polabis transiit ad Saxones Francos, quorum castrum Sywæ, hodie Siburgum Nordgaviæ, ab illa nominatam contendit; quemadmodum etiam ALBINUS *in Chron. p. 154.* Siburgum Westphaliæ a Sywæ cultu repetiit, quod tamen indubie appellatur a *Siga* fluvio. Taurus Siwæ consecratus fuit, qui & Siwæ seu Veneri in Zodiaco assignatur; unde & *Ostera*, Siwa Saxonum, *Astarte* Persarum, *Moena* Gothorum capite taurino, instar diadematis, ornantur. Appellata videtur *Astarta* ab *Ast*, Gothis amore, vel docente KIRCHERO ab ασυρων Ægyptiorum Venere, Iside; vel ab *Astro & lumine* conjiciente MUSHARDO. Vide HASÆUM *de Ostera Saxonum in Bibl. Bremens. Cl. 8. p. 482.* De cultu *Ziwæ* apud Sorabos & Lusatos ejusque & *Marzanæ* confractione & submersione, sub auspiciis Christiani Ducis Poloniæ Miecislai a. 965. dominico die Lætare facta vide DUGLOSS. *hist. Pol. L. I. f. 94.* PFEIFER *Rer. Lips. L. 3. p. 312.* SCHNEIDER *Chron. Lips. L. 4. p. 143.* Vulgo *Marzana*, forte ob vocis sonum, *morientium Dea* dicitur a Slavico *Morze*, morte docente FRENZELIO; ex quo errore apud Lusatos, Silesos & Misnos dicto diei idem nomen a morte accessit. Sed rectius hæc Dea, quæ a GUAGNINO *d. l. f. 9.* DUGLOSSO *L. I. p. 39.* VOSSIO *de idolol. L. I. c. 39. p. 281.* VENUS *Polonorum* ad similitudinem *mulieris* efformata laudatur, dicitur a Slavico *Morscha*, sponsa; ab aliis appellatur *Manzona* a *Manzon*, uberibus, dea Venus vel Ceres.

XLIV. KRASOPANI seu DZIWA, ZIWENA Venus *Slavorum Moravorum*, culta præcipue in castris *Bruna* & *Dzievia Slavorum*, quæ *Magdeburgum* a Saxonibus appellatur. Frustra POMARIUS Venerem Myrthiam cum Cupidine ibidem cultam fuisse ariolatur *in Chron. Saxon. p. 33.* De Krosopania Slavorum ex instituto egit STREDOWSKI *in Morav. sacra L. I. c. VIII. p. 52. sqq.* *Krasopania Slavorum.*

XLV. CIZA, Dea Nutrix, a Slavico *Cic* mamma, *Ziecic* hærede, *Dziedzina*, patrimonio, appellata. Polonis & Moravis dicitur DZIDZLIA, Latinis *Cæcicilia*, Dea propagationis. De inscriptione Prætorii Urbis Augustæ Vindelicorum, quod CISE appellatur, vide PERTSCH *in orig. Voitlandiæ & Bonfideliæ p. 220.* Convenire videtur Ciza cum *Disa* Venereque Gothorum, Cimbrorum, Saxonum. Cultam eam afferunt *Citiæ* apud Saxones *Zyztiæ* haud procul Jutreboco, *Cisaræ*, hodie Augustæ Vindelicorum, *Zizzenæ* Lusatiæ prope Luccam, & *Cysendorpiæ* apud Megapolenses, cujus pagi mentio fit in Alberti Domini Magnopolensis charta, qua a. 1344. confirmavit alienationem mansorum quorundam villæ Broberowe, quos a terminis *Cysendorp* usque in terminos *oppidi Sywan* milites *Moltekeni* vendiderant *Plebano in Sywan.* *Ciza.*

XLVI. SLOTA BABA dea vialis, lapidi incisa a Scythis, Obdorianis Russis ad ostia Obdi fluvii, Juthriscis, Vohuliscis & conterminis populis culta, nec Obotritis Megapolitanis, Bohemis & & Slavis orientalibus incognita, Dea obstetrix, *aurea Vetula*, *a Bohemico Zloto*, auro, & *Baba*, avia, appellata. De *Babya* Scytarum, Hunnorum ac Syriorum dea differuit SELDENUS *de diis Syris Synt. II. c. 4. p. 296.* De Zolota Baba, Dea Luititiorum, ejusque imagine in vexillis circumlata testantur DITMARUS MERSEB. *L. 7. f. 102.* FABRICIUS *orig. Saxon. L. II. f. 380.* Sacrificia hujus Deæ fuerunt cervi, martes Scyticæ & placentæ a fœminis, puerperio finito, aræ ipsius impositæ; quæ oblatio placentarum hodieque servata dicitur apud Svecos a rusticis puerperis, ad templum prima vice redeuntibus. Notante *Döderleinio* vestigia nominis hujus idoli reperiuntur in pago *Babenhain* prope *Altmühle*. Convenit Baba cum *Ciza*, *Iside* & *Cybele*. Filius ejus est *Ascalaphus* (Græcis Æsculapius) ab *Aska*, foco, cinere, appellatus. *Slota Baba Russica.*

XLVII. PODAGA, idolum Polonorum Slavorumque, HELMOLDO *L. I. c. 83. teste* speciatim *Plunensium*, Plœnæ in templo & alibi apud Wagrios, præcipue *Lutkenburgi*, cultum & circa a. 1139. exterminatum; de quo vide ABEL *in ant. Sax. P. 2. p. 266.* CENTURIATORES *Magdeb. C. XII. p. 1788.* Fide CROMERI, DUGLOSSI, GLICZNERI rectius *Podaga Plœnensis.*

Nominis rationes.

ctius appellatur POGADA, Sorabis *Pohoda*, bonæ auræ largitor, numen viale & oeconomicum, curans cœli ſerenitatem, quæ Slavice dicitur *Pagod* a *bog*, bono, & *Oda*, aurora, unde *Pagodny* eſt ſerenus, placidus dies, *Pogwiſt*, auræ intemperies, docente STREDOWSKI *d. l.* qui inter Deos tutelares domeſticos, quibus offulæ in menſis relinquuntur, numeravit *Poghodam* & *Nebodum*. Nonnulli id idolum forte appellatum malunt a Slavico *podaje*, largior, exhibeo, *Podani*, traditione, quaſi dixeris *datorem* & *largitorem*, docente FRENZELIO *Orig. Sorab. p. 523.* A Polonis Scriptoribus paſſim laudatur *numen opportunum*, *miniſteriale* a polonico *goje*, Sorabis *hoju*, prodeſſe, conducere. Aliis placet huc referre *Getam* ſeu *Wodanum Deum*, iterumque *Godam deam* Longobardorum, qui cum Vandalis, Gothis & Cimbris coluerunt conſortium amicum. Si Vandalicum credideris idolum, convenientior forte erit derivatio a Gothico & Norvagico *Pog*, puerulo (*Poggerskole* puerorum Schola apud TERPAGER *in Ripis Cimbricis p. 466.*) Italis *Paggio*, Perſis, *Pogoas*, pediſſequo regis, teſte BOXHORNIO. Erit itaque *Pagoda* puer deus, beneficus, miniſterialis; quemadmodum *Fyregoda* Gothis eſt *ignis deus*, Vulcanus; *Upgoda* dicuntur *ſuperi divi*. Utcunque ſit, conveniunt ejus numinis figura, templum, ſacrificium cum

Comparatio cum Pagodis orientalium gentium.

PAGODIS *gentium orientalium*, ſpeciatim cum deaſtro Banianorum Indiæ orientalis SOMMONACODOM apud PICCART. *T. II. p. 57.* cui reſpondet PAGODUS, cujus imaginem (*lit. b.*) ex muſeo Gottorpiæ exhibuit OLEARIUS *in deſcript. der Gott. Kunſt-Kammer p. 5. Tab. IV.* Accedunt *Indorum* PAGODES (*lit. c.*) lapidibus vialibus, rupibus inciſi, præcipue in templo ſupremo & Mahumedano culti, in cujus templi vicinia eſt fons, quo utuntur ad abluendas manus, qui Pagodes deos adeunt inplorandos. Eorum ſymbolum ſacrum & myſterium eſt *alba vacca*, cui ſacrificia varia offeruntur, quæ deinde a Brachmanis in uſus proprios convertuntur. BRI *P. II. Ind. Orient. p. 131. Tab. XXI.* Vides etiam *ſub lit. c.* imagines PAGODUM monetis Indorum Oriental. *Cambariæ*, *Ormi*, *Malavæ*, *Bengaliæ* inciſas. *Sub lit. d. & e.* habes *le* PAGODE *de Ram* & *grande* PAGODE *de la Chine*, quos cum templis delineavit & deſcripſit PICCART *dans les Cout. des peupl. idolatres T. II. p. 8. & 235.* Accedit KIWASA, Oraculum & præſidium Virginiæ apud eundem *d. l. T. I. p. 72.*

Picollo Cimbricus.

XLVIII. PICOLLO CIMBRICUS, barba cana, facie pallida, nullibi quieſcens, mox ſurſum, mox deorſum proſpiciens, curſitans, equitans, divinator, ſervus, dæmon miniſterialis, uti docent figuræ in Cornu Tunderenſi & Gallhuſano. De Picollo Boruſſico vide ſupra & HENNEBERGIUM *in Commentar. ad Tabulam Pruſſ.*

Pückius Svetinenſis.

XLIX. PUCKIUS *Brüzenſis & Suerinenſis*, præſtigiis & miniſteriis nobili villæ Brützix Poſſeſſori, præcipue Monaſterio Franciſcanorum Sverini ultra XXX. annos exhibitis celebratus, adhuc *Seculo XIII.* peſtifer & nequam ſpiritus appellatus, advenas vexans, damnum tamen nemini inferens, puſillus, formamque ſimiæ aſſumens, volitans aliquando & inviſibilis, culinæ munditiem curans, nunquam dormiens, ligna mirifice ſecans & per aërem ducens, cellarius puto & buticularius Sverinenſis, cujus ſymbola & pretia miniſterii fuiſſe dicuntur *duo canthari ærei & tunica verſicolor, tintinnabulis ornata.* Plura de ejus indole & ſervitiis conſtant ex *veridica relatione de dæmonio Pück*, ſpecimini documentorum Meckl. *a. 1726. ed.* inſerta *p. 157.* quæ conſignata dicitur circa annum 1222. quo quidem plures fabulæ Sverinenſes *de ſacro Sanguine in Jaſpide conſervato & de apparitionibus ſpectrorum* nata ſunt. Forte tamen ad recentiorem ætatem pertinet iſta fabula, in odium canonicorum eccleſiæ Sverinenſis conficta; mortuo enim eorum quodam, Pückius dicitur abiiſſe in aërem. Quemadmodum veteres non parci ſunt in fingendis diis gigantibus Scaniæ, Gotumlandiæ, Rislandiæ, (Reſaland, hodie *Ruſſiæ*,) & ipſius Cimbriæ (Kiæmperheim) teſtantibus cantilenis, quæ idiomate Danico *Kempewiſer* vocantur; ita & mirum non eſt, quod fabulæ copioſius circumferantur de ſpiritibus pygmæis, laribus bonis, lemuribus improbis, dæmunculis domeſticis, qui Islandis & Norwagis dicuntur *Ævi meridiani & matutini*, ſpeciatim NISKEPUKEN, NISEPUKEN a Runico *Niids*, obſcœno, vel a Runico *Nyd*, imprecatione, *Nioſne*, inquiſitione, proditione appellati genii miniſteriales, a *Scaldis* & *Druidibus* citati, Germanis *Woltreken* & *Uncken* dicti, docente PONTANO, ARNKIELIO *P. I. p. 49. &* GRAUERO *in interpretat. Runar. p. 76.* Teſtis eſt OLAUS M. *in Hiſtor. Gent. Septentr. ed. Romæ a. 1555. L. III. c. 21. p. 113. quod e numero* ELVARUM *credantur eſſe illi ſpiritus, qui ſe adhuc (ipſius ſeculo) in effigie humana accommodare ſoleant miniſteriis hominum, nocturnis horis laborando equosque & jumenta curando.* Dæmonii *meridiani* mentionem injiciunt GREGORIUS *Turonenſis de Miraculis S. Mart. L. III. c. 9.* & Commentatores *ad Pſ. XC. 6.* ubi interpretatio vulgata

Niſepukii Norwagiæ.

Elvæ.

Dæmones meridiani.

vulgata legit: *non timebis ab incursu & dæmonio meridiano:* & Versio *Casp.* ULENBERGERI: *non timebis diabolum circa meridiem sævientem*, quem descripsit BOXHORN *in Rep. Moscov. Dæmonem quoque meridianum Moscovitæ metuunt & colunt, ille enim, dum jam maturæ resecantur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operariisque, nisi protinus viso spectro in terram proni concidant, brachia frangit & crura, neque tamen contra hanc plagam remedio destituuntur; habent enim in vicinia* SYLVA *arbores, religione patrum cultas, harum cortice vulneri super impositio illud non tantum sanant facile, sed & dolorem loripedi eximunt.* A Cimbris & Gothis hujus generis dæmoniola nuncupantur POSSLINGAR, pusilli, & *Skrelinger*, unius passus homunculi, cubitales; quos speciatim Gronlandos occidentales interpretatus est BARTHOLINUS *Epist. med. cent. I. Ep. 6.* *Poslingari & Skrelingeri Gothiæ.*

Audire juvat Jo. BILBERG *Tr. historico philolog. de pygmæis ed. Upsaliæ a. 1681. p. 77. Pygmæos dæmunculos tribus potissimum locis observatos fuisse indicant verba Kircheri Mund. subt. L. VIII. Sect. 4. c. 4. nimirum in regionibus septentrionalibus, horridis solitudinibus & subterraneis fodinarum metallicarum cuniculis; quibus locis illos persæpe conspici experientia fere quotidiana, non sinit nos dubitare. Olim quippe & nostris etiam temporibus, in domibus multorum, si fides narrationibus, frequentes visuntur; domestica ministeria, ut equos curare, domum verrere, ligna secare, lympham adferre, aliaque similia obire soliti; quas operas noctu eos exercere, civitatis Leidensis cujusdam pistoris exemplo notum est, ubi talis dæmnuculus,* TUNICA NOVA *ipsi a pistore donata, postea abiit neque reversus est. Et simile fere in Westro-Gothia apud nos evenisse, compertissimum habeo. Appellantur alias lares a Danis Nissegod dreng (quod certe non absque injuria & contumelia egregii nominis Nicolai usurpatur) nostratibus* TOMTEGUBBAR; *de quibus vulgarium quorundam superstitio nimium est foecunda & prægnans, adeo, ut eorum in gratiam pulles coquant, locis tenebrosis apponant illosque isto, aliove ciborum genere, laute nutriant. Sicuti ex vetularum aut anicularum traditionibus vel fabulis hic & illic circumfertur. Hos autem speciem ac brevitatem Pygmæorum referre, sæpenumero audivi. Sic quos horridis in solitudinibus, densis sylvis, & altissimos circa montes, venatoribus & aliis oberrantibus, sese, longiore tamen plerumque statura, conspiciendos præbere novimus, Svetice vocantur* Skogsræe, Bergsræe *vel* Bergstroll. *At qui metallicis in fodinis nostris, argenteis sc. cupreis & ferreis occurrunt, operariisque sæpissime obversantur, nobis dicuntur* GRUSWERÆÆ. *Ex his dæmonibus, quia sub forma homunculi cubitalis plerumque comparent, fabula de pygmæis, non hominibus sed dæmunculis adnumerandis, videtur Kirchero nata. At veri pygmæi sunt homines, anima rationali & corpore præditi. Spectra autem viunculorum domestica, sylvestria & metallica ad dæmones referenda sunt & ad spiritus phantasticis corporibus apparentes.* Et ibid. p. 50. 73. *Juxta Scotiam Pygmæos quondam fuisse innuit Bucanus hist. rer. Scot. L. 1. p. 33. mentionem insulæ Pygmæorum faciendo, in qua fanum esse dicit, sepulcbrumque Pygmæorum. Cymbam quoque Pygmæorum in septentrione visam adque regnum Norvagiæ vi tempestatis appulsam ex Gemmæ Frisii narratione constat. Id vero omittendum non est, quod mibi a Viro ingenuo Holmiæ innotuit, in Norvagia nempe circa extremam oram maritimam certum esse populi genus ad summum, pueri nostratis octo annorum ætatem, longitudine non exsuperans, quod accolæ dicunt Siokulltingar.* Plures de pygmæis observationes & fabulas recenset BERNH. CONNOR *in Evangel. med. c. 7. p. 131.* ubi demum, odio Latitudinariorum abreptus, statuit, quod die supremo corpora beatorum magnitudine non superatura sint pygmæos & passeres, confutatus a CYPRIANO *in sel. progr. n. XI. p. 72. &* MOSHEIMIO *Diss. de Pygmæis Æthiopiæ populis in append. p. 26.* Certum est, paganos nonsolum dæmunculis, quos ædibus inservire putabant, fiduciam cultumque exhibuisse; sed etiam eorundem imagines & simulachra pusilla alia, instar numinum tutelarium domesticorum, custodivisse. Summatim differentem audiamus MICH. WEXIONIUM *in Descript. Sveciæ cet. ed. Aboæ a. 1650. L. X. c. 2: Sveogothi nonsolum homines gestis ac meritis insignes, in Deorum numerum retulerunt, verum etiam stellis, elementis, brutis animantibus, imo lucis & lapidibus divinos venerationis cultus exhibuerunt & sacrificarunt. Quod* BLOTA *dicebatur; &* BLOTMAN, *sacrificulas. Hinc ethnica jurandi formula, adhuc senibus Gothis male usitata* GUDZ BLOTTINGEN. *Tria prisco illi ævo præcipua fuere numina, quæ in deauratis statuis* UBSALIÆ *adorarunt;* THOR *qui coelo, fulmini, tempestatibus, & annonæ præesse creditus.* ODEN, *galea & ense munitus, bella moderari putabatur. Et* FRIGGA, *unde colus Veneris* FRIGGERÆCK *appellatus, muliebri specie, deliciis, connubio & proli conciliandis potens habebatur. Ubsaliæ tum in* LUCU SACRO *homines & animantia reliqua sacrificata suspendebantur in loco ubi nunc est Templum S. Trinitatis. Templum vero paganum, quam auro fulgens, quamque celebre fuerit vel vulgo constat.* NONO *quolibet anno, ex universa fere Europa & ipsa* GRÆCIA, *Ubsaliam*

cultus divini causa olim commearunt & votiva in Sveciam transmiserunt: Maxime postquam aurea OTHINI *statua* BYZANTIUM *transmissa, cunctos sui admiratione implevit: Diuque inter reliquas Deorum imagines asservata & non sine veneratione ostentata est. Ut fusius* SUANING. *l. 3. comment. de reb. gest. Dan. exponit. Fuerunt & alii* MINORUM GENTIUM DII; *utpote* PENATES, *&* LARES *domuum atque* ÆDIUM; *genii* LOCORUM *&c. quales alii quoque populi agnovere; Pluriumque nomina exponit Vitis Aquilonia* VASTOVY *epist. dedic. Fuerunt &* FENNIS *olim sui Deastri ut Careliis,* RONGOTHEUS, *fecalis;* PELLONPECKO, *hordei;* WIERAGANNOS, *avenæ fationi favens:* EGRES, *olera, pisa, rapas, linum cannabimque protegere creditus est.* UCKO *cum conjuge* RAUNE *tempestatibus præesse.* KÆKRE *qui ad hæc tempora a multis superstitiose colitur,* PECUDES *a bestiis protegere:* HYSE *lupis & ursis imperans.* NYRCKE *sciuorum;* HITTAVANES *leporum venationi favere.* TAVVASTI *colebant.* TAPIO *venationum Deum:* ACHTES *piscationum:* LIECKTI *lucorum;* TURISAS *bellorum & victoriæ.* ERATTES *opum;* TONTHUS *larium;* RACHKIS *vocti præesse & lunam arrodere putabatur. Quæ vana numina Sigfridus* ARONUS *metrice descripsit.* Spectant huc Imagunculæ Norwagicæ ex ære fusæ, figuram *equi, lupi, tauri* referentes; de quibus testantur *Olger* JACOBÆUS & JO. LAURENTZEN *in Museo regio Dan. P. II. Sect. III. n. 71: Equus pusillus a. 1681. in Norvagia ex aqua in lucem prolatus n. 71. delineatus,* MAGICUM *est* SIMULACRUM *æque ac lupus æneus paulo minor, collo & capite erectus, quem descripsit* WORMIUS *in Museo reg. p. 352. Et spectantur etiam in eundem usum (incantationis)* BOVES ÆNEI, *quorum terga plerumque flexuosa crispantur linea, & qui in dextra colli parte coronis radiatis sunt insigniti; quæ apud ethnicos septentrionales vix in usu fuere. Vomere imagunculæ hæ, agros arando, eruuntur; itaque ex magicis has etiam esse, ad segetes & arva, foecunditate & ubere suo destituenda potius, quam idola Cimbrica, ut quidam putant, arbitramur, nec ultimæ ætatis, quoniam hæ imagines coronis sunt impressæ & a fogis hodiernis adhibitæ, haud tamen nego ex veteri ethnicismo has traditas potuisse habere absque coronis.* Plures has Imagunculas referunt in censum numinum œconomicorum, quibus etiam accensendas putant pusillas imagines aureas ex agro *insulæ Boringholmiæ* erutas, quas JACOB *a* MELLE *in commentat. de simulacris aureis p. 7.* descripsit: *Hauss-Cammer-Küchen- und Keller-Götter der Nordischen Völcker;* quamvis DIPPELIUS *in observatiunculis ad Mellenii commentationem p. 15. sqq. has* imagunculas Ægyptiis vindicet easque cum ipso cornu aureo a. 1639. prope Tunderam reperto, ex Africana Normannorum contra Turcas expeditione in Bornholmiam, Gotlandiam & Jutiam delatas fuisse arioletur. Quæ opinio facile contrariatur omni historiæ Idololatriæ septentrionalis, quin ipsis figuris, quæ in cornubus aureis non ritu Ægyptiorum, sed antiquissimo septentrionalium gentium sacro more repræsentantur. Conspectui selectiores quasdam subjicio Imagunculas Boringholmienses, quarum figuræ facile accedunt ad similitudinem vel simulachrorum magicorum vel Imaginum Pückiorum, tutelarium domesticorum.



Septem conjecturæ de origine nominis Pückii.

De significatione nominis *Püke* variæ conjectiones succurrunt. Prima est ab ebraico פּוּךְ *Pulvere*, qui Græcis dicitur φυκος, fucus, stibium; unde est πυκαζω, orno, πυκα, ornate, Belgis *puick*, pulchre, nitide; de quo vocum significatu agunt interpretes ad *II. Regum IX. 30.* & speciatim CONRADUS MEL *in Schediasmate de Lapide* PUCH *ad Esaiæ Caput LIV. 11.* quod insertum est *Bibliothecæ Bremensi Cl. VIII. Fasc. 5. p. 791. Secunda* erit a Slavico *Piecklo* seu *Peklo*, tenebris, domo inferni; fuit enim Pückius ministerialis & servus nocturnus, insomnis, unde *Pekelnybog* Bohemis idem est ac præses inferni, inferorum. *Tertia* poterit repeti ab Islandico *Piggur*, currente, impigro servo, qui ubique circum cursitare *(fieckar)* & diligenter agere svevit, docente VERELIO *in Ind. Isl. in voce* HÆRADZPIEKUR, qui dicitur *Circulator, terras pervagans.* Facit huc appellatio sacræ avis gentium septentrionalium *Pieckæ, quæ* Latinis dicitur *Pica*, advolans ubique, ut apud vulgus in proverbium abierit: *Pica ædibus advolat, hospites aderunt.* Hinc etiam ipse Thorus dicitur *Pica auguralis*, cujus opera in divinationibus utebantur,

tur, adeo ut demum illud ſupremum numen converſum dicatur in avem *picam*, quia quinque expeditiones in Italiam, Syriam, Perſiam, Ægyptum & Cretam celerrime perfecerat. Referunt ad hunc Picæ cultum fabulas de geniis Oppidi Sabetani, municipii Segoſini Pagique Tigorini, qui PIEKE appellantur. *Quarta* eſt a Carniolarum Slavorum *Pyčtano*, vino nigro, cujus meminit Ptolemæus, laudans *Pucinum vinum Iſtriorum* ejusque miniſteriales & cuſtodes. *Quintam* derivaveris a Slavonico & Ruthenico *Piecza*, ſollicitudine, crypta curate elaborata, convivio ſubterraneo, unde & ſepulchra excavata dicuntur *Pieczara* docente Jo. HERBINO *in religioſis cryptis Kijovienſibus Græco Ruthenis c. 1. §. 1.* *Sexta* eſt ab antiquo *pieken*, ludicrum facere, ludere, unde *Pückler*, *Göckler* idem ac Sannio, Satyrus. GUNDLINGIUS *obſ. Gund. P. 31. n. 4.* *Septimam* convenientiorem puto, deductam a Gothico & Svecico *Poike*, puero nobili, qui Finnonibus & Scytis dicitur *Pyckior* & *Poikmia*, pygmæus, ſtatura juvenis, ætate vir, adeo ut olim inter potiſſimos nobiles Sveciæ, Gothiæ & Finnlandiæ relata fuerit gens PÜKAR docente MESSENIO *in Speculo inclytæ conditionis Svecor. & Gothor. c. 27. p. 79.* Hinc ab iisdem *Pigoræ* laudantur puellæ miniſteriales, robuſtæ virgines, quarum urbs nominatur *Pigbella*, habitatio Amazonum virginum ſeptentrionalium, quæ ad promiſcuum cum viris bellorum uſum natæ erant. A Gothis & Svecis eadem vox, docente *Peringskioldo*, tranſiit ad Græcos, Aſas, Ægyptios, Phoenices, Perſas, quibus teſte RELANDO etiamnunc PEIK dicitur famulus regius, PIQUA, virgo. Dixeris itaque PÜKIUM *Sverinenſem*, miniſterialem juvenem, ſimulachrum PICOLLI *ſeptentrionalis*, cui imagine & officio reſpondet. Teſtis eſt HENNEBERGIUS *de vet. Pruſſ. l. 10.* HARTKNOCHIUS *diſſ. de reb. Boruſſ. diſſ 6. p. 133:* PICOLLUM *in ædibus nobilium aliorumque divitum ſæpe apparuiſſe & ſacrificia pro mortuis, ſi nulla adfuerint, rigidius exegiſſe, numenque fuiſſe, quod non amari ſed metui voluerit.* Accedit obſervatio FRENZELII *d. l. p. 234: Munia*, inquit, *tribuebantur Picollo; nimirum promanare ab illo mala, poſſe eum mala convertere in capita aliorum, apparitiones ab illo fieri in ædibus nobilium & magnatum apparere, homineque mortuo, divexare adeo homines, ut, niſi ſacrificiis placaretur, crimen non niſi ſanguine hominis expiari poſſet.* Facile idem idolum comparaveris cum deo Endovellico ſeu Tibelino, diabolo puſillo miniſteriali, fide ALPHITANDRI *in Comment. de deo Endovell ap. Reineſium de eodem arg. §. 2.* Neque differunt plane a Pückii figura & miniſterio imagines & officia *deorum Cabirorum*, quos CLEMENS ALEXANDRINUS *pueros Anacles*, curam cuſtodiamque rerum gerentes, ARNOBIUS *indigetes*, SALMASIUS *Igidios vocat*, h. e. incolas potentes penates Græcorum, vel ſi mavis, magos, ab hebraico *Chober* (Geneſ. VI. 4. Deutr. XVIII. 11) viros *famoſos*, *incantatores*, docente ASTORIO *diſſ. de Diis Cabiris Venetiæ a. 1703. ed. §. VIII. ſq.* cujus teſtimonium de Symboli eorum mallei, quem dextra geſtant, ratione adduco: *Cur*, inquit p. 75. *malleum idola* CABIRORUM *geſtarent, rationem, non adeo improbandum produco. Notandum eſt igitur, malleum non fabris ferrariis & Vulcano tantum, uti ex nummis apparet, ſed aliis quoque geſtatum eſſe; refert ſiquidem* OLAUS WORMIUS *Mon. Dan. lib. I. c. 4. ex Olai Craſſi Hiſtoria, ſtatuam Thori, quam cum ſociis venerabatur Dala Gultrandus, ſceptri loco ideo forte datum fuiſſe dicerem, quod inuſitati ponderis malleos, quos Jovinales vocabant, ingenti ære complexos, magnaque cultos religione ad eum uſum ſeptentrionales habuerint, ut per eos, tanquam per Claudiana tonitrua, & per uſitatam rerum ſimilitudinem Coeli fragores, (quos malleis cieri credebant) exprimerent, tantique ſonitus vim (Olai* MAGNI *Hiſt. ſept. L. 3. cap. 8. verba ſunt) fabrilium ſpecie imitantes, Deorum ſuorum bellis ſic adeſſe religioſum exiſtimarent, ac ipſis opem ferre, quos concitato in nubibus fragore ab aliis oppugnari putabant &c. Ac is quidem Jovialium Malleorum uſus uſque ad An. a Chriſto nato 1030. docente* OLAO MAGNO *perſeverabat, cum Magnus Gothorum Rex Chriſtianæ diſciplinæ ſtudio paganam ſuperſtitionem peroſus, & Phanum culta, & THORRUM inſignibus ſpoliare ſanctitatis loco habuit. Modo res noſtra ab hoc Jovialium malleorum uſu lumen ſuum mutuetur. Eandem igitur aſſeram extitiſſe occaſionem, & originem inſigniendi mallei geſtatione Cabirorum Idola. Quid enim ærea curetum arma, quid ſonitus, ac ſtrepitus percuſſionum, quidve Jovem a Saturni inſidiis ſervatum eſſe dicemus? Profecto tanta eſt rerum congruentia, ut nil aliud, quam Cabiros quoque, ubi Deorum ſeu Demonum cultum in Græcia & alibi docerent, eosdem prorſus ritus & ſuperſtitiones easdem docuiſſe arguatur.* Exacte PUCKII hiſtoriola convenit cum Borussorum MARCOPETIS *ſeu* BARSTURCIS (Tab. lit. a.) geniis miniſterialibus, in ſervandis rebus ad culinam facientibus, lignis etiam & frumentis ex ingratorum ſylvis & horreis comportandis, occupatis, græce *Koboldis*, Ruſſice *Coltkis*, ſervis decipientibus. Deſcripſit eorum ſervitia

Comparatio cum Picollo Cimbrico.

Tibelino.

Diis Cabiris.

Marcopetis & Barſtwcis Boruſſicis.

HARTKNOCH *c. l. p. 164. 234. sq.* præcipue MELETIUS *in Epistola de idololatria veterum Prussorum, Samogitarum, Rutenorum & Livonum T. II. act. Borussic. p. 104. sq.* cujus verba ad explicanda sacra Borussorum Slavorumque apposite faciunt: *Die Georgii*, inquit, *sacrificium facere solent* PERGRUBRIO *plantarum, florum, germinum deo; cui sacrificant hoc modo: Sacrificulus, quem* VURSCHAYTEN *appellant tenens dextra obbam cerevisiæ plenam, decantat illius laudes: Tu abigis hymen tu reducis amoenitatem veris: Per te agri & horti virent, per te nemora & sylvæ frondent. Hac cantilena finita, dentibus apprehendens obbam, ebibit cerevisiam nulla adhibita manu. Facta messe, solemne sacrificium conficiunt, quod Rutenica lingua* Uczinek, *id est, consummatio messis dicitur; in hoc sacrificio, Sudini, Borussiæ populi, apud quos succinum colligitur, capro litant. Congregato populi coetu in horreo, adducitur caper, quem Vurschaytes, illorum sacrificulus, mactaturus, imponit victimæ utramque manum, invocatque ordine dæmones quos ipsi Deos esse credunt, videlicet* OCCOPRINUM *deum coeli & terræ:* ANTRINPUM *deum maris;* GARDOÆTEN *deum nautarum, qualis olim apud Romanos fuit Portumnus:* POTRYMPUM, *deum fluviorum ac fontium;* PILVITUM *deum divitiarum, quem Latini Plutum vocant;* PERGRUBRIUM, *deum veris:* PARGNUM, *deum tonitruum ac tempestatum:* POCLUM, *deum inferni & tenebrarum:* POCCOLLUM, *deum acriorum spirituum;* PUTSCÆTUM, *deum, qui sacros lucos tuetur:* AUSCAUTUM, *deum incolumitatis & ægritudinis:* MARCOPOLUM, *deum Magnatum & nobilium:* BARSTUCAS, *quos Germani,* ERDMÆNLEIN, *hoc est subterraneos vocant. His dæmonibus invocatis, quotquot adsunt in horreo, omnes simul extollant caprum, sublimemque tenent, donec canatur hymnus: quo finito rursus demittunt ac sistunt caprum in terram. Ex omnibus* SARMATIÆ *gentibus supra nominatis, multi adhuc singulari veneratione colunt* PUTSCÆTUM, *qui sacris arboribus & lucis præest. Is sub arbore Sambuco domicilium suum habere creditur. Hinc passim homines superstitiosi litant pane, cerevisia, aliisque cibis sub arbore Sambuco positis, precantes a Putscæto, ut placatum efficiat Marcopolum, deum Magnatum & nobilium, ne graviore servitute a dominis ipsi premantur: utque sibi mittantur* BARSTUCCÆ, *qui, ut supra dictum est, subterranei vocantur. His enim* DÆMONIBUS *in domo versantibus, se fieri credunt fortunatiores: eisque collocant vesperi, in horreo super mensam mappa stratam, panes, caseos, butyrum & cerevisium: nec dubitant de fortunarum accessione, si mane reperiant cibos illic absumptos. Et si quando intactus cibus in mensa remanet, tunc magna anguntur cura, nihil non adversi metuentes. Eædem gentes colunt spiritus quosdam visibiles, qui lingua Rutenica,* KOLTKI, *Græca* COBOLI, *Germanica* KOBOLT *vocantur. Hos spiritus credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerio lignorum, nutriuntque eos laute omni ciborum genere, eo quod afferre soleant nutritoribus suis frumentum ex* ALIENIS *horreis furto ablatum. Cum vero hi spiritus alicubi habitare ac nutriri cupiunt, hoc modo suam erga patrem familias voluntatem declarant. In domo congerunt noctu segmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium stercora. Quod ubi paterfamilias animadverterit, nec dissipaverit segmenta, nec stercora e mulctris ejecerit, sed de inquinato lacte cum omni familia sua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.* Nomen *Barsturcarum* derivatum videtur a Prussico *prosty*, parato, erecto; *Marcopetæ* autem appellantur adjutores matutini a *Mrok*, crepusculo, & *Peze*, cura; unde & Pückium dixeris *curatorem matutinum.* Convenit idem cum *Boxitio* Slavorum Carniolensium (*Tab. h. l. lit. b.*) vi vocis *pusillo numine*, deo domestico, serta & amphoram vini tenente, mensis, melle, pane, sale, nucibus instructis inserviente & benedicente, de cujus superstitiosi cultus reliquiis egit VALVASOR *in Descript. Carniolæ T. II. p. 476.* Nec differt Pückius a HENILONE *seu* HENILDO (Tab. lit. c.) a Saxonico *hændia*, manibus prehendo; Slavis ab *honju*, abigere, depellere, appellato, Saxonum & Soraborum idolo tutelari, domestico, bacillum tenente, in cujus extremitate manus est circulum comprehendens. De cultu ejus testis est scriptor coævus Seculi XI. DITMARUS *Merseb. L. VII. p. 226.* Refer huc LOLLIUM *Franconiæ deum*, labia compescentem, qui etiam in veteris ævi schedis *Syltensibus* laudatur genius domesticus Stellulis circumdatus, auroræ amicus. Plures illum cum BOCRISIO *Obs. miscell. Lipsc. c. 69. de vestigiis Lollii in Svinfurtensi tractu, das Löhla appellato, T. III. p. 307.* dicunt Deum tranquillitatis & securitatis, cujus signa volunt poculum, spicæ triticeæ, capita papaverum a collo pendentia; aliis placet opinio TRILLERI, *Medici Martisburgensis, T. XII. Obs. misc. Lipsc. p. 175.* qui in antiquitatis medicæ honorem ipsi vindicat imaginem APPOLLINIS *cognomine* ULII, teste STRABONE *L. XIV. p. 733.* in lingua morbum, remedium morbi in poculo medicato & remedii effectus narcoticos in papavere indicantis. Ex adverso DÖDERLINUS *in ant. gent. Nordg. p. 36.* Lælium, juvenem

Boxitio Carniolensi.

Henilone Saxonum Slavorumque.

Lollio Franconiæ.

nem Bachum, obſervavit; alii Deum ſilentii, quin *Caſtorem*, nautarum patronum, laudant, quem Slavi appellant *Lel.* Teſtis enim eſt GUAGNINUS *in Deſcript. Eur. Sarm. ed. a. 1581. p. 10.* quod Poloni hodieque in computationibus utantur formula ſalutis *Læl Polet*, Caſtoris & Pollucis. Plane convenit Lollii figura cum imaginibus HARPOCRATIS *Ægyptiorum*, cujus Symbola ſunt cornu copiæ, alæ, pharetra, ſerpens, noctua poſt tergum Harpocratis, quæ ſingula ad ſolis effectus, curſum, gyrum, occaſum reſpiciunt. Avis, quæ in nonnullis tabulis apud MONTFAUCON *T. II. p. 306. Tab. 125.* ipſi tribuitur, anſer eſt, Iſidi, matri Harpocratis conſecratus, & inter ſacrificia Ægyptiaca, tauros, vitulos & ſues connumeratus teſte HERODOTO *II. 45.* RUDBECK *Atl. T. II. p. 233.* Convenit etiam Lollii imago cum ANGERONA *Romanorum*, ſilentii idolo, angorem ex animis, & MACROBIO *teſte*, Anginam morbum pellente, cujus feſtum Romani in arca Volupiæ celebrarunt *XII. Kal. Jan. die XXI. Dec.* Imagines & explicationes *Harpocratis & Angeronæ* exſtant apud SPONIUM, MAFFEJUM, CUPERUM & PIGNORIUM *in auctuar. p. 94. Tab. IV.* Ad Lollii memoriam referunt nonnulli vituperium *Lölle*, hominis inſulſi, bibacis, indecori; *Lollſuſs*, commeſſationis inter Vulgus. Ceterum de *Pückio* hodieque Sverini circumfertur conſtans credulorum traditio, quod ille aliquando etiamnunc appareat, inque aulæ veſtibulo, porticu & horto circumambulet, cuſtodibus vel malevolis hominibus alapas infligat, præcipue apparitione ſua annuntiet proxime inſtantem obitum perſonæ alicujus ex proſapia ducali. Eadem fere fabula luditur Pretziæ & Lubecæ. Ibi enim ſpectrum obitum Præpoſiti, lugubri & ſpontaneo ſono organæ pnevmaticæ præſagire fertur; hic vero mortem alicujus ex ordine Canonicorum prænuntiare dicitur expoſitione roſæ in ſubtelliis Canonicorum ad locum ejus, cujus mortis hora annuntiatur. Præcipue decantatum eſt præſagium *albæ mulieris*, quæ in aulis electoralibus *Brandenburgica & Bavarica* apparens denuntiare fertur funeralia Principum. Effigiem ejus fide vulgi exhibuit ROMEIN *de* HOOGHE *in de Hieroglypen of Merkbeelden der ouden* ex Batavico Saxonice nuper ab ARN. HINR. WESTERHOVIO redditis *Cap. XXVIII. Tab. 28 Lit. K.* quam contemplationi lectoris nolo invidere. Idem Autor exhibuit Tabula I. & XXV. *Dianam Epheſiam* tauri capite & rangiferis ornatam; Tabula IX. *Junxiam* ſeu *Iſidem* cum bumorphis ſeu cornubus taurinis, & Apidem variegatum Phœniciorum cum ave paradiſiaca, dorſo ejus inſidente; Tab. XXIV. lit. O. vaccam æneam a Phœniciis & Græcis cultam, inter imagines Proſerpinæ & Triptolemi columnæ impoſitam; Tab. XXIX. lit. S. imaginem *Juterboci* Saxonum & Slavorum; Tab. XXIII. lit. R. Iſidem Araborum, quæ *Bragba* ſeu *Cabara* dicitur, imagini Herthæ Cimbrorum reſpondentem, quam Autor ita deſcripſit p. 188: *Sie führet die Hörner des Mondes auf dem Kopffe, den reichen Buſem mit ihren Hænden bedeckend, worinnen ſie alle Geſchöpffe der Lufft, Erde und See, als in einem Untertheile von einander hælt; mittlerweile ſie auf einer felſichten Klippe ſtund, worauf man eine runde Kugel in zwo Zirckel oder Ringe geſchloſſen, da man die Welt und die über den feſten Sternen verſammleten Waſſer, in dem einen Ringe, und in dem andern die Schlüſſel der Planeten ſahe, die durch ihren Einfluß das Innere regieren, und auſſen herum unendliche Punćte, welche mit unzæhligen kleinen durchwirckt, die entwickelte Materie bis zum Zuſammenfluſſe der Sachen in die Welt einführen.* En illius & præſagientis albæ mulieris ſimulachra:

Hujusque convenientia cum Harpocrate.

Et Angeronæ.



L. VITZLIPUTZLI *ſeu* PÜCKIUS DOBERANENSIS, numen a ſapientia omnimoda, præcipue bellica, appellatum, cujus imaginis comparationem cum idolo ejusdem nominis *Vitzlipuckius Doberanenſis.*

Convenientia cum Mexicano nominis *Mexicano* vide *h. l. lit. a.* Audiamus GEUDEVILLE *dans l'Atlas historique T. VI. diss. I. sur le Mexique p. 110. Tab. 28. Dans cette chapelle, couverte d'un boisrare & precieux, etoit placée la principale Idole Vitzliputzli sur un Autel elevé, entouré de rideaux. Elle etoit de figure humaine, assise sur un trone soutenu par un globe d'Azur qui representoit le ciel. Elle avoit sur la tête un casque de plumes en figure d'oiseau avec le bec & la tete garnis d'or. Son visage etoit afreux & severe & sa main droite s'apuioit sur une couleuvre foudroiante, qui lui servoit de baton. Le sacrificateur portoit devant cette Idole les enfans a qui il tiroit quelques goutes de sang des parti de la generation avec une Epine ou une Lancette de pierre a fusil, puis il les lavoit avec certains imprecations pour imiter la circoncision & le bateme.* Aliam imaginem VITZLIPUTZLI *Americanorum* (*h. l. lit. b.*) exhibuit PICART *dans les Coutumes des peupl. idolatres T. I. p. 95.* ubi & effigiem alterius Mexicanorum Deastri, qui TEZCALIPUCA, *providentiæ Deus*, frater Vitzlipukii dicitur, delineatam descripsit & de eorum cultu ita disseruit: *Le lecteur pourra remarquer beaucoup de rapport entre cette histoire des Mexicains au Mexique par la conquête & puissance de Vitzliputzli, & celle de l'entrée des Israelites dans les pays de Canaan; Sans avoir egard au defaut de chronologie, ne se pourroit il pas, que les Mexicains eussent conservé dans l'histoire de la fondation de leur etat une partie des verites, qui se trouvent dans celle des Juifs? etant originaires du Nord de l'Amerique, ou du Nord de l'Asie, ils pouvoient avoir parmi eux quelques descendans des anciens Juifs dispersés apres la destruction de leur etat par les Assyriens. Les Mexicains adoroient Vitzliputzli comme Createur & Seigneur souveraine de toutes choses; ils donnoient a cette divinité supreme le nom* D'INEFFABLE, *mais ils ne pouvoient se reduire a croire qu'elle put gouverner le monde sans le secours present d'une infinité de Genies. Vitzliputzli etoit d'une figure humaine, faite d'un bois precieux, que l'on representoit assise sur un siege de couleur d'azur, suporte par un brancard, d'ou l'on voyoit sortir aux quatre cotés quatre têtes de Serpens; le front de l'idole etoit peint de bleu, elle avoit sur le nez une raie bleue, qui traversoit d'une oreille à l'autre.* TESCALIPUCA (ou Tlaloch) respambloit a Vitzlipuzli, *auss les Mexicains tenoient ils ces dieux pour freres, & si bons amis, qu'ils partagoient entre eux le pouvoir souverain sur la guerre.*

Puscetus & Zuttiberus. LI. PUSCETUS *seu* BUSCKAITUS *&* ZUTTIBERUS, *vulgo* SVITIBORUS *Slavorum*, dii præsides lucorum, ille sub sambuco, hic cornutus sub pinea, rectius sub quercu cultus a Russis, Livonibus, Prussis, Sorabis Merseburgensibus, Misnicis & Slavis Wagriæ speciatim *Bosoviæ*. Puscetus dicitur a Sorabico *besch*, lignoso, perplexo; vel a Polonico & Prussico *Boso* sambuco; unde *bosowi* est sambuceus. *Bosowski*, locus sambuceus, *Puschwitz*, pagus Lusatiæ inferioris. Zuttibero affingi solent, REINESII & BROTUFFII fide, Latinæ & Germanicæ significationes; rectius illum, præeunte FRENZELIO, dixeris vel a Slavico *Borowiza* pineto, & *swiati* sancto; vel a *Zowd*, *Zowi*, glandifero, *querceto*; cultus enim est in sylva querna, Merseburgo vicina, quam Wigbertus Episcopus Merseb. *an. 1007.* excidi curavit, teste BROTUFF *Chron. Merf. L. 2. c. 6. p. 462.* Idem de sylva Haynensium Misnorum, Zuttibero adhuc an. 1060. sacra tessatur SEBASTIANUS MANNUS *in descript. Haynæ.*

Pilvitius, Pergubrius & Auschweitus. LII. TRIGA *idolorum Borussicorum*, Deorum frugum & messis; PILVITIUS a Prussico *plavis*, exsolvo; Polonico *Place* mercede, præmio; vel *polizu*, colloco, degusto, & *Wit*, victore appellatus; PERGUBRIUS, Prussica lingua Deus proventuum, frugum exsurgentium dictus, Ruthenis & Polonis appellatus ZIMENICK, a *zeck* metere; unde festum istius dicitur *Zizinck* h. e. initium messis, *Ozinck*, consummatio messis. De sacris ejus & sacrificiis capri, finita messe celebratis, late egit ocularis eorum testis GRUNOVIUS *in Chron. Pruss. an. 1525. edito.* Constat de eorum pertinaci usu ex Episcoporum Prutenicorum GEORGII a POLENZ & PAULI SPERATI querela in *agendis ecclesiasticis Prut. an. 1530. ed.* & ex ALBERTI FRIDERICI Ducis Borussiæ *ordinatione provinciali an. 1577. fol. III. Cap. Von der Zauberey und* BOCKHEILIGUNG. Quod caput de prohibita consecratione hirci repetitur adhuc in *iisdem statutis a 1640.* AUSCHWEITUS, Deus lucis & bene valentium, a Slavico *Auswiti*, auxilium afferre, illuminare; vocatus, ab HARTKNOCHIO Deus intercessor appellatur *d. l. dissert. XII. p. 171.* rectius forte, Deus lucem reddens, imbres depellens.

Flynsius Cimbricus. LIII. FLYNS *Saxonicus*, *Flintbeccensis Holsatiæ & Flenopolitanus Cimbriæ*, vulgo Deus morientium leone & facula ardente, symbolis vigilantiæ & vitæ donatus, ligno incisus.

Slavis Marzanus. Antiquiori vocabulo eoque SLAVICO passim vocatur *Marzanus & Morzava*, a *morze*, interficio, cujus deastri memoria superstes asseritur in nomine paludis Jutrebucensis

censis *Lange Mærtel* prope pagum Alsdorff, ariolante ECKHARD *in Monum. Juterb. p. 83.* Nominatus videtur Flynsius non a Rege *Ulitzlavo* vel *Visilao*, Rege Herulorum & Obotritarum docente SCHEDIO; nec a fulgure *Flinck* putante SPATENIO; nec a Rego quodam *Flizzaa*, conjiciente SAUBERTO *de sacrif. c. 5.* neque a *Flenone* viro nobili circa an. 1200. Flensburgi conditore docente post *Ranzovium* ANGELO *Chron. Holf. p. 19.* nec a lapide sepulchrali, Silice, cui superstat; sed a Cimbrico & Frisico *Vlens*, æstu, a quo ipse accessus & recessus maris æstuantis apud Batavos eodem nomine appellatur, docente JACOBO MEYERO, *Flandriæ Scriptore, in annalibus Rer. Flandr. L. XV. an. 1427. p. 271.* Accedit observatio PONTANI *in Chorographia Dan. p. 656.* quod *Flenopolis* Cimbriæ prima civitas appellationem nacta sit a *Fleno*, sinu maris Balthici. Opinante autem FRENZELIO Flinsii nomen repetendum est a Polonico *pilnuje*, adverto, *Pilnost*, diligentia, a qua dicendus esset Deus, qui vigilat, mortuos observans, resuscitaturus; sed hæc derivatio sponte corruere videtur, neque unquam deastro fuit *Pilni* nomen.

LIV. FLYNS, *Slavicus*, Misniæ, Dresdæ, Budissini prope pagum Ohne cultus, præcipue *Lipsiæ* sub Tilia, a S. BONIFACIO circa an. 728. iterumque a LOTHARIO *Duce Saxon.* an. 1118. destructus. Ad ejus extirpatum cultum referunt ritum plebeculæ Dresdensis annuum, quem vocant *submersionem* simulachri MORTIS *in paludibus, den Tod austreiben.* Plura observant WECKIUS *Chron. Dresd. p. 289.* FABRICIUS *Orig. Sax. L. I. f. 62.* SIMON *in Chron. Eilenb. P. I. c. 8.*

LV. FLYNS *Lusaticus & Görlizensis*, a Lothario Imperatore destructus an. 1126. MANLIUS *Rer. Lusat. L. II. p. 69.* Varias ejus imagines exhibuerunt TOLLIUS, FRENZELIUS, & ex GROSSERI figuris MONTFAUCON *dans les Antiqu. expl. Tom. II. Tab. 18.* *Flyns Lusatic.*

LVI. PÜSTERUS, BUSTRICHIUS, *Zviczius Slavorum*, Deus ignis, olim in monte Rottenburgensi, hodie in arce Comitum de Schwartzenburch conspicuus, quem WEBERUS & ECKHARDUS *in Commentar. Rer. Franc. T. II. p. 438.* Thorum, Deum tonantem, (Belbogum Septentrionalem) interpretati sunt; alii vel Bacchum, Tibelinum Saxoniæ, vel Deum tutelarem venditant contra hostium irruptiones, docente TENZELIO, confutato a MELISSANTE *Tr. von Bergschlöss. p. 552.* & BEHRENS, *Physico Nordhusano, in Hercynia curiosa p. 158.* Frenzelio conjiciente, derivandum ejus nomen est a Slavico *bystri*, rapido, violento; dicitur enim rituum & religionis neglectæ vindex, idolum iratum, quod calefactum ignem evomit & tonitrua edit. Conveniunt nomina pagorum *Buistrizi* prope Witebergam & Dresdam, & fluvii Poloniæ *Bystriza*, qui a rapiditate dicuntur docente DLUGOSS. *Hist. Polon. L. I. f. 16.* Mihi *Bustrichii* nomen recentius & Germanicum videtur, a sibilo igneo & sufflatorio repetitum, quod Slavis dicitur *Zuicz.* Imaginem & descriptionem Busteri vide apud SCHARFFIUM *in Juniperi descript. an. 1679. ed.* TENZEL *in M. U. an. 1689. pag. 719.* HENNINIUM *d. l. p. 34.* ERNSTIUM *var. Observ. L. II. c. ult.* DÖDERLIN, FALCKENSTEIN, MONTFAUCON, & qui de idoli nomine, indole & sacris ex instituto dispexerunt WEBERUM *diss. de Bustero*, LEUCKFELD *in descriptione coenobii Kelbræ c. 10. p. 191.* *Püsterus.*

LVII. ZUICZIUS, SCHWAIXEOG, numen ignis & inferni, Büsterus a Prussis, Lithuanis & Sarmatis Europæis cultus. *Swica* Slavis est ignis, fulgur; licet *Alex.* GUAGNINUS a Lithuanico & Polonico *sveczu*, sacrum habeo, *Schwixium* dictum arbitretur. Lithuanis tamen *Schwaixiu* etiamnunc idem est ac *juvare*, prodesse, *sweix* prosit; hinc dixeris eundem, Deum auxilii. Rectius dicitur *Deus iratus, igneus*, alio nomine *Zleboboa*, seu *Czerneboha* appellatus. Slavis enim *Zleho* est malignus, & *Czerny* niger, iratus, diabolus; Slavice *Diabow*, Saxonice *Tibylinus*, de cujus vestigiis apud *Francos* & *Nordgavos* præcipue agunt HACHENBERG *diss. p. 180.* TENZELIUS *d. l. p. 685.* DÖDERLIN *Sched. de Imperator. Rom. Vallo & Muro, Phalbeck, Teufelsmauer in agris Nordgaviens. p 31. sqq.* Evanuit hujus idoli cultus Welnæ apud Lithuanos Seculo XIII. quin teste DLUGOSSO *Hist. Pol. L. IX. f. 940.* destructa est ejus statua in castro *Szwieca* Pomeranorum sub auspiciis Waldemari Marchionis Brandenb. qui illius reliquias vendidit an. 1311. Magistro & ordini Teutonicorum. De convenientia ejus cum BUSTERO & QUIOCCIO *Zernebogo orientali*, constat ex imaginibus adjectis. Sacrificia ipsius fuerunt serpentes, aves taurique nigri. *Zuiczius.*

LVIII. PERDOYTUS, Deus venti, quem a Bohemico *preduju*, flare, dictum putant, cultus a Prussis usque ad a. 1249. Vitulus marinus ipsius fuit sacrificium. *Perdoytus.*

LIX.

Curchus. LIX. CURCHUS *vel* GORCHUS (Græcis Curetus) Deus domeſticus alimentorum. ſuum cuique diſtribuens, a Boruſſis cultus uſque ad a. 1249. ſub quercu ipſi ſacra, juxta oppidum *Sventomeſce*, hodie *Heiligenbeil*, a ſecuri, qua Anshelmus epiſcopus idolum perforavit, appellatum. Meſſe finita ſingulis annis in fruſtula confractus eſt, fuſius exponente GUAGNINO *Sarm. Europ. f. 64.* & JACOBO *Legato Pontificio in privilegio Pruſſis conceſſo a. 1249: Non litabant*, inquit, *idolo, quod ſemel in anno, collectis frugibus, ſeveverunt confringere cui nomen Curche.* Dicitur a Slavico *kure*, ſcindo, *Krusk*, portione; vel docente FRENZELIO *Orig. Sorab. p. 57.* a *kraja* frango. Convenit cum Curcho & Henilone imago puſilli STUVONIS pateram tenentis, idoli domeſtici, de cujus reliquiis olim gloriatum eſt oppidulum Megapolenſe, quod *Stuvonis lucus* ſeu *indago*, hodie *Stavenhagen* appellatur. Alibi etiam Stufonem cultum aſſerunt, ſigillatim *Stovæ* apud Megapolenſes, *Stuvenbornæ* apud Stormarios, *Stauffenbergæ* apud Wurtembergenſes (quam tamen arcem montanam a *Stuffe*, gradu, aſcenſu, dictam putaverim) *Stulpæ* in pago prope Jutrebocum docente *Paulo Jac.* ECKHARDO *in Monument. Juterbocenſ. p. 109.* & præcipue in *monte Stufonis Thuringiæ*, notante SAGITTARIO *in antiquit. gent. Thur. L. 3. c. 5. p. 166.* & teſte OTHLONO *in vita S. Bonifacii*, cujus fide *ex idolo, quod S. Bonifacius confregit, genius exceſſit & in montis cavernas* (hodie *Stuvenshöhle*) *ſe proripuit.* Appellatus videtur Stufo non a *Steifen*, ſpe numini confiſa, *Sagittario* conjiciente; ſed a *Stauf*, ſtupa, antiquis Saxonibus *Cyatho*, cypho, calice. Slavis autem dictus videtur ſervus laudabilis.

Convenientia cum Stuvone.

Svantovitus Rugiæ. LX. SVANTOVITUS, quatuor faciebus humanis præditus, cornu tenens bovinum, juncto equo albo, ſupra ſex haſtas decuſſatim poſitas ſaliente. Protector & præſidium fuit *Rugiæ*, a vicinis etiam ac remotioribus populis cultus. Fuit *Bylibogus* ſeu *Dobrehoboha Slavorum*, albus pulcherque deus, non a *S. Vito* eccleſiæ Romanæ, nec a *S. Lumine*, nec a *Wiz*, albedine, neque a Gothico *Svant* convivio, *vit* lætitia; neque a *Svantiæ* Cimbrorum tractu, nec a Slavico *Wet*, *Weeza*, vindicta, ulciſcor; ſed a Slavico *Schwonzo*, ſole & *witei* ſalvo vel a *Witez*, triumphatore, ſolis typus & victor appellatus; cum qua explicatione facile conveniunt equus ejus albus, ſoli dicatus, currus ſolis, cornu taurinum, vexillum teſte SAXONE *Hiſtor. Dan. L. XIV. f. 323.* Stanitia appellatum, tauri vel aquilæ imagine inſignitum, convivia & ſacrificia ſacra *Opfergillen* vocata, a quibus, abrogato paganiſmo, gildæ plures, compotationes, ſocietates *Calendarum* Sanctis nuncupatæ, originem traxiſſe videntur. Viguit vulgo Svanteviti veneratio apud *Cimbros* Svantiæ regionis, *Pomeranos* & *Rugios* præcipue uſque ad tempus Waldemari I. Regis Dan. qui a. 1168. Svantevitum *Arconæ* in caſtro *Wittow* cultum primus dejecit. Idem idolum conſedit *Wolgaſtæ*, Loitzæ, *Jomsburgi* ſeu *Julini* in vico Rugiæ *Altkirchen*, & in *Carentia Rugiorum* teſtante ZWINGER *in Theatr. Vitæ hûm. vol. XXVII. L. 4.* SCHWARTZIO *in introd. in geographiam German. Septentr. p. 231.* Apud Megapolenſes prope Wiſmariam pagus *Svantebuſch* ejus memoriam ſervat; a Rege etiam Daniæ Svenone vicinisque Regibus dona Svantevito exhibita fuiſſe teſtatur SAXO *L. IV. in vita Waldemari I. p. 319. 321.* CRANZ *Vand. L. V. c. 12.* Fabulæ, quas Sacerdotes de Svantevito, nocturno tempore equitante & mala quævis averruncante circum tulerunt, conveniunt cum figmentis de equo *Picolli* Quadruplex ejus imago ad anni tempora forte reſpicit, æque ac effigies Indorum Idoli BRAMMÆ teſte OLEARIO *in Itinerar. Ind. L. I. c. 38.* Apud Megapolenſes templum Svanteviti in campo ſolis (ubi deinde monaſterium hujus nominis conditum eſt) deſtruere primus ſtuduit BERNO *Epiſcopus Megapolenſis*, innuente *Friderico I. Imp.* in diplomate a. 1170. & BRUNWARDO *Epiſcopo Sverinenſi* in charta a. 1219.

Svantevitus Stetinenſis. LXI. SVANTEVITUS *Stetinenſis*, quem PRISTAFF *MSC. de locis deſolatis p. 107.* temere venditat pro effigie *Caji Julii Cæſaris.*

Suetibogus Caſſubiæ. LXII. SVANTEBOOLDUS *vel* SVETIBOGUS *Caſſubiorum*, ſimulachrum Svanteviti, rectius genius ſeu Alva tutelaris, a Slavico & Sorabico *ſwiate* ſancto, appellatus, quem deſcripſit RICHTER *Tr. hiſt. von dem Ordens-Amt Rampitz an der Oder p. 12.*

Triglowus. LXIII. *Templum* TRIGLOWI idoli aurei triplicis vultus, a Slavico *triglowa*, tribus capitibus, appellati, ſolis, terræ & aquæ ſymboli, quod cultum eſt Stetini, Julini, a Slavis Sorabis & ad Havelam, in vrbe veteri Brandenburgo ac in monte *Harlingorum*, teſte SABINO *de Metropoli Brandenb.* & TÜRCK *in geogr. Germ. med. ævi apud Hachenberg p. 417.* Præcipua ſacrificia ejus fuerunt Taurus & Equus niger. Fruſtra trinitatis ſacræ myſteria cultui Triglavi affingunt plures cum HULSEMANNO, CLUVERO; rectius judicant, qui vel ad tempora, præteritum, præſens & futurum, vel a tres Veterum anni Periodos Triglavum

glavum respexisse conjiciunt. Faciunt huc imagines & symbola Dianæ triviæ, Hecates, Jani, idolorum quorundam gentium orientalium & præcipue icon *Norneri* seu Triglavi Vandalorum & gentium septentrionalium, qui in *Cornu Gallhusano* conspicitur.

LXIV. WITISLAWUS *seu Svantevitus Wehlebradii* in Metropoli Moraviæ cultus; cujus ectypa imago est Rugiana, docente STREDOWSKI *in Morav. sacra p. 46.* qui & varia nomina Slavonica virorum & foeminarum in *Slaw* & *Wit* desinentia, a *Witislao* originem trahentia, nummos etiam, effigie Witislai notatos, a Regibus Moraviæ cusos, recensuit *p. 46. sqq.* Idem testis est, quod Wenceslaus Dux Bohemiæ in arce Pragæ exstrui curaverit *S. Viti ecclesiam*, ut memoriam Witislai idoli animis populorum excuteret. Hinc esse fertur, quod pietatis studiosi etiamnunc in festo S. Viti nigrum gallum, Witislao olim sacrum, offerant ibidem in Basilica ad aram S. Viti; quid? quod hodieque Moravi & Bohemi placentis rotundis, idolo olim oblatis, delectentur, & hospites advenientes excipiant salutatione, quæ olim tempore paganismi obtinuit; *Witei, Witam, i.e. Salvus sis.* VALVASOR *T. II. p. 382.* FRENTZEL *orig. Sorab. L. 2. p. 837.* *Witislaus Moraviæ.*

LXV. RABALUS *seu* RABO *Röbelensis*, in sylva cultus teste LATOMO *in hist. Meckl. a. 1261.* Numen fuit operarum rusticarum dictum a Slavico *robie*, operor, *Rabota*, labore rustico, *Roboczu* servo operarum. Posses etiam significatum repetere a Sorabico *raduju*, gaudeo, convenio; quasi dixeris numen congregationum, familiarum rusticarum, docente FRENZELIO *Orig. Sorab. p. 376.* *Rabalus Röbelensis.*

LXVI. RUGEWITHUS, *Vithus apud Rugios Carentziæ*, sacri septenarii numeri Præsidium, Deus vindictæ multiplicis, cujus statuam *Witzhaviæ* prope Trittoviam olim exstitisse asserunt. *Rugevithus Carentiæ.*

LXVII. POREVITHUS *Wollinensis & Rugianus*, qui ab interpretibus Deus mercaturæ, Patronus spoliatorum & furum, præses imperii aërei, demumque a PRISTAFFIO deus pacis salutatur, cui nomina debent *Barthia* Pomeranæ & *Baruthum* Marchiæ. Videtur a Slavis dictus a *baruti*, Bohemis vastare; vel a *poriwez*, raptim rapiendo. A Rege *Porevith*, quem historia ignorat, nomen repetiit MORHOF *diss. de divinitate Princip. p. 105.* Referunt huc PORENUTIUM, Deum embryonum a Slavico *Poroniony*, abortum abigere appellatum, quatuor faciebus ætatis humanæ, & embryonis imagine in pectore donatum, Karentiæ a Waldemaro I. Rege Dan. a. 1168. destructum; cujus memoriæ pagum *Barnitzium* prope *Jutrebocum* vindicavit ECKHARDUS. Accedit HEROVITUS *Wolgastensium*, clypeo instructus, belli præses teste CRAMERO *P. K. H. L. I. c. 29.* quod idem idolum Havelbergæ sub nomine GEROVIT innotuisse docet ECKHARD *in perantiquis monumentis agri Juterbocens. c. 4. p. 51.* *Porevithus Wollinensis.* *Porenutius.* *Herovitus.*

Egrediamur nunc paululum orbem arctoum & dispiciamus, quid alibi ipsæque antiquissimæ & remotiores gentes de tauri cultu statuerint. Industrius in iis enarrandis est BIRCHERODIUS; plura tamen argumenta, ad causam spectantia, prætermisit, ex quibus saltem illa summatim notabo, quæ ad *illustrandam taurolatriam & historiam deorum* SEPTENTRIONALIUM nonnihil faciunt. Nolo repetere singularia plura quæ ab aliis dicta sunt de sacrificio antediluviano bovis ab Adamo oblati uno cornu instructi, disputante BOCHARTO *in Hierozoico L. III. c. 26. p. 944;* de Vitulo Israelitarum aureo, disquirente Jo. PALMOTH *diss. de idololatria Ebræorum, Upsalæ a. 1698. ed. c. 3. p. 49. sqq.* de imagine Molochi, Adonidis, Osiridis, ex corpore humano & capite bovino conflata, æri incisa, fide picturæ antiquæ basilicæ Hersfeldensis apud CONR. MEL *in antiquit. sacr. p. 23.* de juvenca rufa ejusque imagine & cerimoniis apud DAN. LUNDIUM *in diss. de juv. ruf. ed. Upsaliæ a. 1706. Sect. III. p. 63.* JOH. *de* BELLMANN *de origine rituum hebraicor. cap. II. de juvenea rufa & Typhone seu Mose p. 134. sqq;* de sacris Cornubus Altaris & de decem Ahenis sacris Salomonis, partim leonibus, cherubinis & tauris ornate signatis; præcipue de mari æneo in Templo Salomonis conspicuo, bovinis capitibus, ex quorum oribus ceu fistulis aqua exspuitur, circumdato, infra etiam XII. tauris, quorum ex oribus majores tubi prodeunt, exornato, adstante summo sacerdote, manum inter cornua tauri sacri acclinante; quas imagines vide apud LUNDIUM *in Antiquit. sacris Judaicis* & curatius apud VILLALPANDUM *in egregio Commentar. ad Ezechiel & MEL. d. l. diss. de mari æneo p. 7. sqq.* aliosque, qui etiam de visione quatuor animalium apocalyptica, speciatim *de sacro bove Ezechielis*, *Vitulo S. Johannis*, *tauro S. Lucæ* & de *diis* CLAVIGERIS ex apocalypseos C. I. 18. disseruerunt; quorum quidem numinum notitia & imagines nonnihil faciunt ad illustranda symbola HERTHÆ CLAVIGERÆ. CHR. GOTTL. SCHWARTZ *de diis clavig. Sect. II. p. 34.* Ex Ægyptiis antiquitatibus addo sub numero *Supplementa taurolatriæ ex Sacris Ebræorum.*

LXVIII. ISÆUM, *templum Isidis*, ex KIRCHERI *Obelisco Ægyptiaco inter Isæi Romani Isæum.* *Ægyptiorum*

Romani rudera effosso p. 7. Vides sub *lit. a.* accipitrem tutulatum sacrum *b.* hircum sacrum qui Mendes dicitur; *c.* Amunionem arietem idolum; *d.* Osiridem, Ævi Dominum, a Gothico *Oe* & *Sir* appellatum; *e.* Canopum; *f.* Apim, qui in fronte aliquando candorem quadratum seu astrum, vel in dextro latere candentem maculam, in tergo aquilam alas expandentem, sub lingua scarabæum, solis symbolum, exhibet: Convenit Chaldæorum *Reempha* taurus, Phoenicum *Dagon*, Ammonitarum *Cabos & Molochus* seu *Melchon*, Cocinensium & Malabarum selectior taurus sacer, testante RAMUSIO *Rer. Ind. Script. T. I. c. 2.* Apis autem dicitur ab *Apia* tellure, Gothis Asiaticis *Apian*, ex terra conditum animal.

Taurus Ægyptiacus Apis.

LXIX. TAURUS *Ægyptiacus* APIS *seu* OSIRIS cum accipitre tutulato, solis & mundi syderei imago. Sub tauri pedibus est Isis, terra; quam figuram interpretatus est KIRCHER *in hierogrammatismo bovis ex omni orientalium doctrina explicato & in Obelisco Pamphilo p. 441. sqq.*

Isis lactans bovem.

LXX. Isis, alliciens & lactans bovem, cui insidet accipiter; descriptionem vide apud FABRETTUM & MONTFAUCON *T. II. p. 310. Tab. CXXVI.* Accedunt Isidis sacra taurina ex PIGNORII *mensa Isiaca*, MEMBINA *Tabula* & KIRCHERI *Obelisco Pamphilo* ubi *p. 261. sqq.* de bobus binis Ægyptiis, altero soli, altero lunæ consecratis differuit & varias Apidis figuras earumque explicationes prolixe addidit ex arcanis hieroglyphicis. Post APIN, Taurum variegatum, ab Ægyptiis colebatur ONUPHIS atri coloris & prægrandis staturæ; BACIS soli sacer, qui *Hermunthi* cultu excipiebatur, colorem sæpe mutans, pilis semper subrectis & in sublime crescentibus; MNEVIS taurus, a Macrobio *Netiron* vocatus, Soli sacer *Heliopoli*, niger, rectis & hispidis pilis conspicuus, septo sacro inclusus. Tauri imaginem delegisse creduntur præcipue, quia sol in tauro constitutus promittit terræ ubertatem, omnia enim tum florent & vernant; quamvis plures cum KIRCHERO *Ædip. Æg. T. I. p. 291.* BOCHARTO *Hieroz. P. I. L. II. p. 346.* WITSIO *in Ægyptiacis L. II. c. 2.* & cum Patribus LACTANTIO, HIERONYMO, hunc cultum Ægyptiorum repetant ab imitatione cultus vituli aurei. De vaccis in plerisque Ægypti locis inter sacra numina relatis agit MINUTIUS FELIX *in Octavio cum notis Cellarii p. 109.* STRABO *L. XVII. p. 552. Qui Memphi habitant Venerem adorant & sacram vaccam alunt, sicut Memphi alitur apis, hique pro diis habentur. In Delta & alibi seu* TAURI *seu* VACCÆ *non dii habentur, licet sacri existimentur.* De thalamis seu delubris taurorum Ægyptiorum vide PLINIUM *L. VIII. c. 46.* PLUTARCHUM *de Iside & Osir. p. 253.* ubi & plura narrant de Apidis potu, non ex Nilo hauriendo, & de vacca Ægyptia semel in anno Apidi ostensa. Eodem cultu vaccarum abrepti sunt Turcæ teste GEUDEVILLE *Atl. hist. T. V. p. 118. Paon est un oiseau sacré parmi les Turcs aussi bien que la Vache, qu'il n'est pas jamais permis de tuer. Ces peuples regardent aussi les arbres comme un endroit sacré parceque Dieu à parlè au premier homme à l'ombre d'un arbre.* De Banianis orientalibus idem testatur PICART *des peupl. idol. T. II. p. 27. Ils mettent le visage du mourant sur le derriere d'une vache, levant la queue de l'animal & l'excitent à lacher son urine sur le visage du mourant.* Facit huc quod refert FRANCKIUS *in Continuat. der Berichte von den Königl. Dænischen Mission. in Ostindien:* quod Indi vaccas earumque simum sacro cultu prosequantur. Idem docet IVERSEN *L. IV. Itiner. orient. c. 13. p. 207.* asserens: *quod Indi* (pariter ac olim Vandali) *tauris loco dotium non solum utantur; sed & bovium & vaccarum* CONNUBIA *cum pompa adornent, signa & nomina genealogica illis tribuant cultumque exhibeant sacerrimum.* Similia fere de *Tauricis populis* ad Pontum Euxinum & de *Tauricæ Chersonesi incolis* recensuit BARTH *adversf. L. XVIII. p. 1331. sqq.* De institutis veterum Paganorum Germanorum vide Commentatores ad Articulum XIII. Paganiarum in Concilio Liptinensi prohibitarum qui agit *de auguriis avium vel equæ vel Boum stercore & sternutatione.*

Tauri sacri.

Vaccæ sacræ Ægyptiorum.

Turcarum.

Banianorum.

Indorum.

Tauricorum.

Amuleta taurina Ægyptiaca.

LXXI. AMULETA TAURINA *Ægyptiaca*, solem, lunam, terram significantia charactere Isiaco Ægyptiaco Tauri notata. Figuram *a.* explicuit KIRCHER *in Obelisci Ægyptiaci interpret. p. 46.* Figuram *b.* qua Apis seu Osiris in bovem mutatus cum brachio capreolum vitis tenente, & cum aquila & traha sacra, repræsentatur, idem descripsit *d. l. p. 33.* Adde aliam figuram bovis Ægyptiaci, floribus & aristis ornati, sagittario adstante apud PLUCH *Hist. Cæli P. I. p. 110. n. 3.* Figura *c.* desumta est ex Tabula Pompæ Isidis Romæ apud KIRCHERUM *in Oedipo Æg. p. 426.* MONTFAUCON *T. II. Tab. 115. p. 286.*

Isis, faciem Vaccæ referens.

LXXII. Isis VACCA, sphæram, & cornua tauri, solem & lunam capite gestans, cum ORO *filio* infante & juvene, qui cornu taurinum, quod aristis refertum est, sceptrumque tenet, cujus acumen ornatum est avis capite, quod PIGNORIUS Cucuphæ seu Upupæ, piæ in parentes avis, GOROPIUS alaudæ galeritæ, alii ciconiæ vel noctuæ, plures grypi, Osiridi sacri, esse statuunt. Ingenium RUDBECKII aquilam observat, militiæ symbolum; Suecice enim

enim *Orn* est aquila, ab *Oerlig*, bello, *Arnisk*, loreis ferreis *T. I. Atl. c. 9. p. 406.* Rectius forte Orus vel *auroræ* vel *anni* est symbolum, diciturque a Gothico *Oere*, *Aur*, anno, orbe. Plures apud Suevos & Francos inveniſſe ſibi viſi ſunt *Ori* & *Iſidis Ægyptiacæ* imagines, quarum nonnullas, *Emenheimenſes* & *Auguſtanas* præcipue, recenſuerunt Falckensteinius *in ant. Nordgav.* & Schneiderus *T. II. Lex. bibl. p. 822.* Ad Ciſæ tamen vel Diſæ ſimulachra cultumque facile referri poterunt hujus generis monumenta & nomina; niſi a Romanis illa dixeris invecta in uſum ſaltem Romanorum ibidem agentium. *Ori denominatio.*

LXXIII. Persarum *cultus* tauri & idolorum, quorum haud poſtremum eſt numen *Cynocephalum* Anubis (Ægyptiorum *Mercurius*, ſatelles Oſiridis & Iſidis) ad cujus dextram eſt Oſiridis ſeu Serapidis caput cum cornubus Jovis Hammonis, ad ſiniſtram caput Apidis tauri ap. Montfaucon *T. II. p. 402. Tab. 133.* *Perſarum taurina ſacra.*

LXXIV. Mithras *Perſarum*, Deus invictus in Græciam & Romanum imperium ſub Pompejo invectus, Solis ejusque curſus & operationum typus, præcipue ſub figura juvenis *taurum* jugulantis. Per tauri cornua *luna bicornis* intelligenda eſt, cui ſol dominatur, cornua tauri arripiens, ut potentiam in lunam & in aſtra oſtendat, fide *Claudiani* & *Lactatii*, Statii interpretis. Tauri corpus autem ſignificat *terram* quam ſol cultro ſeu radiis penetrat, ut illi fertilitatem indat ad animalia alenda, docente Montfaucon *c. l.* Varias Mithræ imagines explicatas vide apud Rudbeck *T. III. p. 51. 105. 107.* Montfaucon *T. I. p. 380. 382. 384.* ubi etiam Mithram ſub imagine mulieris alatæ, tauro inſiſtentis, exhibuit ex Muſeo Juſtinianeo. *Mithras Perſarum.*

LXXV. Toranga *ſeu* Torus Japonensium, qui Japoniam & Chinenſes, ope ſolius mallei vel haſtæ liberaſſe dicitur a tyranno. Sacrum ipſi fuit templum ſeu Pogada (*lit. a*) cujus tectum IV. tauris aureis ornatum conſpicitur. Præcipue ipſi dicatum fuit templum tauri ſacri, quod dicitur *Pagode du Taureau*, Templum tauri *h. l. l. b.* Utar in eo deſcribendo verbis Picart *T. II. p. 301: C'eſt cet œuf qu'il heurte avec ſes cornes, en le tenant avec ſes deux pieds. Le Taureau eſt ſur un morceau de roche, & l'œuf dans une eau enfermée dans un rocher creux. L'œuf repreſente le Cahos, & voici comment les Docteurs du Japon expliquent l'embleme. Le monde entier, au tems du Cahos, étoit enformé dans cet œuf, qui nageoit ſur la ſuperficie des eaux. La Lune, par la force de ſa lumiere, & par ſes influences, tira du fond de ces eaux une matiere terreſtre, qui ſe convertit inſenſiblement en rocher, & ce fut la que l'œuf s'arrêta. Le Taureau trouvant cet œuf, en rompit la coque à coups de cornes, & de cette coque ſortit le monde. Le ſouffle du Taureau produiſit l'homme. On pourroit concilier une partie de cette fable avec la verité en diſant, qu'une tradition éloignée avoit conſervé chez les Japonois l'idée de la Création de l'Univers, & que, trompés dans la ſuite du tems par l'equivoque d'un des noms du Taureau, qui, dans la langue Hébraique eſt donné auſſi à Dieu, ils avoient tranſporté à cet animal la création de l'Univers par l'Etre Supreme. A l'egard de l'œuf, les Egyptiens & les Indiens après eux, l'ont donné pour l'embleme de l'Univers. Les premiers, pour deſigner la création, repreſentoient un œuf, ſortant à moitié de la bouche de Dieu, & les ſeconds racontent, que Dieu, par le moien d'une ſarbacane ſoufla un œuf aſſés médiocre dans ſa naiſſance, mais qui fermenta bientot d'une telle force qu'il devint ce Monde, que nous voions aujourd'hui. C'eſt la tout ce qu'on peut dire de plus raiſonable & de plus précis ſur cette matiere, ſuſceptible de tant d'abſurdités, quand on la conſidere entre les mains des Nations idolatres.* Adde extremi orientis incolarum Japonenſium *idolum nuptiale*, quod forma & facie canina reſpondet Ægyptiorum Anubi, cujus cultus in Græciam, Romam & utrumque imperium, Orientale & Romanum delatus eſt. Conſpicitur illud idolum ſedens in Ara Templi coliturque ritu vario præcipue ſacrificio bigæ Taurorum. Picart *d. l. p. 337. 339.* Calvör *in Rituali Eccleſiaſtico L. I. c. 19. p. 85.* *Toranga, Torus Japonenſium.*

LXXVI. Ixora, *divinitas* indorum *orientalium*, de cujus mutationibus ſeu decem *incarnationibus* mira fabulantur. Prima ſecunda & decima ejus mutatio *h. l. lit. a. b. c.* convenit cum *Svantevito* ejusque *equi* miraculis. Reſpondet itidem his ſacris *Amidas*, idolum *Japonenſium* apud Picart *des peuples idolatres T. II. p. 298. Tab. 137.* Sexta incarnatio, quæ *vaccam*, collari ornatam, & cum furore ad *Templum Ixoræ* tendentem exhibet, in ceteris ubique cum Torango *idolo Japonenſium*, *haſta inſtructo*, conſonat. Picart *c. l. Tom. I. p. 178 Tab. 102.* Plurium idolorum orientalium aliorumque convenientia cum *ſeptentrionalibus* manifeſta eſt. Cum *Urano* enim, ſolis ſimulachro conſpirat Chinenſium idolum *Xexia* apud Picart *T. II des peupl. idol. p. 125.* Cum *Hertha*, *Cybele* & *Iſide* exacte conveniunt ornatiſſimæ deæ Puzzæ Chinenſis & Quanwonæ Japonenſium imagines & flores apud Geudeville *Atl. Hiſtor. T. V. f. 154.* & Picart *d. l. T. II. p. 218. & 311.* Thori & Thuistonis imagini reſpondet ſtatua Dei tutelaris *Ceylanenſium* ap. Picart *d. l. T. II. p. 136. Tab. 123.* Cum Basturcis, Pükis & Alvis congruit imago Giwon, *Chinenſium idoli domeſtici*, capite humano & cornubus taurinis ornati, in floribus conſedentis, qui præcipue infantibus & ægrotis inſervit *ap.* Picart *T. II. p. 312.* Cum Rugiovitho convenit Chi- *Ixora Indorum.* *Orientalium idolorum cum Septentrionalibus convenientia.* *Speciatim Xeniæ, Puzzæ, Quanwonæ, Giwoni.*

Canoni. Manipæ. nensium CANON, septem faciebus humanis in pectore ornatus, ut & MANIPA, speciatim idolum *Lassæ*, quod uno corpore & collo instructum, novem capita humana, tria coronata, cetera nuda exhibet. PICART *c. l. T. II. p. 300. 218.* HERMADULURII seu MERCURII convenientiam notabis in imagine *Mercurii Americani* & *Mexicani*, quem appellant *Quetzal-*
Quetzalcuati. *cuatum. Picart des peuples idol. T. I. p. 103.* De idolo Chinensium, tribus humanis capitibus ornato, TRIGLAWO haud dissimili vide *de* BRY *Ind. Or. Tab. XXVIII.*

LXXVII. ORACULUM ROTÆ PII IV. *Pontificis*, quod juncta refutatione prophetiæ S. Malachiæ de Pontificibus exhibuit PICART *dans les superstitions anciennes & modernes Vol. II. p. 24.* ubi etiam notatur ad a. 1191. *rus bovense, champ & la famille de Bovis*, cui natales debuit *Papa Coelestinus III.*

Abraxas Græcorum. LXXVIII. ABRAXEÆ, *gemmæ magicæ Græcorum, Persarum, Assyrum* per *Gallias, Hispaniam, Romam Italiamque* sparsæ per MARCUM, Basilidis Gnostici Sectatorem, *Abracadabræ* inventorem, nominibus angelorum, imaginibus serapidum, taurorum, scarabæorum, leonum, sphingarum, serpentum, gallorum, stellarum notatæ *b. l. sub n. 1. 2. 3.* de quibus vide MONTFAUCON *T. II. p. 178. 372. 376.* Refer has magicas imagines ad domesticum & annuum *Solis cultum*; quem ipsa vox *Abraxas*, si literas more Græcorum arithmetico numeraveris, indigitare videtur; continet enim dies 365. solis annum. Repetunt ab hoc cultu nomina locorum quorundam Græciæ & gentis Russiacæ *Apraxin.* Sub *n. 4.* vides NUMMUM *urbis Nissæ Asiæ*, quæ sibi delegit signum tauri sacri, a nudis pueris gestati. Sub *n. 5. 6.* conspectui subjiciuntur nummi Apolloniorum Græciæ;
Numismata Græca & Romana. quorum alios plures recensuit *Goltzius, Gesnerus in Nummis populor. & urb. Græcar. Tab. XI.* Idem *c. 1. Tab. XIII. n. 2.* exhibuit Assorum nummum, binis tauris notatum & n. 4. Atabiri Asiæ numisma, tauro Zodiaci & stella insignitum; quo etiam symbolo usi sunt *Attellani* & *Attudenses Græciæ*, hac distinctione, quod taurus humana facie formatus fuerit, ut *nummus (b. l. n. 7.) Neapolitanus* cum tauro, humano capite ornato a Victoria coronato. (8) Occurrit nummus *Gelæ* urbis Siciliæ cum minotauro; quod symbolum reperitur etiam in numis *Nolæ* & *Æserninorum.* Insignia urbis *Syracusæ* taurum & piscem; insulæ *Paron*, quæ caput habet Medusæ & in postica parte taurum vide *ap.* MONTFAUCON *d. l. T. III. p. 190.* (9) Taurus sacer Florentinus, cujus caput pendentibus insulis exornatum est eo modo, quo ad sacrificium parabatur, apud GORI *Mus. Florent. T. II. Tab. 95. n. 5.* (10) Corvus, Apollini sacer, insidens taurino capiti sacrificali *ap.* GORI *T. II. T. 93. n. 8.* (11) Imago Mithræ seu Solis & planetarum sub imagine Leonis, cujus ori caput tauri (simulachrum terræ) proximum est apud laudatissimum GORI *T. II. Tab. 78. n. 2. p. 125.* (12) Numus *Cl. Juliani* cum duabus stellis & Apidis typo. (13) Numus L. THORII *Balbi* cum tauro saliente; in altera facie est caput Junonis sospitæ. (14) Numus consularis cum sacro tauro & tutelari deo. (15) As Romanus cum bovis figura, duas uncias tenens, de quo PLINIUS: *Servius Tullius rex primus signavit bovem in ære; ex qua boum forma ortum nomen est pecuniæ signatæ nota pecudum.* (16) Symbolum Cascanti, Cæsareæ Augustæ, pluriumque urbium Hispaniæ, arator terram sulcans junctis bobus apud MONTFAUCON *T. III. p. 186.* (17. 18.) Numi Regum Syriæ apud SPANHEIM *T. I. p. 398.* VAILLANT *hist. R. S. p. 19.* GESNER *Tab. VIII. n. 13.* (19) Numus Pyrrhi Regis Siciliæ ex GOLTZII *Græcia T. V. 4.* Plures Siciliæ Regum nummos, tauro mansueto vel furiente vel bubulo insignitos, vide apud GESNER. *in Nummis Reg. Sic. Tab. V.* (20) Numus Phylemonis Regis Paphlagoniæ *ap.* FOESCHIUM *in Epist. ad Hollandium in* GRONOVII *Thes. ant. Græcar. T. IX. p. 1605.* (21) Numus Indutiomari cum inscriptione: *Germanus:* apud BEGER. *in Thes. Boruss. T. I. n. 309.* GESNERUM *in Nummis viror. illustrium T. III.* ubi etiam *n. 7.* Hectoris nummum ac symbolum, Taurum cum circulo, exhibuit. (22) Numus Amphilochorum Græciæ ap. GOLTZIUM *d. l. IV. n. 7.* Alios, tauro furiente & mansueto insignitos, vide apud GESNERUM *d. l. Tab. IX. n. 20. & 22.* (23) Numus Andriorum Græcorum ap. SPANHEIM *d. l. 1. 209.* (24) Numus Epirotarum Græciæ apud BEGERUM *d. l. T. I. 463. n. 7.* Cui adde symbola & numos *Beroiæ Græcorum* apud GESNERUM *d. l. Tab. XIV. n. 26. Gortiniorum* apud SPANHEIM *ad Callim. p. 481. Dyrrachæorum* cum num. *5. b. l.* convenientium, apud GESNERUM *Tab. XIX. num. 8. 10. 12. 13. 14.* usque ad *num. 30. Eretriensium ib.* Tab. XXI. *n. 3. & 4.* (25) Numus *Zenoniæ Dyrrachenorum* apud BEGERUM *d. l. T. I. p. 460.* In aliis eorum numis loco avis seu aquilæ occurrunt rami duo florentes, victoria coronans, caput galeatum, ulula, corona florifera, gallus. (26) Deliorum apud GESNERUM *d. l. Tab. XVIII. n. 18.* in cujus altera parte apparet caput, radiis seu acuminibus circumdatum. In nummis populorum Delphorum, Macrocephalorum, Velitensium & Eybæorum occurrit caput taurinum rectum, ut WERLENSE *antiquum, ap.* GESNERUM *d. l. Tab. XVIII. n. 12. Tab. XXI. n. 29. 32. Tab. XLI. n. 14.* (27) Nummus Thurinorum apud GOLZIUM *in Num. Sicil. Tab. XIX. n. 8.* Plures Nummos THURINORUM & THURIORUM *ib. Tab. 24. 25. 26. 27. 33. Icariorum, Istiæorum, Coelinorum, Calenorum, Cappadocum, Corcyræ, Larisæorum, Leucadiorum, Magnesiorum, Macedonum, Mamertinorum, Massilienssium, Melitopolensium, Neapolitarum, Nolanorum, Thuginensium, Pariorum, Pellæ urbis, Possidoniorum, Pyliorum, Puteolorum, Scryphiorum, Sibaritarum, Hyrianorum, Phæstiorum* aliorumque Græciæ populorum, tauri imagine vel ejus capite insignitos vide apud GESNERUM *in Nummism. Græc. T. 24.-33. 37. 42. 53. 71.-84.* Ex consulum imperatorum & familiarum *Romanorum* nummis, qui tauris signati sunt, tres & viginti præcipuos notavit GOLZIUS *in Fastis & Triumphis Romanorum.*

Sovetaurilia Trajani. LXXIX. SVOVETAURILIA TRAJANI *Imperatoris* seu sacrificia Marti ad lustrandos agros, exercitus, urbes, oblata a Trajano, nudo capite celebrata, quorum Victimæ erant *verres* medio corpore

pore lauri ramo præcinctus, *aries* & *taurus*, a pueris lauri coronam gestantibus adductæ, præcedentibus tibicinibus & vexilleferis, quorum signum præcipue erat Romana aquila, fulmina unguibus tenens. SPONIUS *Miscell. p. 310.* MONTEFALCONIUS *T. II. p. 190. Tab. XXI. LXXXII.*

LXXX. DETESTATIO SACRORUM ROMANORUM seu consecratio adhibitis testibus rite facta, cujus exemplum habes in sacrificio TAURI, quod *a* MARCO AURELIO *Imp.* ob victorias a MARCOMANNIS, SARMATIS & VANDALIS reportatas ante templum Jovis celebratum fuit, quod anaglyphum hodieque Romæ visitur in Capitolio, ita quidem ut Victimarius lauro coronatus ad zonam usque nudus, dextra taurum, sinistra securim teneat in *mallei* modum concinnatam; a latere autem Imperatoris compareant Sacerdos salius & ministri, inque templi fastigio quadrigæ triumphales pugnaque cum leonibus & Tauro, docente MONTFAUCON *T. II. Suppl. Tab. XX. p. 68.* SCHWARTZ *in exercit. de detestatione Sacror. Rom. §. 16. 17.* *Consecratio seu detestatio Romanorum.*

LXXXI. FORTUNA *Dea Romanorum*, quæ Isidis Ægyptiæ cornua, solem, lunam bicornem, caput flore loti ornatum, cornu copiæ spicis onustum, & pharetram exacte refert in *monumentis & nummis apud* BEGERUM *in Thes. Brand.* MONTEFALCONIUM *d. l. T. I. p. 309. 312.* Plura hujus & *Isidis, Anubis, Apidis, Osiridis* simulachra reperiuntur in *Hispania*, quæ abundat præcipue *Ægyptiorum* amuletis & *Septentrionalium imaginibus taurinis*, quas forte Vandalis & Gothis, Hispaniarum occupatoribus, acceptas referunt. Apud Indos orientales Numen *Fortunæ & Immortalitatis*, orbem pectore gestans, a latere habet cervum vel rangiferum, aliquando etiam gruem & vaccam, docente *de* BRY *in Ind. Orient.* & PICART *dans les Cout. des peuples idolatres T. II. p. 219.* Imago Fortunæ Deæ, quam a *Gottingensibus* prope oppidulum *Hardessen* olim cultam contendit SAGITTARIUS *in antiquit. gentilismi Thuringici L. III. c. 10. §. 4. p. 166.* sine dubio vel ad *Disæ*, Isidis Vandalicæ, vel ad *Dzivoniæ* Venedorum deæ similitudinem expressa fuit. *Fortuna dea Romanorum, Isidis simulachrum. Hispanorum. Indorum.*

LXXXII. ARCUS & POMPA ROMANA TITI VESPASIANI *triumphalis*, in qua conspiciuntur tauri albi, floribus & infulis ornati a Victimariis adducti; apud SANDRART *T. I. Tab. XIV.* MONTFAUCON *T. IV. p. 162.* Inter trophæa & in pompis & columnis triumphorum *Jul. Cæsaris, Antonini, Theodosii, Pauli Æmilii, Heliogabali, Camilli* notabis capita taurorum, boves instrumentis militaribus onustos, cornua taurina deaurata, tauros laurea victoriæ ornatos. In clypeo *Imp. Constantini* occurrit bos, & supra illum gryphus. In arcu *Septimii Severi* Romæ prope S. Georgium conspicitur Taurus sacer, ad sacrificium rite ductus, caput tauri immolati cum ornatibus. *Pompa triumphalis Vespasiani.*

LXXXIII. *Imago* HARPOCRATIS, Dei taciturnitatis in statua *Claudii* conspicua cum bovis capite sine lingua, cujus varias imagines descripsit & explicuit CUPERUS *in explicatione figuræ Harpocratis, solis imaginis.* Plures ejus Icones conveniunt cum *Angerona & Lollio.* Vide *d. l. p. 118. sqq.* *Imago Harpocratis.*

LXXXIV. Græcorum PANUS *cornutus*, Bacchum hirco vectum, aliquando gryphum & taurum ducens; a quo *Panopolin*, Ægypti urbem & HISPANIAM vocatam fuisse contendunt, MONTFAUCON *T. I. Tab. XXIV.* *Panus Græcorum.*

LXXXV. IMAGINES TAURINÆ *Nympharum & Sacerdotum Bacchantium* seu *Mænadum & Thyjadum*, speciatim *Olympiæ*, Alexandri matris, apud MONTFAUCON *T. I. p. 254. sqq. Tab. 164.* ut & imago primi Regis Syriorum, Alexandri Ducis, SELEUCI, aliorumque *ap.* SANDRART *Vol. II. P. III. p. 60. sqq.* Adde SPONIUM *Itiner. T. II. p. 176.* ibique delineationem *Turris Neptuni*, quæ tauri imagine connotata est. *Imagines Nymparum.*

LXXXVI. GEMMÆ MEDICEÆ, *numismata, lapides, marmora*, quibus inciſæ sunt imagines *taurinæ*, Jovis Hammonis, Europæ, Agononis filiæ, Bacchi & Tauri in festo Ταυροχολια a mulieribus invocati, gladiatoris bustuarii cum tauro ante sepulchrum dimicantis, Tauri ante ædiculam numinis procumbentis, aliæque plures apud *V. cl.* GORI *in Museo Florent. T. I. T. LIV. n. 7. 8. LVII. n. 123. p. 166. sqq. Tom. II. Tab. 73. p. 120. Tab. 75. n. 5. p. 122. Tab. 76. n. 1. 2. 5. Tab. 78. n. 2. sqq. Tab. 95. n. 4. 6. p. 151.* VAILLANT *in nummis gentis Livinitiæ n. 7.* MAFFEJUM *in gemmis antiquis P. III. Tab. 87. p. 160.* *Gemmæ Medicææ taurinæ imaginis.*

LXXXVII. Explicatio Tauri capitis in sepulchro *Childerici* Francorum Regis reperti apud P. DANIEL *in Hist. Franc.* *Sepulchrum Childerici.*

LXXXVIII. Statuæ & Imagines taurinæ *M. Antonii*, Osiridis imitatoris, *Dirces, Zethi & Amphionis* ap. SANDRART *d. l.* *Statuæ taurinæ.*

LXXXIX. Æneum simulachrum TAURI in foro boario *Romæ* a TACITO observatum *ann. XII. 24.*

XC. Lex Numæ Pompilii de terminis agrorum servandis, bovi sacro nuncupatis. PLUTARCHUS *Quæst. Rom. p. 211.* *Lex Numæ.*

XCI Descriptio fluviorum tauriformium Poo & NILI præcipue, quæ sub figura Tauri mugientis & impetuosi adumbrantur. *Imagines fluviorum.*

XCII. *Nummi* Regis LYSIMACHI, DEMETRII ap. SELDENUM *de Diis Syris Synt. II. c. 2. p. 293.* *Nummi Syri.*

XCIII. Publica ceremonia Romanorum in condendis urbibus, per conjunctionem tauri & vaccæ exposita, docente HEINECCIO *in antiquit. Rom. Jur. II. Tit. I. §. 6.* *Solemnitas Romanorum in condendis urbibus.*

XCIV. Figuræ taurinæ *Priapi, Lucinæ, Proserpinæ, Hecates, Berecinthiæ* (Gothis BEREKYNDÆ, montium matris, *Beregydiæ*, montium deæ) *Iridis, Bubonæ, ursæ septentrionalis*, Svecis *Karlwagen*, cujus rotæ IV. stellis majoribus notantur. *Figuræ variæ taurinæ idolorum.*

XCV. Sacer & civilis ludus, qui a tauris appellatur, *les combats des taureaux, les jeux du peuple de Venise* apud GEUDEVILLE *diss. de la Republ. de Venise T. III. p. 160. sqq.* & ZWINGERUM *in Theatro Vitæ hum.* ubi & *T. V. f. 2941.* recensuit fata Tauri ferrei *Perilli* & *Phalaridis*, a Cartaginensibus in bello adhibiti. *Ludus taurinus.*

XCVI. Monumenta & nummi *Jovis*, arieti insidentis cum symbolo Serapidis, aquilum a dextro *Nummi Jovis.*

tro latere, a sinistro hastam tenentis; supra caput ejus *sol* equorum quadrigis, *luna crescens* bigis taurorum ducitur, additis *XII. Signis Zodiaci* apud MONTFAUCON *T. I. Tab. XX.* qui etiam Jovis, taurum seu Europam rapientis figuras explicuit *p. 52.* Refer huc achatem lapidem, ab autoribus *Commentarior. Acad. Paris.* laudatum, in quo Jupiter nudus pallium humeris gestans, erecto brachio, ante arborem fulmen tenet, Minerva casside munita & vestibus solitis induta est; ad pedes Jovis capra, ad pedes Minervæ serpens & infra taurus & leo conspiciuntur; quam imaginem laudati autores explicant de cultu bovis, Jovis & Minervæ apud *Athenienses*. Inscriptionem enim lapidis Hebraicam ex *Geneseos Capite III. 6.* repetitam facile dixeris supposititiam.

Cleobis Sacra. XCVII. CLEOBIS & JUNONIS SOSPITÆ *Sacra*, a bovis oculis, *Boopis* appellatæ; quæ in nummis Romanis, speciatim consularibus & familiæ THORIÆ dicitur *magna regina*, formam *Tauri* referens, qui symbolum fuit gentis *Thoriæ* apud BEGERUM *d. l.*

Minotaurus Dædalus. XCVIII. *Imago* MINOTAURI DÆDALI ejusque & pulcherrimi Tauri, Neptuno consecrati, apud Cretenses cultus varie explicatur a MAFFEJO *d. l.*

Sacrificia taurina. XCIX. SACRIFICIA *taurina* apud *Romanos*, nummis & monumentis, sub tauri sacri, vel bygæ boum & victimariorum imaginibus, variis ritibus & figuris expressa, speciatim AUGUSTI, *Victoris* PERSARUM *A. U. C. 996. Christi 243.* COMMODI *Imperatoris*, præcipue TRAJANI pro felici navigatione Neptuno offerentis taurum humi prostratum a victimariis & adstantibus, supplices manus tauro imponentibus; aliaque *Ephesiæ*, *Pergami* celebrata apud MONTF. *T. II. Tab. 38. 76.* & FABRETUM *in Col. Traj. p. 169.*

Apotheosis Homeri. C. APOTHEOSIS HOMERI, marmori Romano insculpta, adstantibus in Olympo Musis & plaudentibus comitibus celebrata per Tauri sacrificium. Quam imaginem post *Kircherum*, *Spanhemium* & *Schottum* explicuit GISBERTUS CUPERUS *in Apotheosi seu consecratione Homeri ed. Amstel. a. 1683.*

Vasa Hetrusca. CI. VASA & *pocula* HETRUSCA ad similitudinem *capitis tauri* efformata a *Plinio* laudata; ut & *Calpurniæ Nomeæ* laudatissima urna sepulchralis, cui insculptæ sunt figuræ Serapidis & tauri cubantis, cujus dorso aquila insidet; ut plures taceam ejusmodi lampades victoriarum & sepulchrorum, urnas, lucernas, gryphis, leonibus, minotauris, tauri capitibus, sæpe forte ex ingenio artificum & impostorum ornatas. Horum enim argutiæ antiquitatum pertinacissimis cultoribus, qui in explicandis annosis & rugosis figuris oleum operamque perdentes consenescunt, facile palpum obtrudunt, ut, qui corbiger vel metallurgus est, Isidis sacerdotem, quæ nubis, Junonem, quæ rana est, Dianam laudent explicate ac severius interpretentur.

Cornu Cimbricum Tunderense. CII. *Cornu* TUNDERENSE *aureum* a. 1639. repertum, a nonnullis *Luyhorn* seu *Giallarhorn*, a clangore & tinnitu appellatum, quod h. l. delineatum est *Tab. N.* Occurrunt 1. Cultus serpentum. 2. Pica Thori seu Thorus in Picam mutatus, dorso piscis insistens ut dominium in mare ostendat. 3. Picollo susurrans, magus. 4. Mannatyrus. 5 Picollo divinator cum equo magico. 6. Trutnigus, Danice Drottingus, druidis ad sacrificandum accinctus. 7. Druidis, divinator sacer, corvum Othino immolandum trucidans. 8 Nicca sylvestris. 9. Druidis sacrificulus vel cornu sacro signum edens. 10. Druida *Hollga*, immolans Thoro sanguinem humanum. 11. Minotaurus. 12. Fauni, sylvani. 13. Trutingus victimarius, mactans canes, verres Thoro sacros. 14. Scaldi, magi divinatores ex aqua, cribro, speculo, vitro, vulgo *Crystallenseher*. 15. Oraculum Thori, Lapponicis & Cimbricis Thori imaginibus, supra descriptis, congruum. Aliis tamen videtur monstrum, vel suspensum caput immolati hominis vel animalis. 16. Simulachra mortis & resurrectionis.

Cornu Cimbricum Gallhusanum. CIII. *Cornu aureum* GALLHUSANUM sæpius supra laudatum, prope Mühl Tonderam erutum a. 1734. cujus inscriptio Gotho Runica ab ANONYMO *Sveco* latine reddita est: *Ex Norvagia eo tempore, quando Lymæ conventus tenebatur.* Rectius omnino interprete GRAUERO, Danice: *Mögel Toinerns Helligdomshorn at blæsi udi*: Germanice: *Mubltonnerns Helligdomshorn in to pipen, oder, die Stunden anzuzeigen.* Æri incisum vides illud *b. l.* Tabula *O.* Occurrit 1. Imago Thori cum verribus sacris cervoque sacro Julio, stellis fastis, cuneis fulminis. 2. Othinus armatus, circumdatus stellis fastis & infastis, pisce & verribus, quibus innuit præsidium belli terra marique. 3. Truttingus, immolanda animalia percutiens. Aliis videtur deus venatorius & militaris, a Wickingris Islandis, militibus, piratis cultus, Simulachrum Holleri. 4. Simulachrum Friggæ seu Freæ, Disæ, Odini conjugis in vaccam mutatæ, imago terræ & generationis. 5. Pica Thori. 6. Sacra serpentum, numinum domesticorum, Othini Simulachra. 7. Nornerus triceps, duobus astris infelicis ominis & Thori fulmine, tribus stellis fastis, binis stellis Thori seu cuneis fulguris, tribus verribus sacris cinctus, dextra malleum tenens, sinistra caprum ducens, Thoro sacrum. 8. Equus Othini biceps, vel simulachrum præteritorum & futurorum; aliis Portentum Naturæ, divinationis argumentum. 9. Drutniga septentrionalis seu Druidis *Holga*, Othino cultum exhibens mactatione pueri. 10. Druidis divinator, insidens equo divinatorio, solis & lunæ figuris notato. 11. Taurus sacer & selectus magnis cornubus præditus, immolandus Thoro ipsis Calendis Martii & mense Nov. docentibus fastis Runicis. 12. Anchora sacra, linguæ serpentis numinis tutelaris septentrionalium imposita, mense Novembri culta a nautis & piratis Islandis *Wikkingris*, Danice *Witbingis*, Saxonice *Askemannis*, vulgo *Eschemannen*, rectius ab *Aske*, navigio appellatis. 13. Minotaurus, gemina Juvenis & Tauri imago, præsidium & Tutamen Pecoris. 14. Druidis ex equo, piscibus lupo, sue, verribus, Thoro & Othino sacris, divinans. Thori astris & fulminibus circumdatus. 15. Bini Corvi Othini, auguriis inservientes. 16. Druidis, vulgo appellatus *Spake*, sapiens, magus, *Scaldus*, Orator & Vates, sinistro pedi insistens divinando 17. Drottingus funebris, cremans mortuos & sacrificulus. 18. Druidis, sacrificia Thori & Othini jaculans, immolans, divinator ex intestinis. 19. Ritus sacrificii exenterati, suspensio cutis & capitum animalium immolatorum in sylva ad altas arbores, in cultum & sacrificium idolorum.

ARGUMENTA

Tab. N. ad Præfat. Tom. I.



Tab. N. ad Præfat. Tom. IV. pag. 246.




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. O. ad Præfat.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. O. ad Præfat. Tom IV. pag. 246.

CORNU CIMBRICUM GALLHUSANUM.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



ARGVMENTA PRÆFATIONIS.

I. De originibus præſtationum Majalium Hamburgenſium & Martinalium Lubecenſium in Aulis Ducum Cimbricorum & Megapolenſium conjecturæ duodecim p. 2 - 178
II. De originibus inſignium Ducum Megapolenſium fide Diplomatum & Sigillorum p. 179 - 187
III. De indole & abrogatione juris Hollici in Holſatia Seculo XV. p. 188 - 194
IV. Recenſio præcipuorum Scriptorum & Monumentorum, quæ hoc tomo continentur p. 195 - 199
V. Obſervationes de Taurolatria orbis arctoi præcipue Cimbrico Gothici, Vandalici, Norvagici, Saxonici, Friſici & Slavici, quibus hiſtoria idololatriæ gentium borealium curatius exponitur & novis acceſſionibus illuſtratur p. 200. ſqq.

ORDO TABVLARVM ÆNEARVM AD PRÆFATIONEM TOM. IV.

Tab. A. Solennitates Martinalium Lubecenſium Sverini & Segebergæ p. 4
Tab. B. Solennia Majalia Hamburgenſia, Gottorpiæ, Kiliæ, Segebergæ celebrata p. 7
Tab. C. & D. Monumenta & Sigilla, quibus *Urticæ folia*, Inſignia Holſatica, illuſtrantur p. 160
I. Inſigne Adolphi IV. Comitis an. 1261. cui adde formam & figuras lapidis ſepulchralis ejusdem Comitis delineatam *b. l. Tab. 30. num. 12.*
II. Inſigne civitatis Kilienſ. lapidi inſculptum in muro curiæ verſus Orientem Sec. XIII.
III. Inſignia Comitum, lapidi ſupra portam templi cathedr. Hamb. inſculpta.
IV. Inſignia alia ibidem.
V. Novem Inſignia Comitum ſupra Altare templi ejusdem & ad portam Millerthor.
VI. Inſignia Comitum an. 1399. in aula Schaumburgica; quibus adde reliquias Monumentorum Schaumburgenſium Hamburgi ſervatorum, quorum delineationem vide *b. l. Tab. 30. n. 6. 7. 8. 9. 10.*
VII. Inſigne Urticæ in aula regia ſeu Molari.
VIII. IX. Inſignia ſubſelliis templi S. Mariæ Magdalenæ Hamburgi inſculpta.
X. XI. Inſignia alia ibidem.
XII. XIII. Inſignia inſculpta olim columnis binis verſus aream mercatorum.
XIV. Inſignia Portis Kilienſium inſculpta.
XV. Inſignia ſupra introitum Curiæ Kilienſis lapidi inciſa.
XVI. Inſignia Hamburgenſium in templo Bordesholmenſi feneſtræ inuſta an. 1509.
XVII. Sigillum Civitatis Borg an. 1290.
XVIII. S. Hinrici Comitis a. 1303.
XIX. S. Officiolatus curiæ Hildesemenſis a. 1319.
XX. S. Gerhardi Comitis a. 1311. 1321.
XXI. S. Comitis Gerhardi a. 1337.
XXII. S. Johannis Comitis a. 1344. XXIII. S. Hinrici Comitis a. 1357.
XXIV. S. Hinrici ferrei a. 1374. XXV. S. Ottonis Comitis a. 1374.
XXVI. Comitis Chriſtiani in Oldenborch a. 1383.
XXVII. Nicolai Comitis a. 1397.
XXVIII. Gerhardi Ducis Sleſv. a. 1398.
XXIX. S. Oppidi Kilonens. a. 1400.
XXX. S. Burgenſium in Hamborg a. 1405.
XXXI. Hinrici Comitis an. 1415.
XXXII. Chriſtiani I. Regis Dan domus Oldenburgicæ a. 1450.
XXXIII. Erneſti Epiſcopi Hildeſienſ. a. 1416.
XXXIV. Chriſtiani I. Regis Dan. a. 1464. 1470. XXXV. Johannis Regis Dan. a. 1483.
XXXVI. Parochiæ Gremtze a. 1427. XXXVII. Johannis R. Dan. 1489.
XXXVIII. Civium de Oldesloe a. 1499. XXXIX. Villanorum in Neumünſter a. 1501.
XL. Burgenſium de Oldenborch a. 1504. XLI. Friderici Regis Dan. 1506.
XLII. Oppidi Kilonenſis a. 1507. XLIII. Friderici Regis Dan. a. 1579.
XLIV. Inſigne Urticæ ex armis & vexillis Ducum Johannis ſen. & junioris ac Adolphi Holſ. in ſolenni actu inveſtituræ Odenſeæ an. 1580.
XLV. Civium de Rendsborch a. 1580. XLVI. Præfecturæ Neomonaſterii a. 1600.
XLVII. Præfecturæ Reinbeck a. 1603. XLVIII. Civitatis Itzehoæ an. 1603.
XLIX. Præfecturæ Oldenburgenſis a. e. L. Secretum civit. Hamburgi 1604.
LI. Oppidi Oitini an. 1605. LII. Oppidi Oldesloæ a. 1605.
Tab. E. Taurolatria orbis arctoi, præcipue Vandalorum, Gothorum, Norvagorum, Cimbrorum, Friſiorum, Saxonum, Slavorum p. 199
I. Genſerici Vandali Icon.
II. Tauri ſacri imago ex templo antiquo Sveciæ & faſtis Runicis.
III. Imagines Tauri ſacri Fioniæ, Bataviæ, Daliæ, Helvetiæ, Weſtphaliæ, Luſatiæ.
IV. Tauri navigium & ſacra ex tympano magico Lapponum, comparata cum Sacris Ægypt. Iſidis.
V. Nummi Gothici & Cimbrici figura tauri inſigniti; Imago Thori Vichelenſis & Minotauri Cimbrici Taurique Trigarani n. 1 - 7.
VI. Imago Anthyrii Ducis Alexandri M. primi Regis Megapolenſis & Icon ejus navigii & vexilli.
VII. Numi Alexandri M. cum bucephalo, tauro & aquila n. 1 - 11.
VIII. Uranus, ſimulachrum Solis Gothorum. IX. Jutrebochus Slavorum.
X. Moena & Nehalenia, Noomoenia ſeptentrionalis.

Tab.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. F. XI. Thuiſco, cum ſacro Viſco querno Druidum & Bardarum. pag. 192
XII. Othinus ſeptentrionalis ex cornu Gallhuſano Tunderenſi.
XIII. Ara Othini in ſylva Wide prope Wedel & Oitinum culti.
XIV. Wodanus & Frea, a Cimbris in Anglia delata numina.
XV. Thronus Freæ & Othini cum aquila.
XVI. Thorus Cimbricus & Triga Deorum Svecicorum.
XVII. Frea, Thorus & Wodan apud Cimbros. XVIII. Ara III. Idolorum Selandiæ.
XIX. Ara & imago Thori in campo Kylienſi; Icon Cernunni; Imagines Thori Lapponum Sveonum Jumalæ, Ajekæ, Thoronis, Wirckuacchæ & Storjunckare.
Tab. G. XX. Ara Deorum prope Bülck. p. 199.
XXI. Aræ III. Deorum prope Dingſtedt Oldenburgici Comitatus, quæ ſacræ dicuntur Irmentulæ, Jodutæ & Crodoni. Accedunt lampades & Monumentum Quartioniæ Florentinæ a. - c.
XXIII. Hollerus Norvagorum.
XXIV. Fro. Mithotin & Vagnof, Othini Comites.
XXV. Narnerus triceps.
XXVI. Heimdalurius Gothicus ſeu Merkursmadurus.
XXVII. Krutzmannus Saxo, Herkullerus Svecus & Maguſanus ſeu Teutonicus.
XXVIII. Niordus, Noccus Norwagicus, Cimbricus. XXIX. Diſa Gothorum.
Tab. H. XXX. Hertha Heligolandiæ & Rugiæ curru binis vaccis junctis vecta. p. 199
XXXI. Ara Werthæ Albersdorfi Ditmarſorum.
XXXII. Herta Lapponica, Svecica, Ruſſica, Cimbrica ævi antiquiſſimi, comparata cum Diana Epheſia a. b. c. d. Cybele Syriaca e. f.
XXXIII. Tres Mairæ ſeu Auriniæ ſeptentrionales.
XXXIV. Foſta & Weda Heligolandiæ Imagines Foſtoburgi, Præfecti Jord Nielſen. Accedit Icon Idoli Sancti Giede præfationi inſerta.
XXXV. Radegaſtus Megapol. Vandal. Baldurus hyperboreus; Luariſcus ſeu Roſwoditius Venedor.
XXXVI. Roſwoditius ſeu Radegaſtus Slavorum Maravorum & Orientalium.
XXXVII. Statua Tauri ſeu Radegaſti Carniolæ & Tauriſciæ.
XXXVIII. Parcunus Parchimenſium.
XXXIX. Picollo, Percunus, Protrimpus Boruſſorum, cum inſignibus Waidewuti.
Tab. I. XL Sacra quercus Romoviana tribus diis conſecrata. p. 192
XLI. Prono Oldenburgi & Pronſtorpii.
XLII. Prono Brunenſis. XLIII. Siwa Megapolenſis.
XLIV. Kroſopani ſeu Dziva Slavorum Moravorum.
XLV. Ciza Venedorum.
XLVI. Slola Baba Ruſſor. comparata cum Iſide & Oro Ægyptiorum *a.* ac Quonina Chinenſium *b.*
XLVII Podaga ſeu Pagoda Floenenſis, addditis figuris (a. b. c.) Pagodarum Orientalium *d.* Pagoda Ramenſis; *e.* Chinæ; *f.* Kiwaſæ Virginienſium.
Tab. K. XLVIII. Picollo Cimbricus. p. 199.
XLIX. Puckius Suerin. comparatus cum Picollo, Diis Cabiris; Baxturcis *a.* Boxitio *b.* Henilo *c.* Lollio *d.*
L. Vitzliputzli Doberanenſis, comparatus cum Idolis ejusdem nominis Mexicano, Americano.
LI. Puſcetus & Zuttiberus. LII. Pilvitus, Pergrubius, Auſchweitus.
LIII. Flins Holſatiæ. LIV. Flins Lipſienſis & Miſnicus.
LV. Flins Slavicus & Gorlicenſis. LVI. Buſterichus, Zernebogus, Tybilenus Thuringor.
Tab. L. LVII. Zwickius Slavorum comparatus cum Büſtero & Quiocco Virginiæ & Floridæ, Deo venti & ignis, cum cervo, ſolis ſacrificio, & Mago Americanorum. p. 192.
LVIII. Perdoytus Slavorum ejusque cum Quiocco convenientia.
LIX. Curchus. LX. Svantevitus Rugiæ.
LXI. Svantevitus Stetinenſis. LXII. Svantiboldus vel Svethibocus Caſſubiorum.
LXIII. Triglow Brandenburgicus. LXIV. Witislaus Welehradenſis.
LXV. Rabal Röbelenſis. LXVI. Rugevithus.
LXVII. Porevithus. LXVIII. Templum Iſidis.
LXIX. Taurus Ægyptiacus.
Tab. M. LXX. Iſis lactans bovem, cujus dorſo inſidet accipiter vel aquila. p. 199
LXXI. Amuleta & Sacra Ægyptiaca tauri & aquilæ a. b. c.
LXXII. Iſis Vacca, ſphæram geſtans cum Oro filio; ejusque & Hertæ convenientia cum Puzza Chinenſium ejusque filio.
LXXIII. Perſarum taurolatria & cultus Deorum, præcipue Anubis a cujus lateribus ſunt Serapis & Apidis Tauri caput.
LXXIV. Mithras Perſarum.
LXXV. Toranga ſeu Torus Japonenſium cum templo *a.* & Pagoda Tauri *b.*
LXXVI. Ixora Orientalium Indarum cum Svantevito comparatus.
LXXVII. Oraculum rotæ Pii IV.
LXXVIII. Abraxes magicæ Perſarum, Græcorum, Hiſpanorum 1. 2. 3 Nummi Græci & Romani taurini 4 - 27.
LXXIX. Svovetaurilia Trajani. LXXX. Romanorum Deteſtatio ſacrificii Tauri.
Tab. N. Cornu aureum Cimbricum Tunderenſe an. 1639. repertum prope Tunderam. p. 246
Tab. O. Cornu aureum Cimbricum Gallhuſanum erutum prope Mültonderam ex agro prædii Gallhuſi an. 1734. p. 246.

CONTENTA

CONTENTA
TOMI QUARTI ET ULTIMI
Monumentorum ineditorum Rerum German. Domini de Weſtphalen.

I. *M. Bernhardi Latomi*, Wiſmarienſis Megapolitani, GENEALO-CHRONICON MEGAPOLITANUM, omnis ævi, Hiſtoriam Regni, Dynaſtiæ, Ducatus & Principatus Mecklenburgici continens. *Das iſt: Eine hiſtoriſche Beſchreibung nicht allein der Stamm-Bæume oder Blutverwandniſſen aller Mecklenburgiſchen Könige, Hertzogen, Fürſten und Herren, auch Frauen und Fræulein binnen Landes; Sondern auch aller Schwiegerſchafften der Römiſchen Kayſer, Kœnige, Chur- und Fürſten, Grafen und Herren mit den Mecklenburgiſchen Königen und Fürſten, nebſt allen denckwürdigen bey eines jeglichen Königs und Fürſtens Lebens- oder Regierungs-Zeit in allen Provincien dieſes Landes vorgelauffenen und beydes in gedruckten und geſchriebenen Hiſtorien und Gerichts-Büchern aufgezeichneten Geſchichten, auf chronologiſche Art, nach den Jahren der Welt-Schöpffung, der Geburth Chriſti, der Rœmiſchen Kayſer und eines jeden Mecklenburgiſchen Kœnigs, Fürſten und Herrn Regierung, mit allem Fleiß zuſammen getragen, Anno MDCX.* Ex Autographo Archivi Ducalis Sverinenſis a JOH. CHRISTIANO BESELINIO, Conſiliario intimo deſcriptum Anno MDCXCIV. Summariis nunc inſtructum. Accedunt Imagines præcipuorum Regum ac Ducum Megapolenſium, ex antiquiſſimis Picturis & Codice membranaceo Tabularii Suerinenſis. pag. 1

II. Ejusdem *Latomi* HISTORIA EPISCOPIÆ MEGAPOLENSIS ſeu SVERINENSIS. *Das iſt: Des Genealo-Chronici Megapolenſis Zugabe oder Vierter Theil von denen Mecklenburgiſchen oder Schweriniſchen Biſchœffen verfaſſet An.* 1610. p. 531

III. *Erneſti de Kirchberg* Equitis Megapolitani, CHRONICON MECKLENBURGICUM Anno 1378. rhitmice ſcriptum, e Codice membranaceo eoque autographo, quem inter cimelia adſervat Archivum Ducale Sverinenſe. p. 594

IV. CHRONICON COENOBII RIBENICENSIS Ordinis St. Claræ, ab Anno 1206. uſque ad Annum 1540. autore Fratre Franciſcano *Lamberto Schlaggert*, Sundenſi, ex autographo. p. 841

V. DIPLOMATARIUM MECKLENBURGICUM MISCELLUM, ex authenticis Membranis & Chartis deſcriptum e B. *Georgii Weſtphalii* Paſt. primar. Eccleſiæ Cathedralis Sverinenſis collectione Corporis diplomatici Mecklenburgici ſelectum, continens Chartas ineditas adhuc ab An. 1171. uſque ad An. 1710. in uſum ac ſupplementum Antiquitatum, Hiſtoriarum, Juriumque Megapolenſium Eccleſiaſticorum, Civilium & Territorialium. Accedunt I. Inſignia & Sigilla Regum & Ducum Megapolenſium, fide Mareſchalci, Münſteri, Kirchbergii, Picturarum Doberanenſium, præcipue Diplomatum delineata. II. Delineatio & recenſio Sigillorum, quæ Diplomatibus Mecklenburgicis adpendent Principum variorum, Comitum Sverinenſium, Danneburgenſium aliorumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Epiſcoporum, Nobilium, Miniſterialium & Civitatum. p. 888

VI. SELECTA LITERARIA ex Epiſtolis autographis quas ſervat Archivum Ducale Sverinenſe, e collectione B. *Georgii Weſtphalii*. p. 1262

VII. M. THO-

VII. M. THOMÆ BRODERI BIRCHERODII Profeſſoris quondam in Gymnaſio Othinenſi TAURUS SACER, ſeu Cultus & Idololatriæ Tauri apud plures Gentes, præcipue Ægyptios, Phœnices, Græcos, Romanos, Sinenſes, Indos, Septentrionales Populos, ſpeciatim antiquos Gothos & Cimbros Hiſtoria, ex Autographo. p. 1340

tia ricus leo Magnopolenſis dux ſenex, duxit uxorem terciam Dominam *Agnetam* relictam Wislai principis Rüanorum filiam Güntheri comi-
e. tis de *Lindow*, cui dedit in dotalitium civitatem Sterneberch ad vitam. Eodem anno idem dux intra bona contulit monaſterio ambo molendina in Ribbenitz ut patet in preſenti littera: *Vniverſis & ſingulis ad quos preſens perve-*
fa- *nerit ſalutem in domino & geſte rei agnoſcere veritatem. Vt in monaſterio ſororum Ordinis S. Clare, quod in area curie noſtre in Ribbenitz noviter Deo favente fundavimus, tanto ſolempnior officii divini frequencia iugiter perſeveret, quanto plures ibidem perſone iuxta ſuarum copiam, facultatem poterunt altiſſimo famulari: Nos proinde eiusdem monaſterii cupientes augere pro viribus facultates, qvemadmodum nuper eidem donavimus & condotavimus omnem terram Zwant, Woſtrow, villam* Deerhagen *cum ſua curia nec non & nemus quod dicitur* Müritz; *ita nunc donamus & condotamus monaſterio memorato Amborum molendmorum, que in* Ribbenitz *aquarum decurſu moventur, redditus, qui ad octoginta avenatici & ordeacei braſei equalis menſure tremodia extenduntur ad piſcaturam, cum omni iure & proprietate ac quolibet fructu tantaque plenitudine libertatis, prout a nobis & noſtris predeceſſoribus antiquis ſunt poſſeſſi, ita quod non ſolum de illis reditibus nullas omnino* PRECARIAS, TALLIAS *aut cuiuscunque generis* SERVICIA *nobis noſtrisve heredibus, advocatis ſeu officialibus idem monaſterium exhibere tenebitur, nec in piſcina admittere quicpiam ad piſcandum; Verum etiam cum per noctes &c. Datum in novo Brandenborch anno 1328. in die ſancte Lucie Virginis.* Eodem tempore antiqvus hoſtis animarum ſaluti invidens, ſemen invidie heu prog dolor! in cordibus diſperſit plurimorum, ſic quod iam non eſſet a maiori usque ad minorem, qui locum predictum & Dei oblatum ceſſaret impugnare, a ſanctuario Deo incipiens currere per ordinem moleſtias, dampna, gravamina & perturbationes innumeras, loco ſepe dicto irrogatas Epiſcopus namque Suerinenſis dominus *Johannes Gans* nomine, & rector Eccleſiæ *Dominus Wernerus Axcow* nobilis genere, ea que primo licentiaverant, negare & inficere ſtuduerunt ex inſtinctu canonicorum ſuorum aliorumque hominum malignorum. Et locum de ſua licencia pro clauſtro diſpoſitum dedicare recuſarunt, cum tamen humiliter & devote a patre fratre Theodorico viſitatus fuerat & rogatus. Frater ille Theodoricus procurator loci predicti audiens epiſcopum Zwerinenſem omnino involuntarium ad conſecrandam eccleſiam, cepit laborare in curia Romana ut auctoritate apoſtolica conſecraret prefatam eccleſiam pro ſororibus in *Ribbenitz* iam edificatam & conſtructam, ac eccleſiam eiusdem oppidi Ribbenitz monaſterio Ribbenitz incorporare, & defectus, ſi qui eſſent, ſupplere pro utilitate monaſterii. Dominus autem Epiſcopus Zwerinenſis ſepedictus, mox ut audivit loci confirmationem, eccleſie ſororum conſecrationem ac eccleſie parochialis incorporationem a ſummo pontifice ſibi delegatam, ducentas marcas denariorum Lubecenſium exegit, ut delegationem ſibi factam exequtioni debite demandaret, quod iam dictus frater Theodoricus dicti loci proviſor audiens, iterato epiſcopum omnino eſſe refractarium ad mandatum apoſtolicum exequendum, ſicut prius iterum cepit laborare in curia Romana, ut ea que commiſſa eſſent epiſcopo Zwerinenſi, denuo Domino Lubecenſi per dominum papam Johannem 22. committerentur, quod & factum fuit. Lübecenſis epiſcopus intelligens confirmacionem clauſtri & eccleſie incorporationem ſibi factam, cum nobili ſolempnitate in preſencia multorum canonicorum, clericorum, religioſorum, civitatis Lubecenſis, literas apoſtolicas recepit & ad exequenda omnia ſe optulit, ſed minime adimplevit propter inſtanciam Clericorum. Frater Theodoricus predictus proviſor clauſtri videns *tantam eſſe maliciam in Clericis*, cenſuit magis modicam pati iacturam in temporalibus, quam ledi in ſpiritualibus & ſalutem negligere animarum, de inductione & perſuaſione domi-

Epiſcopus Suerin. recuſat conſecrationem Monaſterii.

Pontificis mandatum ad Epiſcop. Zwer.

& Lubecenſem.

ni Lubecenſis iam dicti, ut omnia pacifice & amore tranquillo bono fine terminarentur, domino Zwerinenſi ſepedicto permiſit & perſolvit centum & ſexaginta marcas monete Lubicenſis pro *conſecratione eccleſie*. Et ſic idem dominus Zwerinenſis aſſeruit & promiſit omnia ſibi mandata per papam, de loci conſecratione & eccleſie parochialis incorporatione & defectuum ſupplecione nec non eccleſie ſororum conſecratione animo benevolo ſe velle adimplere. Qvod canonici ſui intelligentes, eo animo venerunt ad epiſcopum, quod pecuniam, quam proviſor clauſtri frater Theodoricus Epiſcopo permiſerat, ipſi vellent epiſcopo de illa ſatisfacere ita tamen, quod clauſtro predicto predicta non impenderet, ſed magis pro viribus impediret, cum hec multum ſerioſe acceptaret epiſcopus ait: iam me dicto proviſori obligavi, quod die a ſe adſignata locum conſecrare volo, & ſic canonici confuſi abceſſerunt. A. 1329. dominus Henricus Leo Magnopolenſis cuius iam appropinquabant noviſſima tempora, ubi ſenſit ſe vergere ad mortem, ut omnia vite tempora fortiter ac ſtrenue peregit, volebat ultima non negligere. Vocatis igitur *proximis* & *conſiliariis* nec non *primoribus terre ſue* in Sterneberch, ibidem ordinavit teſtamentum & ultimam voluntatem ſuam, inſtituens conſiliarios ſuos *tutores* ſuorum filiorum, videlicet domini *Alberti* & domini *Johannis*, & filie ſue *Domine Beatricis* Deo maximo dedicate ad monaſterium in Ribbenitz, dans que prefato monaſterio partem ſilve *Merice* uſque ad rivum, & molendina & loca piſculenta circum circa, theloneum in *Ribbenitz* ac predia ad ſufficientiam, prout in ſuis litteris deſuper confectis & ſigillatis plenius continetur in hunc tenorem: *Himricus* D. G. Magnopol. Stargard. & Roſtoch. Dominus univerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes pervenerint ſalutem & diligenter attendere infra ſcripta. Conſtitutus olim in ultimis Honeſtus miles & ſtrenuus *Detlevus Lupus*, bone Memorie, ducentas Marcas Lubicenſium Denariorum *Monaſterio Dominarum Ordinis ſancte Clare in Ribnitz conſtruendo* rationabiliter aſſignavit, quas eidem Militi ſolvere tenebamur. Nos itaque præfato Monaſterio, ut tenemur, ſatisfacere de premiſſo Legato volentes, eidem damus & preſentium Auctoritate conferimus ſpatium, quod inter *Nemus Civitatis* Ribenitz & *Müritz* ipſi Monaſterio dudum collatum, ſitum eſt, nec non & Pratum juxta Pontem qui vulgariter dicitur *Cobrügge* ſitum, quod olim ſpectabat *ad noſtram Curiam in Ribenitze*, *unde adhuc Hovewiſch communiter appellatur* cum omni Jure, Proprietate & fructu perpetuo, utraque tempore poſſidenda. In cuius Rei Evidenciam ſigillo noſtro preſentes fecimus communiri. Teſtes ſunt *Thidericus Clawe*, *Eghardus Hardenacke* Milites, DNUS Rutgherus Plebanus Eccleſie beate marie in Rozſtoc, *Conradus Peen*, *Hermannus de Helpede* famuli & alii fide digni. Datum *Sterneberg* Ao. Dni MCCCXXIX. in Die Sanctorum Martirum Fabiani & Sebaſtiani. Inſuper idem Dominus Henricus commiſit patri fratri *Theodorico*, confeſſori ſuo qvem prefecerat in proviſorem monaſterii, ut una cum ſuis conſiliariis & tutoribus ſuorum heredum preeſſet ita prenominato clauſtro in edificiis erigendis & conſummandis ac ſororibus & fratribus futuris, ſicut Deo omnipotenti redderet inde racionem, quod fideliter promiſerant cum iuramento ſe facturos. Eod. a. in die Agnetis virginis & martyris hora quinta ſicut Domino Deo placuit, idem dux Henricus Leo Magnopolenſis debitum humane condicionis exſolvit & ſepultus in *Dobberan*. Conſules Ribbenicenſes audientes mortem domini ſui, gaviſi ſunt, dicentes: iam patroni monaſterii in Chriſto defuncti ſunt & heredes ac filii minorennes & impuberes ſunt, qui patrum ſuorum propoſitum ad effectum minime perducere poſſunt. Quare moti invidia paucis diebus interpoſitis nocturno ſilencio in *carniſprivio*, per ſatellites dyaboli ducis Kameras privatas ultra murum de mandato domini Henrici Leonis & de eorum conſenſu edificatas confregerunt & ad civitatis foſſam deiecerunt. Et hoc faciendo, pauperculum locum ad centum marcas dampnaverunt; quare intra ſepta loci predicti aliæ cameræ cum labore multo & expenſis reedificate fuerunt, & pro tunc aliud non reſtabat, niſi habere pacienciam, cum patroni loci eſſent de medio ſublati, heredesque impuberes & tenelli. Tunc diabolus inſidiator omnis boni valde iterum diſperſit ſemen ſuum in omnes ſuos ſic, quod epiſcopus cum canonicis ymo & cum omnibus clericis *milites terre*, & non ſolum conſules opidi Ribbenicenſis ſed eciam aliarum civitatum circumiacentium, pauperem locum invidioſe nimis perſequebantur, ſuper omnes autem tunc rector eccleſie Ribbenitz *Wernerus de Axcow*, qui non ſolum ſummopere ſtuduit ledere locum in bonis principalibus, ſed eciam procuratorem & proviſorem fratrem Theodoricum prefati loci fama laudabili privare & dehoneſtare. Compulit eciam idem Wernerus per ſe & amicos ſuosque militares per importunitates locum predictum, dare ſibi XL. marcarum denariorum Roſtochienſium, pro eo quod deſiſterent a gravaminibus loci, ſed minime ſervavit fidem, quam promiſit. Rumor huiusmodi pervenit ad aures illorum nobilium, quibus conceſſum fuit negocium & cura huius loci a Domino Henrico Magnopolenſi, qui habito conſilio cum patre, fratre Theodorico procuratori dixerunt ad conſulatum & ad alios proſecutores ut deſiſterent ab incepto, & ſervarent promiſſa iuxta tenorem literarum domini Henrici Leonis defuncti, quod ſi non facerent, totam familiam & vitam eorum inde ob hanc cauſam conſumerent & exponerent.

Conſecrationis taxa.

1329. Henricus Leo condit teſtamentum.

Ejus donationes.

Obitus.

turbæ exortæ in tempore quadrageſ.

Wernerus Axcow in dias ſtruit monaſterii

DE intronizationis obprobrio.

Quid plura? aucta fuit inſuper pauperum fratrum tribulacio, qui locum ad ſororum diſponebat introitum, conſules vero opidi predicti fratres forenſes ab opido excluſerunt, ymo patrem fratrem *Vernerum de Ribbenitz* & fratrem *Theodoricum* tunc cuſtodem Lübecenſem & procuratorem loci ac alios fratres ſimplices undecunque veniebant, pro intronizationis & ordinis honore opidum intrare non ſinebant. Ad ultimum vero propter placita habita fratres intrare permiſerunt, a quibus mox exegerunt magna

magna & ordini preiudicialia & eccleſiaſtice libertati contraria, ſicut patet in litera, quam per nimiam importunitatem a domino patre noſtro & cuſtode extorſerunt. Dicebant enim & in die palmarum de facto oſtendebant, quod nunquam ſorores opidum eorum intrare permitterent, niſi miniſter & cuſtos literas ſuas ipſis darent, que articulos infra ſcriptos continerent, videlicet de concuſſione kamerarum, quod nunquam controverſiam in iudicio moverent; Item quod per teſtamentum loco, vel perſonis loci, legata non valerent, *niſi* HÆREDES *conſentirent & aliqui de conſulatu eſſent preſentes*, quod manifeſte eſt contra eccleſiaſticam *libertatem*. Item ſi aliqua hereditas vel agri clauſtro legarentur, intra quartam partem anni vendi deberent, item quod bona in eorum LUBICENSI JURE comparare non deberent, it. ſi aliqui de familia clauſtri in eodem opido Ribbenitz offenderentur, a conſulibus primo deberent petere iudicium. Hec gravamina & alia monita conſulum ex eorum ore per eorum notarium dictata & conſcripta fuerunt. In fine litterarum ſic fuit appoſitum, quod ſi ipſis litera predicta ſervaretur, ipſi vellent & deberent clauſtrum in omnibus ſuis iuſtis cauſis & negotiis promovere, quod minime ſervarunt, ut patebit in ſequentibus. Hanc literam miniſter & cuſtos compulſi ſunt ſigillare per excluſionem ſuorum fratrum & ſororum advenientium ut introniſarentur cum honore debito eccleſie.

De adventu ſororum ordinis ſancte Clare & introniſatione earum.

An. 1329. in die palmarum ſummo mane religioſe ſorores quatuor, ordinis ſancte Clare virginis, electe de monaſterio *Wincenboli* cuſtodis Lybcenſis proceſſerunt ad patrem miniſtrum & ſorores prefati loci, quarum nomina ſunt hec, ſoror ducis Mechtildis de *Stendalia*, ſoror Eliſabet de *Stendalia*, eius conſanguinea, ſoror Catharina de *Buſſem*, ſoror Clara de *Budeſſen*, ambo uterine. Et venerunt cum fratribus, qui ipſas adduxerant & cum aliis nobilibus & honeſtis perſonis, qui cauſa devocionis cum ſororibus ſe illuc recipiebant, ſtabantque ante fores civitatis, que de mandato conſulum clauſe erant, nec intrare permittebantur donec ipſe miniſter & cuſtos ſe iterum obligarent de novo, quod loco abbatiſſe permitterent etiam apponi ſigillum conventus & officii, hac de cauſa miniſter & cuſtos literam tam nequiter dictatam & conſcriptam ac iam ſigillo ſuo ſigillatam iterum promiſit conſulatui, vi compulſus, ut domina Abbatiſſa apponeret ſigillum officii & conventus ſuo nomine. Nec adhuc malicia eorum convertebatur. Fecerunt igitur vocari rectorem eccleſie dominum Wernerum de Axcow capellanosque ſuos & alios Clericos civitatis predicte in maius preiudicium clauſtri, & in eorum preſencia literam iam ſigillatam patris, miniſtri & cuſtodis legi ad maius teſtimonium omnium promiſſorum, ne tolleretur memoria in poſterum. Poſt predicta autem conſules una cum reverendo patre, miniſtro & cuſtode ac aliis fratribus & clericis de conſiſtorio deſcenderunt & ad fores civitatis acceſſerunt, quas aperiri fecerunt videntibus multis tam ab intra quam ab extra. Ibidem reverendus pater, miniſter, cum patre cuſtode ſorores prefatas humiliter & charitative ſuſceperunt & dimiſerunt usque ad introniſationem. Hora vero nona introniſate ſunt ſancte moniales quatuor prenominate cum maxima ſolempnitate ad eccleſiam iſtam nondum conſecratam. In quibus erat illa nobilis plantula & Deo iam oblata domina Beatrix, exiſtens annorum quinque, filia domini Henrici Leonis Magnopolenſis & Anne conthoralis, quam de preſentis ſeculi naufragio altiſſimus evocavit, antequam ſorores locum eis oblatum & edificatum inhabitarent. Domina Beatrix in preſencia matris, nobilium matronarum & virginum ac duorum Alberti & Johannis fratrum ac uterini eiusdem Beatricis cum pallio altaris veſtita ac Deo conſecrata fuit per Reverendum patrem miniſtrum provincie *Saxonie*. Eodem tempore accidit una dierum, quod dominus *Johannes Gans* tunc eccleſie Zwerinenſis epiſcopus in negociis ſuis iret & Ribbenitz appropinquaret; hoc conſules intelligentes, eſtimabant, quod locum ſororum conſecrare vellet, quare ipſum a civitate excluſerunt cum ſuis, quousque ipſos certificaret, quod locum ſororum pro tunc minime conſecraret. Et ſic primo epiſcopum intrare civitatem permiſerunt. O quanta macula honoris affecti ſunt fidefragi conſules huius civitatis. A. 1330. Dominica ſeptuageſima, qua cantatur: *circumdederunt*, Dominus *Johannes Gans* epiſcopus Zwerinenſis venit Ribbenitz ad locum ſororum, ſicut iam promiſerat cuſtodi, conſecrandum, ut populus iam undique confluxiſſet; conſules vero memorati ac fidefragi cum maxima importunitate & iracundia ſe epiſcopo opponebant, dicentes, quod non permitterent ipſum conſecrare eccleſiam, niſi prius litteram a miniſtro & cuſtode datam & ſigillatam, ipſe ſua litera confirmaret. Epiſcopus vero literam, ſic ut ſuper tam nequiter dictatam & extortam, confirmare noluit, ſed preparamenta induit, ſeque ante altare in ſua ſede collocavit, conſules autem videntes Epiſcopum velle in conſecratione eccleſie procedere, cum impetu & furore epiſcopo dixerunt, quod nullo modo deberet conſecrare ipſam eccleſiam, niſi ipſe literam ex parte monaſterii ipſis datam primo confirmaret. Quibus epiſcopus provocatus reſpondit: Niſi me interficiatis, ego ſecundum mandatum a domino papa mihi datum, locum iſtum, Dei gratia opitulante conſecrabo. Hec audiens frater Theodoricus cuſtos Lubicenſis & procurator loci predicti ac proviſor, timuit de confuſione notabili & dampno, acceſſit vero vocatus ad conſules, cum ſtarent in quadam interlocutoria, dixit conſulibus: vos eſtis homines mirabiles, non attendentes & cogitantes dampnum irreparabile & confuſionem maximam vobis diminuere, quod poteſtis precavere modica pecunia. Hoc conſules audientes cuſtodi fratri Theodorico dixerunt, quod ipſe laboraret ex parte eorum erga epiſcopum: Et cuſtos ait: Si vultis habere literam confirmationis ab epiſcopo, detis ſibi pecuniam modicam. Conſules autem hoc audien-

1330. *Epiſcopi Suerinenſ. diſceptatio cum conſulibus.*

tes custodi dixerunt, ut ipse investigaret in quo episcopus vellet contentari, & sic custos Lübecensis placitando ordinavit, quod consules episcopo dederunt 10. marcas denariorum rostochiensium pro vino, & sic a disturbio consules quieverunt.

Consecratio ecclesiæ & monasterii.

De consecratione ecclesie & chori.

Post hec ipso die ut supra & eodem anno dictus episcopus Zwerinensis confirmavit chorum & ecclesiam sororum in Ribbenitz in honorem *sancte crucis, Apostolorum Petri & Pauli, Wibadis* & omnium angelorum sanctorum, thronorum, regum, & sancte *Katherine* virginis ac martiris. Prima consecrationis dies translata est in dominicam proximam post Octavas Apostolorum Petri & Pauli. Consecravit ecclesiam ibidem, cimiteria in claustro & omne monasterium in ambitu fratrum. Sequenti die consules obtinuerunt literam confirmacionis ab episcopo super literam datam ipsis a ministro & custode, quamvis de iure dare non posset, sicut dixit *Albertus de Brunswick* prothonotarius episcopi & quod nil valeret sua confirmacio. Et sic modico tempore consules a persecutione fratrum & sororum in aprico quieverunt, in occulto tamen minime persequi hostes desistebant. Nota quod anno domini 1329. post intronisationem sororum & domine Beatricis vestitionem in presencia reverendi patris ministri & custodis sepedicti, electa est in Abbatissam huius monasterii soror *Mechtildis de Stendalia* una ex quatuor illis primariis lapidibus spiritualibus huius monasterii, que erat religiosa & timens Deum & nobilis genere fulsitque tempore vite sue variis virtutibus. Sub cuius regimine sorores nulla habebant solida edificia, sed que habebant ruinam minabantur; insuper quidam ex consulibus sepe habebant varias comminaciones dicendo, ad hoc monasterium rufus gallus transvolabit h. e. per ignem peribit claustrum; Propter hec predicta scilicet edificiorum ruinam & incendium, Domina Abbatissa Mechtildis de consilio suorum sororum & reverendi patris custodis Lubecensis, provisoris loci, libens edificasset de lateribus, sed pro tunc habere nequiverunt cementum & lateres. 1331. A. 1331. Episcopus Sverinensis Johannes Gans, pro festo circumcisionis Domini, dederat literas exhortationis plenas, quod monasterium in Ribenitz ipsi subsit ea lege qua alia ipsius dioecesis monasteria potestati ordinariæ sunt subjecta, ita quod in ipso salva ipsi & Ecclesie Swerinensi remaneant jura que Swerinensis Ecclesie Episcopo & capitulo in aliis monasteriis seu conventualibus Ecclesiis Swerinens. dioc. de jure omni privilegio vel consuetudine competunt vel competere poterunt in futurum salvis tamen privilegiis generalibus ordini & personis sancte Clare concessis, preterea quascunque possessiones quecunque bona monasterio in Ribbenitz in presenti juste & canonice possidendum aut in futurum concessione Pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci firma sint & illibata permaneant, decernens igitur ut nulli omnino homini perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere imminuere aut aliquibus vexationibus fatigare liceat sed omnia integra conserventur abbatisse & conventui & eorum pro quorum gubernacione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, ita ut si futurum ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis paginam sciens contravenire attemptaverit secundo terciove commonita, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit, excommunicationis sententiam ipso facto incidat sanctissimoque corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat; Sed hec narrabantur surdis. Cum enim jam pro nova structura fidelis procurator loci frater *Theodoricus* sepedictus lateres fecerat adduci, de circumiacentibus civitatibus iam emptos, & venissent ad portam civitatis huius; consules nondum saciati invidia prohibuerunt ut ipsi ianitores non permitterent lapides introduci, & hoc à cunctis advenientibus visum est, quod lateres ante portam civitatis ultra dimidium anni iacuerunt, de quibus plures ablati fuerunt & pauper locus dampnificatus & structura impedita fuit. A. 1332. consules opidi Ribenitz ceperunt multis gravaminibus gravare locum & personas loci, tam ad intra quam extra perturbare, qui singulis quasi diebus visitarunt domos civium, persuadentes ipsis, ne se cum monachis curie occuparent & monasterium visitarent, nec non apud eos eligerent sepulturam, quod tamen est contra ecclesiasticam libertatem. Accidit una dierum quod filius Gherardi sartoris civis Ribbenicensis, qui in monasterio iam filiam suam habebat, eligeret sepeliri apud sorores in ecclesia, sed consules intelligentes, campanas maiores ecclesie ipsi pro sepultura pulsari prohibebant, ut sic alios a sepultura claustri amoverent; factum etiam, dum funus deberet sepeliri, ullus audebat portare feretrum propter timorem consulum & exactionem pecunie. Deo freti de curia susceperunt funus de parochiali ecclesia & sepeliverunt loco supradicto. Sed nullus audebat de civitate funus sequi, nec ipse pater, quia duo consules scilicet *Conradus de Buckenhagen* & *Volckmarus de molendino* receperunt se in via, per quam funus deportari debuit ad claustrum, ad videndum qui homines ad funus tumulandum sequerentur. Insuper miserunt famulum suum Bernardum ad ecclesiam sororum, ut ibi consideraret videretque offerentes & ipsis nuntiaret. Ecce quanta malicia erat heu in cristianis hominibus! Eodem tempore prefati consules Ribbenicenses prohibuerunt operariis qui quamvis aliis pro precio laborarent querentes victum & amictum, ne in claustro vel in curia laborarent. Item predictus Volckmarus de molendino consul ex tempore consulatus prohibuit piscatoribus, ne fratribus aut sororibus pisces vel venderent, vel mutuarent. Hac de causa homines simplices propter timorem consulum non audebant frequentare divina in ecclesia sororum. A. 1334. ceperunt consules sepedicti pauperem locum & loci personas gravissimis & iniquissimis iterum gravaminibus persequi, hanc ob causam quia dux *Henricus Leo* Magnopolensis loci fundator dederat proprie-

Prima abbatissa Mechtildis de Stendalia.

1332

1334

proprietatem reddituum in molendinis in Ribbenitz, hac condicione adiecta, quod ipsos reditus clausstrum redimeret pro mille marcis Rostochiensium denariorum a Bernardo Kopman & fratribus suis civibus in Rostoch, à quibus frater Theodoricus procurator loci propter mortem domini Henrici Magnopolensis non pro mille, sed pro mille & sexcentis redemit & reemit. Et quia in litera consulibus data à ministro & custode predicto contra continebatur, quod non deberent bona pro clausstro *in eorum Lubicensi iure* comparari, & dixerunt, quod custos redimendo reditus molendinorum feciſſet contra literam à ministro, Abbate & à se ipso datam, non advertentes quod reditus molendinorum nunquam erant in eorum iure Lubecensi, sed dominorum Magnopolensium. Item non animadverterant, quod dicti redditus erant clausstro dati in prima fundacione, à domino Henrico Magnopolensi, dummodo redimerentur, & erant dati antequam aliqua litera eis daretur. Licet & in ipsa litera dicatur non de bonis comparatis, sed de comparandis in futurum, si litera eis data, esset alicuius efficacie, quod minime credo. Eod. a. religiosa & nobilis domina soror *Mechtildis de Stendal* prima Abbatissa huius Monasterii in domino obdormivit 6to die Septembris cuius anima requiescat in pace sancta Amen. In vigilia nativitatis Marie electa est soror *Katherina de Budessin* in Abbatissam sororum monasterii Ribnicensis, una de quatuor primis introductis. Domina & soror Beata illo tempore adhuc existens iuvencula & sub cura sue sororis Elisabet de Stendalia in brevi omnia didicit in legendo, cantando, sollemnizando, que ei necessaria erant iuxta ordinis modum & bonam consuetudinem, quia bona in domino erat. Insuper veniens ad conventum de schola pro anno probacionis didicit & humilitatem, que precipue castitatis decor & custos est, regulam dive Clare virginis, quam proponebat, diligenti oculo aspexit, opere complevit diligenti. Silentium insuper tenuit strictius, quia divina consolatio sepe per multiloquium denegatur, verba cuiuslibet dictionis dissolutionis aut inhonesta abhorrebat, attendens quia corrumpunt bonos mores colloquia mala & de non necessarie, quod loquuti fuerant homines, reddent rationem in die iudicii secundum sententiam salvatoris. Sub regimine vero huius Abbatisse, videlicet sororis Katherine de Budessin iterum consules ceperunt gravare locum multis gravaminibus & personas loci. Nam miserant ad civitates maritimas scilicet *Lübeck, Hamburg, Wismar, Rostock, Sundium & Gripeswold* literas infamatorias infamando reverendum patrem fratrem Wernerum tunc ministrum, & fratrem Theodoricum de Studitz custodem Lubeccensem, quasi litteras suas non servarent, que omnia falsa sunt. Consules predicti compulerunt clausstrum, quod ipsis dare oportebat theloneum, quod ad minus annatim solvebant, septem marcas denariorum. Etiam quinque marcas reditus, sitos in mansis Hermanni Albi & Benekenhagen consulum reliquit conventus vi, quos personarum clausstri commodo repetere non deberet. Hos quinque marcarum redditus Hermannus Albus & Nicolaus Lukow injuste iam per plures annos contra Deum & iustitiam retinuerunt. Cum clausstrum iam dictum theloneum & redditus prefatos consulibus vi compulsum reliquisset, sicut in primo introitu sororum, cum darentur eis terre clausstro preiudiciales, ipsi consules promiserunt, clausstrum velle promovere, sed erant in dolo, quia contrarium fecerunt, sicut patet in pecoribus in Derhagen, ubi pastores sepe male tractaverunt, non permiserunt equos eciam curie pervenire ad pascua & ad prata, ad que ire ab antiquo consveverunt. Eciam subditos à piscatura sororum prohibuerunt, que omnino libera sunt ab antiquo, sicut constat omnibus incolis terre. A. 1334. dux Albertus filius Domini Henrici Leonis Magnopolensis regnare cepit in *paterna hereditate*, quo tempore eciam omnia castra & advocatie territorii impignorata essent *nobilibus* terre sue. Erat hic prudens & cautus, Leone patre suo multo eciam callidior, qui procerum latrocinia exosus ignibus & predationibus se vastancium mox temeritatem compescuit. Comprehensa vero quadam in itinere ave & a se nudata ostensaque primoribus implume, quaesivit, vivere ne ita posset? quibus negantibus, ita inquit, nec nos nisi reddantur nobis castra & advocatie terrarum & alia que occupantur. A. 1336. Dux Albertus senior filius Henrici Leonis qui tam corporis proceritate, quam morum praestantia ante omnes ceteros & consanguineos excellens, divisa cum fratre suo Johanne paterna hereditate, de consilio *suorum* duxit uxorem dominam *Eupheniam* sorem Magni regis *Zwecie*, que nuptie in *Rostoch* concelebrate sunt; de qua genuit tres filios, scilicet *Himricum*, qui postea factus est pater domine *Ingelborgis* Abbatisse, *Albertum* qui factus est rex Svecie, & *Magnum*. Etiam genuit duas filias scilicet *Ingelborgem*, que nupsit Ottoni Marchioni Brandenburgensi, filio Ludovici Imperatoris, & *Annam* que nupsit Adolpho comiti *Holtzacie*. A. 1338. Sepedictus custos & provisor monasterii à quatuor fratribus uterinis Henrico, Zoghebando, Nicolao & Ottone dictis *Thun* mansos comparavit in *Dalemisse*, mansum pro 170. marc. rostoch. denariorum. Hoc consules Ribbenitz oppidi intelligentes custodi prefato & monasterio suo modo se opposuerunt, & in preiudicium edificiorum eiusdem clausstri paxillos fixerunt in communi via, per quam lateres cum currubus solebant deportari, & multis modis per se & alios laboraverunt apud predictos *nobiles Thun*, quod venditionem rescindissent & a clausstro subtraxissent mansos, cum bene situati sunt civitati, & consules iam ante ad decem annos pro leviori precio habuissent. Predicti vero nobiles Thun, sicut ipsos decuit, sic verba sua ad effectum perduxerunt & clausstro mansos iam dictos monasterio reliquerunt & sigillis suis propriis vendicionem mansorum confirmarunt. Ex hoc non modicum iterum consules offensi, illos de Thun & alios qui empcionem ordinaverunt exosos habuere. Item consules ex vindicta fecerunt publicari edictum, ne quis fimum de civitate duceret ad agros non pertinentes ad civitatem, & ne aliquis emeret vel condu-

1334. *Albertus, filius Henrici, regnant.*

1336. *Ejus prærogativæ.*

Coniugium Rostochii celebratum.

Filii.

Filiæ.

1338. *Nobiles Thun vendunt Dalemisse.*

conduceret agros a clauſtro, & ſic in omnibus in quibus moleſtiam inferre poterant cum ſumma diligentia perfecerunt. A. 1339. cum per mortem unius domine, que Spreterske vocabatur, duodecim marcarum reditus, ſecundum *ritum terre*, clauſtro cederent quod conſules voluiſſent habuiſſe pro vicaria ad S. Georgium, frater Theodoricus de Studitz ſe oppoſuit & a Dno. *Alberto Magnopolenſi* obtinuit, quod ſententiam ſecundum JUS TERRE ſuper caſu premiſſo MILITIBUS *ſuis* ferendam commiſit. Qui cum ſententionarent pro monaſterio, de novo ceperunt conſules furere & verba dura fratribus dare & comminaciones grandes intentare, & dure ceperunt loqui civibus, qui adſcenderant conſiſtorium in preſencia rectoris eccleſie Domini Werneri Axcow, in hoc vero dominus paſtor & omnes hic congregati in unum: Si amiciciam conſulatus volueritis habere, nolite vobis occupare cum placitis monachorum, quod eciam fecerunt. Conſules receperunt ſe ad preſenciam *Domini Alberti* & in conſpectu ipſius & preſencia conſiliariorum infamarunt monaſterium & fratres curie, dicentes vellent deſtruere bonam civitatem Ribbenitz ipſi domino. Item homines civitatis tam cives quam civiſſe videntes indignacionem conſulum adverſus clauſtrum, non audebant converſari cum fratribus. Omnia teſtamenta ſororibus legata impediverunt & ſimiliter ſepulturam. Hoſpitibus quoque venientibus ad eorum hoſpicia, intra mala de clauſtro & fratribus dixerunt, que coram Deo erant pura mendacia & confícta cetera. Eod. tempore accidit, quod una ſervicialis & tum fantaſtica furtive & clam receſſit a ſororibus, que tamen diutius ad ſerviendum habuit; quam ſtatim unus ex conſulibus nomine *Redinck Sclabrugge* duxit ad curiam fratris ſui in *Popendorf*, & ibidem eam tenuit per octo dies, ſcrutatus callide ab ea, quid monachi & ſorores in monaſterio agerent in malum & confuſionem ordinis, & ſic quaſi ex ore eius ſeminavit per omnes terras mendacia, etiam que ipſa non dixerat. Eandem feminam fecit deduci uſque ad *novum monaſterium*, ut commodius ibidem monaſterium Ribbenitz & clauſtri perſonas amplius poſſet infamare, & famam earundem ſororum denigrare. Conſules de civitate viſitabant predictam apoſtatam ſigillatim ad inveſtigandum occulta ordinis, ut inde haberent occaſionem ſorores & fratres per amplius invidioſe diffamare apud quoscunque. Inter cetera dixit prefata apoſtata mendaciter, primo, quod tres ſorores in clauſtro eſſent impregnate, ſecundo quod tres ſorores apoſtataſſent, tercio, quod plures incarcerate eſſent ſorores, quarto quod domina Abbatiſſa ſingulis quaſi diebus preciperet ſingulis ſororibus, quod omni die orarent pro deſtructione civitatis & morte rectoris Eccleſie parochialis. Eciam Conſules de invidia & rancore pleni una cum aliis ſibi adherentibus ſorores & fratres infamarunt. Perſvaſerunt etiam omnibus ſub obtentu favorum conſulum, & prohibuerunt, ne aliquis viſitaret eccleſiam ſororum vel eligeret ſepulcrum, aut daret teſtamentum; Ob id nullus auſus erat legare vel dare aliquam eleemoſynam tempore mortis, vitabanturque fratres in divinis & in aliis familiaritatibus ſicut homines in anathemate. Et quod maius eſt, inquietabantur ſorores religioſe ac Deo ſolum viventes per vigiles civitatis noctis tempore canticis inhoneſtis & clamoribus, concuſſionibus cum baculis, & cornibus ſuffiando per vicos & plateas, & venientes ad clauſtrum multipliciter ſorores inquietabant & moleſtabant ſine omni reverencia, nec non pepercerunt Domine Beate Domicelle, ſed habuerunt eam ac ſi eſſet minima ancilla alicuius domus. Plura cum propugnacula ſunt & fuerunt circa aream ſororum, in nullo locabantur vigiles civitatis, niſi in illo, qui eſt directiſſime contra dormitorium ſororum, ut ipſas magis magisque inquietarent. Anno 1340. in terra *Zwant, Vuſtrow*, fuit quidam interfectus & interfector ab *Advocato Clauſtri* proſcriptus. Accidit, cum tum *cauſa homicidii componi deberet*, quod convenerint ex utraque parte amici & conſules fere omnes opidi Ribbenicenſis cum Domino Rectore Wernero & aliis civibus, feceruntque compoſicionem excluſo clauſtro, quod minime decuit, cum officiales clauſtri haberent ibidem *iurisdictionem plenariam*. Ibidem ordinaverunt eleemoſynam diſtribui, in diverſis eccleſiis, nec in ullo nec in parvo nec magno pro clauſtro fecerunt aliquam mencionem, in cuius iurisdictione homo ille fuit interfectus. Eod. a. in confuſionem & in dampnum monaſterii leſerunt clauſtrum quidam conſules, videlicet Nicolaus *Lucowe*, *Dalenborch* & *Redinck Sclabrügge* in frugibus duobus diebus tempore illo, quo magis ledi poteſt in omnibus locis & agris monaſterii videlicet in villa *Dalemitz*, *Smachehagen*, *Deerhagen* & in *Zwant Unſtrow* & ſic multa adverſa paſſe ſunt per annos plurimos tam fratres quam ſorores quia gravis eſt inceptio prima. A. 1349. predictus dux Albertus cum fratre ſuo Domino Johanne mediante promocione *ducis Saxonie* facti ſunt primo duces per dominum Karolum quartum Imperatorem Romanorum cum maxima ſolempnitate & ſic titulum novum, eis creavit, faciendo de dominis duces, & tunc primo & de poſt Magnopolenſes dicti ſunt duces & non in antea. Eod. a. Dna. Katharina de Budeſſen Abbatiſſa, cum iam regnaſſet laudabiliter viginti annos quatuordecim, non valens per amplius ſuſtinere moleſtias prefatas a conſulibus, reſignavit libere officium (*) Abbatiſſe, gratias agens Deo maximo imo & ſororibus pro honore ſibi exhibito & ceſſit officio. Eod. a. ut ſupra in vigilia adſcenſionis Domini, domina *Beata* filia Henrici Leonis Magnopolenſis fundatoris monaſterii cum iam eſſet annorum viginti quatuor, electa eſt a ſororibus rite & canonice cum maxima concordia in Abbatiſſam huius monaſterii que tempore vite ſue variis virtutibus fulſit & floruit, ceterasque virgines ad honeſtatem vite & morum bonis exhortacionibus & devotionis exemplo ſolerter & vigilanter induxit. Eciam in temporalibus monaſterio per *annos quinquaginta* prefuit. Hec illuſtriſſima Abbatiſſa tocius modeſtie & manſuetudinis

1339. *Sententia nobilium ſecundum vitum & jus terre.*

1340. *Jurisdictio criminalis conſulum nobis.*

1349. *Dominatus Mecklenb. in Ducatum erectus.*

Tertia Abbatiſſa filia Ducis Henr.

Eius virtutes

inter

(*) In manus Werneri de Apenborch, Legati Apoſtolici, uti addit codex vernaculus huius Chronici.

inter omnes sorores meruit titulum laudesque singulares propter devocionem, quam ad Deum & pietatem ac misericordiam, quam ad proximum corde habuit indefesso. De ea hoc monasterium vocatum est inter omnia alia monasteria huius provincie *monasterium religiosarum dominarum*. Huius temporibus divulgabatur fama per civitates maritimas, quia sorores incluse huic monasterio indefesse laborarent die nocteque in divinis laudibus & parum curarent linguas detrectatorum, essentque pacientes in perscrutationibus. Paciencie disciplinam, vere humilitatis consortem, tam perfecte in premissis ostendebant sorores una cum matre Abbatissa, quod in turbacionis actibus cordis tranquillitatem non deserebant, attendentes Cristi doctrinam, quod illi lapides vivi, in edificio celesti iunctim collocandi, expoliri debeant in hoc mundo invasionibus & pressuris, quia ad illam supremam gloriam anhelabant pervenire. Ob id divites mediocres in civitatibus circumquaque jacentibus moti affectuosissime ad hoc monasterium Ribbenicense afficiebantur, dotantes id magnis muneribus, sicuti varie litere ostendunt, que in sanctuario conventus habentur. Eod. tempore pacificati sunt consules & quieverunt, cum principes videlicet Dux Albertus & Dux Johannes Magnopolenses, huius predicte religiose Abbatisse fratres regnare ceperant, timentes indignacionem principum, non iram DEI omnipotentis. A. 1349. Dux Albertus Magnopolensis & frater Beatricis Abbatisse revertens ad lares patrios de Imperatore Karolo, estuabat vivo desiderio comitatum Zverinensem illum sibi adjungere, obtinuitque donacionem cometie in manu valida. In quo in hodiernum diem pretendere feruntur comites *de Techelnborch* & non Magnopolenses. Albertus dux Magnopolensis igitur in indemnisationem paterne hereditatis ipse retinuit Zwerin & Johannes frater eius Stargardiam. Retinuerunt tamen ambo nomen Ducis, ut ipsi & omnes eius posteri in perpetuum vocitarentur Duces & domini Magnopolenses & scriberentur & essent. Eod. tempore villam, que *Peterstorpe* dicebatur, cum suis iuribus & pertinenciis omnibus rector ecclesie Parochialis dominus Johannes *Ilow* possidebat ex parte ecclesie prefate, ad quam villa spectabat. Nihilominus motæ sunt lites desuper incuria romana tempore *Gregorii Pape II.* anno pontificatus secundo inter sorores huius monasterii una ex parte & inter rectorem ecclesie ex altera parte, eo quod procuratores monasterii una cum Abbatissa & sororibus villam abstulerant ab ecclesia, sicut diffusius in libris desuper confectis plenius continetur in secretuario conventus positis. Ubi tres sententie contra dominam Abbatissam & conventum exprimuntur; date & late sunt eo tempore ut supra. *Sequitur cognatio domini Alberti Magnopolensis.* Albertus Dux Magnopolensis comes Zwerinensis, Rostock & Stargardie Dn. duxit uxorem, ut supra diximus a. 1336. de consilio suorum, *Euphemiam* sororem regis Zwecie. Post mortem vero Euphemie jam grandevus accepit filiam comitis de Holstein uxorem, de qua genuit Albertum, qui non diu supervixit. Hinricus primus filius Alberti supra dicti, tam vivente patre quam eo mortuo maximus erat iustitiarius & obtruncator raptorum, quos eciam sepe manibus propriis suspendit ac iugulavit. Hic accepit uxorem iam *regis Danie* Woldemari, nomine *Ingeborch*, de qua genuit unicum filium Dominum *Albertum* & duas filias. Vna fuit Wratislao Duci Pomeranie uxorata, que genuit dominum ERICUM *Dacie, Zwecie, Norwegie* regem. Alia filia nomine *Ingeborch* oblata fuit in monasterium oppidi Ribenicensis ut sequitur. A. 1367. frater Methro factus est guardianus Ribbenicensis & disposuit fundamentum pro nova ecclesia & erexit murum ad altitudinem octo pedum & edificavit dormitorium, in quo nunc Celle fratrum habentur. A. 1368. Illustrissima domina *Ingeborgis* nata est ex Henrico Magnopolensi patre & filia regis *Dacie Waldemari* nomine Ingeborch. Ob devocionem, quam parentes predicte femine habuerunt ad Deum omnipotentem & virginem gloriosam Mariam & virginem Claram eandem Ingeborgem filiam suam dive virgini Clare obtulerunt in eorum monasterio, quod avus Henricus fundaverat, dictus Leo. Albertus medius filius Alberti Magnopolensis frater predicti Henrici desponsavit Rixam filiam Ottonis comitis de Zwerin, per quam copulam duces Megapolenses ad plenam & pacificam possessionem cometie Zwerinensis pervenerunt. Hic postea factus est *rex Zwecie* & genuit ibidem dominum *Ericum*, qui duxit uxorem filiam Bugislai de Wolgasto ducis & filiam unam, que copulata fuit domino Johanni Duci Gorlicensi, filio *Karoli quarti* romanorum Imperatoris. Idem dux Albertus rex Suecie Magnopolensis reversus de captivitate aliam duxit uxorem, dominam Elisabet sororem ducis Luneburgensis, viduam Agnetam. Magnus tercius filius Alberti Magnopolensis duxit uxorem Elisabeth filiam principis *Ruyanorum*, que genuit sibi dominum Johannem unicum filium & Eufemiam que postea Baltasari Domino de Werla fuerat desponsata. Ingeborgis filia Alberti Magnopolensis natu maior ex Eufemia prima uxore sua nata nupsit Ludovico *Marchioni Brandenburgensi.* Eius soror Anna accepit Dn. Adolphum comitem Holzatie in maritum. Dux Albertus post mortem Euphemie duxit aliam uxorem filiam comitis de Holstein, ut etiam supra diximus, de qua genuit unicum filium dominum Albertum, qui in brevi diem clausit extremum. *Sequitur cognatio Domini Johannis & fratris Alberti.* Dux Johannes Magnopolensis, Stargardie & Rostochiensis Dn. filius Henrici Leonis & frater Alberti accepit uxorem comitis Adolphi Holzatie, de qua genuit duas filias, videlicet *Annam* que fuit desponsata Wratislao principi de Bart; *Constantiam*, hæc tradita est in monasterium dive virginis Clare in Ribbenitz ubi suo tempore facta est ipsa vicaria conventus & sororum. Idem dux Johannes post mortem prime uxoris duxit secundam, scilicet filiam *comitis de Lindow*, de qua genuit quatuor filios, Johannem, Ulricum, Radolphum, Albertum. Dominus autem Johannes primus filius Dux Stargardie sibi desponsavit

Henrici filii coniux.

Stirpis Danie.

1367.

1368.

Hinrici filia.

Eius fratris coniugium cum Rixa.

Regnum Suecie.

liberi

Vota secunda.

Connubium Magni ducis.

Johannis matrimonium.

Proles eius.

Secundæ nuptiæ.

Johannis junioris conjux.

savit Katerinam filiam *regis Polonie* satis formosam sed paganam, quam cum suscepit baptismum sacrum, duxit in uxorem, de qua genuit a. 1390. Hedevigam, que facta est monialis in monasterio Ribbenitz & Abbatissa ordinis S. Clare virginis. Dux Ulricus secundus filius reliquit Hinricum, & Hinricus iterum reliquit post se Ulricum, qui solis filiabus relictis transmisit ducatum ad Magnopolenses, & sic in ipso Ulrico defecit linea sua, sicut in domino Johanne primo filio domini Johannis. Dux Radolphus primum Scharensis in Grecia, deinde ob merita sua gloriosa vocatus & postulatus est in Episcopum Swerinensem qui arcem in *Butzow* extruxit. Dn. Albertus vocatus & postulatus fuit in episcopum ad ecclesiam Tarbatensem Livonie electus ubi anno vocationis sue obiit & ibidem sepultus. A. 1373. Dux Johannes Stargardiensis filius Henrici Leonis & frater Alberti Beatricis ex sua uxore genuit filiam Constantiam, quam Beato Francisco & B. Clare virgini ex devotione maxima devovit, quæ post quoque post mortem patris ad monasterium venit. A. 1376 idem dux Johannes filiam suam Constantiam perdilectam triennem in monasterium Ribbenitz obtulit, & Sancte Clare perpetuo dedicavit in propria persona. E. a. Domina Ingeburgis ex Henrico filio Alberti & filia regis Dacie Woldemari nata jam patre orbata ex dispositione domine Beatricis Abbatisse Ribbenitz, venit ad dictum conventum an. 1 71. cum esset trium annorum & ibidem permansit in habitu seculari per annos quinque, & tunc eodem anno, ut supra, vestita fuit cum maxima sollemnitate. E. a. Dux Albertus frater predicti Jo annis & filius ducis Henrici Leonis confirmat donacionem & concessionem amborum molendinorum, que ante Ribbenitz extra muros civitatis sita sunt & aquarum decursu moventur, e quibus una vulgariter nuncupatur de *Walckmöle*, item etiam donacionem & concessionem amborum molendinorum, que ventorum flacione moventur, confirmavit quarum una est extra valvam Rosto chiensem & alia extra valvam versus opidum Damgarde, ut plenius continetur in literis desuper confectis & sigillatis sigillo maiori. A. 1379. Albertus filius Henrici Leonis primus dux Magnopolensis, princeps insignis & victoriosus, frater Domine Beatricis Abbatisse monasterii Ribbenicensis iam gravis annis, cum intelligeret adesse finem vite, vocatis filiis suis Henrico & Magno, nam Albertus tercius filius iam in Suecia regnum gerebat, *Videtis*, inquit, *filii cursum meum satis laboriosum, per multa ego bella pacem vobis conquisivi a vicinis principibus, vos partam servate, iustitiam ad omnes implete que sit vobis pro muro, itinera publica (quod in vobis est) secura sint, urbium vicinarum intelligentiam ne contempnatis, nam subditi parebunt ad equa omnia, facile hostium eritis victores, si cupiditatem, ambicionem & cetera vicia viceritis.* Morte patris insequta Henricus senior gubernacula subit, princeps memorabilis, paterne virtutis imitator strenuus. A. 1386. Henricus Magnopolensis dux, Alberti primi ducis filius, optimo ad iusti-

Rudolphus Episcopus Suerin. Conditor arcis Butzow.

1373. *Constantia nata.*

1376.

Albertus confirmat tabulas donationum piarum.

1379. Alberti ducis adhortatio paterna.

Hinrici Senioris regimen.

1386.

ciam zelo tanto infectatus est odio publicorum itinerum latrones, ut nulli deferens nobilitati, quotquot eius culpe deprehenderit affines, nullius usus ministerio, nec expectata ad expurgandam conscientiam oportunitate, dictitans, ut apud Deum peniteat, meliori nunc morituros exitu, quam si in conflictu a mercatoribus cesus periisset, ipse suis manibus alligavit iugulandos, unde improbi ducto cognomine ducem illum iugulatorem seu suspensorem appellaverunt; quod illi in contumeliam, boni omnes ei verterunt in gloriam. Hic diem clausit hoc anno extremum. A. 1395. Generosa & illustrissima domina & 1395. sororBeata filiaHenrici Leonis cum iam per annos quinquaginta rexisset & virgines & ad honestatem vite & morum bonis exemplis & devotis adhortacionibus induxisset officium Abbatisse sponte resignavit, senio iam & infirmitatibus variis gravata; & sic cessit officio & absoluta permansit, que animam sequenti festo tercia ante Tiburcii a. 1398. summo Deo reddidit, in cuius sepulcro cecus quidam lumen recepit. Post predicta facta est electio more consueto & illustriss. soror Ingeborgis rite & canonice in Abbatissam conventus ribbenicensis est electa, & assumpta, que congregationem sibi commissam laudabiliter rexit & non solum sororibus prefuit, verum eciam in omni regularitate & bonis exemplis prefuit. Dna. & soror Constantia facta est vicaria eius, que ambo pacifice & concorditer conversate sunt. A. 1396. Generosa & illustrissima 1396. femina Domina *Katharina* filia regis Polonie, & uxor Dn. Johannis Stargardie una cum domino Rudolpho Episcopo Suerinensi & filia sua Hedewige venit Ribbenitz in festo Katherine virginis. Ibidem Deo maximo & beate Virgini Clare filiam suam Abbatisse & sororibus presentavit ad perpetuum celibatum, & obtulit, que in habitu seculari aliquamdiu apud sorores permansit. A. 1397. Hedewigis cum esset annorum septem ad 1397. honorem DEI omnipotentis & Beate Clare in festo visitationis Marie in Ribbenitz. monasterio investita fuit. Cuius investitionis officium perfecit reverendus pater dominus Henricus suffraganeus Episcopus Zwerinensis Rudolphi ducis Magnopolensis cum maxima sollemnitate, absentibus tum parentibus, qui propter certas causas erant extra territorium. A. 1408. Domina & soror Constantia magnifici principis Johannis ducis primi Magnopolensis filia cum esset annorum XXXV. & officium vicarie vigilanter annis X. attemtasset in peste diem clausit extremum in vigilia Matthei apostoli. E. a. in vigilia Michaelis archangeli Generosa Dna. soror Ingeburgis Abbatissa post multa clara pietatis opera spiritum Deo reddidit cum multis aliis sororibus in peste. E. a. post mortem Ingeburgis electa est soror *Cecilia Mallin* nobilis genere in Abbatissam conventus Ribbenitensis, & soror *Wobbe Bützow* facta est vicaria loco domine Constantie. Illo tempore dux Johannes Stargardiensis senior dux Magnopolensis reliquit filios post se *Johannem* & *Ulricum*. Dux Johannes primus filius duxit uxorem *Wilbeydam*, sororem Jagail & Stirgail ducum Littuavie, que genuit ei filium Johannem, in quo stirps illa stetit & linea defecit

Cognomen.

Beata officio valedicit.

Quarta Abbatissa Ingeburgis.

1408. *Constantie obitus.*

Quinta abbatissa Cecilia.

Filii Johannis Starg. Senioris

cit & sic principatus Stargardiensis venit ad Magnopolenses eo quod solum reliquerat filias. Dominus Vlricus secundus filius Johannis reliquit Henricum & Hinricus iterum reliquit Vlricum, & iste solis filiabus relictis transmisit dominatum ad Magnopolenses, ut in sequentibus patebit. A. 1416. Johannes & Ulricus uterini filii Johannis seniorisStargardiensis dominabantur in principatu Stargard. A.1423. domina soror Hedewigis cum iam esset annorum XXII. electa est in Abbatissam monasterii Ribenicensis ipso die S. Ludovici Episcopi & confessoris. Nota quod dux Magnus filius Alberti est propagator posteritatis in hodiernum, qui reliquit filium Johannem. Johannes vero reliquit Henricum & Johannem. Johannes sine prole defecit & transiit principatus ad ducesMagnopolenses in personam Hinrici, qui pater erat Magni & Baltasaris, ducum Magnopolensium. Dominus Johannes Dux Magnopolensis filius ducis MagniMagnopolensis duxit in uxorem dominam *Katharinam* filiam ducis Saxonie, de qua genuit duos filios scilicet Henricum, Johannem. Hic Johannes sine prole defecit. Iste Johannes dux Magnopolensis in arce *Zwerino* diem suum clausit extremum a. 1422. duos prefatos parvulos relinquens tunc impuberes. Mater autem parvulorum domina Katherina, *Mathiam* AXCOWEN *militem* & *nobilem Vasallum* OTTONEM VEREGGHEN prefecit rebus gerendis, non ut administrarent principatum, sed ut consiliis & auxiliis regerent una cum gubernatoribus urbium *Rostochii* & *Wismarie*, quorum ductu & ministerio cuncta pro imperio ipsa gerebat multum prudens. Dominus Mathias Axcow miles ob devocionem, quam ad ordinem & sorores S. Clare virginis habebat, filiam suam perdilectam dominam Annam in monasterio Ribbenitz optulit, cui etiam habunde in omnibus sibi necessariis providit. Hic dedit *de consensu conthoralis sue*, que de progenie nobilium erat, qui *Dechowen* vocantur, calicem de puro auro in valore Florenorum, quo in summis festivitatibus ad altare maius fratres utuntur. A. 1435. cum DominusHinricus filius Johannis ducis Magnopolensis iam perveniisset *ad legitimam etatem* de consensu & assensu matris sue domine Katherine duxit uxorem Dominam Dorotheam filiam Marchionis Brandenburgensis & semper habitabant in *arce Zwerinensi* amanter & concorditer. Hic erat pater *Magni* & *Balthasaris* ducum Magnopolensium, ut clarius patebit in sequentibus. Domina Katherina relicta uxor Johannis Magnopolensis ob devocionem, quam ad divam virginem Claram gerebat & ad sorores eiusdem ordinis monasterii Ribenicensis, pluries dominam Abbatissam Hedewigem visitavit & sorores cum donacionibus & muneribus. Accidit autem quadam die, ut domina Katherina una cum Abbatissa adscenderet dormitorium, ubi mox domina Katherina fetorem sensit intolerabilem ex parte camere private, naresque obstruxit, dicens: Gracioſa Domina & consanguinea & vos sorores dilectissime, de huiusmodi fetore possetis infici & mori. Respondit Abbatissa: Dilectissima amica, si gracia & charitas vestra vellet, hec omnia finem haberent; & subintulit, quod in fundacione & donacione domini Henrici Leonis Magnopolensis due camere private extra murum civitatis super fossatum sint institute, quas consulatus fecisset destrui post mortem domini Henrici Leonis propter invidiam, & sic omnia & singula acta narravit ei que facta fuerunt priscis temporibus. Domina Katharina hec audiens ait: gratiosa domicella Domina Abbatissa, ego providebo & cogitabo de remedio opportuno. Illo tempore consulatus oppidi ribbenitzensis fecit edificari venti molam, foras civitatem circa viam regiam versus Rostock, in preiudicium Monasterio propter quod expendebat circa mille marcas denariorum Rostochiensium. A. 1438. Henricus Dux Magnopolensis filius Johannis qui duxit filiam Marchionis Brandeburgensis dominam Dorotheam cognomento vulgari de *Bukede Hertich Hinrich*, genuit filium suum primogenitum dominum *Albertum*, & consequenter alios: scilicet Albertum a. 1438, qui accepit uxorem filiam comitis de Ruppin, sed sine liberis permansit; Johannem 1439, qui ad terram sanctam profectus, sed nunquam comparuit; Magnum 1441, hic duxit dominam Zophiam filiam Bogislai principis Pomeranie; Balthasarem 1451, qui duxit Margaretham *germanam Zophie*, sed sine liberis obiit. Et tres filias: *Katharinam* 1444, que obiit virgo in monasterio quodam cum esset annorum septem; *Annam* 1445. hec fuit desponsata Bogislao principi Stetinensi, sed morte preventa eam in uxorem non accepit; *Elizabeth* 1449. ista facta est monialis apud sorores conventus Ribenicensis post quinquennium & deinde suo tempore Abbatissa sororum, ut patebit infra. 1438. *Filii.*

Henricus dux intrat Ribbenitium.

Eodem tempore Henricus Dux Magnopolensis una cum fratre suo domino Johanne venit Ribbenitz cum comitiva decenti, videlicet religioso patre Abbate Doberanensi, *Mathia Axcow* milite, *Ottone Veregge* vasallo nobili & aliis quam plurimis propter negocium Domine Hedewigis Abbatisse. Ibidem in ecclesia sororum convocarunt consulatum cum multis civibus & interlocutoria est diffinita ut sorores edificarent de novo cameram privatam extra muros civitatis de consensu & adsensu consulum & civitatis.

1439. *capitulum Sundense celebratum.*

A. 1439. Sabbatho ante penthecosten in die S. Anthonii de Padua fuit capitulum generale in conventu nostro Sundensi intronizatum. De civitate vero S. Brigitte virginis, minister provincie frater Matthias *Dorningk* sacre Theologie magister, Custos custodie frater Thomas *Masserow*, Gardianus Sundensis, frater Johannes *Zerrentin*, qui sponte sub propriis expensis conventus de consensu suorum seniorum eidem capitulo providit de omnibus capitulo necessariis absque contribucione conventuum, custodie demptis subsidiis personalibus fratrumque premisse custodie, qui amore DEI largiter ad celebracionem capituli premissi sponte contribuerent. Illustrissima Domina Hedewigis Abbatissa ribbenicensis filia principis Stargardiensis dedit pro capitulo in ipsa persona octo marcas Sundenses, & propter conventum sororum dedit viginti marcas. Quo tempore eciam per prefatos dominos principes in favorem monasterii sororum diffinitum est de venti mola nova, quam consu-

Lites inter Monasterium & Senatum definite.

tus fecerat edificari in preiudicium monasterii, ut cederet fororibus, si exponerent quadringentas marcas rostochienses. Hec mola circa viam regiam Rostochium versus exstat edificata.

1443. (*) A. 1443. generosa Domina Hedewigis Abbatissa fecit reedificare novam cameram privatam extra murum & fossatum civitatis sequenti die decollationis Johannis Babtiste & consummata est in die Barbare virginis. Illo tempore villa que *Peterstorpe* dicitur venit ad fructum & utilitatem monasterii, de qua altercationes multe inter conventum & rectorem ecclesie parochialis erant in curia romana, ut luculencius ac manifestius apparet in quodam libro pergameno sub plumbo sigillato.

1444. A. 1444. Dna. Dorothea coniux ducis Hinrici Magnopolensis genuit domicellam Katherinam virginem valde speciosam, que ex casu in quodam monasterio desuper cecidit anno etatis

1447. sue 5. & sic spiritum exhalavit. A. 1447. nata est illustrissima iuvencula Anna, que cum esset annorum *quatuordecim* desponsata est generoso principi pomeranorum Bugislao, sed morte preventa eam in uxorem non recepit.

1449. A. 1449. nata est Elisabeth, quam pater eius deo omnipotenti & dive Virgini Clare vovit. Eandem iuvenculam iam triennem in monasterium opidi Ribbenitz obtulerunt profesto Marie Magdalene, que ibidem apud fratres remansit in habitu seculari quousque esset annorum quinque.

1454. A. 1454. Generosus & illustris princeps dn. Hinricus dux Magnopolensis, comes Zwerinensis, princeps de *Werla* &c. ad honorem omnipotentis DEI & beate Clare in octava nativitatis Marie virginis gloriose, qui erat dies dominica, filiam suam Elisabeth ex utroque parente inclitam valde, nondum septennem in Ribbenitz in monasterio sancte Clare virginis investiri fecit. Cuius investicionis officium inchoavit, continuavit & consummavit reverendus in Christo pater Dn. *Nicolaus Bodecker* Episcopus Zwerinensis una cum suo in pontificalibus vicario

Nicolaus Bodicker Ep. Sver. investit filiam Hinrici.

fratre *Henrico* ordinis S. Augustini, patre dicto domino Henrico duce Magnopolensi & sua consorte domina Elisabeth nec non filiis eorundem fratribus dicte puelle investite, videlicet Alberto, Johanne & Magno adhuc pueris iuvenibus, cum aliis principibus scilicet domino Johanne & Ulrico *de Stargardia* & uxoribus eorundem nec non Abbate *Dobberanensi* & Abbate *Dargunensi*, Archidiacono *Ribbenicensi*, custode *Lubecensi* & aliis multis patribus & fratribus & nobilibus utriusque sexus in magnis apparatibus & sollemnitatibus comparentibus. A. 1455. feria tercia post dominicam Palmarum in Ribbenitz per unius pistoris negligenciam factum est incendium tam grande & periculosum dampnumque intolerabile, quale non erat in memoria hominum. Nam ibidem in toto opido non remansit unum edificium sive magnum sive parvum non incineratum. Una sola domo superstite, que erat domus Advocati, cuius nomen erat Math. Stropaghe. Qui quidem Advocatus habens cervisiam altera die braxatam adhuc in doliis contentam, per cuius effusionem domus incensa fuit ab incendio liberata, omnibus aliis suis edificiis cum aliis incineratis. Huiusmodi namque incendium mire fuit efficacie. Non enim pepercit ligneis trabibus adhuc recentibus & viridibus in quocunque loco opidi per structuram aptatis, quin omnia fuerunt combusta. Nec enim pepercit edificiis lapideis sive muratis, quæ etiam per ignis incendium fuerunt resoluta. Et quod dictu est incredibile, quodque verissimum in effectu, talia edificia non solum sunt resoluta, sed eciam lapides eorundem admodum resoluti, ut ad unam massam sint compacti. Similiter edificium chori ecclesie parochialis quoad tectum, quoad testudinem & quoad omnia in choro contenta etiam solempnis tabula altaris monstrancia sacra continens, omnia deperdita, turris ecclesie incensa est, & campane quedam in parte, quedam in toto resolute; Sed ecclesia sancti

1455. Incendium Ribbenicense.

(*) In exemplo huius Chronici vernaculo passim mutilato passim amplificato sequitur h. l. charta Transactionis inter Senatum & Coenobium a. 1442. ratione finium regundorum: *Vor allen lofwerdigen Lüden de dessen Bref seen oder hören lesen, bekennen wy Berend Schröder, Albrecht, Wytte, Herman Culeman Borgemeister der Stadt Ribbenitze unde de gantze Rath dasülvest, wy bekennen und betügen apenbar in disen Breve dat wy mit wolbedachten Mode hebben uns verdragen ümme de Scelinge, de wy hadden mit der erbaren Jungfrowen* Hedewich von Mecklenborch Abbatissa *des Ordens Sünte Claren tho Ribbenisse, und vorstanden in desser wyse, dat de* Abbatissa *und dat Convent schal beholden de wyschе redelyken tho ewigen Jaren na der Uthwysinge der Schedebringe, de wy mit eren Vorstendern maket hebben, by den Lande tho Wustrow und by dem Vlote der olden Prammen, und de Lüde van* Vustrow *und* Derhaghen *scholen hebben vryge Hedinghe up der Stadt Wysken, de dar by lyghen, wenner dat Voder ynne föhret ys, vort mehr so hebbe wy ene fründlicke Schede maket aver den Dick to Ribbenisse, wat dar licht bowen der Schede, de macket ys by denen Vrygen, dat schole wy warnemen und de gantze Stadt tho Ribbenitze vredelyken beholden tho ewigen Jaren tho unser Notrofft myt allem Rechte, mit allem Thobehöringe, deme Closter dar nicht an tho beholdende; men de Water - Vlote und de Wyskerye myt Waters in Vlote und Utbvlote, myt Rete, myt alleme Rechte, mit aller Vrucht, nichtes uthgenomen scælen se vredelichen beholden to ewigen Tyden; Vort mehr de Gathe, de gheyt uth deme Closter dorch de Stadt-Müre, in der Stadt - Graven de schal blisen by deme Closter und mögen se beteren lathen na der Ratmannen Rade, men nicht wyder noch gröter alze nu ys; Vort mehr so hebbe wy vergünt und gegenwardighen vergünnet twe Hüser tho buwende eyn up deme Walle buten deme Mölen Dor vom vere Vaken laeck, dat andre aver de Stadt,- Müren, wor en dat bequem ys. Vort mehr heft de erbar Juncfrow Hedewych myt Willen und Rade und Weten des gantzen Convents und Vorstender gelenet vertich yar lanck deme Rade tho Ribbenisse de wyske, de so koft hebben van Bolte Zepelin, deglychgen in dem Gude tho Kerkewisse myt dem Busken und Holte nach Lude erer Breve unde unses Stadt Bokes wo se dar benomet synt; vort mer schal desse Lenunge wesen ane Schaden edder krencken erer Breff nach den vertich Yaren; und hyrmede schal alle twedracht Ende hebben tüsken der Stadt und deme Closter unde scholen uns underlanck günstlig wesen; alle desse Dinck der Eyndracht, alsö vorscreven ys, bekennen wy* Vycke Molteke *unde* Curt Molteke *van deme* Strytvelde *Riddere appenbar in desseme Breve, desse vorscrevene Stücke van uns unde unsen Nukamelingen stede und vast tho holdende, so hebben wy Borgemeister und Rathmanne vorbenömet der Stat opinbar Ingesegel myt den Ingesegeln der erbaren Riddere vorbenömet laten hengen vor desses Bref myt Weten und Willen unser Försten Geven na Gades Bort* MCCCC *und de* XLII. *Jar in dem Sündaghe tho Palme.*

Literæ de finibus regundis. 1442.

ſancti ſpiritus prope valvam, qua itur Roſtock verſus, cum omnibus attinentiis totaliter exuſta eſt. Huiusmodi autem incendium vix duravit ad tres horas, quia poſt ſextam horam de meridie exordium habuit & ante horam nonam nullum edificium decombuſtum dimiſit. Et quia tante celeritatis fuit, incole ad aliqua reſtinguenda manum admovere non poterant, & ſic non ſolum edificia ſed omnia ſuppellectilia, alia que utenſilia & quaecunque in ciſtis incluſa, ſunt deperdita & quam plures homines ſunt combuſti & ex fumo caliginoſo extracti, ſingulariter infirmi in lecto detenti, mulieres in puerperio aliique per incendium, quia reduci non poterant, ſunt excruciati. Unde ultra XL. corpora & amplius fuerunt reperta, in parte combuſta & multo plura totaliter incinerata. Huius igitur incendii tam pernicioſi & furioſi effectus ſingulares vix aliquis enarrare ſufficit. A cuius tamen incendii dampno & iactura preſervatus eſt conventus ſanctimonialium inibi degentium ex immenſa DEI benignitate. Eod. a. poſt octavas corporis Criſti circa menſem Junii aura facta eſt tam tempeſtuoſa fortitudine ventorum & pluviarum, qualiter etiam non erat in recenti memoria hominum, & duravit ſaltem continuata pluvia uſque ad octavam regum. Ita quod a termino pretaxato uſque ad terminum octave prefixe non preteriit aliquis dies absque pluvia, continuata in diebus atque noctibus. Unde factum eſt, quod tempore meſſis propter pluvie continuacionem & aquarum inundacionem multa de frumentis remanſerunt in agris, & per corrupcionem perierunt humano uſui non deſtinata. Et prouti tempore ſeminacionis terra quodammodo facta eſt inarabilis ſaltim in planis locis, ita ſecundum relacionem ruſticorum tot mures erant in villis & ſingulariter in horreis, quod tanta multitudo murium alias non ſit percepta. Cuius & occaſio poterat eſſe predicta aquarum inundacio, ex quo cum terra totaliter aquis erat repleta, mures in ſuis ſubterraneis latibulis quieſcere non quiverant, exeuntes igitur a ſuis cameris querebant loca arida & ſic intrantes horrea, magnam partem de annona cum gravi labore comportatam, corrodendo devaſtarunt. Et hac etiam nimia aquarum inundancia non ſolum invertuntur fluminum ductus ut circa *Roſtock*, Warnovia, & Rekenitza circa *Damgarde* & *Sundiam*, quin etiam via regia & communis in multis locis facta eſt immeabilis tam per currus quam alias propter diſſolucionem poncium & aggerum & multa molendinorum edificia diſſoluta ſunt & diſpacta. Et quantum dampnum in multis particularibus fundis predicta intulit inundacio non eſt bene ſcribendum propter ſingula, multa non tantum circa ſtagnales civitates, ymo verius in tota Alemannia baſſa. A. 1461. Domina & ſoror Eliſabeth Magnopolenſis fecit profeſſionem in manus Domine Hedewigis Abbatiſſe feria ſecunda paſche. A. 1464. Sabbatho infra Octavam S. Anthonii de Padua domina Eliſabeth facta eſt cantrix. A. 1465. Dux Henricus princeps Stargardienſis genuit ex uxore ſua filiam dominam Annam, que poſtea dicata eſt, dum erat annorum quatuor, ad monaſterium monialium *Wimbuſen*, ubi uſque ad octennium in monaſterio permanſit. Iſte Henricus habuit fratrem nomine *Ulricum*, qui ambo nati ſunt ex patre Henrico principe Stargardienſi. Hi ambo ſolis filiabus relictis tranſmiſerunt ducatum ad duces Magnopolenſes, quia Hinricus genuit duas filias ſcilicet *Annam*, que facta eſt ſanctimonialis in Ribbenitz; *Ingeborgh*, que fuit deſponſata comiti de *Veltbem*. Dux autem Ulricus genuit ſibi duas filias videlicet: *Eliſabet*, hec facta eſt ſanctimonialis & mater dominarum in *Rene* monaſterio: *Magdalena* vero deſponſata fuit *Wertislao* principi *de Bart*, qui non reliquit ſemen poſt ſe. Item *Magna* fuit deſponſata comiti *de Veltem*, que genuit ei filios & filias. Dux *Ulricus Stargardienſis* iſte fuit ultimus & veneno interiit, ut putatur, & ſic ducatus vel principatus Stargardienſis venit ad Magnopolenſes duces. A. 1466. domina *Eliſabet Magnopolenſis* adhuc iuvencula in ſpiritu humilitatis una cum ceteris ſororibus converſis purgavit & ſcobavit dormitorium & totum monaſterium. Eſt commune proverbium, quod angelicus iuvenis ſepe ſataniſſet in annis. An. 1467. Reverendus pater frater *Nicolaus Labeman* ſacre Theologie magiſter & miniſter *apud Saxones*, una cum reverendo patre ſcilicet cuſtode Lubicenſi Magiſtro *Everhardo Hilleman* & Magiſtro *Wernero Verman* ſacre Theologie profeſſoribus venit Ribbenitz octava die nativitatis Marie propter electionem nove Abbatiſſe vocatus. Sequenti die reverendus pater miniſter cum prefatis patribus mane intravit monaſterium, ducens ſecum patrem Guardianum & confeſſores dominarum & fecit miſſam celebrari in choro ſororum per patrem Guardianum fratrem *Hinricum Stitent*. Qua finita Domina *Hedewig Abbatiſſa* & domina *Eliſabeth* domicella Magnopolenſis una cum omnibus ſororibus convenerunt in refectorium. Deinde reverendus pater & miniſter cum prefatis patribus venit illuc dicens: Dominus det vobis ſuam pacem Amen. Domina Hedewigis Abbatiſſa humiliter genibus flexis officium ſuum libere & ſponte reſignavit, obnixe petens abſolucionem, allegans ſenium & debilitatem corporis, dei amore. Quam reſignacionem reverendus pater miniſter pro prima iſta vice non acceptavit de conſilio reverendorum patrum prefatorum, ſed exiit monaſterio, quia hora erat prandii, promittens ſe prandio peracto reverſurum. Peracto prandio iterum abiit in monaſterium & in preſencia omnium ſororum ait: dilectiſſime in Chriſto ſorores, cum domina illuſtriſſima Hedewig Abbatiſſa & mater veſtra inſtantiſſime, ut audiſtis, preces fudit petens abſolucionis beneficium, quare & officium in preſencia veſtra libere & ſponte & ſurioſe reſignavit, allegans varias ſuas infirmitates ac oneris gravitatem, quam iam per annos multos ſuſtuliſſet & in officio prefuiſſet. Ego igitur huiusmodi pie peticioni condeſcendere cupiens de conſenſu omnium veſtrum, ſi vobis viſum ita fuerit, eam craſtina luce Deo dante de veſtro beneplacito abſolucionis officium gratioſe illi impertiar. Mox eodem die intravit domum confeſſorum, ubi *per ſcrutinium* inveſtigavit ſtatum conventus. Ut

Henrici ducis genealogia.

Ulrici filia.

1466.

1467.

Nicolaus Labeman miniſter papalis apud Saxones.

Hedewigis Abbatiſſa abit officio.

moris est. Altera die, que erat dies stigmatum sancti patris nostri Francisci prandio peracto iterum reverendus pater minister cum ceteris patribus monasterium est ingressus & in presencia omnium sororum fecit primo Missam, qua finita, illustrissimam dominam sororem Hedewigam Abbatissam absolvit ab officio, que statim *claves regiminis & sigillum officii* reverendo patri ministro obtulit. Et ipse iterum tam claves quam sigillum sorori *Helene de Stitent* Vicarie usque ad novam electionem Abbatisse observandum commisit. Sequenti die sollempniter est decantata missa de Spiritu sancto per patres & fratres atque sorores cum organis. Qua finita iterum intravit reverendus pater minister cum ceteris patribus monasterium, & in refectorio coram sororibus more consueto celebravit capitulum. Et in fine adiecit peracto prandio: Revertar ad vos pro electione nove Abbatisse.

Forma electionis Abbatisse.

Forma electionis Abbatissæ.

Primo adsignetur dies ad electionem Abbatisse per reverendum patrem ministrum omnibusque sororibus bona fide denuncietur, exceptis pueris in schola existentibus non vestitis. Secundo in die iam assignata ad capitulum patris ministri campana refectorii prolixius pulsetur. Tercio ad capitulum convenientibus, & chorum sororibus una cum patribus intrantibus, spiritus sancti gracia solempniter voce sonora & clara imploretur. Quarto qualis esse debeat que in Abbatissam debet eligi secundum conscientiam & regulam declaretur. Regula sororum ordinis S. Clare sic habet: *Studeant autem sorores talem eligere Abbatissam que virtutibus polleat, & sanctis moribus aliis presit pocius quam officio, & que communitatem servet in omnibus vel in moribus, ut eius exemplo provocate sorores ex amore magis ei obediant quam timore. Que singularibus amoribus careat, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. Consoletur afflictas, sit refugium tribulatis, ne si apud eam remedia defuerint sanitatum, desperacionis morbus prevaleat in infirmis, que humiliter & charitative visitet & corrigat sorores, non precipiendo eis aliquid, quod sit contra normam suam & vestre professionis formam; Non sit preceps in precipiendo ne exin discretione præcepti ponat præcepti laqueum animabus.* Quinto Abbatisse future electio celebretur secundum regulam, que dicit, quod electio Abbatisse libere pertineat ad conventum. Ideo de consuetudine omnes sorores huius monasterii, cuiuscunque condicionis extiterint, tam *chorum visitantes*, quam *converse*, etiam publice habent eligere Abbatissam. Sexto predicta electio Abbatisse omnibus sororibus publice denuncietur & per reverendum patrem ministrum confirmetur. Deinde cantor incipiat: Te Deum laudamus & sic reverendus pater minister deducat electam Abbatissam ad gradus altaris, & quousque finiatur, *Te DEum laudamus* cum organis, sedeat geniculata coram altari vel iaceat prostrata. Quo finito dicat minister: *Confirma DEus, quod operatus es in nobis.* Resp. *A templo tuo quod est in Jherusalem.* Porro: *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum spiritu tuo.* Oremus: *Actiones nostras, Domine, adspirando & adiuvando prosequere, ut cuncta nostra a Te semper incipiantur & per Te cepta finiantur. Amen.* Postea minister cum Abbatissa revertatur ad locum suum & det Abbatisse sigillum & claves coram omnibus, & mandet sibi quod exequatur ex tunc iniunctum sibi officium; & sororibus universis, quod obediant ei in omnibus que ad suum officium pertinebunt & spectant.

regula Ord. S. Clar. in eligenda Abbatissa.

Eodem modo ut prescribitur a. 1467. sequenti die stigmatum sancti pridem nostri Francisci, facto prandio, in choro sororum, tapeciis sericis & ymaginibus pulcris deauratis hinc inde in sedilibus parato & ornato, illustrissima Dna soror *Elisabet* magnanimi & illustrissimi principis & Dn. *Magni ducis* Magnopolensis soror electa est in Abbatissam ab omnibus sororibus rite & canonice, que pro tunc erat annorum duo de viginti, susscepitque honorem ut & laborem cum fletu singulari & labore maximo. E. a. feria quarta post Dna Hedewigis cum iam esset absoluta ab officio & regnasset annos 47. & esset annorum 69. in senectute bona migravit ad Deum. E. a. Hinricus Dux Magnopolensis cum conthorali sua Dorothea ac filiis domino *Magno* & *Balthasare* in die sancte Elisabeth venit Ribbenitz ad filiam suam dominam & sororem Elisabeth iam electam Abbatissam, quam amanter & cum magna leticia cordis salutavit, & gratias sororibus dixit. Deinde hanc ob causam fratribus & sororibus refectionem bonam & convivium per dies quatuor fieri fecit. An. 1468. Illustrissima femina & domicella domina *Elisabeth* filia domini *Ulrici Stargardiensis principis* nata est, que postea facta est suo tempore sanctimonialis in *Rene*, deinde etiam mater dominarum & sororum ibidem effecta An. 1473. in die Sancti Ludovici Episcopi Generosa domina ducissa *Dorothea Magnopolensis* venit Ribbenitium, ducens secum domicellam iuvenculam dominam Annam filiam ducis Henrici Stargardie, que ut supra diximus, jam per annos quatuor in monasterio *Winhusen* extiterat. Eandem dominam, cum esset nunc annorum octo, convenerunt in unum Hinricus dux Magnopolensis & domina Dorothea uxor sua cum filiis domino Johanne, Magno & Baltasare, ut eam traderent ad monasterium Ordinis sancte Clare in Ribbenitz, quod & factum est eodem anno & die ut supra. Domina autem Anna iam prenotata ibidem in habitu seculari permansit per duos annos in monasterio. A. 1473. Reverendus pater frater *Nicolaus Lackeman* minister provincie Saxonie, sacre Theologie professor, celebravit capitulum provinciale *Lubeck*, profesto penthecostes. Ibidem recepit breve apostolicum *Sixti Pape IVti* de indulgenciis sub annulo piscatoris. A. 1474. Dux Magnus Magnopolensis filius domini Hinrici Magnopolensis duxit illustrissimam dominam Sophiam serenissimi principis Domini *Erici ducis Pomeranie* filiam & domini *Bugislai* sororem in uxorem, cuius nupcie celebrate sunt in *Stetinio* cum maxima solempnitate ante obitum patris sui anno quarto. A. 1475. Octava die S. Ludovici episcopi illustrissima domicella domina Anna filia principis Stargardie vestita fuit Ribbenitz cum maxima sollempnitate. A. 1476. Domina Sophia uxor Magni

1467. Septima Abbatisse.

Hedewigis obitus.

1468.

1473.

1473. Capitulum provinciale celebratum Lubeca.

1474 Magni ducis coniugium.

1475.

1476.

Magni ducis Magnopolensis genuit filium suum primogenitum dominum Hinricum Magnopolensem. An. 1477. Dux Henricus Magnopolensis vulgariter dictus de *Bukede* pater Magni diem clausit extremum, qui sepultus est in Dobberan apud patres suos. A. 1480. Domina Sophia genuit domino suo Magno filiam Dorotheam, que nunc est Abbatissa & mater sororum in Ribbenitz in die Ursule virginis & martyris. A. 1488. illustrissima domina Dorothea a parentibus Ribbenitz in monasterium est dicata ad perpetuum celibatum, exiens annum octavum & ibidem in habitu seculari per annum conversata est cum sororibus. A. 1489. in die sancti Luce Evangeliste generosus & illustris princeps dominus Magnus dux Magnopolensis, princeps Stargardiensis, comes Zwerinensis, dux Rostochiensis ad honorem omnipotentis DEI & beate Clare filiam suam domicellam Dorotheam ex matre Sophia, inclitam valde nondum decennem Ribbenitz in monasterio S. Clare Virginis investiri fecit per reverendum patrem dompnum *Conradum Loss* episcopum Suerinensem, presente dicto domino Magno duce Magnopolensi & sua consorte domina Sophia & filiis, nec non & domino Balthasare cum sua uxore domina Margaretha & domicella domina Ingeborch filia principis Hinrici Stargard. una cum Abbate Doberanensi & Dargunensi cum multis aliis nobilibus utriusque sexus in magnis apparatibus & sollempnitatibus. A. 1492. Dn. Trinitatis conventus sororum ordinis S. Clare in Ribbenitz fuit reformatus & exploratus per reverendum patrem fratrem *Ludovicum de Sygen* ministrum apud Saxones ad instanciam illustrissimorum ducum & principum Magnopolensium domini *Magni* & fratris eius domini *Balthasaris* in eorundem presencia, & patris fratris *Hermanni de indagine*, custodis Lubecensis & domini *Johannis* tum Decani Zwerinensis. Guardianus ibidem erat frater Nicolaus *de Buga*. An. 1493. domina & soror Dorothea filia ducis Magni Magnopolensis fecit professionem in manus Reverendi patris ministri *Ludovici de Sygen* ipso die Sancti Ludovici Episcopi & confessoris. Nota, quod illo tempore conventus providebatur a sorore Gesse Merlowen vicaria, quia sorores opidi Ribbenicensis de cetero parere noluerant Abbatisse domine Elisabet certas ob causas, quas silere melius est quam scribere, quia impudicissima erat. A. 1498. Illustrissima domina & soror Dna Dorothea cum iam esset decimo nono anno, necessitate urgente electa est Abbatissa sororum ordinis S. Clare in Ribbenitz cum maxima sollempnitate in presencia reverendi patris ministri apud Saxones fratris *Johannis Heyste-de* sacre Theologie professoris ac reverendi patris custodis fratris *Johannis Becker* ac lectoris patris fratris *Hinrici Rademacker* ac aliorum patrum curie. Et sic sors cecidit ipso die Mathie apostoli super Dorotheam. An. 1500. Sophia filia ducis Magni Magnopolensis desponsata fuit domino Johanni Duci Saxonum, que genuit ei unicum filium dominum Johannem Fridericum binominum, quia dux Fridericus elector imperii frater Johannis imposuit illi nomen suum proprium ut vocitaretur dominus Johannes Fridericus. A. 1500. circa festum S. Luce evangeliste domina Anna tercia filia ducis Magni Magnopolensis fuit desponsata Dn. Wilhelmo *Landgravio Hassie*, & sic uno anno dominus Magnus Magnopolensis duas filias desponsavit, primam videlicet Sophiam in carnisbrevio (*) in civitate *Torgowensi*, secundam vero, ut supra, cuius nupcie celebrate fuerunt in *Hassia*. Hec Dna. preclara & dilecta genuit *Elizabetham*, que desponsata fuit Dn. Georgio *de Mysna* filio Johannis; *Philippum*, qui post obitum patris adhuc puer obtinuit paternam hereditatem & an. 1523. duxit uxorem filiam Georgii de Misna; Dominam *Magdalenam*. Generosa Dna Anna post obitum primi mariti alium duxit, videlicet Ottonem comitem *de Solms*. A. 1503. Generosus & illustris princeps & dux Magnus Magnopolensis, pater Dorothee Abbatisse Ribbenicensis post multa magnifica opera in vigilia purgacionis Marie diem clausit extremum & sepultus honorifice cum maxima sollempnitate apud patres suos in *Dobberanensi monasterio Ordinis Sancti* BENEDICTI. A. 1504. in die Marci Evangeliste illustrissima Sophia magnifici principis & ducis Magni uxor & sereniss. principis Erici ducis Pomeranie suavissima filia, ac domine & sororis Dorothee de Magnopoli Abbatisse Ribbenicensis parens decessit & obtulit conventui Ribbenicensi in suo testamento preciosissimam capsulam *auro textam*, & cruce de margaritis facta dorso tenus signatam, cum uno optimo amictu sive *superhumerali* auro & lapidibus preciosis exornato & deaurato, sepulta vero est apud fratres predicatores *Wismarie in sanctuario*. A. 1506. Henricus dux Magnopolensis primus filius Magni duxit uxorem honestissimam dominam Ursulam filiam domini Johannis *Marchionis Brandenburgensis*, de qua genuit Dominam Zophiam, Dominum Magnum, Dominam Ursulam, apud quam occubuit in puerperio. Hec domicella iuvencula Ursula facta est sanctimonialis Ordinis S. Clare virginis in Ribbenitz. E. a. illustris & inclita Dna. soror Elisabeth de Magnopoli illustrissimorum principum & dominorum ducum Magni & Baltasaris soror, que & Abbatissa erat per 28. annos, obiit in die Silvestri professoris & martiris. A. 1504. die Margarethe virginis & matris illustris & altigena Dna. *Sophia ducissa Misnensis* illustrissimi principis & Dn. Magni Magnopolensis, principis Slavorum, Comitis Zwerinensis, Stargardiensis & Rostochiensis dilectissima filia diem clausit extremum. A. 1507. Generosus dux & princeps Dn. Baltasar Magnopolensis frater Magni in vigilia Gertrudis virginis *Wysmarie* in curia Magnopolensium dominorum migravit ad dominum & sepultus apud patres suos cum maximo honore in *Dobberan*. Hic maximus exstiterat fautor religiosorum, qui dedit conventui suo Ribbenitzensi partem suam curie que vulgariter

1500. *Anna nubit Wilhelmo principi Hassiae.*

Liberi ex hoc matrimonio suscepti.

1503. Magnus dux obit.

1504.

Principis Sophiae donationes.

1506. *Henrici Conjugium.*

1504.

1507. *Baltasar Dux obiit.*

Ejus donationes.

(*) Vel carnis privio dicto a privatione carnis. Hinc pulli carnis priviales (*Fastnachts Hüner*) ab hominibus propriis dynastæ præstandi, in charta Gerhardi Archiep. Mogunt. d. 1252. ap. *Gudenum Codic. diplom. Mog. p.* 635.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riter dicitur de *Froudenberch* libere & sponte; Aliam vero partem petierunt a Dn. Erico Magnopolensi; Tertiam vero partem cum maxima difficultate Dorothea Abbatissa ab Hinrico Magnopolensi impetravit & sic anno 1516. demum primo acceperunt supremam curiam predictam. A.

1508. 1508. Dn. Ericus dux Magnopolensis medius filius domini Magni & frater Dorothee Abbatisse ribbenitzensis in die Thome apostoli migravit ex

1509. hoc seculo. A. 1509. Reverendus pater frater *Ludovicus Henings* papalis minister apud Saxo-
Capitulum provinciale Rostochii celebratum. nes celebravit capitulum provinciale Rostock, ubi citra 400. fratres erant presentes. Ibidem altercacio facta est inter prefatum patrem ministrum & ceteros patres Wismarienses ob id, quod minister noluit confirmare patrem fratrem Hinricum Trone sacre Theologie professorem iam electum, sed morem antiquum retinere. Intronisatio facta fuit feria sexta ante festum exaltationis sancte crucis cum maxima sollempnitate & gaudio.

1510. A. 1510. Dna. abbat issa Doroth. considerans obligationem, qua ecclesiæ obstricta erat, accedente consilio prælatorum, præcipue Provisoris Saxonie, in confirmationem reformati cœnobii ejusque usum, pecuniam omnem, cistas calices, cochlearia vasaque aurea & argentea, quibus ecclesia carere poterat, computavit ut venditis iis immobilia in majorem utilitatem acquirerentur, quod omnes sorores approbarunt; consentientibus itaque Dominis Mecklenb illustriss. fratribus Dn. Abbatisse a validis viris de Lü duos pagos Poppendorp & Janechendorp & unam campi marchiam incultam Slütershove dictam emit pro undecim mille centum & XVIII. flor & VIII. solidis; ipsa Dn. Abbatissa de propriis suis Clenodiis in eundem usum addidit & vendidit pro quinque centum marcis. *E. a.* illustris & inclita Dna. Ursula Magnanimi & illustrissimi principis & Dn. Hinrici Magnopolensis uxor & serenissimi principis & dompni Johannis Marchionis Brandenburgensis & sacri Romani imperii electoris charissima filia genuit domino suo filiam satis pulcram *Ursulam*. In cuius puerperio, transactis tribus septimanis, in die stigmatum sancti Francisci spiritum exhalavit, post cuius mortem factus est planctus maximus ab unoquoque. Est sepulta in *Dobberan* maxima cum difficultate, eo quod erat *inauditum*, ibidem sepeliri mulieres.

1512. A. 1512. Illustriss. Katharina quarta filia ducis Magni Magnopolensis desponsata fuit in *torneamento Ruppin celebrato*, in festo carnisbrevii Dn. Georgio Duci Misnensi, que genuit domino suo dominas *Amaliam*, *Sibillam*, & *Katherinam*.
Catherina desponsata Georgio duci Misn.

1513. A. 1513. Generosus & illustris princeps dux Henricus Magnopolensis, frater Alberti ducis, duxit uxorem secundam Wismarie post octavas corporis Christi, Helenam filiam comitis palatini & sororem uxoris Georgii ducis Stetinensis, que genuit domino suo Henrico Magnopolensi Margaretham, Philippam, Catherinam.
Henricus dux Meckl transit ad vota secunda.

1514. A. 1514. Dux Henricus Magnopolensis misit filiam suam dominam Vrsulam domicellam domine & sorori Dorothee Abbatisse Ribenicensis op di sorori sue dilectissime nondum quadriennem in monasterium, ubi per annos fere octo in habitu seculari modeste & religiose conversata
Ursula vitae monasticae dicata.

est. A. 1518. Dna. Abbatissa tectum ecclesie latere anteriori fieri curavit de cupro, pro quo ex piis donationibus soluta est summa septem C. floren. 1518.

1520. A. 1520. venit inimicus homo & seminavit zizaniam discordie inter fratres dominum Hinricum & dominum Albertum Magnopolenses de divisione paterne hereditatis; quo tempore eciam & iam ante pullulavit error vel heresis ut ita dicam MARTINI LUTTER Augustiniani in Wittenberg & circa partes stagnales.
Reformationis B. Lutheri initium.

1522. A. 1522. Reverendus pater minister frater Gerardus *Sünck* sacre Theologie professor celebravit primum capitulum *facta divisione per partes Saxonie in* conventu Hamburgensi professto exaltacionis S. Crucis, ubi *Martiniste* maximam confusionem fecerunt ordini ecclesiastico. E. a. in die nativitatis Marie que erat secunda feria illustrissima domina Ursula filia ducis Hinrici Magnopolensis ad honorem omnipotentis DEI & dive Clare virginis exiens annum duodecimum vestita fuit per reverendum patrem fratrem *Didericum Hulss* ordinis minorum, vicarium Zwerinensem in pontificalibus, presente dicto domino Hinrico duce Magnopolensi patre & sua consorte Domina Helena nec non filiis domino Magno & domina Zophia, germanis dicte puelle investite, & domino Philippo & domino Magno cum conthorali sua duce Lowenburgensi, nec non domina & sorore Elizabet ducissa de Rene cum quatuor sororibus eiusdem ordinis albe vestitis, & cum multis aliis nobilibus utriusque sexus cum magnis apparatibus. Officium misse complebatur illo die hora duodecima facto prandio & erat aura satis serena & pulcra. Pariter ante horam secundam suffraganeus complevit officium investicionis sororis domine *Ursule* Magnopolensis. E. a. rex Dacie fecit decollari Episcopos, milites, nobiles & ignobiles in Suecia in civitate Stockholmensi.
Capitulum generale Hamburgi.
Progressus Lutherane doctrine.
Christierni II. Regis Dan. fugitivi

1523. A. 1523. Rex Dacie Dominus Christiernus factus est profugus de terra sua, nullo prosequente Deo maximo permittente ob facinora sua mala perpetrata tam in *clero* quam in *nobilibus* & *patruo* suo. E. a. edificata est curia Petersstorpe a fundo novo.

1522. A. 1522. Albertus dux Magnopolensis junior frater domini Henrici ducis Magnopolensis desponsavit filiam domini Joachimi Marchionis Brandenburgensis dominam Annam, quam ut fertur, blandis sermonibus & pulcris muneribus donisque retraxit, de voluntate tamen patrum, a monasterio, in quo iam more sororum, non in habitu earundem ad tempus conversata fuit, sed nondum ante altare sollempniter vestita erat. E. a. sequenti die sancti patris nostri Francisci, que erat secunda feria post Remigii, Generosus & inclitus princeps & dux dominus *Bugislaus Stetinensis & Pomeranensis* post magnifica opera diem clausit extremum & in curia sua Stetinensi est sepultus dominica proxima post obitum ipsius in Ecclesia *sancti Ottonis* in medio chori maxima cum sollempnitate.
Bugislaus dux Stetin. obit.

1524. A. 1524. octava die regum dominus Albertus Magnopolensis celebravit nupcias suas in *Berlin* & profesto purificationis Marie cum decenti comitiva & uxore venit *Wysmarie*. E. a. in die Justini Presbyteri illustrissima domina Helena uxor domini
Alberti ducis nuptie.

mini Henrici Magnopolensis filia comitis palatini migravit de hoc seculo cuius anima requiescat in pace sancta. A. 1525. in die regum illustrissima domina Amalia filia comitis Palatini uxor domini Georgii principis Stettinensis & pomeranie diem clausit extremum in Stetin. E. a. feria secunda palmarum fratres minores & predicatores & Birgittinenses, Sundenses, receperunt fugam propter *impetum* MARTINIANISTARUM *sive Lutteranorum* & vim quam eis inferebant in suis monasteriis. Nota quod domina Anna filia Marchionis Brandenburgensis & conthoralis Alberti Magnopolensis genuit domino suo filios & filias, Dn. *Magnum* qui obiit in Berlin puer ante Baptisimum, *Johannem* qui eciam obiit statim post baptisimum; *Johannem Albertum* binonimum, *Georgium*, *Vlricum*, *Zophiam*. A. 1525. in die trinitatis domina & soror Ursula filia ducis Henrici Magnopolensis fecit professionem in manus reverendi patris fratris *Everhardi Jungbe* sacre Theologie professoris. E. a. dominica post festum S. Luce evangeliste vestita est relicta uxor *van Stenderen* consulis Hamborgensis nomine Alke, que mox post habitus assumpcionem fecit professionem in presencia patris ministri prefati. A. 1526. quadragesimali tempore venerandus pater frater *Joachimus Meyger* Gardianus fecit de novo edificari domum confessionis & aptari ad libitum suum & decorari variis coloribus. E. a. feria tercia Palmarum domina Margareta, uxor Balthasaris principis & ducis Magnopolensis filia ducis Pomeranie diem clausit extremum & sepulta est apud sororem suam Zophiam in ede divi Dominici ordinis predicatorum *Wismarie*. E. a. dominica Jubilate quidam *Laycus* nomine HINRICUS TASKE servus cuiusdam fabri attemptavit *more Lutteranorum* predicare & seminare verbum DEI in cimiterio sancti Jodoci extra muros Ribbenitz. Cui domina Dorothea de Magnopoli Abbatissa monasterii sancte Clare *maximis laboribus & fatigiis* restitit, & apud *consulatum civitatis & communem populum* accusavit, demum apud *prefectum civitatis* nomine Martinum *Wilmerstede*, qui eundem fugavit e civitate ex precepto Abbatisse. A. 1527. dominica die Mathie Apostoli Ribbenitzi quidam nobilis nomine *Hinricus Dechow de Puteniße* circa opidum *Damgarden* in missa solempni nupciarum recepit frivole offertorium plebani de altari & distribuit ad placitum suum aliis, non pauperibus sed suis consodalibus. Ob id vero in die Mathie quidam alius laicus & civis Ribbenitzensis officio faber nomine *Clawes Goltberch* eciam huiusmodi attemptavit nephas & recepit offertorium ab altari & distribuit ad placitum deditque certis scholarium vinum & aliquibus egenis denarios, deinde intravit domum barbitonsoris & dedit illi quod supererat de offertorio; hoc egre ferens Dorothea Abbatissa monasterii & procurator eiusdem ecclesie punivit eum realiter & multavit pecunia & labore, & *coactus est* ut cum *30 viris* in festo annnunciacionis Marie iret ad altare satisfaciendo pastori ecclesie in offertorio frivole de altari recepto. E. a. feria quinta post reminiscere in dormitorio novo fororum posita est fenestra magna ante cellam Vrsule vicarie supra gradus lapideos, procuratrix fenestre fuit soror *Alke van Stenderen*, Hamburgensis consulis vidua. Feria quinta post letare Fridericus *rex Dacie* & *dux Holsacie* misit Domine Dorothee Abbatisse quatuor boves pingues & magnos in subsidium conventus. E. a. est renovatum opus organicum maius per valentem & satis scientificum virum *Magistrum Johannem Ravenensem*. Illo tempore feria tercia pentecostes generosa Dna. Zophia filia ducis Henrici Magnopolensis desponsata est duci *Erico Luneburgensi*, qui totus erat LUTTERANUS. Nuptie vero celebrate sunt in *arce Zwerinensi*, quarta feria, ut supra, que genuit domino suo, *Franciscum Ottonem* binonimum, *Fredericum Hinricum* & *Elisabeth*, primus obiit antequam fuit baptizatus, & secundus post baptisimum obiit. E. a. in die divisionis apostolorum glorioſa *Ursula Megapolensis* in presencia reverendi patris ministri fratris *Andree Scheneman* sacre Theologie professoris est electa in vicariam rite & canonice atque concorditer ab omnibus sororibus, de qua concordi electione plurimum gavisus est reverendus pater minister cum patribus suis. A. 1529. quadragesimali tempore de consensu Dorothee Abbatisse venerandus pater frater *Joachim Meyger* & confessor dominarum, una cum fratre me *Lamberto Sluggbert* confessore & venerando patre fratre *Joachimo* aptaverunt locum quendam pro libraria, quam eciam libris suis ornaverunt ac fenestris. E. a. Dorothea Abbatissa procuravit domum circa viridarium a sacerdotibus in Ribbenitz pro conventu & solacio fororum & conventus perpetuis temporibus, pro qua exposuit marcas 50. An. 1530. eadem domina fecit opus organicum minus renovari per eundem magistrum, qui & maius perfecit. Et pro maiori & minori, singulis computatis, sunt exposita 126. marcas & 8. solidos. An. 1532. in die *Lamberti episcopi* dux Magnus Megapolensis electus est in episcopum ecclesie Zwerinensis, filius ducis Henrici Magnopolensis & intronisatus est. E. a. in vigilia Michael. Archangeli pistrina in Peterstorpe periit totaliter igne. In die inaugurationis domini eodem anno dux & princeps Albertus Magnopolensis obtinuit a conventu de consensu omnium fororum domum ex opposito ecclesie nostre, que dicebatur domus Martini Trossey cum viridario cum omnibus attinenciis, pro qua omnibus gracias egit. A. 1533 in nocte nativitatis Christi dux Hinricus Magnopolensis fecit missas celebrari *in castro Zwerin* more antiquo, qui tamen in antea *ecclesiæ* INIMICIS permisit iussit missam celebrari ydeomate vulgari in scandalum ecclesie & Cleri. Hic postea eodem anno, nescio quo spiritu ductus, aversus est, & fecit edificium in civitate Zwerinensi *Synagogam Sathane* pro lutteranis & familia sua solum; parcat illi Deus! E. a. Dorothea Abbatissa procuravit fieri duos caminos videlicet in coquina & in infirmaria. Eciam fecit fieri estuarium pro solacio omnium in cimiterio cum fornace ac fenestris. A. 1534. feria quarta infra octavam conceptionis Marie Dorothea Abbatissa recepit literas Alberti Magno-

Sophia Megap. sponsa Erici Luneburg. Lutheranis addicti.

Ej. proles.

Ursula Megap. electa vicaria.

1529. *Locus adsignatus custodiendis libris.*

1530.

1532. *Magnus eligitur Episcopus Sverin.*

1533. *Dux Hinricus Lutheranis favens.*

Templum Lutheranor Sverini exstructum.

1534. *Henricus & Albertus fra-*

tres reconciliati.

Magnopolensis, de qua multum gaudium & maximum concepit, quod ambo duces videlicet Hinricus & Albertus fratres eius essent totaliter confederati & pacifice compositi, de qua re sit deus benedictus in secula. Amen. Sequenti die cecinerunt sorores Te Deum laudamus in magnis organis. 1535. A. 1535. feria quarta post quasimodogeniti, illustriss. Dorothea Abbatissa, & altigenita Ursula Vicaria summo mane exibant monasterium versus *Warnemünde* in curru cum duabus sororibus *Christina Podinis* & *Alke van Stenderen*, quas conduxerunt duo proconsules Ribbenicenses videlicet *Henricus Leonis* & *Arnoldus Roche*, & quinque proconsules *Joachimus Wendelborne*, *Johannes Bertoldus*, *Petrus Schade* iunior, *Johannes Leonis* & *Joachim Ungelicke*, & cives quatuor Johannes *Bertoldi*, Joachim *Berneckow*, Johannes *Schimmelman*, Johannes *Berndes* & servus civitatis Gregorius *Wittenborch*. Hora prandii venerunt ad locum deputatum, ubi occurrit eis obviam illustrissimus dominus Albertus cum conthorali sua ac virginibus & nobili comitiva, plurimum gavisi. Sequenti die feria quinta hora 6ta illustrissimus princeps dominus Albertus Magnopolensis cum conthorali sua navigavit & venit *Nicopien* hora quinta vespera, ut ex litteris suis accepi. Non multo post misit illustrissime domine Abbatisse sorori sue proficiticum pro munere. E.a. mox post octavas pasche domina Dorothea fecit edificare caminum pro fornace refectorii a fundo. Deinde ecclesie turrim repeciari fecit usque ad summum & 1538. completum est opus vigilia ascensionis. A. 1538. 1539. die Egidii Episcopi in Deo obdormivit Domina Dorothea & per totum annum vacua fuit sedes Abbatisse quanquam illustrissima Ursula electa erat ad id officium. Recusavit enim illud & tentavit abire e monasterio, sed precibus sororum & bonorum amicorum mota sequenti anno Abbatissa facta est in Christi nomine. Sed que sustinuerit hactenus in suo regimine incommoda & mala varia & ob *Martinistas*, omnes boni & bene prudentes satis sciunt & possunt facile cogitare. Deus illustrissimæ Domine Abbatissæ vitam longævam largiatur. *Finis.*

* ** **
* * *

Quae in coenobio apud Ribnizenses servatur versio huius Chronici *vernacula*, paraphraseos speciem passim praebet, sæpe tamen interpres quædam omittit, iterumque fabulas aliaque quædam addit. Post annum 1539. subjunxit supplementa quædam. En argumenta ipsa: A. 1388. *Könynck* Albrecht *tho Sweden und eyn Hertyck to Meckelnborch, do he nun börde den Dod sines Vaders und sines Broders, wolde he then in sin væderlicke Land und Erve, dat sulve bekande de Königinne to Dennemarck und sammelde eyn grot Volck tho hope dat se myt deme Könynck tho Zweden Könynck Albrecht umme ethycker Orsacken halven wolde stryden und dene vemelick ist ge-*

Rex Sueciæ Albertus captivus.

schen, dat Köninck Albrecht to Sweden an deme dage des hilligen Apostels Mathie myt sinem Sone hertig Erich und Greven Albrecht to Holsten und Greve Günther to Lindow myt eren Ridderen synt ghekamen dar de Könyginne to Dennemarck myt eren Volcke lag thosamen und dar tho hope strydet, also dat van beyden parten vele der Eddelinghe und Riddermesken Lüde dar dot bleven und Köningk Albrecht myt sinen Sone Hertig Erick und mit den Bisschop Scharens *sint vencklyck ghenamen van der Könyginne und den Denen, unde so ys fencklich gebleven Könynck* Albrecht *myt sinen Sohne in Dennemarcken VII Jar, bet so lange dat alle* eddele Frowen in dem Lande Mecklenborch *alle ere Smucke in Parlen, Golde, Sulver, und all dat hebben uthgesettet und to enen groten Summe Geldes thosamen bröcht, alse* XL dusend marck Sulvers, *und so ene ghelöset myt sinen Sohne uth der Vencknisse. Hier vor Köninck Albrecht heft alle de eddelen Frowen in deme Land to Mecklenborg tho ewigen tyden gegeven also det privilegien und Vrygheyt, dat se sowol mögen* erven alse de Men-re, *de dar sint van der* Spille-Syden, *so wol also de van der* Swert-Syde *und dat sulve en ock vorsegelt und verbrevet.* (*) Ad annum 1455. fabulam addidit commentator: *Etlicke seggen, dat dar de hilge Jungfrow und Moder sunte Clare ys gheseen baven deme Closter, und heft mit erem Mantel afgewert dat Vür so dat yd deme Closter beft nenen Schaden gedahn, Dyt sylve heft also bekent de Düvel tho Rome dorch enen besetenen Mynsscken, welcker wurt gefraget up ene Tydt: wo were stu an dem Dingetage na Palme? de Bösse Gheist antwerde uth deme besetenen: Ick was in Dudesken Lande bi sündergen in ener klenen Stadt tysschen Rostke und deme Sunde belegen, ghenömet Ribbenitz, dar sülvest hebbe ick de brende gans wol vort gestacket, dat de gantze Stat ys upghesenget; de prester vragede en, ys dar nicht stande bleven, he antwerde: myn Hus und der Megede Hus ys noch gebleven; de prester sede: wat was dat vor eyn Megede Hus, he antwerde, dat was der Megede Closter, dar stunt up ene Maget myt enen wyden Mantel und weygede dat Vür dar aff, dat yd nicht mochte ofte könde Schaden don und de Megede legen in deme Kor und hedden sick gantz bedröflick.* A. 1494. Maximilianus *de Keyser, dorch Verdenst des Heren Hertich* Magnus *tho Mecklenborch, heft em gegeven de Hant myt ener Dwelen ofte den Armen mit enem güldenen Vinger in der Hand in sineme Wapent, welcke nen Vorste ofte Hertoge vor em heft ghevoret, und also is vorendert worden der Vorsten to Mecklenborch Wapent van Tyden to Tyden.* A. 1528. des dunredages na Conceptionis Marie *unse gnædige und hochgebahrne Vörste Hertich Albrecht to Mecklenborg heft gegeven eyne sunderliche Frybeit und privilegium siner Süster Froycken Dorothea Abbatissa tot Ribbenisse, dorch ere Vorbede und Begehr vorsegelt und vorbrevet dat up des Closters Kerckemysse schal wesen tho Ribbenitz eyn*

Lytro Nobilium summa Mecklenburgensium libertas.

Fabula de insignibus Mecklenburgensibus a Maximiliano I. auctis.

1455.

Miraculum servati Coenobii ab incendio.

1528.

Privilegium quinquennarum Monast. Ribenense datum.

(*) Ad quas literas provocat *Marschalcus Thurius ann. Herul. L 7 c. 3. & in vitis Obotrit. L. 1. c. 90. & in Deflor. Antiq c 5. T. I. Mon. ined. p.* 307. 622. 1554. & post illum *Bocerus, Thömingius, Tarnovius, Boehmerus, Behrius* ceteri. Inter ipsa tamen Alberti copiosa diplomata hactenus quidem frustra laudatum privilegium inquisivi. Vide quod pro ejusdem authentia disseruit JARGOVIUS *in Kluvero emendato & aucto.* Cui dubia opposuit NETTELBLADT *peculiari de his Literis Albertinis programmate.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eyn fryg Marcket, alſo dat dat Marcket wert geholden des Sundaghes na Dionyſii und gheholden ys lange Tydt beth nu her tho kopende und vorkopende ſunder SCHATTE *ofte* TOWINGE. A. 1568. *im Harde Mahne ys der Irlüchter Hochgebahrner Hertog Joham Albrecht unſer gnediger Fürſt und Herr, albie zu Ribbenitz myt ſinen Fürſtlichen Reden geweſen de ſynt damalen vor Commiſſarien twiſchen der* Landſchede Pommern *und* Mecklenborch *verordnet geweſen und hebben tho beyden Syden der Fürſtenthümer eine Schede gezogen mit dem Hertog zu Pommern zu Damgarten gelegen.* An. 1578. d. 18. Jan. *word kranck und ſtarff d.* 12. Febr. *unſer Landes herr* Johan Albrecht *den* 29. Febr. *tho Swerin begraven in de Domkarcken darſülveſt, da en nyg Gewölb gemacket ward, he was gebahren* a. 1527. d. 1. Dec. *um* 1. *Schlag na Middage, het gelevet* 48. *Jahr.*

568. itamenta.

578.

Thoſtand des Cloſters 1578.

Dat Cloſter] *heft to verlyen de* Kerke *binnen Ribnitz, de Kerken to Swan, Darſow, Wuſtrow, Marlow. An* Meyerhofe *heft dat Cloſter den Niwenhoff, den Derhagen, tho de Müritz un Froudenberge. Diſe beyde letzte heft Froychen Abbatiſſa Dorothea erworben by dyt Cloſter, den Froudenberge hefft ere Gnade von hartichen Balthſer, Erich un Hinrich tho Mecklenb. mit groter Bede erlangt, dafor hefft ſe mit den füſtern ſick verbunden ene ewige Dæchtniß to holden, na den* gratias *to leſen alle Dage den* Salmen de profundis ad Te clamamus *mit einem Verſicul und Collecte.* a. 1516. Dörpe: Klokenhagen, XVI. *Ervi. 18. hof.* 6. Katen. Wilmershagen XI9. *E.* III. K. Wolkerhagen X. *E.* IX. K. Bertelſlagen XVII. *E.* II. K. Broberow X. *E.* IX. K. Kulrat VIII. *E.* IV. K. Buchorſt III. *E.* I. K. Treſſentien VI. *E.* II. K. Janekendorp V. *E.* I. K. Poppendorp VIII. *E.* Deerhagen XXV. *E.* I. K. Putgarde *in dem Land to Rügen dat halve Dorp hefft* VIII. *E.* XI. K Zwantzwuſtrow *dat* Kerkdorp XX. *E.* Oldenhagen XVIII. *E.* V K. Nygenhagen VI. *E.* Begerſtorp I. E. Korkewyſe *de helffte. Van dem Dorpe* Kolkerhagen *mercke, dat yt gekofft vor* XVIIIC *Marck und* XXXIIII. *Marck von twe Schlechten (Slægen) geheten Prene und Krowele, darup ſint geſcreven II. beſegelde Brefe, dat Dorp iß mit allen vryg, mit hogſten und ſydſten Richte.* Sequitur recenſio hiſtorica de vaſis aureis, argenteis aliisque rebus ſuperfluis coenobii cum indice rerum venditarum earumque pretiorum ſub tit: *Uphevinge der Clenodien der Süſter,* de qua venditione vide Chronicon ad a. 1510. Subjunguntur: 1) *Regiſter der Sermonen æver alle Mand des Jahrs an Sun und Feſt Dagen, ordinert von dem erwürd. Vader to Lübke Broder Ditrich Gammerath,* Viſitator *düſſes Cloſters un der irrlüchtgen Vorſtyn Dorothea to Mecklenb. Abbatiſſa, in jegenwart des* gardians Nicol. pangen &c. (II) Nomina omnium ſororum & fratrum ab initio Coenobii, ſerie alphabetica. De Fratre Lamberto Slaggert refertur: illum per XX. annos munus ſubiiſſe confeſſionarii Coenobii. (III.) Nomina novem Abbatiſſarum & XIX. Vicariarum. Deſinunt in nomine Vicariæ demumque Abbatiſſæ Principis Urſulæ, quæ fere ad L. annos usque Coenobio præfuit. Laudat eandem ſcriptor: *Se was ene geſtlike Moter aller Gheſtliken, hefft* a. 1589.

tur Coenobii.

up Michaelis beropen tom prediger Jacob Iſerman von Nordheym, de dat reine Evangelium *predigt und de Sacramente na Chriſti Bevel verrichtet* 6. *Jar:* (IV) Nomina Gardianorum (V) Nomina Confeſſionariorum, inter quos eſt autor Chronici: *Broder Lamb. Slaggert ven dem Sunde quam uth dem Cappittel to Hamburg* a. 1522. *he buede* 1524. *von ſinen Almyſſen* 3. *Schlapkamer up ſinen Bichthuſſe, dat he IV. Vædere herbergen konde.* A. 1560. *was Bichtvader Joh. Hennekin von Warin, de IX. Jahr to Dantzig in St. Joh. Orden geweſen, toch in Walachien und predeke, quam* 1527. *bi Malchin to dem Multzanen tom Rodenmohr und leerde Kinder;* 1528. *kam he na Gilow un predeke XI. Jahr; toch na Roſtock un promoverde in* Magiſtrum Theologie, *ward to St. Jacob* 28. *Jar* Paſtor, *ward da verdreven* a. 1558 *wegen* ſiner FALSCHEN LEHRE *van dem Vorſten to Mecklenb. quam to Ribnitz* 8. *Jahr in der Parkirchen,* 3. *in Cloſter und ſtarf* 1569. (VI) Nomina eorum, quibus coenobium accepta refert legata donaque alia, *Dominorum Meckl. Foeminarum Principum, Equitum, nobilium, civium Kilonienſium, Lubecenſium, Wiſmarienſium, Roſtochienſium, Ribbenitzenſ. Sundenſ. Grypeswoldenſ.* (VII) Deſignatio vaſorum aureorum, margaritarum & ornatuum ſervatorum in Sacriſta. (VIII.) Nomina XXXV ſororum, X. puellarum & XI. ſororum ſervientium *Deenſt Süſtern,* quæ in coenobio vixerunt a. 1523. quo *Lamb. Slaggert* muneri ſuo ibidem admovebatur. IX. Nomina ſororum mortuarum ab a. 1523.-1533. (X.) *Verteknifs deß wat de Hern un Hertoghen to Mecklenborg hebben in diß n Lande.* II. *Biſcope,* Raceborg, Swerin Butzow. VII. *Jungfrow-Cloſter,* Zarnetin, Rene, Eldena, Nygecloſter, Roſtok, Ribbnitz, Rüne, *hebben alle Landgüdere.* IV *Domkerken,* Swerin, Raceburg, Guſtrow, Roſtock. III. *Comters,* Krakau, Nemerytze offte Nemerow, Myrow. *I. Prior. tho Ekſen* 1. *Hoff. In dem Lande tho Wenden* III. *Abbet Cloſter:* Reynevelde, Dübberan, Dargun. I. *Meyſter tho deme Tennyngshave. Geſtlike Domherrn to dem Brode un to der Himmelporte.* V *Juncfrown-Cloſter,* Dubbertin, Ivenack, Malchaw Ciſtercienſer Ordens, Wanske, Stepeniſſe. I. *Carthus* Maryenne vor Roſtock. *Borge, Slote un hove der Vorſten:* Wiſmar 1. Hov, Dometze en Slote, Boyſenborg, Wittenborg, Gadebuſch Slote un Borge, Mekelenborg 1. hoff, Swerin Hovetborg, Nygenſtad, Grevesmole Slote, Walsmole, Guſtrow, Goltbergh, Plawe, Plaghe, Wredenhagen, Lübeſſe, Stavenhagen, Gnoyen, Kaland, Teterow, Stargard, Strelyſſe, Weſenberge, Weltberge, Vorſtenberg, Gorleſſen, Marneſſe, Stintborg, Brandenborg de hoff, Butzau, Warin. *Borge, Slote und Hove des Adels.* Wenyge den v. Bulow, Stavenow den von Zuitſow, Nygehus v. Rohr, Meyenborg P Baſedow v. Hanen, Grubenhagen v. Moltken, Schortſow v. Moltken, Thonverder, Ankershagen von Holſten, Gevezin, Schur v. Plotowen, Galenbeke de Ryben, Penatelswan ynge, Nuſtrov v. Beren, Waskow v. Hoben, Streytveldᵉ v. Moltken, Granſov v. Pren, Arensdesberg v Hanen, Wokerenthe v. Vesreggen, Selbetzyn.

Rotzeniſſe, Erpeshagen v. Pleſſen, Lüborch Lüeke de Baſſvitzen und heft Vicke Baſſvitz gebuwet, Thorlippen de Hanen, Küchelmis de Hanen, Torgelow v. Roſſebod, Güvitz Otte Hane, Geskow un Wennedorf v. Pren, Koltzow v. der Lüh, Redenin de Pentze, Zyrow de Negendancken. (XI.) *Verzeichniſs der Mecklenburgiſchen Erbtöchter* (*) An. 1500. *Nachfolgende Frauen und Jungfrauen, die in den Fürſtenthümern Mecklenburg, Wenden, auch in den Herrſchafften Roſtock und Stargard ihre Väterliche Erbe, nach derſelben Lande Gewohnheit und Gebrauch beſeſſen haben und zum theil noch beſitzen.* Im Lande zu WENDEN. *Reimar Noſſentien hat beſeſſen Meerckow, mit eines* Levitzowen Tochter, *Vicke Vieregge hat beſeſſen Roſſewitze, mit eines* Nortmanns *Tochter, Ulrich Dryberg hat beſeſſen die Sprentz, mit eines* Linſtowen *Tochter, Achim Bredow, noch im Leben, beſitzet Ruckwitz mit eines* Grabowen *Tochter, Hans Schwerin hat beſeſſen Kyttendorp, mit eines* Breyden Tochter, *und nach deſſelben Schweriens Tode hat die Frau* Vollrath Preen *gefreyet, und ſolch Gut die Zeit Ihres Lebens behalten, Karſten Paſſow hat beſeſſen Meſtorp mit eines* Moriens *Tochter; Hoge hat beſeſſen Schorſow mit eines* Mollzahns Tochter, *Claus Hahn hat beſeſſen Panſtorff mit eines* Noſſenthiens *Tochter, Hinrich Hobe hat beſeſſen Niekör mit* Kerckdorps *Tochter. Jacob Levezow, noch im Leben, beſitzet mit ſeiner Frauen, die eines* Moltcken Tochter *iſt ihres Vaters Erbe, Hertig Breydow hat beſeſſen das Rothe Moor mit eines* Moltzahns *Tochter, Herman Hagenow hat beſeſſen Vilſte mit eines* Wangeliens *Tochter, Claus Moltcke hat beſeſſen* Dalwitz *mit eines Baſſen Tochter, nach dieſes Todesfall hat Otto Hane die Frau gefreyet, und das Guth die Zeit ſeines Lebens beſeſſen und gebrauchet. Hans von Alvensleben hat erlanget mit eines* Schonfelds Tochter *das Guth Zubbezien. Hern Bernd Moltzahn iſt erkannt, daſs Er Paſſentiens Tochter in Groſs Vatern Gütern ſitzen laſſen ſoll, oder ſie daraus kauffen. Vicke Stallbaums Töchter beſitzen Roſenow ihr väterliches Erbe. Richard von der Schulenburg hat Hänſen von Alvensleben (deſſen Tochter er hat) Güter Zubbezien eingenommen, die er den ohn einigen Eintrag noch Verhinderung ruhiglich beſitzet.* Im Lande zu MECKLENBURG. *Otto Hane von Baſedow hat beſeſſen Orſtorpe mit eines* Baſſen *Tochter. Hanß Baſſe** hat beſeſſen die* Zyrow *mit eines* Negendancken *** *Tochter. Johann Baſſe kreeg Levezow mit eines* Leuezowen *Tochter. Rabtke Kerckdorp kreeg Baſſe mit* eines Baſſen Tochter, *nach deſſen Tode kreeg ſie Heinen Beeren, der ſolch Guth auch die Zeit ihres Lebens beſeſſen. Holſte hat beſeſſen Achelien mit eines* Finecken *Tochter. Dieterich von Berne hat beſeſſen* den Freudenberg *mit eines* Bernefhüers *Tochter. Jürge Smicke, noch im Leben, beſitzet die Buſchmühle mit Heinrichs* von der Lühe Tochter. *Achim Kerckdorff hat eines* Zeplins *Tochter zur Ehe und ihre Väterliche Erb Lehn-Güter biſs in dieſen Tag* mit ihr beſeſſen, *und noch beſitzet.* Im Lande zu STARGARD. *Clauſs Habnen iſt gegeben Meetze mit eines* Bertekowen *Tochter.* Im Lande zu ROSTOCK. *Iven Mentze hat beſeſſen Redickeſterpe mit eines* Kerckdorpes *Tochter. Claus Hane beſitzet* Teſsien *mit eines* Oetetzen *Tochter.*

(*) Productum & ex conſuetudinibus feudalibus Mecklenb. probatum eſt hoc documentum Spiræ in Camera imperiali a. 1523. a Nobilibus Preniis contra Moltken in Schoſſau.

(**) *Oder Henneke* Baſſe ſive *Baſſewiz, und nach ihm, deſſen* Succeſſor *im Ehebette, Einer von* Bülow, *beyde im* XV. Seculo.

(***) Lüdeke, *Dettloffs Sohn, der ein Drittheil der Syrow beſeſſen.*

V.

DIPLOMATARIUM MECKLENBURGICUM MISCELLUM EX AUTHENTICIS MEMBRANIS ET CHARTIS DESCRIPTUM E *B. GEORGII WESTPHALII* P. PRIMAR. ECCLESIÆ CATHEDRALIS SVERINENSIS COLLECTIONE *CORPORIS DIPLOMATICI MECKLENBURGICI* SELECTUM, CONTINENS CHARTAS INEDITAS ADHUC (*) AB A. 1171. USQUE AD A. 1710. IN USUM AC SUPPLEMENTUM *ANTIQUITATUM, HISTORIARUM, JURIUMQUE MEGAPOLENSIUM ECCLESIASTICORUM, CIVILIUM ET TERRITORIALIUM.*

ACCEDUNT I. INSIGNIA ET SIGILLA *REGUM ET DUCUM MEGAPOLENSIUM* FIDE MARESCHALCI, MUNSTERI, KIRCHBERGII, PICTURARUM DOBERANENSIUM, PRÆCIPUE DIPLOMATUM DELINEATA. II. DELINEATIO ET RECENSIO SIGILLORUM, QUÆ DIPLOMATIBUS MECKLENBURGICIS ADPENDUNT *PRINCIPUM* VARIORUM, *COMITUM* SVERINENSIUM, DANNEBURGENSIUM ALIORUMQUE, *ECCLESIARUM, MONASTERIORUM, EPISCOPORUM, NOBILIUM* (**), *MINISTERIALIUM ET CIVITATUM* (***).

I. Fundatio Epiſcopiæ Suerinenſis ex duabus membranis authenticis Tabularii Ducalis *Guſtrovienſis* & *Suerinenſis* curate deſcripta.

A. *Ex Archivo Guſtrovienſi.* Ex quo, exſtincta ſtirpe Ducum Guſtrovienſium, translata eſt hæc charta in Archivum Suerinenſe, in quo hodieque

(*) Studio omittuntur, quæ editæ ſunt, pauculis exceptis, quarum curata lectio ad autographas chartas recognita, integritati reſtituitur Editæ vero chartæ præcipue reperiuntur apud HUITFELD *in Chron. Dan.* LINDENBROCH *in Scriptor. rer. ſeptentr.* LONDORP *in actis publicis:* HORTLEDER *in Originibus belli germ.* COLLECTORES *Diarii Europæi, Theatri Europæi T. XVI. ſq.* GASTEL *de Statu publ. Eur. c.* 19. THUCELIUM *in Actis publ. R. I. T. II. ſq.* MULLER *R. T. Th. Vorſt. I. C. XIII. ſq.* LUNIG *in Archivo Imper. germ. Grundfeſte Europ. Potent gerechtſam. Spicilegio eccleſiaſtico, Corpore juris feudal. Codice germ. diplomat. & Collectione nova:* DUMONT en Corps univerſel diplomat. ed Amſterd f. 1726 *cum Supplement. Volum. XIII.* STAPHORST *Hiſtor. eccleſiaſt. diplom.*



Georgius Westphalius.

natus d. 17 Aug. 1665. V. D. M. ad templum aulæ et cathredale Sverin a 1694.
P. primarius ecclesiæ cathredal 1713. † d. 10. Aug. 1728. Symb. Gott wirds wohl machen.
Ps. 37. v. 5.

Puschel sc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dieque ſervatur. Sigillum ceræ flavæ impreſſum integrum adpendit, in cujus area conſpicitur eques cataphractus dextra tenens haſtam. Inſcriptio ita ſervata: Hinricus Dei gratia Dux - - rie & Saxonie.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus DEI gratia Bawariæ atque SaxoniæDux Summa æternæ pietatis providentia poteſtatem & amminiſtrationem in temporalibus idcirco nobis contulit ut bonum operemur ad omnes maxime autem ad domeſticos fidei. Si itaque in promovendis vel ordinandis rebus eccleſiæ vel eccleſiaſticarum perſonarum commoditatibus devoti & ſtudioſi æmulatores fuerimus, emolumentum laboris noſtri ab eo expectamus, qui dat mercedem bonam ſuſtinentibus ſe. Eapropter notum facimus univerſis tam præſentibus quam futuri temporis Chriſti fidelibus quomodo nos pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum ad dilatandam & propagandam chriſtiani nominis religionem *in terra Slavorum* trans-Albina in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, tres epiſcopatus conſtruximus, allodiis & reditibus menſæ noſtræ *dotavimus* inſuper ea quam *gladio & arcu noſtro* conquiſivimus hæreditate ampliavimus. Prærogativam quoque totius eccleſiaſticæ libertatis juxta formam ſanctorum canonum, & leges Imperatorum tam eccleſiis quam eccleſiaſticis perſonis DEo ibidem ſervientibus *noſtræ auctoritatis edicto firmavimus* & banno Apoſtolicorum Archiepiſcoporum, epiſcoporum corroborari fecimus. Ex quibus *epiſcopatum Zwerinenſem* quem poſtremo omnium conſecrari & dedicari, in honorem domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ DEI genitricis Mariæ & S. Johannis Evangeliſtæ fecimus trecentis *manſis* (a) & duabus *villis* ac duabus *curiis* (b) ALLODII NOSTRI dotavimus, Villa ſcilicet *Boriſt* in *Sadelbandingen* (c) villa *Virichim*, *Todendorp* (d) duabus curiis, his in *eadem dote* adjunximus *terram* quæ vocatur *Butiſſowe* (e) & decem villas in *Vlowe* (f) quarum hæc nomina ſunt *antiqua Vlowe* (g), *Moyszledarſiz* (1), *Gugolnoſci* (2), *Jaztroue* (3), *Niezta* (4), *Pankovitz* (5), *Mentino* (6), *Quazutino* (7), *Loixoy* (8), *Gnesdiz* (9); & villam S. *Godehardi*, quæ prius *Goderac* (i) dicebatur, cum omni utilitate & attinentiis ſuis, villam quæ dicitur *Wotencha* (k) prope *Dimin* cum aliis quatuor villis, villam in *Muritz* (l) & aliam in *Warnowe* (m) item prope Zvaryn duas villas *Rampen*

Kkk 3

diplom. Hamb. PFEFFINGER *Hiſtor. Tevrar. Brunſvic. & Luneb.* AUTOREM *informationis hiſtoricæ vom Urſprung der Kön. Preuſſ. und Marggrafflich. Brandenb. Eventual-Succeſſions recht an den Mecklenb. Reichs Lehn in append.* JARGOW *in Kluveri deſcriptione ducatus Mecklenb. emendata & aucta:* THILE *in appendicibus ad hiſtoriam eccleſiæ Cathredalis S. Cœciliæ Guſtrovienſ.* GERDES *in Collection VIII. documentor. Mecklenb.* SCHRÖDER *in primitiis Wiſmar. & Megapoli papiſtica:* AUTORES *rerum hiſtor & literariar. academ. Roſtoch. vu go Roſtock. Etwas:* SENCKENBERG *in diplomatario Wiſmarienſ. Tomo II. Selectorum jur. & hiſtor inſerto:* AUTOREM *der hiſtoriſchen Nachr. von Verfaſſung des Fürſtenth. Swerin ed. an.* 1741. *it. des wahren Abdruks der Roſtock. privilegien ed. Roſt.* 1734. ut taceam alia nonnulla quæ exſtant *in ſpecim. documentor. Mecklenb. ed. Roſtochii* 1726. *& in deductionibus & opuſculis variis.* Hæc fere ſingula cum ineditis conjunctim collecta & ad chartas authenticas curato recognita ſunt a b. Parente in laudato Codice, qui numerum duorum millium diplomatum egreditur. Quamvis vero hæc collectio copioſa videri poſſet, fatendum tamen eſt, quod primitias ſaltim & flores veris, non ubertatem æſtatis & meſſem exhibeat, quæ adhuc in herba eſt. In archivo enim ducali Suerinenſi deliteſcunt ultra quatuor millia patriæ diplomata inedita adhuc ſecundum tractus regionum, præfecturas, civitates, pagos in loculos ſuos recondita, digna quæ aliquando in lucem protrahantur a viro induſtrio rerumque perito, qui ad provehendam ornandamque Patriæ rem diplomaticam & hiſtoricam promtus parum acerbe ferat moleſtias, & qui devorandi ſunt, veterum chartarum cineres.

(**) Quorum alia quædam delineata vides T. II. Tab. Iii & Kkk p. 1468.

(***) Sigilla civitatum Warnæ, Grimmæ, Sultzæ, Grevesmolæ, Roſtochii vide ibid. & Sverini in Tom. I. p. 2030.

(a) In charta huius fundationis vernacule reddita legitur vox *plöge*, *Pflüge*, vulgo *hufen*. A manſo dicitur *manſionarius*, *hufener*, *Mannmat hufenmaſ*. (b) In cit. verſione legitur: *Hövde unſes Lygedoms.* (c) In tractu veteri Saxonico, Lauenburgico, Raceburgenſi &c. Sadelbandia dicitur vel ab incolarum ſeu *inſaſſorum ſunione*, vel a Saxonum atavita poſſeſſione ac foedere. De quo etymo alibi. (d) Forte *Toytendorp*, pagus TEUTONUM, prope Teutenwinckel, vel pagus tractus Guſtrovienſis terræ Calendarum, *Land-Caland*, hodie Præfecturæ novi Calandii. In chartis paſſim laudantur pagi Calendarum: *Beitz*, *Levitzow*, *Polkau*, *Mechow*, *Zukow*, *Swechtin*, *Ponadeſwrf*, *Fochelow*, *Strvekendorp*, *Todendorp*. Forte intellexeris *Toitendorp* Stormariæ hodie Todendorf, pagum & curiam præfecturæ Trittovienſis, ſed rectius videtur indicari villa *Totendorp* parochiæ *Sancke*, cuius mentio fit in *Fundatione quatuor canonicatuum eccleſiæ Jacobi Roſtoch. a.* 1494. (e) Bützovia. (f) Eſt tractus regionis Obotritarum ſeu veteris Megapoleos teſte SCHEDIO in *hiſtoria Megap. MSC.* eiusque *Epitome chorographica*, *voce Ilow.* (g) *Oltylow* prope Magnopolin, cuius rudera translata ſunt in *Ylobungum* caſtrum a. 1260. a Joanne Theologo conditum prope *Ilow* proxime ad viam regiam inter Bukoviam & Wilmariam. Caſtrum hoc nomen obtinuit *Neuburg*, cuius reliquias oſtendit vicinia pagi *Nienborg* præfecturæ Redentinenſis. Ad memoriam Ylovienſis tractus etiam retuleris pagum Ilow præfecturæ Bukovienſis. (1) hodie Maslowe præfecturæ Megapolenſis (2) hod Golchen ibid. vel Gagezow præfecturæ Redentin. (3) hod. Jaſtervitz præfecturæ Gnevesmohlenſis. (4) hod Niex pagus & curia ducalis. Forte a Slavico *Nidze* nusquam, vel a *Niſcha*, bohemice *Nizki* ſubmiſſo, depreſſo. Situ enim inferiori fere latet & montibus olim abſorptus fere nusquam apparuit. Inde nomen acceperunt *Nixæ*, *Berg-und Waſſer-Nixen.* (5) h. Pantzow præfecturæ Bukoviens. (6) h. Mædentin in præfectura Megapolenſi, vel Meutin pagus Bukovienſis. (7) h. Queſtin, pagus ducalis præfecturæ Redentin. (8) Forte Leetzan ſeu Leetzen prope Rampen. Rectius Levitzow præfecturæ Megapolenſis (9) hodie Greſe pagus nobilium præfecturæ Megapol. (i) Gothardshoff, vel ſi mavis, Godern pagus præfecturæ Suerinenſis. In chartis paſſim occurrit *Gedereck*, hodie forte Rederanck præfecturæ Bukoviens. (k) Wotenik, Wotenke prope Deminum. Vide SCHWARTZ *hiſt. finium Rugiæ* p. 9. 131. (l) ſeu *Meritz*, Terra & Sylva Ribnicenſi teſte SLAGGERT *in Chron Ribn. ad a.* 1329. Circa finem huius diplomatis legitur *Moritz*. Hodie hoc nomen ſervat pagus & curia villica Ribnicenſis Müritz, item pagus parchumenſis haud procul a pervetuſto oppido *Warna* huiusque lacu *Müritz* cui forte nomen eſt vel a *Mohr*, paludibus, terra paluſtri, vel a Slavico & polonico *Mierze*, divido, partior. Limites enim fere partitur & certos conſtituit. Situ etiam accommodatus eſt navigationi & commerciis. Sed deficientibus ſumtibus cataractarum emolumentis iſtis carent adhuc oppidani, accolæ & poſſeſſores prædiorum nobilium adjacentium numeroſe. (m) In terra veterum *Varnorum* teſte Helmol-

adel. *Müritz.*

torp.

pen (n) & *Lüzcowe*, (o) quæ mutato nomine *Alta-villa* (p) vocatur; & *insulam* (q) Zverin adiacentem usque ad *rivulum* (r) & aliam *insulam prope Dobin* (s), quæ *Libiz* (t) dicitur. Hæc itaque omnia autoritatis nostræ munificentia sæpedictæ ecclesiæ in usus episcopi & canonicorum ibidem Deo servientium libera donatione interposita, nimirum astipulatione eorum quorum beneficia antea fuerunt tradidimus & banno episcoporum qui aderant corroborari fecimus, eo videlicet tenore quod in usus canonicorum hæc cedant. Duæ prædictæ villæ prope Zweryn *Rampen* & *Alta villa* in *Brezin* (u) triginta mansi, in *Vlowe* quatuor villæ de decem supradictis scilicet *Gugulnosci*, *Jaztrowe*, *Niezca*, *Loixoi* cum omni utilitate & attinentiis suis, *navale teloneum in Zweryn* (v) ubi tantum hii excipiuntur de *Butissin* (w) Parochiam in Zverin cum omni jure, medietatem decimæ in *Silazne* (x) tertiam partem decimæ in *Michelenburg* tertiam partem decimæ in *Vlowe*, tertiam partem decimæ in *Zareze* (z) cis aquam in *Warnowe* & in *Moritz* tertiam partem. Quicunque mansi vel villæ canonicorum sunt nullam decimam recipiet episcopus, sicut in mansis vel villis episcopi e converso nullam decimam accipient Canonici. Quia vero decimæ Sclavorum tenues sunt, de tot provinciis canonicis interim ad stipendia sua deputatæ sint. Nam cum DEO donante, decimæ postmodum lege christianorum convaluerint, in dispositione & consilio Ducis tunc regnantis & Episcopi præsidentis & auxilio comitum terræ Zweryn & Razesburg ita ordinari oportebit ut Canonicorum numero qui tunc erit stipendia sufficiant, & de reliquo aliæ congregationes substituantur. De duabus villis ac duabus curiis supra nominatis quas dominus Dux *de allodio hæreditatis suæ dotavit* & in usus canonicorum deputavit reditus, in

---

Helmoldo. Cuius nominis memoriam habes præcipue in veteri *Warnovio*; Vandalorum, hodie ex Slavico idiomate *Rostochio* ad Varnam, oppidis Warino & Warna, pagoque Warnow tractus Buzovienſis. Adde Schwartz c. l. p. 10. (n) Curia ducalis præfecturæ Sverinensis. (o) Germanice *Hochdorp* a situ editiori; hodie forte corrupte Hundorp, pagus ducalis præfecturæ Sverinenſ. (p) Si Hundorpium trans lacum disiplicuerit, *altam villam* dixerim pagum *Hohen Vychel* a sylva *pinea* vocatum, ad extremitatem lacus Suerinenſ. situm in eodem tractu, quo collocatos vides pagos Rampen, Letzen. Frustra enim a *Vigiliis* seu speculis militum repetitur vulgo nominis origo. Germani indubie dixissent *hohenwarte*. Werda enim vel Warta idem est ac vigilarium, locus excubiarum, Slavice *Straz*, *Strotza*. Vide *Præf. ad Tom. I. p.* 77. (q) Sylva duorum fere milliarium, lacu Sverinensi circumcincta, a custodia & securitate *Werder* appellata. Convenit *Slavica* appellatio *Werieze*, *Wojereze*, quæ est *a rieka* fluvio & *We*, in, locus in flumine tutus. Sponte corruit derivatio GRYPHIANDRI *de insulis c. 1. n. 14.* quia insula *fieri* dicitur per alluvionem. Optime significatum explicant voces, quibus gentes septentrionales utuntur, *Land* & *Holm*. Unde *Hochland*, *Heiligland*, *Gotland* ceteraque nomina insularum. Item *Holmstefna*, provocatio ad locum duelli, editiori loco situm terræque tumulo olim circumdatum, *Stockholmia*, *Soltholmia*, *Bornholmia* aliaque territoria editiora, tutaque inter confluentes aquas. (r) Seu lacum Suerinensem, speciatim eius rivum, qui tractum integrum occidentalem urbis attingit, vulgo *Papendeich*, piscibus abundantem, qui olim Episcoporum & Clericorum usui inserviit, quibus hodieque nomen debent curia episcopalis proxime in urbe ad rivum istum sita, *Bischoffshoff*, & molendinum episcopale extra urbem a rivo agitatum. (s) Castrum a Nicolotо a 1147. munitum eodemque autore destructum, exustum. Helmold. L. I. c. 62. 65. 87. Eodem fere loco deinde exstructum legitur castrum *Glasine*, quod Hinricus Hierosolymitanus redux occupavit & funditus destruxit a. 1299. Ex cuius ruderibus *Gallentin* curia surrexit, cuius antiqua, nunc collapsa turris, lapides & pomoerium, veterum castrorum reliquias passim produnt. Dobbini memoria servatur in pagis eiusdem nominis præfecturarum Goldbergæ & Dobbertini. (t) Quæ dicta videtur a Slavico *Lybje*, *Lobia*, loco profundo; cujus vetustatis vestigia vel ante XL. annos conspicua fuerunt in fossis & fontibus insulæ. Etymon, quod conjector, consonum quoque est situi oppidi ad Eldam *Lübitz*, a declivi fundo appellati. Germanice dixeris *Tiefenhaus*. (u) Slavis *Bukeze* a *buk* fago & altitudine. Convenit germanicum *Hochbuchi* vetustum castrum Stormariæ, cujus regionem occupat hodie Hamburgum. *Altam villam* forte invenis hodie in pago *Hohenkerken* districtus Grevesmolensis, olim terræ *Brezensis*. Cujus memoria superest in nomine pagi *Bresen* prope Gadebusum. Vide Chartas Ducis Alberti a. 1363. 1366. sq. quæ fratrum Kalendarum terræ Brezen mentionem injiciunt. Brezen vero Slavica vox dicitur a *briesa* vel *briseze*, betula, quasi dixeris tractum betulis abundantem, *Birkenfeld*. (v) Vulgo *Fahrgeld*. Olim enim Suerinum aqua undique circumdatum aggeribus & pontibus destitutum fuit, ut itaque opus fuerit navibus vectoriis. Hinc est, quod Suerinum in antiquis chartis *insulare* dicatur, quo nomine inferior etiam civitatis pars insignitur, stagnis, fossis & paludibus undelibet olim cincta, ut in antiquioribus chartis h. l. a. 1171. 1189. sq. nomen obtinuerit *paludis* & SCALÆ vulgo *Trepe*, *Scala*. qua incolæ ex una in alteram partem transeuntes usi sunt, tum *minori* tum *majori* scala quas describit sequens diploma h. l. Deinde hic locus appellationem SCHELFE nactus est a junco *Schilff*, Slavice *Smelna*, Monachis SCHELMO testantibus *chartis Seculi XIII. XIV.* & ex his *Concordiu* inter *Johannem a Kampen* canonicum Suerinensem & Andreæ Episcopi Suerin. Vicarium generalem ac *Reimarum Bulowe* militem inita dataque Lubecæ in festo b. Philippi & Jacobi Apostolor. a. 1351. quæ expresse meminit INSULÆ SCHELLONIS. (w) hodie Boytin. (x) hod. *Sülten*, *Sültz*, pagus ad Varnam situs, tem oppidulum præfecturæ Ribnicensis. (z) Vel *Zarrewe*, hodie *Zarrentin*, olim monasterium, hodie præfectura. In chartis vetustis laudatur pagus *Zarrove*, collibus & sylva abundans, quem Slavi forte appellarunt a *Zara* h. e. aurora (Sorabis *Zerio*, Bohemis *Zorza*) unde *Zaruju* idem est ac poenitere, lugere. Certum enim est, Slavos æque ac Vandalos aliasque gentes cultum exhibuisse idolo auroræ & solis præcipue. Conjunctim passim in chartis Oldenburgicis Seculi XIII. adducuntur pagi *Zarow & Cos-le*; unde conjicere liceat, istum ab idolo solis hunc a collibus sacris seu tumulis sepulcralibus nomen accepisse hodieque superstitem esse in curia & pago *Coselau* prope Oldenburgum. Certe Slavis *Kozle* idem est ac monticulus, tumulus; qua voce hodieque utuntur Poloni, Slavo Tartari Russique teste *Mart.* BRONIOVIO *de Tartaria fol. 2. Tumuli dicuntur vulgo Cosles, item Mogilii, illustrium virorum sepulturæ.* Ex idiomate Slavorum Soraborum & situ trium pagorum Lusatiæ superioris, *Kosel* appellatorum idem docet FRENZELIUS *L. II. Orig. Lingvæ Sorab. p. 665. sqq.* De Lusatiæ antiqua urbe *Zarow* egit LÖSCHERUS *in Destinatis Lusatic. p. 181. sq.* sed etymon loci haud addidit. Explicuit tamen illud FRENZELIUS *in Nomenclat. utriusque Lusatiæ: Sorabis*, inquit, *Zarow est urbs gruum, Kranichstadt; Soralis enim* Zerawa, *& Polonis atque Bohemis* Zoraw *est grus.* Sed Megapolis, Wagria, Lusatia grues fere ignorat, nec in his oris olim confederunt grues teste ALDROVANDO *in Ornithologia.* Nec placet *Adami* BUSSERI, Consulis Soravienſis etymologica cogitatio, quam in *Chron. Soravienſi MSC.* repetiit a loci fundo, quem vocat *Sore Aue*, *alte Aue*; meæ quidem conjecturæ favet *Jo. Sam.* MAGNUS *in præfatione descript. urbis Soraviæ*, ubi Slavicam appellationem urbis ex Ebraico *Sobar*, splendore, repetiit.

Hohenwychel. *Werder.* *Lybtze.* *Brezen.* *Zarrentin.* *Coselau.* *Schelfe.* *Schelmo.*

in tres partes dividentur, ita, quod in anniversario Ducis, una pars redituum Canonicis, alia *pauperibus* ad servitium conferatur, tertia vero Canonicis in dedicationem ecclesiæ ad servitium tribuatur. Hæc siquidem omnia cum omni integritate & utilitate nunc & postmodum profutura sine aliqua exceptione ecclesiæ collata sunt. Ne ergo imposterum deleantur miserationes quas fecimus in domo DEI sed in perpetuum valeant, cartam hanc conscribi & sigilli nostri impressione signari iussimus. Testes autem hujus aderant Evermodus episcopus Razasburgensis, Berno, episcopiscopus Zwerinensis, Anselmus præpositus, Godefridus capellanus, Dawid Baldewinus, Conradus Conradus; & Conradus Reinoldus, Magister Bertoldus, Helmewicus, Ardewicus, *liberi*; Comes Heinricus de Rawensberch, Otto Comes Binetheim, Cazimar de Dimin, Pribizlaus de Kizin, Gunzelinus comes de Zverin, Bernardus comes Razesburg, Conradus comes de Regenstein, Hermannus comes de Luchowe, Conradus comes de Roden, Reinbertus de Riclinge, Meinricus de Muxeburg *ministeriales*, Henricus Burggravius de Hidesacker, Jordanus dapifer, Otto de Erteneburg, & alii quam plures. Acta sunt hæc V. Idus Sept. in dedicatione ejusdem ecclesiæ, anno dominicæ incarnacionis M. CLXXI. indictione IV. data per manus Henrici Præpositi Bremensis ecclesiæ Sancti Stephani.

B. *Ex* ARCHIVO SVERINENSI. *Membrana temporis incuria sigillum amisit; serica tamen chorda adhuc adpendet.* Collatum hic vides hoc diploma cum authentico *Gustrovensi* & cum exemplis a MADERO *in Antiquit. Brunsu. p. 234.* LINDENBROG *in Append. Script. rer. Septentr. p. 266.* LUNIGIO *P. II. Spicil. eccles. ast. append. p. 152.* STAPHORST *P. I. Hist. eccles. ast. Hamburg. p. 582.* editis.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus DEI gratia *Bavariæ* (*a*) atque Saxoniæ Dux. *Divina* (*b*) *pietatis* (*c*) providentia potestatem & administrationem in temporalibus idcirco nobis contulit ut bonum operemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Si itaque in promovendis vel ordinandis rebus ecclesiæ vel ecclesiasticarum personarum commoditatibus devoti & (*d*) studiosi emulatores fuerimus, emolumentum laboris nostri ab eo expectamus, qui dat mercedem bonam (*e*) sustinentibus se. Eapropter (*f*) notum facimus universis tam præsentis (*g*) quam futuri temporis Christi fidelibus, quomodo nos (*non solum Imperialis, sed etiam Apostolicæ legationis & commissionis auctoritate fulti* (*h*) pro remedio (*& salute* (*i*)) animæ nostræ parentum (*& filiorum* (*k*)) nostrorum (*ad dilatandam* (*l*)) & propagandam christianam nostram (*m*) religionem in *terra Slavorum transalbina* (*n*) in loco horroris & vastæ solitudinis tres episcopatus *instituimus* & (*o*) construximus (*quorum cathedrales ecclesias Lubecensem scilicet Raceburgensem & Suerinensem*) (*p*) allodiis & reditibus mensæ nostræ dotavimus, insuper ea quæ (*q*) gladio & arcu nostro conquisivimus (*r*) hæreditate ampliavimus prærogativam quoque totius ecclesiasticæ libertatis juxta formam sacrorum (*s*) canonum & leges Imperatorum tam *ecclesias St.* ecclesiæ. quam ecclesiasticis personis Deo ibidem servientibus nostræ autoritatis edicto firmavimus & banno apostolicorum (*t*) archiepiscoporum, episcoporum corroborari fecimus. Ex quibus *Zwerinensem ecclesiam* (*u*) *quam* postremum omnium consecrari & dedicari fecimus in honorem Domini nostri Jesu Christi & sanctæ Dei genitricis Mariæ & sancti Johannis Evangelistæ trecentis *mansis* (*x*) in una villa Boriſt in *Sadelbandingm* & al- St. Sadelbarit. tera villa dicta Virichin & duabus curiis apud villam Kodendorp dotavimus quæ duæ villæ & curiæ duæ nostro consignabantur allodio. *His* (*y*) in eadem dote adjunximus terram, quæ vocatur *Butissowe*, (*z*) *& decem* (*aa*) *in provincia Ilowe* (*bb*) quarum nomina sunt hæc: antiqua Ylowe, Moizledarsiz, Gugulnosci, Jaxtrowe, Niechita, Pancowitz, Gnesdiz, Mentina, Quazutina, Liuzchow & triginta mansos in Breze villam quæ sancti Godehardi, quæ prius *Godenic* (*cc*) dicebatur, & villam quæ dicitur Wotenka prope Dymyn cum aliis quatuor villis, villam in Muriz & aliam in Warnowe, duas villas prope Zwerin Rampe & *Lizchowe*, (*) quæ mutato nomine alta villa vocatur, (*locum & aquam molendinarem ex aquilonari parte civitatis Zwerin* (**) & insulam Zwerin adjacentem (*dd*) *usque ad rivulum*, de duabus vero villis ac duabus curiis supranominatis

(*a*) Exemplum *Maderianum*, cum quo *Lindenbrogianum* plane convenit, habet *Bojoariæ*. Ex *Lindenbrogiano* iterum descriptum est exemplum *Tob.* ECKHARD *de autoritate Henr. Leon. circa Sacra p.* 60. LEUCKFELDII *in Chronol. abbat. Amelunxborn p.* 49. *de* BEHR *Rer. Meckl. L. I p.* 110 *cet.* (*b*) *Mad & Lunigian.* Summa. (*c*) *M.* æterna. (*d*) *Lun* vel. (*e*) M. vocem omittit. (*f*) M. Quapr. (*g*) M. præsentibus. (*h*) incluſa non leguntur in *Gustrov.* & *Mad.* (*i*) desunt in M (*k*) incluſa desunt in M. (*l*) desunt ibid (*m*) *nostram* omittit M. (*n*) *Lun.* Alpina. *Staphorst.* Translabina. (*o*) desunt in M. (*p*) incluſa desunt ibid. (*q*) M. quam. (*r*) M. quæsivimus. Apud. *Staph.* desunt verba: *insuper ea quam gladio & arcu nostro quæsivimus, hæreditate ampliavimus.* (*s*) M. sanctorum. (*t*) M. apostolorum. (*u*) M. episcopatum Sverinensem quem. (*x*) *Gustrov.* addit: & duabus villis ac duabus curiis allodii nostri dotavimus, villa scilicet Boriſt in Sadelbanding, *Virichim*, *Totendorp* duabus curiis. *M. ita*: & II villis ac II cur. allodii nostri dotavimus, villa scil. Boriſt in Sadelbant, villa *Virkin*, *Chotendorp* cum II. curiis. *Lun.* & duabus curiis dotavimus &c. (*y*) M. hujus. *Lun.* huic. (*z*) M. Butsuwe. (*aa*) *Gustrow.* & decem villas in Ilove. (*bb*) M. hæc verba omittit & ita pergit: Butsuwe & castrum *Werle* dictum cum terra attinenti in Warle dicta ex utraque parte aquæ (ap. *Lun.* hæc vox omittitur) Warnowe & castrum Barth cum terra attinenti videlicet Tribedne (*Lun.* Tribidne) vocata & terram Pythne vocatam & duas terras prope Demin, videlicet Westrose (*Staph.* Westersei) *& Losis dictas & decem villas Ilowe, Moysle, Darsis, Gugolonsei*, Pastrowe (*St.* Jastrowe) Notzta (*Lun* Natzle) Pamii (St. Pannii) Quatzutin (*St.* Anatzut) Losoou, Gnesdig & villam S. Godehardi. *Desunt ap. Staph.* (*cc*) M Godrach cum omni utilitate & attinentiis suis & molendinum ex australi parte ej. ville, duas villas in *Barda*, villam *Meiritz* & aliam in Warnow; item prope Sverin duas &c. (*) M. Liscowe. (**) incluſa desunt in M Desunt ib etiam verba: *usque ad rivulum.* (*dd*) Adduntur in *M.* seu *Lindenbr.* Et aliam insulam prope Dobin, quæ *Liphe* dicitur. Ipsam civitatem Sve- *St.* Liptze. rin a domo piscatoris *Suek*, super australe stagnum positam, *St.* Svec. usque ad antiquum cæmiterium, & inde protendit in directum usque ad *minorem scalam*, cujus medietatem ad areas

minatis, quas de allodio hæreditatis noſtræ eccleſiam Sverinenſem dotando, in uſus canonicorum deputavimus reditus in tres partes dividentur, ita quod in anniverſario noſtro una pars redituum canonicis, alia pars *pauperibus* conferatur, tertia vero canonicis in *dedicatione* eccleſiæ *ad* ſervitium tribuatur. Hæc ſiquidem omnia cum omni integritate & utilitate nunc & poſtmodum profutura ſine aliqua exceptione Zverinenſi eccleſiæ collata ſunt. Ne igitur inpoſterum deleantur miſerationes, quas fecimus in domo DEI ſed in perpetuum valeant chartam hanc conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus, teſtes *hujus* (*ee*) *aderant* Evermodus Raceburgenſis epiſcopus, Berno Zverinenſis epiſcopus, Anſelmus præpoſitus, Godefridus capellanus, *David Balduinus* Conradus, & Conradus Reinoldus, Magiſter Bertoldus, *Helmvicus* Hartwicus *laici*, (*ff*) comes Heinricus de Ravensberg, comes Otto de *Beneſtim* (*gg*) Kazymarus de Dymyn, Pribizlaus de Kyzin, comes Gunzelinus de Zwerin, Bernhardus comes de *Raceborg*, comes Conradus de Regenſtein, comes Hermannus de *Luchowe*, comes Conradus de Rothe, Reimbertus de *Rinclinge* (*bb*) Meinricus de *Buchiburg* (*ii*) miniſteriales, Heinricus Burggravius de Hiddesacker, Jordanus dapifer, Otto de *Erteneborg* (*kk*) & alii quamplures, acta ſunt hæc V. (*tt*) *Idus Septembr.* in dedicatione ejusdem eccleſiæ anno Domini (*mm*) M. CLXXI. (*nn*) indictione III. data per manum Henrici præpoſiti ſancti Stephani Bremenſis *Amen*.

St. addit templi. *Lun.* et. *St.* Daniel. *Lun.* Baldevinus. *Lun.* Helmuvicus. *Lun.* Bentheim. *L.* Retzeburg. *L.* Lechow.

II. *Bulla Clementis III. qua Bernoni translatus epiſcopatus Megapolenſis in Sverinum, bona & termini ejus confirmantur.*

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili *Fratri Bernoni Magnopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo*, ejusque Succeſſoribus Canonice ſubſtituendis in perpetuum benedicta gloria Domini de loco Sancto ſuo, de quo pater omnipotens ad noſtræ mortalitatis curſum ſolita pietate reſpiciens, Eccleſiam ſuam novæ prolis fœcunditate multiplicat, & fidelium prædicatorum verbo pariter & doctrina dilatat. Trahens in Sagenam Fidei barbaras etiam nationes, ut qui fuerant aliquando tenebræ filii, lucis effici mereantur, & juxta verbum Prophetæ, in cubilibus, in quibus prius Dracones habitabant, *viror* (*) *calami unEli* 1189.

---

areas fratrum deputamus. *Majorem vero ſcalam* uſque ad *prædictam inſulam* & molendinum in Aquilonari parte civitatis ſitum. Hæc itaque omnia auctoritatis noſtræ munificentia ſæpe dictæ Eccleſiæ in uſus Epiſcopi libera donatione, cum omni jure & utilitate donavimus, interpoſita nimirum aſtipulatione eorum, quorum beneficia ante fuerint, & *bannum* Epiſcoporum qui aderant, roborari fecimus. Hæc autem ad uſum canonicorum cedant. Duæ prædictæ villæ prope Sverin, Rampe & Alta villa, in Brezin triginta manſi, in Ylova quatuor villæ. De decem ſupradictis cum omni utilitate & attinentiis ſuis, *navale* thelonium in Sverin, ubi tamen excipiuntur homines Epiſcopi. Parochiam in Sverin cum omni jure, medietatem decimæ in *Slatzne*, tertiam partem decimæ in Muchelberg & in Ylowe. In Warnow & in *Moritz* tertiam partem decimæ. Quæ vero decimæ Slavorum tenues ſunt, de tot provinciis canonicis ad ſtipendia ſua deputatæ ſint. Nam cum Deo donante decimæ poſtmodum more Chriſtianorum convaluerint, in Epiſcopi diſpoſitione tunc præſidentis ſit, ut Canonicorum numero, qui tunc erit, ſtipendia ſufficiant, & de reliquo aliæ congregationes ſubſtituantur. De duabus vero villis, & duabus curiis ſupra nominatis, quas *Dominus Dux* de allodio hæreditatis ſuæ dotavit, reditus in tres partes dividantur, ita quod &c. (*ee*) M. enim hi (*ff*) In M. additur nomen *Liborius*. Vox *Laici* omittitur in *Guſtrov.* ejusque loco legitur *Liberi*. (*gg*) M. de Benthem. *Guſtr.* Binetheim. (*bb*) M. Richlinge. (*ii*) M Molburch. *Guſtr.* Muxelburg. (kk) M. Erthineborch. (*ll*) M. VIII (*mm*) M. a dominicæ incarnationis. (*nn*) M. Lün. St. Leukf. & reliqua exempla *edita* habent a. 1170. Duo vero, quæ hactenus reperta ſaltim ſunt, authentica, *Guſtrovienſe* & *Sverinenſe* annum laudant 1171. Conjecturæ itaque locus eſt, edita hactenus exempla deſcripta fuiſſe e chartulario, cui defuit authentia, quemadmodum Staphorſtianum deſcriptum eſt e copiis MSC. Hamb. n. 24. p. 449. Forte hæc exempla, quæ annum 1170. exprimunt, fidem ſequuntur chartæ, quæ data quidem ſed nondum acta fuit, vel primam delineationem ſaltim continuit. Quæ deinde correcta, reſtricta præcipue & limitata, inque formam authenticam demum redacta eſt, ſigillo munita & eccleſiæ tradita a. 1171. Subleſtæ plane fidei eſt exemplum, quod exſtat apud *Schröder in Primit. Wiſm p.* 59. Non ſolum enim annum 1170 laudat & poſt vocem *Sadelbandiam* addit mentionem *ducatus Saxoniæ infer. vel Lauenburgenſis*; ſed alia etiam adſuit, quæ in chartis & annalibus recentioris ævi demum inveniuntur. Vide h. l. ad an 1211. Poſt verba *navale telonium in Sverin* hæc leguntur: *Ubi tamen excipiuntur homines epiſcopi, ſi de Butiſſowe veniant, parochiani in Sverin; præterea in uſus Canonicorum præfatæ eccleſiæ* horratu noſtro Dominus *Berno Epiſcopus Sverinenſis hac contulit, medietatem decimæ in Slatz &c. & nullam partem decimæ recipiet epiſcopus in manſis & villis canonicorum vel Canonici in villis Epiſcopi - - convaluerint, ab Epiſcopo & capitulo Sverinenſi ita ordinari oportebit, ut Canonicorum numero, qui tunc erit, id eſt duodecim perſonis cum Decano & Præpoſito, ſtipendia ſufficiant, quæ erunt cuique perſonæ ad duodecim marcas argenti præter parochiam Sverinenſem annuatim æſtimandæ, reliquum autem quod ſuperfuerit in Decimis ad uſum Epiſcopi revertetur. Cathedram Epiſcopalem, jus, autoritatem & dignitatem ipſius Epiſcopatus, in loco Sverin ſtatuimus immobiliter permanere. TERMINI ejusdem EPISCOPATUS & noſtri Ducatus verſus Pomeraniam, Ruijam & verſus* Marchiam Brandenburgenſem *ſub eodem limite concludentes. Omnes enim provinciæ a terra, quæ BREZEN vocatur, inter mare & Penum fluvium jacentes, inſuper duæ provinciæ verſus auſtrum poſitæ, MURIZ & WARNOWE cum omnibus terminis ſuis ex utraque parte fluvii, qui* ELDENA *vocatur, ad Epiſcopatum Sverinenſem debent pertinere. Liberam electionem in Epiſcopum, in Præpoſitum, in Decanum, in Canonicos, liberam ordinationem in colligendis ſtipendiis, in condendis teſtamentis, Canonicis in Eccleſia Sverinenſi jugiter ſervientibus indulſimus, decernentes, ut ſicut in habitu, ita etiam in numero perſonarum & in æſtimatione præbendarum, uti ſuperius dictum eſt, in omni jure & libertate & honeſta conſvetudine, Sverinenſes Canonici Lubecenſibus Canonicis conformes ſint & æquales. Epiſcopus etiam de rebus eccleſiæ ſuæ ſine communi conſenſu totius Capituli nihil alienabit vel aliquem infoedabit, quodſi fecerit, irritum prorſus erit & inane. Quando autem Epiſcopus obierit, una pars de rebus ſuis ſucceſſori ſuo, altera eccleſiæ per Capitulum debet conſervari, tertia pauperibus eſt erogandæ. Villæ & coloni Eccleſiæ Sverinenſis ab omni exactione ſeculari liberi erunt & exempti, præter judicium ſanguinis, nec in aliquo laicis dominantibus in terra ſervire tenentur, ſed etiam cum aliis hominibus patriam defenſabunt. Cives Sverinenſes in omnibus locis per Ducatum noſtrum a telonio liberi ſimiliter erunt & exempti. Ad uſus etiam mercationum ſuarum in portu, qui WISSEMER dicitur, duas magnas naves, quæ KOGGEN appellantur & minores quotcunque voluerint naves alias, ſine contradictione quorumlibet hominum, ſemper habebunt. De duabus vero villis &c.*

(*) Formula hæc, quæ etiam in bullis confirmationum Alexandri III. a. 1177. Urbani III. a. 1185. occurrit minus recte apud *Lunig - Staph*; aliosque legitur: *vivor calami & junci.*

St. bannum. *Lun.* novale. *ib.* Mariz.

Eti rore Sancti Spiritus oriatur, ex Ejus itaque munere fuit, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, quod tu venerabilis in Chriſto Frater Epiſcope *Berno*, ad prædicandum paganis, & ſeminandum verbum Fidei inſtitutus expoſuiſti teipſum laboribus & periculis, & attendens, quod Chriſtus pro nobis mortuus eſt, ut qui vivit jam non ſibi vivat, ſed ei qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, in anxietatibus multis ſparſiſti ſemen Divinum, & erogaſti talentum tibi creditum ad uſuram, & gentes plurimas quæ ignorabant Deum, veritatis lumine illuſtraſti, & reduxiſti ad cultum Dei, quæ ante captivæ laqueis Diaboli tenebantur. Nunc igitur quoniam a ſede Apoſtolica poſtulaſti, ut *Epiſcopalem ſedem* in locum, qui dicitur *Zuerin* authoritate ſacroſanctæ Romanæ, cui Deo authore præſidemus, Eccleſiæ *confirmemus*, nos tuæ poſtulationi grato concurrentes aſſenſu ad exemplar felicis memoriæ *Alexandri* & *Urbani* Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, Pontificalem cathedram in eodem loco manere ſtatuimus, & ei ſubſcripta loca dioceſana lege futuris deinceps temporibus decrevimus ſubiacere. Clauſtra & Eccleſias ædificatas, ædificandas per provincias Ducis *Henrici*, quarum una, quæ *Mikelenborch* nuncupatur, tendit uſque ad provinciam, quæ dicitur *Bretzen*, uſque in mare, & ſic juxta maritimam pervenit terminus Epiſcopalis uſque ad ruiam, a ruia autem uſque ad Penum fluvium, ubi idem fluit in mare, inde vero uſque *Wolgaſt*, & a Wolgaſt Penum *Fluvium* ſurſum verſus uſque *Miſereth*, Ipſam terram *Miſereth* uſque *Plote* includens, & terram *Plote* totam uſque *Tolentz*, Ipſam provinciam Tolentz cum omnibus Inſulis ſuis & terminis totam includens. A Tolentze autem ad ſilvam quæ dicitur *Beſut*, quæ diſtinguit terras *Havelberge* ſcilicet & *Möritz*, Tandem quoque terram *Möritz* & *Veprouue* cum omnibus terminis ſuis ad terram quæ *Warnouve* vocatur includens & terram Warnouve cum omnibus terminis ſuis, ex utraque parte Fluminis, quod *Eldena* dicitur, uſque ad caſtrum, quod *Grabou* nuncupatur, ipſum Flumen tranſiens ibidem tendit ad Fluvium qui dicitur *Sudin*, comprehendendo omnia attinentia Provinciis Zuerinens: Et ab hoc fluvio procedunt termini ſecundum diſtinctionem *Provinciarum Ratzeburg & Suerin* uſque ad *Brezen*. Ex prædicti Ducis dono ſecundum diſtinctionem ipſius partem civitatis Zuerin, a domo piſcatoris cujusdam cui nomen erat Suk, ad vetus Cemiterium directe tendentem & idem tranſeuntem uſque in *Scalam*, (*a*) cujus medietatem includit, & ultra PALUDEM *eidem Scalæ* proximam, *totam* INSULAM & Molendinum a civitate in parte aquilonis ſitum, & parrochiam prædictæ civitatis cum omni Jure. Quinque villas in parrochia *Suerin*, *Meduvete*, *Wickendorp*, *Hontorp*, *Rampe* & *Wotekitz* nuncupatas. Ex altera parte *Albiæ* tres villas, & in Sadelbandia unam villam *Boriſt*, & in terrà quæ dicitur *Breſen* duas villas, Inſulam quæ dicitur *Liptz*, & duas villas *Klüze & Galanze*, & Caſtrum *Butteſou*, cum terra ſibi attinenti, & octo villas in *Mikelenborch*, quas Pribislaus cum omni jure in Butſouue commutavit. Quarum nomina ſunt hæc *Notzebul*, *Warin*, *Glambeke*, *Coleunc*, duas *Muckmaſe* vocatas, *Nubintze*, *Dargumesle*, & omnes villas terræ, quæ dicitur nona cum omni Jure in Butzouve commutatas a Pribislao, a Butzouve in utraque parte aquæ, quæ *Nebula* dicitur uſque ad terram quæ *Tribedent* vocatur, a Butſou autem ſurſum verſus aquam quæ dicitur Warnouve ad locum qui *Slup* nominatur, & terram adjacentem Butſouve, *Werle* dictam uſque ad fluvios *Tithmenthеke*, *Zarnouve* dictos cum omni Jure & in terra, quæ *Ilow* nuncupatur decem villas cum omni Jure, *Doberan* vero & totum terram *Gobantze* ſpectantem, in terra *Kytin* duas villas, villam ſancti *Godehardi* ſcilicet & aliam huic adjacentem cum omni Jure ex dono *Caſemari* CHRISTIA NISSIMI PRINCIPIS, in Bard duas villas cum omni Jure & utilitate & terram eidem adjacentem, *Vitne* dictam cum omni Jure, duas villas prope *Demmyn Woteneke* & aliam adjacentem, & locum DARGUN dictum, in quo tu frater Epiſcope *Coenobium* FUNDAVISTI, & duas villas in *Circipene*. Unam villam in *Moritz* & unam in *Warnou*, & omnem decimam per totum Epiſcopatum. Præterea quascunque poſſeſſiones quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum Juſte & Canonice poſſidet, aut in futurum Conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerarie perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac Suſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ediis authoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hunc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eum temere venire tentaverit, ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum condigna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere perpetrata iniquitate cognoſcat, & *a ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI* ac Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat, cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æterne pacis inveniant, Amen. Datum *Laterani* per manum Moyſi Sancte Romanæ Eccleſiæ ſub Diaconi, vicem agentis Cancellarii, ſecundo Kalend. Octobr. Indictione Octava, incarnationis Dominicæ Anno MCLXXXVIIII. Pontificatus vero

Titulus Chriſtianiſſimi.

Communio ſub utraque.

vero Domini Clementis *Papæ III.* (**) Anno Secundo.

III. *Ottonis IV. Imperatoris confirmatio privilegii, dati ab Henrico Duce Saxoniæ episcopatui Sverinensi, sub episcopo Swerinensi Brunwardo.*

1211. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Quoniam ad ecclesiarum defensionem disponente Domino vocati sumus imperialis patrocinii sollicitudine, quibuslibet ecclesiis, ut justitia dictat & indigentes postulaverunt muninen pium & benignum studebimus providere. Hinc est, quod divino retributionis intuitu, dilecti genitoris nostri piæ memoriæ *Henrici Ducis* privilegium nobis exhibitum imitando, ea quæ ecclesiæ Zverinensi & Canonicis ejusdem loci contulit, dum Bavariæ Ducatum & Saxoniæ teneret, similiter auctoritatis nostræ privilegio eidem loco & Canonicis præsentibus & futuris DEO ibidem servientibus pium duximus indulgere, matrem ergo ecclesiam & ipsius cathedralem dignitatem etiam & honorem & jus *Pontificalis sedis* in ipso loco, qui *Swerin* nuncupatur, autoritatis nostræ edicto statuimus permanere. Prærogativam etiam totius ecclesiasticæ libertatis juxta formam sacrorum CANONUM & leges IMPERATORUM tam ipsi ecclesiæ Sverinensi, quam Canonicis ejus indulgemus; termini autem episcopatus & Ducatus *Saxoniæ* versus *Rugam* & *Pomeraniam* atque *Marchi m Brandenburgensem* tendentes sub eodem limite claudi debent & comprehendi, trecentos mansos & unam villam nomine *Borist* in *Sadelbandia* & alteram villam dictam *Verichim*, duas curias apud villam Todendorp, terram *Buttissowe* totam, decem villas in Ylowe scilicet *Moisledarsez, Gugolnosci, Jazerow, Nyechica, Pancowitz, Gnesdiz*, antiqua *Ylowe, Mentino, Quazentin, Leytschove* & *Goderac*, villam *Wotenka* prope *Dimin* cum aliis quatuor villis, villam in *Muritze*, villam in *Warnowe*, item prope *Zwerin* duas villas *Rampe* & *Lizchowe*, quæ alta villa dicitur, insulam *Zwerin* adjacentem usque ad rivulum & aliam insulam prope *Dobin*, quæ *Lipiz* dicitur, molendinarem locum & aquam prope *Zwerin* versus aquilonem cum omni utilitate & attinentiis suis, qualiter hæc omnia præfatæ ecclesiæ sunt assignata, specialiter autem ad usus Canonicorum Swerinensium hæc deputamus, duas villas prope *Zwerin* Rampe & altam villam in *Breze*, triginta mansos in *Ylowe*, quatuor villas de decem supradictis PANCOWITZ, *Gnesdiz, Mentina* & *Quassentin*; villam *Virichim*, duas curias in *Todendorpe*, villam *Borist* in *Sadelbandia* cum omni utilitate & attinentiis suis & ubicunque villæ vel mansi Canonicorum sunt, nullam decimam recipiet episcopus, *navale telonium* in Zverin, parochiam in *Zwerin* cum omni jure, medietatem decimæ in *Selenzen*, tertiam partem decimæ in *Mickelnborch*, tertiam partem decimæ in *Ylowe*, tertiam partem decimæ in *Zarezecis* aquam, tertiam partem decimæ in *Warnowo*, tertiam partem decimæ in *Myrize*; de tot provinciis ad usum canonicorum decimas eo tenore assignamus, quoad prætactæ decimæ Slavorum lege christianorum convaluerunt. Swerinenses canonici sicut in *habitu* ita & in *numero* personarum & in æstimatione præbendarum *Lubicensibus canonicis* per omnia coæquantur, quo facto de reliquo, si quod supereſt, cum consilio episcopi tunc præsidentis, & Ducis tunc regnantis & comitum de *Zwerin* & de *Razeburg* aliæ congregationes substituantur. Præterea statuimus, ut quicquid de dote ecclesiæ Swerinensis, aut de prædiis aut aliis ejus rebus in communi consilio & consensu capituli fuerit ab episcopo distractum, datum aut alienatum aut concessum vel commutatum, prorsus irritum habeatur. Si moriens vero episcopus dicti loci obierit, reliquiæ ejus in tres partes dividentur, quarum prima cedet ecclesiæ, secunda successori, tertia pauperibus. Canonicos etiam ejusdem loci liberam electionem in episcopos, in præpositos, in Decanos, in canonicos habere decernimus, & ipsis liberam ordinationem ac potestatem in *condendis testamentis*, in villis, in possessionibus, in stipendiis colligendis, nec non & omnem libertatem, pias & honestas CONSUETUDINES aliorum canonicorum indulgemus, civibus quoque ejusdem loci libertatem hanc & justitiam concedimus habendam in perpetuum, quod in *portu*, qui dicitur WISSEMER, libere & sine omni contradictione quorumlibet hominum duas habeant *magnas naves*, quæ COGKEN appellantur cum minoribus navibus, quotcunque voluerint ad usus mer-

(**) Cui etiam a Lindenbrogio, Staphorstio aliisque tribuitur bulla, qua archiepiscopo Bremensi Hartwico & ecclesiæ Bremensi confirmavit POSSESSIONEM *episcopatuum Lubecensis, Sverinensis, Raceburgensis & Ykskolanensis*, data Romæ a. 1188. Cum vero ipse Clemens III. supra in confirmatione proxime sequenti anno 1189. scripta *Bernoni* episcopo Sverinensi episcopatum Sverinensem cum terminis & bonis integris vindicet nec prætensæ epistolæ a. 1188. Bremensi archiepiscopo datæ mentionem injiciat, facile nec immerito hanc incusaveris suppositiæ ac subleſtæ fidei. Perspexit hoc recte doctissimus GRUBERUS *in Notis ad Origines Livoniæ p. 203.* ubi ita: *Refero has duas chartas* (de laudatis IV. Episcopatibus & de Episcopatu Ikeskolensi speciatim a. 1188.) *ad Clementem, quia Lindenbrogius nomen Pontificis per literas Cl. indicatum ita expressit; quæ tamen Coelestinum quoque denotare possent atque sic referendæ essent ad an. 1191. Chartas autem ipsas non majoris facio quam præcedentes Henrico regi affictas. Nam cum tutorem habenti tutor non detur; neque uxorem habenti uxor; quomodo Lubecensis, Sverinensis, Raceburg. & Ykeskolensis ecclesiæ, quarum suum quæque jam habuit virum, cum universis tam spiritualibus quam temporalibus bonis Bremensi dari potuit archiepiscopo & confirmari? Hoc enim jus patronatus plenissimum involveret. Attamen Lubecenses episcopi nunquam a Bremensi archiepiscopo, sed vel a Saxoniæ duce fuere dati vel a Capitulo electi. Tum, si de subjectione ageretur, aliis verbis res efferenda erat, nec ab Innocentio III. & Honorio III. facile rescissum fuisset, quod Clemens sanxerat vel Cœlestinus III. Confictas igitur has arbitror epistolas, maxime quod Bremenses eas Pontificibus unquam objecisse non leguntur; lectoris tamen arbitrio hic quoque ut in ceteris ambiguis quæstionibus undiquaque salvo.* Indicat idem celeberr. autor episcopatus *Ixscolanensis* situm & nomen genuinum: YKESKOLAM *hic latere, quam Meinardus Livonensis episcopus sedem elegerat res ipsa loquitur; at hæc ipsa appellatio a* certa sede *fraudem olet. Non enim* castri *sed* populi *Meinardus episcopus stilo Curiæ* Livonensis Episcopus *vocandus erat.* De quo argumento fusius dixi *T. III. Monum. ined. p. 1650. in not.*

mercandi. Insuper per omnes terminos ducatus Saxoniæ liberi erunt & exemti ab omni telonio & exactione; quia ergo bonæ memoriæ noster pater *Hinricus*, cum esset *Dux Bavariæ & Saxoniæ*, fultus autoritate tam *Apostolicæ* quam *Imperialis* legationis & commissionis, pro remedio animæ suæ, filiorum & parentum suorum ad dilatandam & propagandam christiani nominis religionem in *terra Slavorum transalbina* tres episcopatus instituit, ALLODIIS *& reditibus mensæ suæ* cathedrales ecclesias dotavit, scilicet *Lubecensem, Raceburgensem & Sverinensem*, ne donationes ejus & ordinationes deleantur, quas fecit, sed in perpetuum valeant juxta tenorem privilegii, quod ipse ex pia & provida deliberatione dedit, ecclesiæ Zverinensi, nostrum ei privilegium propter præclara, quæ nobis dilectus ac fidelis noster comes *Henricus de Zwerin* exhibuit servitia, tradentes ei ad petitionem ejusdem comitis in hac pagina cuncta ejus *statuta* rata habentes, eadem & alia bona quæcunque fuerint a Christi fidelibus præfatæ ecclesiæ collata, *quantum ad nos pertinet*, Imperiali confirmamus autoritate & nostro sigillo decrevimus immuniri, statuentes & Imperiali edicto districte præcipientes, ut omnino nulla persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis, audeat hancce paginam infringere vel huic nostræ confirmationi ausu temerario contraire, quod qui fecerit in vindictam temeritatis suæ centum libras auri componet, medietatem *fisco Imperiali*, reliquam vero *passis injuriam*. Hujus rei testes sunt comes Hermannus de *Woldenborg*, comes Heidericus *de Lutterberg*, comes Georgius *de Weden*, comes Fridericus *de Altena*, comes Thomas de *Cholane*, comes *Gentilis*, comes Sefridus *de Alifra*, Hinricus Marescalcus *de Koledin*, Waltherus pincerna *de Schoff*, Albertus *Strutio*, Ursinus, Armoldus, Imperalis curiæ judices & alii quamplures. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCCXI. indictione XIV. regnante Domino *Ottone Quarto*, Romanorum Imperatore glorioso anno regni ejus XI. Imperii vero secundo. Datum *Capuæ* per manus Waltheri imperialis aulæ Protonotarii *prid. Non. Januarii.*

IV. *Guncellini secundi Comitis Swerine donatio villæ Rubow, Medewede.*

1217. Guntzellinus *Grave tho Swerin, nachdeme de Mynsken unde erbe wercke mydt der tydt snellyken vorgahn unde werden verwandelt so erbe wercke oder datb beschreven nycht der nachfolger wetenbeydtb werd angetogeth edder bövoblen, darumme de göder, welcke tho beyle myner Zeile unde miner Olderen der Swerynske Kerken hebbe gegeven, dat hebbe yck myth disser ghegenwerdigben Scryfft laten anthogen, unde yck unde myn Bruder Graue* Hinrick, *hebben de Swerynschen Kerken gegeven disse uth einer frigen gaue vornemlyck* Rubow *myth allem rechte, uthgenamen* dat hogeste rechte: *datb* Dorpt Medewede *myth allen rechte uthgenamen* borcwere *und* dat hogeste rychte *vor uns beholden. Darmit aver datb neine twifel aver dyth und getzenke mach gebebt werden, und myne gedechtenysse aver dyth werk nycht moghe werden uthgelosket, so hebbe yck dysse geghenwerdyghe scryfft myth Zubengunghe meines segels bofestigen laten. Zughe byruhn und aver syndt gewesen* Clerick, Magister Appollonius *Scol sticus Sweryne*, Laurentius Prester *und Domher tho Sweryn, Erlwerdus Prester und Domher tho Sweryn.* Leyghen, *Berend* Sweryn, *Rembold* advocatus: *Hynrick* Stralendorp, *Wulradt von* Osdaghesdorff &c. *geghevven tho Sweryn dorch myne bandt im Jare nah unsers Herren geborth dusenth twe bundert XVIIIten der vefften* Indiction.

V. *Hinrici Burewini Principis Slavorum fundatio monasterii campi solis, Sonnenkamp, ordinis S. Benedicti.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis 1219.
sciendum, quod cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Oportet nos patrem misericordiarum, a quo est datum omne optimum, de collata nobis liberalitate honorare, quod ipsius retribuente clementia fructificet in centuplum. Unde quia scimus ad eos potissimum recurrendum de quibus fiducialiter speratur auxilium, ego HENRICUS BURWINUS DEI gratia *princeps Slavorum* cum *filiis meis Henrico & Nicolao* & voluntate uxoris meæ *Adelaidis* eligentes *patrocinium* beatæ DEI genitricis *Mariæ, Sanctique Johannis Apostoli & Evangelistæ* ob gratiam eorum promerendam construximus monasterium in honorem ipsius piissima virginis & dulcissimi comitis ejus beati *Johannis*, statuentes ut sanctimonialium sub regula *beati Benedicti* militantium ibi collegium habeant, ad quarum sustentationem de nostro patrimonio contulimus villam *Cussin*, ubi locus idem fundatus est qui nunc *campus solis* vocatur, his adjecimus villas *Marutin & Gusin*, præterea villam *Parrowwe* ubi primum clausirum situm fuit XXVI. mansos continens, Villam XVI. mansorum, quam *Stoytzliff* (*) habuit quam pro *villa Jordanis* commutavimus. In villa quæ *Jordensdorff* dicitur *Marbodendorff* VI. mansos & dimedietatem molendini & dimedietatem piscaturæ prope mare, stagnum prope *Wichmansdorff*. In *indagine* in villa, quæ dicitur *Brunesbövede* triginta mansos & piscaturam dimidiam etiam juxta mare. In provincia quoque *Rodstock* in minori *Zwerz* VIII. mansos. In villa quæ dicitur *Camin* VI. mansos. Contulimus etiam eidem monasterio locum qui dicitur *Polche* cum omnibus pertinentiis suis eodem jure quo habebatur tempore patris nostri, sicut etiam habebant illi, qui dicebantur *Retiburize*. Insuper ibidem locum molendini & totaliter piscaturam etiam *Modentin* &

XX.

(*) Slavus. Vide ad a. 1226. Inter Slavos enim & Teutones discordiæ plures ratione allodiorum, possessionum, jurium finiumque præcipue exortæ, omnes fere hoc ævo æquis compositionibus sopitæ leguntur. A. 1221. *Wyzislaus* Ruyanorum Princeps iniit conventionem cum *episc. Sverinensi* intuitu decimarum: *Noverint universi quod eum pro* TEUTONICIS *ageretur colonis, qui terram Tribuscos* INHABITARENT, *in decima quæ spectabat ad Dn. Episcopum Zwerin. theutonico solvenda more, Dn. Episcopus & ego convenimus - - Quod si Dn. Episcopus & ego terram mensi fuimus per funiculi distinctionem* (german. Reepmaafs) *quicquid terræ lucrati fuerimus salva integritate mansorum cuicunque villæ assignatorum decimam ad invicem partiemus, propterea Dn. Episcopus de collectura*

XX. manſos *Kerſtane*. In terra *Cutſin* in villa quæ dicitur *Techutin* XX. manſos & ſtagnum cum adjacente *ſylva*. Hæc omnia juri noſtro ſponte renunciantes pro remedio animarum noſtrarum & parentum noſtrorum beatæ DEI genitrici *Mariæ & beato* Johanni evangeliſtæ in prædicto coenobio ſervientibus eodem jure contulimus, velut collata ſunt DOBBERANENSIBUS quæ poſſident, & per hoc religio ibidem in futura ſecula propagetur & earum neceſſitatibus in finem mundi conſulatur. Ut igitur hæc rata & inconvulſa permaneant, hanc paginam conſcriptam ſigillorum noſtrorum impreſſione fecimus communiri, DEI omnipotentis indignationem & juſtæ ſententiæ damnationem imprecantes eis, qui forte huic tam legitimæ & religioſæ ordinationi noſtræ auſu temerario contraire attemptaverint. Hujus rei teſtes ſunt dominus *Brunwardus* Zwerinenſis epiſcopus, *Brunno* Præpoſitus, *Apollonius* Scholaſticus, *Laurentius*, *Euſtachius* Canonici Zwerinenſes *Matthæus* Abbas, *Siegeboldus* Prior, *Rothgerus*, *Hugo*, *Hildebrandus* Cellarius, *Johannes* Camerarius in Doberan, *Waltherus* de Buchowe, *Stephanus* de *Rodeſtock*, *Occo* de *Lubowe*, Fridericus de *Nienborch* ſacerdotes. De Laicis vero Thetlevus de *Godebuz*, Ludolphus de *Gantzowe*, Heilardus de *Vitle*, Heinricus HOLTESATUS, *Raulinus*, *Dumamir*, *Warlis*, *Pribus*, *Zile*, *Nacon*, *Newoper*, *Janith*, *Meretzlaff* & alii quamplures. Addidit etiam prædictæ eccleſiæ per conſenſum noſtrum quidam *Hermannus* de molendino ſuo in *Chrupelin III. Dremet* ſingulis annis exhibenda donec de rebus ſuis manſum tantum ſolventem obtineat. *Alvericus* etiam primus dicti loci *Præpoſitus* villam *Minowe* quam cum omni integritate fructus & juris a nobis *in feudo tenuit* reſignans præfato coenobio eodem jure contulit eccleſiam qua *Kitſin* & villam *Rockentin*. Contulimus præterea villam *Valdenhagen*, cum *Hadeleida* cognata præfati præpoſiti oblatam juri noſtro renunciantes, eis libere contulimus. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M CC. XIX (*) præſidente Romanæ ſedi domino Honorio III. regnante Friderico Rege Romanorum invictiſſimo.

Sigillum appenſum in area ſiſtit magnum gryphum cujus caput dorſum verſus ad dextram, cauda & alæ verſus ſiniſtram vergunt. In limbo: *Sigillum Burewini Magnopolenſis.*

VI. *Guncelinus eccleſiæ Raceburgenſi offert villam Exen, exemtam a Wethe ſeu evocatione.*

In nomine ſanctæ ac indiuiduae Trinitatis, amen. Notum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Gunzelinus Comes Zuerinenſis* conſentiente *fratre meo Henrico* comite & omnibus, quorum conſenſus erat requirendus. Obtuli beatae Mariae virgini & ſancto Iohanni Euangeliſtae in *Raceburg* bona, quae tenuit *homo meus* Henricus in villa, quae *Exen* dicitur; obtuli ea cum omni iure in plena libertate exemta ab omni exactione, excepto tantum *iudicio manus & capitis*, cuius iudicii tertia pars eccleſiae cedet, duo vero *Domino terrae*. Ceterum vero, vt eccleſia praedicta bona in ampliori libertate poſſideat, ab *euocationis iugo*, quae WETHE vocatur, libera dimitto; Nam Raceburgenſes comparauerunt ea quadraginta tribus marcis argenti ab eodem iam dicto homine meo Henrico. Quod vt ratum ſit nec ab vllo ſucceſſorum meorum ſeu etiam quocunque homine infringi poſſit, cautum eſt hoc praeſenti ſcripto, cum appenſione ſigilli domini *Raceburgenſis Epiſcopi*, mei quoque ſimul ſicut in praeſentiarum cernitur fratris mei. Haec autem acta 1219.

Anno milleno centeno quadrageſimo nono
Poſt partum Chriſti tu Dargun facta fuiſti.

Der Stiffter des Cloſters iſt geweſen ein edler Ritter Rachillus Karckdorff, *der daſelbſt ſein Wohnhaus und Hausſhaltung gehabt, und ſolches alles, wie auch die Holtzung, Fiſcherey und etzliche Dörffer mit aller Freyheit und Gerechtigkeit dabey gegeben hat, dieſen Karckdorff ſind mit behülfflich geweſen die* Darguner, *von welchen auch das Kloſter den Nahmen führet, welche auf der alten Burgk in der* Schonow *forne im Cloſter, da nun der* Thiergarte *iſt, gewohnet haben* Latom. L. I. *Und* a. 1172. *ſind durch fleiſſiges getrieb und anfordern eines edlen Luticier Wenden* Mirogravii *die Münche in das vor* 23. *Jahren geſtiffitete Cloſter* Dargun *eingeführet* Chron. Eric. Reg. Dan. *theils aus den Cloſter* Dobran, *theils aus den Kloſter* Eſrom in Dænnemarck, *darüber nachmahlen zwiſchen beyden Aebten wegen des* Juris patronatus *über das Cloſter* Dargun *groſſe Streitigkeiten entſtanden. Huitfeld* in vita Canuti VI. *Micrael.* L. II. Chr. Pom. *Eichſted* in vita Bogislai & Caſimiri I. A. 1170. d. 1. Mart. *iſt das Kloſter* Dobran *von* Pribislao 2. *König der Wenden und Obetriten* fundiret *und mit Gütern reichlich begabet, und ſein die Münche aus dem Kloſter* Amelungsborn *im Lande Braunſchweig dahin erfordert und unter demſelben einer mit Nahmen* Conradus (Mareſcal. l. 2. c. 42. *nennet ihn unrecht* Bernonem) *zum erſten Abt verordnet und angewieſen.* Cranz. l. 5. Vand. c. 8. Reuſn. in genealog. Lindenb. l. 2. c. 1. *Und iſt der Abt des Cloſters Amelungsborn* pater Abbas *oder* Ober Abt des Cloſters *Dobran geblieben, dan er hat das* jus paternitatis, inſpectionis & viſitationis *darüber gehabt, deſſen ſie ſich in folgenden Jahren ſehr miſsbrauchet, und iſt Biſchoff* Berno *zu Meckelnburg ein Münch zuvorn im Cloſter Amelungsborn geweſen. Ob nuhn zwar das Cloſter Dobran in dieſen Jahr geſtieffitet und die Münche* in-

Cloſter Dargun 1149. 1172.

SLAVORUM *quæ* BIZOPONINZHA (Epiſcopi cenſus ſeu decima Biſchopstinſe) dicitur, illorum ſcilicet, qui TEUTONICIS, agros illos colentibus, CESSERUNT, & ex alia parte caſtri Tribuſes tertiam partem decime pheodali jure michi conceſſit, illorum autem, qui ADHUC *cum* TEUTONICIS RESIDENT, tota decima in uſus cedet epiſcopi memorati; ſi vero ſiniſtro ſuccedente caſu, quod *Deus avertat, terra prataxata* in priſtinum ſtatum fuerit reverſa, ita quod TEUTONICIS EXPULSIS recolere terram SLAVI incipient, cenſum *Bizhoconimza* Epiſcopo perſolvent ſicut ante. Apud Pomeranos item a. 1237. lites inter Slavos & Teutones veteris Stetini exortas compoſuit Dux Barnimus I. aſſenſu Conradi Epiſcopi Caminenſis & Conſiliorum: *Ut* TEUTONIBUS *intra oppidi muros habitantibus eccleſia S. Jacobi ejusque beneficia eccleſiaſtica competant, Slavi vero extra muros habitantes beneficia habeant eccleſiæ S. Petri, item omnes villæ quæ ſunt Slavico in rure poſitæ & quæ ſunt ad lævam manum regiæ viæ verſus Prentzlave, ad S. Jacobum pertineant & quæ ad dextram ad S. Petrum. Cui ordinationi interfuerant teſtes Conradus Ep. Cam. Johannes Plebanus in Sundiz, Conradus dapifer, Gozuinus, Nicol. Ratimarus, Stetini A. 1237. Kal. Januar.*

(**) De originibus monaſteriorum megapolenſium pauca annotarunt *Latomus h. l.* & CHEMNITIUS *in Epitome hiſtoriæ Meckl. T. II. Monum. exhibita.* Addo ex ejusdem Opere hiſtorico ſeu majori Chronico Meckl. (quod, ſi typis aliquando exſcriberetur, quatuor vel quinque juſta volumina in forma fol. expleret) argumenta huc facientia: A. C. 1149. *iſt das München Cloſter zu* Dargun S. Bernhardi Ordens *zu bawen angefangen, wie dieſe alte auf einen* privilegio *des Cloſters geſchriebene Lateiniſche Verſe bezeugen:*

acta sunt A. 1219. testibus sub notatis, tam clericis quam laicis, Wiggero Canonico de *Raceburg*, Sifrido plebano de *Boxenborg*, Magistro *Ulrico*, Magistro Henrico de *Werbene*, Friderico de *Everinke*, Friderico de *Ursbercke*, Nicolaus de *Below*.

VII. *Guntzelini II. donatio villæ Bandevitz & decimarum in Zelent.*

Guntzelinus comes Suerinensis. Quia gestarum rerum memoria processu temporis evanescere consuevit necesse est, ut pia facta hominum scriptis autenticis commendentur, quibus possint efficaciter posterorum notitiæ declarari; hinc est quod præsentibus & futuris Christi fidelibus hoc scriptum intelligentibus constare volo, quod ego pro remedio *animæ meæ*, Sverinensi ecclesiæ contuli villam *Bandevitz* cum omni jure, & utilitate & attinentiis suis, ita videlicet, ut specialiter ad *præbendam & usum Canonicorum Sverinensium* sit in perpetuum appropriata & fructus annuatim inde provenientibus in *anniversario meo* canonicis universaliter exhibeantur. Præterea medietatem decimæ *de mea parte* in terra *Zelessen*, super qua querimoniam habebant, Suerinensi ecclesiæ *restitui*, ipsam ei demittens liberam & solutam. Testes huius donationis sunt clerici: Fridericus canonicus Hildensemensis, *Bruno* Præpositus, *Siphridus* Decanus, Appollonius Scholasticus, Laurentius custos, & alii canonici Zwerinenses, Eilwardus *presbyter*, Johannes presbyter, Eustachius presbyter, Hermannus *diaconus*, Ghiselbertus *Subdiaconus*, Matthias Subdiaconus, MILITES Reimboldus de *Gulicz*, Fredericus de *Eueringe*, Reinboldus de *Driberge*. Conradus de *Palude*, Dietericus *Obulus* & alii clerici & laici complures. Acta sunt hæc Anno Domini MCCXX. indictione octava Datum *Swerin* 20. Kalend. Januar.

VIII. *Gunzelini II. Com. Suerinensis donatio facta Ordini S. Joannico villae Godin, excepto sanguinis judicio & oneribus ad provinciae tutelam.*

Gunzelinus comes in Zuerin & frater ejus *Heinricus*, dilectis fratribus hospitialibus sancti Johannis in Jerusolima I. N. M. Quia caritatis opera, posterorum recordatione digna per antiquitatem temporis a memoria uiuentium in obliuionis exilium perigrinari possunt; ideo tali negligentiae salubriter occurere uolentes creatori nostro, licet in modico bonae uoluntatis nostrae, deuotionem exhibitam in praesentia protestamur &, sicut frater noster Hinricus scribi & sigilli nostri impressione fecimus communiri. Villam itaque *Godin* cum omnibus attinentiis suis & cum omni jure, praeter *judicia sanguinis*, uniuersam quoque dotem ecclesiae *in Eckelen*, olim assignatam pro remedio & salute animae nostrae & animarum patris, matris & fratrum nostrorum, eo uidelicet tenore contulimus vobis, ut praedicti agri & eorum cultores a *communi Servitio*, quod ad constituendam *urbem* vel ad parandam debetur & ab omni exactione, *praeter* *Burgwere.* *eam*,

1221.

introduciret worden, hat man doch in folgenden 1171. Jahr mit dem Gebeude erstlich den rechten Anfang gemachet, wie solches die alten Vers, so noch in der Kirchen daselbst zu lesen, bezeugen:

Annus millenus, centenus, septuagenus
Et primus colitur, dum Doberan struitur.

Es ist aber das Closter an den Ohrt nicht geblieben, sondern von den Wenden bald verstöret, und nachmahln ao 1186. an diesen Ohrt, da es noch ist, hinwieder geleget worden. Sim. Pauli in geneal. Chemnit. par. 1 in Vita Pribislai 2. Regis ultimi. Anno 1170. den 8. April. hat Fürst Nicolaus zu Rostock seinen unterthanen befohlen, die Münch zu Dobran wider jedermans Gewalt zu vertræten, Sie auch privilegiret, dass Sie ohn Entrichtung des geringsten ungeldes zu Rostock kauffen und verkauffen mögen, auch allen des Klosters unterthanen und Handwercksleuten als Schustern, Schneidern, Kürsinern daselbst ihren Handel und Wandel zu treiben vergönnet, doch dass ein iedweder loco recognitionis jährlich ihm eins vor alles sechs Pfenning geben, und sonst mit keinen andern Auffiagen beschweret werden sollen. Entlich hat Er den München zugelassen, dass Sie vor den heringsfangk so in die Ost See zwischen den Orten Wilsna und Dobimerigotzka gelegen, geschehen, auch von den schiffbrüchigen Guetern, so daselbst anschlagen mochten, ein gewisses Gelt zu nehmen macht haben sollen. Chemnitius in Chron. Megapol. MS. Vol I. parr. I. sub vita Nicoloti 3. Anno 1179. den 10. Novemb. rottete sich der Adel derer Wenden zusammen, fielen von dem Christenthumb wieder ab und fielen an das Kloster Dobran, hielten da übel haus, erwürgeten daselbst 78. Münche, rauheten alles wegk, und verbrandten das Kloster im Grunde. Chemnit. ibid. und blieb also das Closter 7. Jahr wüste. Cranz. l 6. Vand. c. 24. Marescalc. l. 2. c. 40. Lindenb. l. 2. c. 2. Larom. l. 2. und ward ao. Christi 1186. wiederumb erbawet und eingerichtet von Herrn Henrico Burewino I. Chemn vol. 1 part. 2. in vita Henr. Burev. I. Marescal. l 2 c. 41. Anno 1176. haben Bogislaus und Casimirus II. Fürsten zu Pommern die beyden Closter Broda an der Tollensee bey newen Brandenburg in honorem Virginis S. Mariæ und b. Apostels S. Petri, und das Kloster Ivenack Ordinis Cistercienfis bey Malchin fundiret; das Holtz aber zum Gebeude haben die Rieben, und folgends die Dörffer und andere hebungen haben die Marckgraffen zu Brandenburg, die Herren von Werle, die Hertzogen zu Mecklenburg und andere gegeben. Chemnit. p. 1. chron. Megap. in vita Reg. Pribislai 2. Anno 1211. hat Herr Henricus Burewinus das Jungfr Closter Sonnencamp an den Ohrt da jetzo das Dorff Parkow, nicht weit von Westenbrigge erstemahl erbauen lassen, weil der Acker aber nicht allerdings alda geht, verlegte ers nach 8. Jahren als anno 1219. nach Wendischen Küssin und nennet es nach den vorigen Nahmen Sonnencamp, ist hernach das Newe Closter genennet worden. Chemnit. vol. 1. part. 2. in vita Henr. Burw 1 Anno 1222 den 7. Junii hat Henricus Burwinus mit seinen Söhnen den Ordensbrüdern St Anthonii zu Erbawung eines Hospitals und Gotteshauses nahe bey Bruel einen belegenen Ohrt, hernach Tempzin genandt, eingeruemet und darzu Acker, den dritten Theil der See auch so viel Weyde und Mastung als zu 300. Schweine von nöten verehret. Chemn. p. 2. in vita Henr. Burw 1. Um selbige Zeit hat auch Henricus Burwinus 1 mit seinen Söhnen die Kirche und Closter Dobbertin instauriret und begabet und die Münche St Benedicti Ordens von dannen genommen und Nonnen desselben Ordens dahin gesetzet. Chemn. d. l. Anno 1236. den 26. Decembr. ist das Closter zu Rehne Benedictiner Ordens fundiret und gestiesftet. Chemnit. p. 2. in vita Joh 2. Subjungo alia quædam ex *Annalibus diplomaticis MSC. G W.* Anno 1230. hat Godescalcus septimus Episcopus Racebur- gensis das coenobium conventualium in *Eldenahe* ordinis St. Benedicti fundirt, da aber etwa 1291 das Closter im Feur auff gangen, hat Conradus XII Episcopus es von Neuen wieder aufzubauen befodret, demselben die alten Privilegia confirmiret, welchen Confirmations-Brieff die beyden Herrn Albertus und Hinricus, Graffen zu Danneburg mit ihren Siegeln bestærcket a. 1292. 14. Kal. Jun. Diese Fundation und Confirmation ist vom pontifice Urbano mit dem Anhang der Excommunication bestærcket a. 1366. 7. id. Jan. Rudolphus Dux Saxon. & Angar. verhiess den conventualinnen, daferne sie in ihrer Jurisdiction eine Sültze auffinden möchten,

Sonnencamp 1211.

Tempzin. 1222.

Dobbertin. 1222.

Rehne 1236.

Eldena.

Landwere. *eam, quam Terrae defensio poscit,* liberi maneant & exemti. Testes autem hi aderant Gwilhelmus, Geroldus de *Eckelen;* Godefridus de *Triberge;* Switcherus, Fridericus *Hasencob.* Acta sunt haec anno Domini millesimo II centesimo XXI.

IX. BUREWINI *Domini Megapol. Sanctio de bonis ex Naufragio partis non diripiendis seu de tollendo in Megapoli abusu juris naufragii, Strandrecht, de an. 1224.* (*) *quam* HINRICUS *Dn. Megapol. an. 1327. confirmatione &* HINRICUS *Episcopus Lubecens. a. 1332. testimonio authentiae munit.*

Henricus Dei gratia Lubicensis Ecclesiae Episcopus universis hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Noveritis, nos infra scriptas vidisse literas 1224.

---

ten, dass solche dem Closter verbleiben solte, ohne jährlich Ihme und seinen Successeren *den* dritten Theil der Einkünffte *davon abzugeben.* Dat. a. 1307. V. Kal. Sept. Anno 1514. Dom. Esto mihi *ist dies Closter unter währender Mahlzeit in Feur gerathen, da unter andern der Nonnen-Schlaff-Hauss nebst allen mobilien und Gebäuden in der Aschen geleget, dahero Sie zu wieder auf Bawung desselben so wohl ihren Probst als auch einige von den Conventualinnen ausgesand bey andern* piis corporibus *eine Beyhülffe zu suchen. Wie* Hinricus Pacificus Dux Mecklenb. *eine* General-*Kirchen*-Visitation a. 1542. *im gantzen Lande veranlasset, ist solche auch nach Eldenah ergangen; Da aber dieser Orth den Päbstlichen Saurteig auszufegen saumseelig war, hat endlich* Ulricus Dux Mecklenb. *und* Episcopus Sverinensis *mit* Margareta Pentzen priörin *und den übrigen Conventualinnen einen Vergleich getroffen,* dass keine Nonnen mehr solten eingenommen werden, und dass allen noch darin lebenden ein gewisses Deputat ad tempus vitae aus dem Ampte solte gereicher werden Dat a 1558. Festo Trinit. Anno 1319 *und* 1323. *hat Hertzog* Hinricus Leo *das Closter* Ribnitz *gestifftet,* fundiret, dotiret *und mit verschiedlichen Gütern* a. 1324. 1326. 1328. *beschencket, welche* Slaggert. in Chronic. Ribn. *erzehlet, Ist eingeweihet von* Epilc. Sver. Johanne a. 1331. *das Nonnen-Closter* Zarrentin *ist* fundiret a Guncelino III. Comite Sverin. a. 1243. *und das zu* Röbel a 1250. *von* Nicoloto Werlensi. *Das Nonnen-Closter zu* Wanske *ist von dem Marckgrafen zu Brandenburg* Albrecht fundiret Stargardiae die pauli conversionis a. 1290. Confirmatio fundationis facta ab Henrico Domino Megapol. a. 1300. Subest dioecesi Havelbergensi. *Im Jahr* 1227. V. Calend. Sept. *hat* Johannes *und* Nicolaus Domini Meckl. fratres *alle* jura *des Closters* Dobbertins *bestätiget: privilegia omnia quae avus* BUREVINUS, *pater* HINRICUS *& patruus* NICOLAUS *in fundationem hujus ab a. 1222. constituerant. Nota, quod destinatum fuerit monachis ordinis Benedicti, qui, fide annalium, ante confirmationem supradictam ad unum omnes trucidati sunt, unde Monialibus cessit.* Demum subjicio adnotationes quasdam e *Sam.* FABRICII *Archivario Sverinens. Repertorio documentorum Archivi Ducalis: Das Closter zu* Sternberg *zu bauen, hat durch* Fridrich *Hertzogen zu Sachsen bey den Pabst* Alexander *Hertzog* Magnus *zu Meckelnburg ansuchen lassen, der auch den Probst zu Gustran* Petrum Walkauen *des falls und um Ertheilung der Indulgentien und IV. Priester zu der Closter Capelle nach Rom gesand* a. 1500. *und ist in demselben Jahr* die omnium Sanct *von dem Pabst ein Einsiedel Closter* ordinis *S.* Augustini, *nachdem die Hertzoge* Magnus *und* Balthasar *500. Gulden erleget, zu bauen* approbiret, *welches dan auf dem Platz, da die von den Juden durchstochene blutige hostie vergraben gewesen, gebawet worden.* Archiv. Volum. S. n. 85. 86. DOBERAN *ist* fundirt *von* Nicolao *Fürsten der Wenden und wie weit sich des Closters Güter und Gerechtigkeit erstrecken sollen,* in literis fundat. a. 1160 id. april. ib. Vol T. n 51. Hinricus Burewinus *hat diese* Fundation confirmirt a. 1192. ib. T. n. 52. *Dem Closter* MARIENEE *bey Rostock geben* Magnus *und* Balthasar *50. Reinische Gulden* a. 1498 T. 54. Wilhelmus ultimus Dux Venedorum *stifftete in diesem Cartheuser Closter zu einer Zelle und Altar im Creutzgang 300 Mk.* a. 1436. d. 12. Jan. *zum Jungfer Closter* NEUENCAMPE, SUNNENVELDE, *giebt* Nicolaus Werlensis *den Anfang zu Plau* anno 1295. ib. T. 56. *Kloster* BRODE *wird von dem Hertzoge zu Stetin* fundirt a. 1244. confirmirt 1281. *und von* Bugislao, Burwino *und* Otto *mit der Fischerey auf dem frischen hafft begabet* a. 1286. *Dem Kloster* RIBNITZ *schenckt Hertzog* Hinricus *zu Mecklenb* villam Wustrau a. 1328. *Der König Albrecht in Sveden überlässt demselben die Güter der Schiff brüchigen, so weit sich des Closters Gebiet erstrecket* dat. Sverini a. 1412.

Ribnitz. *Zarrentin.* *Röbel.* *Wanske.* *Dobbertin.* *Mons stellarum.* *Dobran.* *Mariene.* *Sunnenfeld.* *Broda.* *Ribnitz.*

Ibid. T. n. 95. 98. *Das Kloster* Ordinis Francisci *zu* Güstrau, STRAU *ist gestifftet von Hertzog Hinrich* consensu Papae Julii, *Güstroviae* 1509. ib. vol. S. n 45. *des Klosters zu* STEPNITZ *im Fürstentum Mecklenb. Brieffschafften sollten* a. 1507. produciret *werden, waren aber nicht vorhanden weil sie der Bischoff zu Havelberg zu sich genommen.* ib. Vol. Kloster-Sachen T. n 111. *Stepnitz.*

(*) Abusus improbatur nimirum direptio, occupatio, confiscatio bonorum servatorum, quorum dominia & emolumenta ipsis afflictis & veris dominis competentia sibi vindicabant accolae, advocati, officiales, insulani, publicani contra manifesta juris divini & naturalis praecepta; quibus tamen accommodatus est genuinus usus juris naufragii. Ratio enim & finis constituti hujus juris tendunt ad afflictorum auxilium & avertendum eorum majus periculum & malum. Evenit nuper, quod in vicinia loci, ubi naufragii juri nullus vigor est, naufragium faciens bona sua in Albi glaciem trahenti omnia perdiderit non tempestatis sed hominum saevitia, qui e pagis circumjacentibus & ex Altonavia ad naufragam navem accurrentes, merces omnes ibi inventas occuparunt, rapuerunt, quas, si normae juris naufragii locus fuisset, salvas habuisset modico in se recepto servationis onere Impensae enim juris naufragorum ultra compensationem sumtuum seu praemium salvationis vulgo *Rettlohn, Bergerlohn, Obdach,* non extenduntur, nec excedunt hodie aequitatem modicae recognitionis, quam recentius quidem aevum Domino territoriali vindicavit ob onera & curas, quas praecipue requirunt terrarum palustrium, aggerum & littorum refectiones ceteraeque in commodum naufragorum vergentes impensae, inspectiones, ordinationes, sumtus rerum & officialium. Haud tamen negaverim, nonnulla aliquando usui huius iuris admixta fuisse, quae proxime accedunt ad eius abusum, quem forte sensim invexerunt Principum fiscique eorum & camerae redituum assentatores, regalium etiam scriptores & amplificatores, longobardica & romana assentatione & scientia magis quam Germanica fide & conscientia Christiana instructi. Unde huius generis compendiis & lucris male precati sunt ipsi cordatiores administri & tot principes sapientes, pii, iusti, magnanimi, suum cuique & sibi & subditis tribuentes, quin improbantes consilia & ministeria eorum, qui in hominum afflictorum luctu, dispendio & calamitate compendia sectari & iura comminisci videbantur, ipsa maris immiti tempestate longe rapidiores. Dignum principe rescriptum laudaveris rescriptum regis Theodorici ad comitem Senarium apud GOLDASTUM *Tom. III. Const. Imp. p.* 53. § 79. *Propositum nostrae pietatis est iniuste periclitantium sublevare fortunas, quia quod aliena vi constat impositum trahere non possumus ad delictum, iniquum est enim, ut hominis vitio deputetur, quod eius voluntate non regitur. Crudelitatis enim genus est ultra naufragium velle desaevire & illos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immania pericula cessisse.* Sed nolo nunc hoc argumentum excutere; addo saltim hoc loco ex annalibus praecipue diplomaticis argumenta, ex quibus de usu & abusu huius consuetudinis facile constabit. An. 1078. Gregorius VII. in Concilio Romano & post illum Alexander III. in Lateranensi can. XXIV. censuris ecclesiasticis subiecerunt homines inhumane saevientes in naufragos: *illi qui Christianos naufragium patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur, damnata cupiditate* SPOLIANT *rebus suis excommunicationi se novevint subiacere nisi ablata restituerint.* In charta 1099. apud GARIELLUM *de Episcopis Magalonensibus p.* 90. occurrit interdictum: *Notum sit omnibus quod Raimundus Melgoriensis comes propter naufragium & Albergas, quas per* VIM *in villa nova & alibi in Allodio S. Petri contra testamentum patris sui* 1078. 1099.

literas non abolitas, non rasas nec aliqua sui parte vitiatas in hæc verba: Nos *Henricus* Dei gratia *Megapolensis Stargardiæ & Rostochii Dominus* recognoscimus tenore præsentium lucide protestantes.

XIV. b. *Pacificatio inter Duces Pomer. & Megapol. juncta oppignoratione Tribuſii, Grimmæ & Barth ſub pacto commiſſorio de reluendo intra XII. annos.*

Wy van der Gnade Gades Hinrick *to Mecklenborg*, Johann *unde* Henninck to Werle, *bekennen unde betügen openbar in deſſeme Breve, dat Hertog* Barnam van Stettin *mit uns gedegbedinget hefft, vor ſick, vor ſine Veddern, Hertoghes* Warſclaves *Kinder, vor dat Ryke to Dænnemarck, vor de Mann unde Stede*, Stralſund, Grypeswald, Tancklem *und* Demyn, *unde vor alle ehre hülpe, ene ſtede, ewike Söne, alſe hiermit beſchreven ſteit, to dem erſtenmable, dat Hertog Barnam van ſiner wegen, unde van ſiner Veddern wegen, Bugeſclaves, Barnams unde Warſclaves der Hertoghen van Stettin unde ehrer Erven hefft geſat unde ſettet in ſinem apenen Brefe vor ein* rechte Pand, *us unde uſe Erven vör* 31 duſend Marck lödiges Silvers, Cöllniſcher Wicht *diſſe Schlöte unde Land* Tribeſees, Grimme *unde* Barth *mit den Mannen unde mit aller Frucht, unde mit den* Kercklehnen, *alſe ſe liggen unde legen hebben in ehren Steden by Herrn Witſclaves und Herrn Werſclaves Tieden der Vorſten van Rügen. In deſſen Panden ſcall us unde uſe Erben nemende hindern und de H. H. von Stettin moghen ſe löſen* van Sünte Nicolaes-Daghe, de nu negeſt kumpt vort aver 12. Jaer und binnen den twelff Jaren, wan ſe willen, were idt, dat Hertogh Barnam, edder ſine Veddere unde ehre Erven, deſſe Pand nichten loſeten binnen den 12. Jaren; ſo ſcullen ſe weſen verſtaen, us unde uſen Erven, unde ſcullen mit aller Nütt unde Vrucht us unde uſer Erven rechte Erve blieven. *Wy ſcullen ock leggheven* de Vruwen *van Rügben vör ehr Liffgedinge, dat ſe hefft in dem Sclotte unde Lande to Triebeſee. Vortmeer dat Hus, Stadt*, Land unde Vögedyghe to Löſitz, *alſo de Vogedyge gelegben hefft to deme Hues unde to der Stadt by Herr Wiſclaves und H. Werslaves Tyden, unde ock de* Hertesborch, *de Darß unde Arnshoff mit den Dorpen, de dar uppe liggen, unde mit aller Vrucht und Nutt, aller Steden unde de Voghedygen to deme Stralesund, dar deſſe Kerſpel inne blieven ſcullen, dat Kerſpel to* Pütten, Nypartz, Mordorff unde Peron *unde des billigen Geeſtes Gut* to Lübeke *half ſcullen blieven unde weſen der vorbenomeden Hertöghe van Stettin unde ehren rechten Erven; Vortmeer de Mann und Deenſt deſſer drye Voghedye, Löſitz, Hertesborch unde Stralſund ſcal men wedder wyſen mit eren Slöten an H. Barnam unde an ſine Veddere und ehre rechte Erven, de Hertogben van Stettin, und ſchullen by ehn unde by ehren rechten blieven ewicklicken. Kedinck unde ſin Broder mit ſodanem Gode, mit allen, ſo ſe nu hebben, ſcolen blieven by Uns unde by unſen Erven.* Vortmeer en jewelck Mann, he ſy Ridder edder Knape, Leye edder Pape, de ſcall wedderkamen to ſinem Rechte, und to ſinem Gode, id ſy Lehn edder Pand, dat he bewieſen mag mit Breven eder anders redelicken (*utgenomen dat Dorp to der Sale*) *dat ſchall beholden Bernd van Dorpe und ſine Frouwe, als ſe dat bewieſen mogben mit H. Warſlaves Breven, unde ſchullen dat hebben van Us. Vortmeer de Borgher van Löſitz, de wedder inwillen, de ſcolen vorwiſſen, dat men ehrer velich ſy, und wene man nicht in towahnende hebben will, de ſcall binnen Jaer unde Daghe vorkopen, dat Syne mag he binnen der Tiet ock nich vorkopen, men ſchall ehm afgelden, als id redelick ſy; vortmeer de in deſſen Orloghe Frede effte geleide broken hefft, de ſcall dat nicht wedder doen, unde gelden den Schaden, vortmeer en jywelck here ſcall des andern Mannen unde Lüde Rechte richten; vortmeer alle nyghe Hus, de buwet ſyn, in diſſem Orloghe ſcall men breken, behalven dat Werſchuß ton . . . tendorp unde Danigher, unde binnen deſſen 12. Jaern ſchall nemande in beiden Sieden dem andern negher buwen, denn nu buwet is, hefft Henneken Berekedinge Got gelaten vor ſin Vengniſſe, dat ſcall darby blieven, Herr Teche Stangenberck unde Here Marten Rotermund ſcholen de Ratmennen vomme Stralſund to de rechte ſtaen, eff ſe ſe ſchüldig willen, dat ſülve ſcolen de Ratmenne wedder doen; unde willen ſe by ehrem Gode*

Gode nicht blieven, so mogen se id vorkopen, verſetten unde verpanden, wan se mogben, dar ſcholen de Rabtmanne van dem Sande to helpen; vortmeer de Straten unde Wege ſcollen vehlich unde fry weſen, unde vehlich to Water unde to Lande, alſe by olden Tyden hebben weſen. Vortmeer de fangen ſchall men beſchatten upelick an beiden Syden, de ſchall en bereden mit Hand, de beredinghe unde beſchattinghe ſchall ſtaen an beyden Steden up veer Mann und up Meſſer Conrade. Vortmeer, wo Dinghenisſe bekannt, de ſchall se geven, geve be se nich, men ſchall darto ſenden an beiden Sieden, unde ſchall se utpanden, *weer nich bekannt deſſen here ſchall beholden* fülff drüdde an den hilghen, *is id geeſtlicker Lyde Gut, ſo ſchall se de Burgemeſter beholden an den hilghen fülff vöffte. Vortmeer de Fangenen, de ruwelos worden ſyn, unde enes inkomen ſyn, de ſchall men inſenden, dar se lavet hebben, wenn men dat eſchet. Vort aver veertein Nachten, de nicht innekamen ſyn, de ſchullen ſick affnehmen fülff dridde an den hilghen.* Vortmeer wat Greve Gerdt van Holſteen den Dænen mit Breven und anders redlicken mach bewieſen, dat doen se ehm holden, dat ſülve ſchall Greve Gerd wedder doen den Dænen; *vortmeer* Greve Gerdet unde de Radmannen *van dem Sande ſchullen des negheſten Sundaghes na St. Jacobs-Dagh toſamen komen to Nyprutz edder to Nigen Campe, dar ſchall malck van den andern komen mit . . . edder mit Rechte. Weer dat Greve Gerd to der Tyt dar nich komen mochte, ſo ſcall men dar denen anderen ſpreken ume deſülven Stücken to endende. In demſülven Sundaghe ſchull wy de Man wieſen an de Hertoghe van Stettien, de beſaten ſyn in den vorbenomeden dryen Vögedyen, alſe hier vorbeſchreven is mit deſſen vorſproken Stücken, unde mit der Beredinghe ſchall wy laten und laven vor uns unde vor unſe Erven van dem Forſtendome to Rügen unde van aller Anſprake, de wy darup hadden unde hebben moghen, H. Barnimt deſſe an ſinen Subne dat Riecke van Dennenmarke H. H. . . de Greven van* Gückow, *Herr Hinrick* Molzan *unde ſine Fruwe, Herr Johann* Dothenberg, *Hencke* Bern *unde Henneke* van Ploen *unde all ehre hülpere. Vor deſſe Subne hebben wy in truwen lovet, unde hebbet mit uns gelavet, Herr Job. van* Güſtrow, *Herr . . . van* Schwerin, *Hr. Marten* Winterfeld, *Hr. Nicolas* Heyden, *Hr. Nicolas* van Dytekow, *Hr. Johann* van Pleſſe, *Hr. Nicolas* van Orche, *Henneke* Molteke, *Heneke* van Bülow, *Ludeke* Haſenkop, *Henneke van* Reyſeke, *unde Henrick* Bockſack, *Herr Johann* van Havelberch, *Hr. Vicke* van Lobeck, *Hr. Nicolas* Hahn, *Hr. Cunz* van Lewezowe, *Herr Henne* Holſte, *Hr. Henneke* Caſtebade, *Herr Sivert* Voſs, *Hr. Hinrick* van der Oſten, *Hr. Borchard* Schlichte, *Hr. Barolt* Gamme, *Kedingk* van Düvelsdorp *unde Wulff* Subbeſin, *to betügende deſſer Sühn hebben wy unſe Ingeſegle to deſſeme Breve hengen laten; de is gegeven to Brodersdorpe na Gades Bort duſend Jar, dreyhundert Jar in dem achte unde twintigheſten Jaer des Mandages vor Sünte Peters unde Sünte Pauls Daghe.*

XV. *Fundatio Epiſcopalis Eccleſiæ Bützovienſis per Epiſcopum Wilhelmum.*

In nomine ſanctae & individue Trinitatis ego *Wilhelmus* Zwerinenſis Eccleſiæ Epiſcopus omnibus in perpetuum. Cum vergentes in ſenium ſcilicet corruptelæ non ſolum defectum corporum ſed & oblivionem actuum efficiant per momenta temporum ſucceſſura, dignum eſt, ea quae ratione prævia a quibuslibet ordinantur, ſcripti munimine roborari ut ſic ſcripti præcedentis cognitionem plenam habeat poſteritas ſecutura. Proinde noverint univerſi, quod nos conſiderata pia intentione venerabilis Domini & *Anteceſſoris noſtri* bone memorie *Theodorici* Zwerinenſis Epiſcopi circa ſtructuram in *Butzow*, opere ſuperante materiam laudabiliter inchoatam, ubi *Collegium Canonicorum* ad honorem Dei & eccleſiæ ſue inſtituere propoſuerat, cultumque divinum per ſuam beneficentiam ampliare, ſed mortis calamitate præventus non potuit conſumare, tamen in promotionem eccleſie quaſi pro angulari lapide in extremis agens, ibi petiit ſepeliri, unde nos, qui miseratione Domini, licet immerito ſibi in onere ſucceſſimus & honore, rationis inductu & diſcretorum hortatu, de conſenſu Capituli noſtri ſuum deſiderium diſpoſuimus adimplere, hac temperamenti equitate ſervata, ut cum conferimus, *competens ſubſidium* tribuamus: Et cum tollimus, damnum grave non infligimus juxta canonicas ſanctiones. Ad laudem ergo & gloriam Domini noſtri J.C. ac intemeratæ virginis matris ejus ſanctique *Johannis Evangeliſte* & *ſancte Eliſabeth* de unanimi voluntate & collaudatione Capituli noſtri ibidem *conventualem eccleſiam Canonicorum* inſtituimus ſecundum diſciplinam & obſervantiam *Cathedralis eccleſie noſtre* penitus informandam, Canonicis ibi per nos inſtitutis decimam in *Lukow* cum aliis manſis & decimis ab anteceſſoribus noſtris quondam collatis, aſſignantes in *Stenoven* videlicet V. manſos cum omni jure, in *Zulow* decimam X. manſorum, in *Lyſſow* decimam VI. manſorum, in *Laſſa* & in *Reineſtorf* IX. manſos cum omni jure, in *nova eccleſia* decimam manſi & dimidii, eccleſias *parochiales* cum banno cujusvis civitatis eo modo quo nobis & Decano majoris eccleſie praeſentibus noſter decreverat Anteceſſor, eccleſiam *Nienkerke* taliter ut perſona ſit canonicus, ſuſtentatione competenti Vicario reſervata. Addicimus propterea, quod nos & ſucceſſores noſtri liberam habere volumus facultatem, dignitatis præbendas in prædicta eccleſia conferendi, ita tamen, quod ſemper de eccleſia *Zwerin* tamen *præpoſitus* aſſumatur. Dignum eſt etiam & conſentaneum rationi, ut quae totius noſtre dioeceſeos Domina eſt & mater & de cujus uberibus conſolationis recepimus incrementum, ipſam ſpetiali prærogativa pre ceteris honoremus Si quevero prebende proceſſu temporis Dei favente Clementia ex collatione fidelium fuerint apponendae, collatores ad eas perſonas preſententidoneas inſtituendas per Epiſcopum prima vice, deiode dum vacaverint ab Epiſcopo diſponantur, niſi *Domini terre* aliquam de *ſuo* PATRIMONIO velint apponere pro ſuorum remedio peccatorum, ad talem paſſum coadjuverint preſentare & ſuis heredibus *jus relinquere* PATRONATUS.

1248.

tus. Ut autem haec pia ordinatio noſtra ſtabilis & perpetua maneat inconvulſa, hanc paginam inde conſcriptam appenſione *ſigilli noſtri & eccleſie noſtre* juſſimus communiri. Acta ſunt haec anno Domini 1248. Ind. VI. Pontificatus noſtri anno primo. Teſtes hujus ſunt. Lodulphus *Praepoſitus*, Warnerus *Decanus*, Mag. Nicolaus *Scholaſticus* totumque Capitulum eccleſie noſtre, Mag. Hermenfried Scholaſticus Guſtrovienſis, Hinricus *miles* dictus de *Czernin*, Alberus officiatus noſter, Benedictus *Marſchallus* noſter & alii quam plures. Datum Zwerine 16. Kal. Oct. MCCXLVIII.

XVI. *Johannis & Alberti Ducum Sax. donatio terre Tribuſes ad Eccleſiam Suerinenſem.*

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Johannes DEI gratia, Saxonie, Angarie & Weſtphalie Dux, & Albertus frater ejus, omnibus in perpetuum notum eſſe volumus, tam preſentibus, quam futuris, quod nos ob reverentiam Dei & ſalutem animarum noſtrarum, Eccleſie Sancte Marie genitricis Dei, & beati Johannis Evangeliſte in Suerin, terram Tribuſes, prout tenditur in Straleſundt, *& filius Dni. Jaromari Witzlaus eam nunc habet in poſſeſſione ſua & ut ad dictam eccleſiam pertinet jure dioceſſano*; conferimus, cum omni jure, Judicio, Servitio, & utilitate, ſi que nunc eſt, & in poſterum eſſe poterit, ita tamen, quod memoria felicis recordationis patris noſtri Ducis Alberti, ſicut Ducis Henrici fundatoris dicte Eccleſie, & noſtra poſt mortem noſtram, cum devotione annis ſingulis peragatur, unde dictam terram ad manus Imperii, ad utilitatem ſupra dicte Eccleſie liberaliter reſignamus, & ne noſtrum ſolenne factum ab aliquo valeat impediri vel perturbari, hanc paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri appenſione & teſtium inſcriptione duximus roborandam, Teſtes ſunt hi. Domina Helena Mater noſtra, Comes Guntzelinus milites Conradus *Wackerbarth*, Detlevus de *Barckentin*, Henricus de *Richouve*, Henricus de *Inſula*, Henricus *Huxet*, Clerici vero *Wernerus*, Pr. Ulricus Epiſcopus Ratzeburgenſis, Nicolaus Scholaſticus Suerinenſis, Johannes Prepoſitus de *Rune*, & alii quam plures. Acta ſunt hæc Anno Domini MCCLXI. die undicim millium virginum.

1261. *ſunt hac in exemplis.*

XVII. *Diploma fundationis eccleſiæ Moyſalle. Ex membrana corrugata & paſſim tranſfixa.*

1264.

Nos *Hermannus* Dei gratia *Sverinenſis Eccleſiæ Epiſcopus*. Publice proteſtamur in his ſcriptis, quod nos de conſenſu noſtri capituli generalis reſervabamus nobis tertium dimidium manſium parochialis eccleſiæ in *Slemmyn*, quæ eccleſia parrochialis nunc transpoſita eſt in villa quæ dicitur *Moyſalle*, & damus, aſſignamus & appropriamus forma optima, qua poterimus eidem eccleſie pro nunc parrochiali in *Moyſalle* duos integros manſos ibidem bene menſuratos, quorum duorum manſorum aliud dimidium habet & debet habere in unum. Nam fluveus veniens de monte *Slemmyner Borch* dividens agros villanorum de Slemmyn & Moyſalle, fluens prope cimiterium & prope aream tabernæ ibidem in Moyſalle adſcendendo ab eadem area ad plagam occidentalem uſque ad agros villanorum *Hermens-Hagen* cum torrente, qui vocatur *Heger-becke* & omnibus rubetis, pratis ſeu lignis ibidem contentis ſpectant ad eccleſie rectorem ſepedictum. Deinde revertendo ad fluvium præmemoratum agros villanorum Slemmyn & Moyſalle dividentem, omnia rubeta, ligna, agri, areæ, prata tam in villa quam extra & intra cepta ejus contenta & præcipue pratum a cimiterio uſque ad agrum ad Eccleſiam ſpectant & debent ſpectare ad rectorem. Reliqvum vero dimidium manſum ſitum in loco qui dicitur *Roſsbarch* appropriamus eidem eccleſiæ & rectori cum omnibus agris, areis, pratis uſque ad agros villanorum ab uno latere *Moltena* excepto prato, quod dicitur *Overdyck*, quod & ſpectat ad rectorem & villanos ibidem. Nam rectori debetur portio duorum ſuorum manſorum de eodem prato, aliis vero villanis unicuique ſecundum quantitatem agrorum. Cetera vero prata, agri, ligni, rubeta in eodem loco qui dicitur *Voſsbercb* contenta cum rubero, quod dicitur *Burbrock*, uſque ad agros villanorum minoris villæ *Deſſyn* ſpectant & ſpectare debent ad rectorem ſæpedictum. Inſuper & ſi aliquando *depactatio* ſeu *exactio* ibidem vigeret, quod Deus avertat, ipſe rector quietus & ſolutus maneat ab his oneribus & exemptus ab omni exactione & depactatione in plena *libertate Clericali* cum ſuis - - - - ſi quos ſive aliquem - - - . Inſuper & parochiam ejusdem eccleſie pro nunc Moyſalle arbitrati ſunt coram nobis - - - lata ſententia, quod quivis in eadem parochia morans & agrum colens, pro transpoſitione eccleſiæ de *Stemmyn in Moyſſale* in maius commodum viſitandarum eccleſiarum - - tunc vult jugiter exſolvere integrum modium ſiliginis de quolibet manſo culto ſuo rectori ibidem & dabuntur annuatim in *Hermenshagen* novem manſi cum uno quartali, in *Merchove* duo manſi, in *minori Daſſyn* tredecim manſi, in *Hörne* undecim manſi, in *Moyſalle* decem manſi & unum quartale cum duobus manſis Rectorum, in *Slemmyn* viginti duo manſi cum uno quadrali, & iſti *de Slemmyn* dabunt ſicut huc usque; quam quidem ſummam in & extra omnes, arbitratum non ſervantes, majorem dabunt & ferimus in his ſcriptis. Præterea volumus, quod nullus propellat pecora ſua ſeu pecudes paſcendo ad agros ſepedictorum Rectorum Eccleſie Moyſalle, ſine juſſu & conſenſu rectorum eiusdem. His omnibus & ſimul anteſcriptis debet rector ſepedictæ eccleſiæ perpetuis temporibus uti frui, gaudere. Vt autem iſta rata & firma permaneant temporibus futuris, *ſigillum noſtrum majus* præſentibus appendimus in evidens teſtimonium omnium promiſſorum. Datum *Butzow* anno domini MCC. ſexageſimo quarto, tertio Calendarum Julii, Pontificatus noſtri anno ſecundo, præſentibus viris diſcretis dominis Henrico *Piben*, Johanne *Vrigen*, Canonico noſtræ eccleſiæ cum domino Conrado *de Parin* ſtrenuo & quamplurimis aliis fide dignis. (*)

(*) Hanc chartam recognovit *Rudolphus* Epiſcopus Sverinenſis, hoc tenore; Nos *Rudolphus* Dei & apoſtolicae

XVIII. *Privilegium super libera vectura molendinorum civitatis Roſtock.*

1264. In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. *Hinricus* Dei gratia Magnop. Stargardenſ. ac Roſtock Dominus, univerſis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris ſeu audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Recognoſcimus præſentibus lucide proteſtantes, nos vidiſſe & audiviſſe privilegium quoddam Conſulibus ac Univerſitati Civitatis Roſtoch traditum ſub ſigillo Domini Borwini Dn. de Roſtoch quondam, quod licet vetuſtate conſumptum; tamen perfecte legi poterat in hæc verba. Borwinus DEI Gratia Dominus de Roſtoch, univerſis Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in nomine Jeſu Chriſti. Ne geſtarum rerum memoria cum proceſſu temporis evaneſcat & pereat, diſcretorum virorum providentia ſolet eas per literas æternare. Cum igitur dilectos Burgenſes Civitatis noſtræ Roſtoch affictos incendio graviter videmus, damna ſua quod patientius tolerarent, ipſos quibusdam donis gratuitis reſpicere volebamus. Innoteſcat ergo tam præſentibus quam futuris, quod nos de bona voluntate & communi conſenſu molendinariorum noſtrorum infra Civitatem noſtram Roſtoch & in aggere ibidem habitantium vecturam per omnia molendina ſua liberam dictis Burgenſibus noſtris perpetuis temporibus indulgemus nec non eosdem molendinarios, ut commodius & ſecurius una cum eis habitent eorum Civilitati permittimus, atque cæterum in Palude, quidquid ad nos pertinere videtur, jacente inter aridam & fluvium ex una parte & inter aggerem *ſancti Clementis* & amnem qui decurrit ab amne *Bertoldeſtorp* ex parte altera eorundem uſibus aſſignamus. Præterea noſtra per portum ipſorum in Warnemunde & per omnes terminos dictæ Civitatis noſtræ verſus Campum, qui vulgariter *Marckſchede* nuncupatur, ſæpe dictis Burgenſibus noſtris damus cum ſua utilitate æternaliter poſſidenda; pro eo nos condignis affectibus ſuis reſpicientes auxilium ſuum contra quoslibet nobis contumelias & gravamina irrogare volentes, ut vero Domino ſuo de jure tenentur, cum benivolentia miniſtrabunt. Ut autem hæc noſtra collatio ſtabilis permaneat in æternum, præſens ſcriptum inde confectum, ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Teſtes hi aderant, Dominus Præpoſitus Amilius Dominus Henricus de ſancto Jacobo, Dnus Wolterus de ſancto Petro, & Henricus Capellanus noſter, Clerici. Dominus Helf, miles Dni Regis, Dnus Darmyslaus, Dnus Wolderus de Conowe milites, Silews Advocatus noſter & alii quam plures. Acta ſunt hæc Anno Domini Milleſimo CC. LXIIII. Datum quarto Idus Octobr. Cum itaque noſtra nunc interſit, ut dictis noſtris Conſulibus ac Univerſitati Roſtoch. Privilegia ipſorum ab Anteceſſoribus noſtris ipſis tradita innovare teneamur, præſens Privilegium ipſis innovamus & ſigilli noſtri appenſione ut cernitur confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt, Martinus *de Huda*, Matthias *de Axekowe*, Gottfridus *de Bülowe*, Wipertus *de Lutzow* Marſcalcus Kemarus & Johannes *de Pleſſe*, Volradus *Smeker*, Henicus *de Blücher* & Hinricus *de Barnekowe* Advocatus, milites Didericus *Clawe* & Hinricus *Bonſack*, armigeri noſtri fideles cum aliis pluribus fide dignis. Datum *Warnemünde* Anno Domini Milleſimo CCC. viceſimo quinto Sabbatho poſt feſtum ſancti Jacobi Apoſtoli.

XIX. *Hermannus Epiſcopus Sverinenſis adnuget eccleſiæ cathedralis Butzovienſis præbendas.*

Hermannus Dei gracia Zwerinenſis Eccleſie epiſcopus omnibus preſentem paginam viſuris ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Geſte rei notitia propagatur in poſteros, cum venit auctoritas & robur teſtimonii literarum. Declaretur igitur preſentibus & futuris, quod nos ſalubritati *canonicorum eccleſie ſancte* ELISABETH BUTZOW inſiſtentes provida Canonicorum noſtrorum eccleſie Zwerinenſis, videlicet venerabilis domini Ludolphi *prepoſiti* & domini Gualgi prepoſiti ejusdem eccleſie Butzovienſis deliberacione prehabita, decrevimus, prebendis minoribus aliquos addere reditus, majoribus vero ſubtrahere ſine prejudicio nunc habentium prebendas, quæ easdem coadjuverint, ut predicte eccleſie Canonici clamorem ad nos frequentius delatum unanimi facta concordia poſtponerent. Cuilibet autem prebende 32. tremodia vel equivalens ſtatuimus aſſignari, melioribus tamen in prebendis conſtituti de ſupercreſcente gaudeant annona temporibus vitæ ſuæ. Prebenda domini Erponis nunc decani habebit in *Slowe* X. manſos & 2. tremodia in *indagine* Theodorici, Prebenda Epiſcopi Johannis *Friſonis* in *Reinarſtorp* 2. manſos, in villa *Wollien* 2. manſos, in Zarrentin 2. manſos, in *Stenoven* unum manſum, Prebenda Domini Johannis de *Wittenburgh* XV. marcas in *Nienkerken* & 2. manſos in *Stenoven*, que ſic manebit, quia taxavimus prædictam ſummam cum duobus manſis valori 32. tremodiorum equaliter reſpondere, Prebenda Lutberti in *Stenovia* 4. manſos, in *Belitz* duos manſos, in *Slowe* 2. manſos & dimidium, Prebenda *Scholaſtici* in *Luſſow* 2. manſos, in *Lucowe* 2. manſos, in *Reineſtorp* ſesqui tremodium & ſcholaſticis adjectis ſibi tribus tremodiis de prebenda majoris *Gotgemakende* cum vacaverit, & in talibus reditibus permanebit præbenda minoris *Gotgemakende*, in *Lucowe* 4. manſos & dimidium, in minori *Twiſow* 2. manſos & 2. tremodia, in *Critzkow* cum augmento 2. tremodiorum prebende majoris Gotgemakede vacaturæ, prebenda majoris Gotgemakede in *Luſſe* 4. manſos, in *Gemerſtorp* 4. manſos & dimidium; prebenda Ludovici in *Zermentin* VII manſos, in *Critzmow* 2. tremodia

1270.

cae ſedis gratia Epiſcopus Sverinenſis Eccleſiae & *Dux Magnopolenſis*, nunc publice proteſtamur in his ſcriptis, quod honorabilis vir dominus *Martinus Mann* verbi rector eccleſiae parochialis villae *Moyſſale* noſtrae dioceſeos, coram nobis produxit quandam litteram venerabilis principis & domini domini *Hermanni de* STADEN Epiſcopi quondam noſtrae eccleſiæ veri, noſtri praedeceſſoris ſanam, illaeſam, integram, ac omni ſuſpicione carentem, bene per omnia ſigillatam *maiori ſuo ſigillo*, quo utebatur, *rotundo*, imaginem cuiusdam Epiſcopi infulati ſedentem, in dextera manu baculum paſtoralem, in ſiniſtra manu librum expanſum ſeu apertum tenentem, circumſcripto vero nomine ſuo, quo utebatur, videlicet: *Hermannus Dei gratia Sverinenſis eccleſiae Epiſcopus*. Tenor vero eiusdem litterae erat talis &c.

dia & dimidium, in indagine Theodorici unum tremodium nec debet ulterius adaugeri, praebenda *Henrici de* MANKEMOS in *Nienkerken* 2. manſos & dimidium, in *Lucow* 4. manſos & dimidium, in *indagine* Thiderici tria tremodia & eadem 22. modiis miſſalis annone a *Joanne Friſone* vacantibus & 2. tremodiis & dimidio a prebenda *Lubberti* vacantibus augeatur, prebenda *Thederici* dicti *Bromes* habebit in *Lucow* areas & manſos, qui ſibi in duobus tremodiis reſpondebunt, & eadem de tribus tremodiis in indagine Thederici adaugetur. Ceterum ordinamus quod predicte Eccleſie *prepoſitura* habeat 9. manſos in *Jordenſtorp* & bannum 25. eccleſiarum *Roſtoc* intrajacentium & eccleſiarum *civitatis ejusdem*; ordinandum etiam dignum duximus, quod in *Luſſow* 4. manſos & in *Gemerſtorp* 3. tremodia 2. modiis minus & bannum eccleſiarum videlicet SIWAN, *Sprentz*, *Luſſow*, antiquum *Guſtrow*, *Kritznow*, *Radum*, *Sternbergk*, *Trampze*, *Gogelow*, *Wetzin* preſtare habeat Eccleſiæ decania. Volumus etiam, quod Canonici ſepedicte Eccleſie expenſas habet ad ſuſtentandos ſcholaſticos, pauperes chorum ibidem frequentantes decima novem ſtationum & eccleſie parochialis Butzovienſis & banno ejusdem civitatis gaudeant penſione Volumus etiam quod ſi aliquis vicario deſervire debuerit fiduciaque danda erit & perſona deſerviens conſenſu & ordinacione capituli ſtatuatur. Vt autem hujusmodi ordinatio tam racionabiliter ordinata futuris temporibus ſtabilis perſeveret, hanc preſentem paginam inde confectam noſtro & ejusdem eccleſie Butzow ſigillis fecimus communiri. Acta ſunt hec A. D. 1270. die circumciſionis domini pontificatus noſtri ſeptimo.

XX. *Diploma Nicolai Domini de Werle de tertia jurisdictionis parte Burgenſium Guſtrovienſium in irrogandis multis.*

1270. *Nicolaus* DEI gratia Dominus *de Werle* omnibus præſens ſcriptum viſuris ſalutem in perpetuum. Noverint univerſi, qui præſentem paginam ſuſceperint perlegendam: quod nos de bona voluntate noſtra & dilectiſſimorum filiorum noſtrorum *Hinrich & Johannis* dominorum de Werle conſenſu, Burgenſibus noſtris, Gültrowe civitatem noſtram inhabitantibus pro munere contulimus ſpeciali: ut ſi quid juris vel *emende* de rixis ſeu contentionibus mulierum emerſerit, quæ *debent* FERRE LAPIDES *pro exceſſu*, partem tertiam ipſi ad uſus civitatis recipiant, nobis duabus partibus reſervatis. Si vero aliquis excedens caſtigari virgis & verberari debet in loco, qui *ſtupe* (*) vulgariter dicitur, pro emenda ſua nos recipiamus duas partes, partem autem tertiam Burgenſes. Item ſi aliquis *in adulterio* fuerit deprehenſus, qui TRAHI PER PLATEAS *ſecundum* CONSUETUDINEM *civitatis deberet*, ſi compoſitionem iniret, nobis de emenda duas partes, tertiam partem civitati. Item ſi quis feras civitatis confringeret violenter, ſeu alio quocunque modo contra voluntatem Burgenſium reſeraret, pro emenda quicquid daret, nobis duæ cedent partes, pars vero tertia civitati. Item ſi quis plantas civitatis ſeu munitionem pedum furtim detulerit vel auferret & deprehenſus daret aliquid pro emenda, tertia pars civitati dabitur, particulæ duæ nobis. Item ſi aliquis vigiles civitatis nocturno tempore vel diurno & nuncios ejusdem percuſſerit vel male tractaverit ſive vulneraverit, nobis duæ partes cedent, pars tertia civitati, ſi aliquid datum fuerit pro emenda. Inſuper dedimus Burgenſibus civitatis noſtræ, quod aſſumtis duobus civibus ſuis, ſi *Advocatum* habere non poterint, *æquali juſtitia* quemlibet poſſunt ſuis pro debitis occupare. Si etiam Advocatus ſeu alius, quicunque eſſet, aliquem haberet incuſare in foro, in loco tribunali ipſum accuſabit & nullo alio loco, niſi in prædicto ad hoc debite deputato. Ut ergo hujusmodi factum ſtabile permaneat atque firmum, ſigilli noſtri teſtimonio roboramus. Teſtes ſunt milites, Johannes Barold, Johannes Kaboldi; Magorius de Cene, Henricus de *Plotow* famuli, Hinricus *Advocatus* in Güſtrow; Weſclag *Marſchalcus*, Lüdius *Holſatus*, Olricus de *Bardefeld*, Conſules civitatis Godefridus Weſtfalus, Matthias de *foro equorum*, Didericus de *Stolpe*, Arnoldus de *Demene*, Johannes de *Molne*, Didericus de NORWEGIA, Gorwinus *Svicker*, Gibertus *ante portam*. Acta ſunt hæc anno Domini 1270. datum Güſtrow de manu Gothofredi Præpoſiti Güſtrovienſis, V. Nonas Martii.

XXI. *Margaretha Daniæ regina Coenobio S. Crucis, quod Roſtochii a. 1270. fundaverat, confert villam Smerdele.*

1272. *Margaretha* Dei gratia Danorum Slavorumque regina univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenit ſalutem in omnium ſalvatore. Ne geſtarum rerum compoſitio proceſſu temporis evaneſcat & pereat, diſcretorum providentia ſolet eas per literas eternari. Hinc eſt, quod ſcire volumus præſentes & poſteros non latere: Cum nos in Dei Patris & glorioſe Virginis ac in cultum ligni S. Crucis ob remedium peccaminum noſtrorum progenitorum clauſtrum ſanctimonialium S. Crucis in Roſtock fundavimus, literis deſuper confectis quarum is tenor eſt: In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Margaretha* Dei gratia Regina Danorum univer-

(*) *In Concordia inter Canonicos & Conſules Guſtrovienſes de eroganda Canonicis annona menſali vel Meſſkorn &c. inita a* 1313 occurrit formula: *Ceterum in curia, in qua nunc Rodolfus miles Barold ſuam habitationem conſtituit ſita in angulo platearum quarum una protenditur verſus* STUPAM *alia verſus plateam Domſtrate, nihil juris Conſules ſibi penitus vindicabunt.* Verſio hujus chartæ vernacula verba: *verſus ſtupam* expoſuit: *to dem Sande.* Sed neſcio qua ratione, niſi forte ex topographia Guſtrovienſi antiquioris ævi de loco quodam hujus ſitus & appellationis conſiterit. Apud Gothos tamen ac Francos *Stubbi* idem eſt ac pulvis. Ita apud Otfridum L. ult. c. 24. *ſtubbi fulax* redditur *pulvis putris* & *ſtuppe* apud Abbatem Willeramum in paraphraſi Cantic. idem eſt ac arena. Unde germanicum *Stoff*, *ſteuben*, græcum σωρὸς cinis. Patet vero ex hac charta anni 1270. *Stupam* eſſe locum caſtigationis per virgas vulgo *Staupenſchlagt*, qui vel dicitur a vetuſto *Stuppe*, *Stauſe*, aſcenſu per gradus, unde eſt *Hohenſtauffen*; vel a *Stupfen* cædere, pungere *Stupf* apex, ictus, cui convenit græcum τύπος, In charta Conſulum civitatis Hannoveræ an 1320 apud *Dn.* GRUPEN *in antiquit. Hannov. p.* 393. occurrit locus penes *viam ſtupe* vulgo *Stovenweg*. Stupam vero p. 403. explicuit *Badſtube*.

universis & singulis presentia visuris seu audituris salutem in omnium salvatore & rerum gesta rum noscere veritatem. Cum ea que in Dei laudem & divini cultus augmentum rationabiliter ordinantur non solum debeant ampliari verum etiam necessarium est ex literis & sigillis eadem sortiri perpetuitatem; noscat igitur omnis generatio tam presens quam futura, quod quondam labore *nostre peregrinationis practo* cum quadam *particula de ligno sancte crucis*, qua per manum *Domini nostri apostolici Clementis Papæ quarti* fuimus decenter honorate, attemptavimus *terram Danorum* navigio pertransire & post multorum eversiones monasteriorum per nos enormiter perpetratas dispossuimus eadem desolata ac quedam alia in recompensam reformare. Tribus igitur vicibus navigatu attemptato propter periculosissimas semper exortas tempestates regionem Danie arripere minime valebamus. Destitutæ ergo tum cum omnibus familiaribus nostris omni humano solatio in solum Deum & beatam Dei genetricem ac in sanctam crucem nostra vota deflexim us confidenter & sic divino auxilio impetrato tranquillo fluctuum meatu super *Warnoviam* apprehendimus gratulanter. Divina igitur providentia dispositum habens pereunti mundo in omni loco semper providere de remedio salutis opportuno & ut concepimus ex virtute miraculi *in terra Slavorum* monasteria fieri, sic in nobis preordinavit ut hoc lignum salutiferum nobis tam honorifice donatum ibidem esset omnibus in refugium patronatus. Nos igitur usa concilio omnium consiliariorum nostrorum castrum dictum *Hundesborg* in monasterium proposuimus ordinasse, sed ad petitionem discreti viri Domini *Hermanni* Krudener *proconsulis in* Lubeck *ac plurimorum* honorabilium virorum & de pleno consensu ac libera voluntate, adhibita nostri *specialis amici* & Patrui Domini nostri Woldemari de Rostock *monasterium* quoddam sanctimonialium intra muros civitatis Rostock in honorem Dei patris omnipotentis & glorioso virginis Marie ac in laudem *ligni pretiosi sancte crucis* ac in remissionem peccaminum omnium nostrorum progenitorum fundavimus situavimus & locavimus ex tunc. Fundamus situamus & locamus ex nunc cum omni jure & libertate per presentes ut per personas religiosas ibidem in vinculo caritatis congregatas divino solummodo vacando ministerio laus Domini salvatoris nostri eo potius amplificetur. Ut autem hec memorata fundatio firma permaneat & inconvulsa, eam presenti scripto autoritate Domini Woldemari Domini de Rostock, ut prefertur, stabilimus, ratificamus, confirmamus ac ejusdem nostrique sigilli munimine, continentis formam capitis regine in majestate sua residentis, firmiter roboramus. Testes hujus sunt *Johannes de Snakenborg, Ludovicus* Kabold, *Heynricus* Fulmen, *Johannes de Cropelin* nostri milites, præfatus *Herm. Krudener* & alii quam plures nostri *consiliarii* fide digni. Datum & actum Rostock A. D. MCCLXX. decimo Kalendarum mensis Octobris. Volumus nunc per presentes constare fidelibus, quod nos ad honorem Dn. nostri J. C. & ob remedium anime nostre prædicto clausstro villam nostram, quæ dicitur *Smerdele* in vulgari, sub *dominio* dilecti consanguinei nostri Domini *Waldemari de Rostock* sitata cultum quatuor continentem *aratrorum* cum attinentiis suis universis tam in agris, pratis, pascuis, silvis, aquis seu piscaturis, quam in *decimis* & *exactionibus* ac aliis quibuscunque censentur vocabulis & nominibus, quæ nostri juris sunt, in eodem jure perpetuo contulimus possidendam & per omnia pro suæ libitu voluntatis libere disponendam, ordinandam &, prout melius poterit, ad usum suum ampliandam; in cujus rei testimonium presentes literas clausstro contulimus memorato, sigilli nostri appensione roboratas. Dat. Nykopingen A. D. MCCLXXII.

XXII. *Privilegium super Villa Nemetzow.*

In Nomine Domini amen. *Henricus* Dei gra- 1275.
tia Magnopol. Stargard. ac Rostoch. Dominus universis Christi fidelibus præsentes literas visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod viri discreti Cives nostri dilecti consules Civitatis Rostoch Privilegium quoddam sub sigillo Domini Waldemarii quondam Dni. de Rostoch nobis obtulerunt, quod licet vetustate consumptum tamen lucide legi poterat in hæc verba. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Waldemarus Dei gratia Dominus de Rostoch universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris in perpetuum. Gesta hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret, si non perenni literarum testimonio fulcirentur. Notum igitur esse volumus universis Christi fidelibus tam natis, quam nascituris, nos dilectis nobis Burgensibus de Rostoch exigentibus eorum devotis & benignis obsequiis, de pleno consensu patris nostri Domini Borwini, Villam nostram *Nemetzowe* omni cum utilitate, proprietate, judicio, nec non agrorum superfluitate, quæ in vulgari *Overstach* nuncupatur, vendidisse, *Lypen* insuper integram cum prato adjacente & ad fluvium *Warnowe* descendente cum aliis etiam pascuis, pratis & aquis infra terminos dictæ villæ constitutis quemadmodum eandem possedimus, secundum eandem *formam juris*, qua Rostoch cum campis eorum & pascuis primitus est fundata. Tres insuper mansos ibidem & duorum mansorum decimam nec non molendinum cum piscationibus omnibus & quidquid Dominus *Johannes de Zwertze* cum fratribus suis Hinrico & Ottone in dicta Villa habuit cum omni utilitate libere perpetuo possidendam. Procedente vero tempore si Burgenses ante dicti hæreditates ipsius Villæ ad placitum ipsorum in nihilum redigere decreverint, & Dominus Episcopus Zwerinensis aut plebanus ille, cujus parrochiæ Villa prædicta adhæserat hoc admittere renuerit redimendo, ab omni impedimento, quod Civitati Rostoch & Burgensibus eidem exinde oriri poterit, & gravamine sine impedimento liberam penitus faciemus & solutam. Ne autem hoc factum nostrum rationabile per processum temporis per nos vel nostros successores aliquatenus immutetur, præsens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine, ut

infra

infra cernitur, duximus roborandum. Hujus rei teſtes ſunt Dn. Gotlanus *Morder*, Dn. Georgius de *Mjorke*, Dn. Gerhardus de *Roſtoch*, Dn. Johannes *Molteko*, Dn. Johannes *Babbe*, Dn. *Reddaghus*, tunc temporis Advocatus, Dn. Johannes *de Zwerze*, Dn. Johannes *de Bruſewitze* milites, famuli vero Henricus & Otto fratres Dni Johannis de Swertze. Conſules autem & Burgen. Gherardus Cerdo, Henricus filius Dni. Adolphi, Henricus *ſapiens*, Rudgherus *parvus*, Hermannus de Billerbeke, Reinoldus *de Staden*, Gerhardus de *Bremitz*, Nicolaus Volandi, Johannes Segefridi, Hermannus Albus, Engelbertus de *Bongarden*, *yſern. Arnoldus* & Reinbertus filii Dni. Reinberti, & alii quam plures Datum Roſtoch Anno Gratiæ Milleſimo CCLXXV. III. Idus Dec. Cum itaque noſtra nunc interſit, ut dictis noſtris Conſulibus Privilegia ipſorum ante Anteceſſoribus noſtris ipſis tradita innovare teneamur, præſens privilegium ipſis innovamus, & ſigilli noſtri appenſione, ut cernitur, confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt: Martinus *de Huda*, Matthias de *Naxekow*, Godefridus de *Bülow*, Wipertus de *Lutzow* Marſcalcus, Reimarus & Johannes *de Pleſſe*, Volradus *Smeker*, Hinricus de *Blücher*, & Hinricus de *Barnekow* Advocatus, milites: Thidericus *Clawe*, & Hinricus *Bonſack*, armigeri noſtri fideles cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum *Warnemünde* Anno Domini Milleſimo CCC viceſimo quinto. Sabbato proximo poſt feſtum beati Jacobi Apoſtoli.

XXIII. *Hermanni Epiſcopi Aſſignatio bonorum facta Capitulo Bützovienſi titulo emptionis.*

In nomine domini amen Vniverſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ad quorum notitiam preſentes littere pervenerint *Hermannus* Dei gratia Szwerinenſis Eccleſie Epiſcopus ſalutem & eternam in domino charitatem Cum dilectorum in Chriſto Canonicorum Eccleſie noſtre Bützovienſis redditus prebendales adeo tenues ſunt & exiles, quod de ipſis non poterunt commode ſuſtentari eo, quod felicis recordationis predeceſſores noſtri, qui ipſam fundaverunt eccleſiam & de redditibus Epiſcopalis menſe cum intentione augmentandi prebendas inſtituerunt ibidem, opere quaſi quodammodo deceſſerint incompleto Nos quos miſeratio divina licet immerito in ſortem vocavit, illorum veſtigiis in hoc inherentes eorum, & Canonicorum ipſorum inopie condolentes, recepta ab eis quadam pecunie quantitate in uſus eccleſie noſtre neceſſarios ac legitimos convertendo quedam de bonis *Epiſcopalis menſe* noſtre nobis per mortem quorundam Vacantia ipſis Canonicis in augmentum prebendarum duximus aſſignanda Siquidem in *Diederikeſhagen* quinque manſos, & in *Bertoldeſdorpe* duos cum dimidio decimales pro Centum & ſeptuaginta marcis uſualis monete eisdem vendidimus; Preterea villam *Cleneua* pro centum ſexaginta quinque marcis ejusdem monete, ita quod pro decem marcis ſingularum marcarum redditus eſtimantur Canonicis predictis vendidimus, prout per terminos ſuos in latum protenditur, & in longum cum ſiluis & nemoribus cultis pariter & incultis. pratis & paſcuis, aquis & aquarum decurſibus cum fructibus & proventibus acceſſibus & egreſſibus & omni utilitate ac pertinentiis, que nunc de ipſa Villa proveniunt vel in futurum poterunt provenire, cum *Judicio tam ſanguinis quam mutilationis membrorum*, juxta quod alia *loca religioſa* & *Vaſalli noſtri* in terra Butzow tenent communiter bona ſua, dantes eisdem Canonicis, plenam ac liberam poteſtatem bona predicta in uſus ſuos libere convertendi ordinandi ac diſponendi de ipſis prout eorum placuerit optioni, cujuslibet tamen permutationis & alienationis titulo eis penitus interdicto, ſalva etiam eis emptione molendini adjacentis Ville predicte juxta eſtimationem predicti preti. Si quidem illud contigerit ad ſtatum priſtinum reſtaurari. In cujus rei teſtimonium noſtro ſigillo preſentes litere roborantur, teſtes hujus rei ſunt Volradus Canonicus Szwerinenſis & prepoſitus Bützowienſis, Hinricus prepoſitus de *Rune*, Helwicus rector eccleſie & Gherardus *Nöring* noſter Canonicus Bützowienſis, Item Johannes de *Cerun*, Hermannus *Haſenkop*, Detlevus de REVETLO & Fredericus dictus MOLTZAN *miles*, Hinricus de *Cerun* & Conradus de *Parem* laici & alii quamplures Clerici & laici vocati ad hoc *ſpeciliter & rogati*. Datum Anno domini M. CC. LXXX. in octava ſancti Laurentii.

XXIV. *Amicabilis compoſitio inter Helmoldum II. Comitem Swerinenſem & Hermannum Epiſcopum Swerinenſem ſuper nonnullis proprietatibus & privilegiis.*

Helmoldus DEI gratia Comes Sverinenſis omnibus in perpetuum, ea qua judicio vel concordia terminantur firma debent & illibata perſiſtere, & ne in *recidivæ contentionis* ſcrupulum relabantur, ſcripturarum convenit teſtimonio roborari. Eapropter noverint univerſi tam poſteri quam præſentes quod in cauſa diſſentionis inter nos & progenitores noſtros ex una, & venerabilem in Chriſto patrem dominum *Hermannum Swerinenſem epiſcopum* & *ejusdem loci capitulum* ex parte altera ſuper quibusdam *proprietatibus & poſſeſſionibus* terrarum & locorum infra ſcriptorum diutiſſime ventilatæ, tandem bonis viris mediantibus inter nos & dominum epiſcopum & capitulum prædictum in hunc modum amicabilis compoſitio intervenit quæ talis eſt: Ab introitu civitatis a *porta fabrorum* in latere ſiniſtro uſque ad foſſam juxta domum Johannis *de Colonia* omnes areæ ad curias canonicorum expedite ac libere pertinebunt, item a domo Canonici, quæ prius Decani fuerat. per oppoſitam plateam retro domum *Johannis Friſonis* per directum tendens ad curiam *Rudolphi* vicarii, dicti Galeri, & eandem includens totum ſpatium quod eſt inter eandem plateam & *ſepta civitatis cum omni jure & judicio colli & manus* ad eccleſiam pertinebit, item extra portam civitatis ibidem a *foſſato civitatis* tota SCALA *cum* VINEA & toto campo cum omnibus attinentiis ſuis uſque ad *inſulam epiſcopalem* ad dominum epiſcopum Sverinenſem & Capitulum ipſius libere pertinebit cum novem areis in dicta Scala contentis, quas nos redemimus a poſſeſſoribus eorundem, quæ omnia cum pleno jure & judicio tam SANGUINIS, quam MUTILA-

1284.

Verſio hujus chartæ antiqua habet: Landgöder.

Adams.

Rolevs.

Stadmuhr.

Schelve.

Wingarde.

LATIONE *membrorum*, quod COLLI ET MANUS dicitur, ad menſam epiſcopalem perpetuo pertinebunt, ita tamen quod nos & heredes noſtri tantum de terra *in vinea* poſſimus accipere, quantum neceſſe fuerit ad aggerem reparandum: eandem vero Scalam inhabitantes uſum lignorum & paſcuorum communiter civibus non habebunt, nec cives communiter e converſo cum illis, & qui Scalam inhabitant *diem fori* non habebunt per ſe, ſed in *foro civitatis* neceſſaria comparabunt, JURE CIVIUM, ita tamen quod cum civibus ad *nulla penitus onera vel contributiones* aliquas teneantur, alias autem inter ſe præ foribus & in domibus ſuis emere poterunt & vendere ſicut hactenus facere conſveverunt. Si quis autem hominum Scalam inhabitantium vel terminos eccleſiæ infra ſcriptos, ubicunque fuerint tam in civitate quam extra in ipſa civitate vel intra judicium noſtrum aliquod delictum commiſit & ibidem *in continenti* deprehenſus fuerit, & detentus, judicabitur judicio civitatis & noſtro, ſed ſi poſt reatum commiſſum evaſerit non detentus debet coram judicio Domini Epiſcopi conveniri, & ſi quisquam civium in Scala & in terminis infra ſcriptis eccleſiæ ubicunque fuerint, aliquod delictum commiſerint, idem modus circa talem obſervabitur e converſo; ceterum homines de Scala prædicta, viam novam ad terras per aquam non habebunt, ſed ſine impedimento quolibet habebunt introitum & extroitum civitatis & tranſitum per eandem; *c ſtrum* etiam ſeu *aliqua munitio* non fiet ibidem nec *in* TOTA INSULA vel etiam in locis infra ſcriptis, quamdiu vixerimus & noſtri hæredes nobis legitime ſuccedentes. Præterea ſtagnum quod *Tegelſebe* vulgariter dicitur ab *eggere molendini epiſcopi* ex utraque parte littoris uſque ad locum, ubi *lacus* (*) *magnum ſtagnum* influit, ad menſam epiſcopalem libere pertinebit. Similiter ſtagnum, quod *molendino Domini epiſcopi* affluit, aſcendendo ſurſum uſque in ſtagnum de *magno Medewege* & ipſum ſtagnum uſque ad *lacum in utraque parte littoris* Domini epiſcopi & eccleſiæ ſuæ, erit & erunt termini epiſcopales, de ultra molendinum Domini epiſcopi Sverinenſis & eccleſiæ ſuæ verſus civitatem ab *ortu ipſius molendini* aſcendentes verſus *Levenberch* & comprehendentes ipſum locum Lewenberch ac deinde procedentes & per gyrum includentes has villas ſcilicet *magnum Medewege*, *Kloteken*, *Wiekendorff*, *Hundorff*, *Lubeſtorff*, *Trieſpete*, *Gallentin* & *Rambowe* cum omnibus terminis & attinentiis ſuis, ſilvis, pratis & paſcuis, cum pleno jure cum judicio ſanguinis & mutilatione membrorum, quæ vulgariter nuncupantur judicium manus & colli, ita quod tam *Scala* quam etiam *villæ prædictæ* cum ſuis terminis & omnia ſupradicta ad Dominum Sverinenſem epiſcopum & ad ejus eccleſiam pertineant cum omni honore & *diſtrictu*, quibus *terra Butzowe* ad ipſum dignoſcitur pertinere, nec inhabitatores locorum & terminorum prædictorum alicui ad *exactiones* aliquas vel ad onera ſeu labores quæ LANDWEERE vel BORCHWERE vulgariter vocantur, teneri debeant, niſi *ſoli Domino epiſcopo Sverinenſi*; præterea nos & hæredes noſtri quartam partem decimæ de terra *Seleſew* quamcunque poſſedimus ad uſus Canonicorum Sverinenſium libere & voluntarie dimiſimus eisdem, quibus omnibus & ſingulis ſupradictis renunciavimus expreſſe, ac ea *in manus Domini Epiſcopi Sverinenſis eccleſiæ* ſponte ac libere reſignavimus, propter quod in compenſam ſolvit & dedit nobis ſupradictis epiſcopus M. CCtas & L. marcas *denariorum uſualis monetæ*, per hoc vexationes ſuas & eccleſiæ redimendo & omnibus ſuprad.ctis adjiciens & concedens nobis & heredibus noſtris legitime ſucceſſuris in FEUDUM reliquam partem decimæ & terræ *Selſen*, quæ vacaverat per mortem quondam bonæ memoriæ domini *Guncelini cæci Comitis Sverinenſis*. Inſuper nobis & heredibus noſtris legitimis CONTULIT *in* FEUDUM dominus Suerinenſis epiſcopus *partem civitatis Sverinenſis*, quæ diſtinguitur a *domo ſancti ſpiritus*, ubi olim fuerat domus cujusdam piſcatoris nomine *Suk*, aſcendendo ſurſum per oppoſitam plateam & procedendo per medium fori uſque ad vetus coemiterium, includendo totum, quicquid eſt a latere ſiniſtro; quibus nobis adjecit & hæredibus noſtris ſimiliter conferendo *in feudum* has villas *Kerekſuck*, *parvum Trebbow*, *Ruenſee*, *Matle* & *Tzicklufen* cum ſuis attinentiis, quæ omnia videlicet pars civitatis & villæ prædictæ intra *proprietatem* & terminos eccleſiæ Sverinenſis teneantur, prout hæc in privilegiis quondam Domini HENRICI *Ducis illuſtriſſ. Saxoniæ*, fundatoris dictæ eccleſiæ Suerinenſis expreſſius continentur, & tam *Papalibus* quam etiam *Imperialibus* litteris confirmantur. Ad cujus rei perpetuam firmitatem & evidentiam pleniorem præſentes litteras inde confectas noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Teſtes hujus rei ſunt Gerardus Rector eccleſiæ *Grobin*, Philippus, Hermannus, Hartmannus & Henricus de *Crivitz* perpetui vicarii eccleſiæ Zwerinenſis *Clerici*: Item Joannes *de Dambecke*, Gerardus *de Exen*, Joannes de *Niendorff* & Fridericus dictus *Molzahn milites*; Item, Henricus *de Tzwerin* & Engelbertus *Mareſcalkus Domini Epiſcopi Sverinenſis* & alii quam plures Clerici & laici vocati ad hoc ſpecialiter & rogati. Actum & datum per manum CONRADI *Notarii* noſtri, Canonici eccleſiæ Swerinenſis Anno Dni M. CCLXXX. quarto, die Sancti Nicolai.

Börde edder tholageringen.

Schlott edder Veſte. Werder.

(*) de Schwalch.

Schwalch.

Mahlenhave.

Twange. al. Buelowe.

Schattinge.

XXV. *Henricus Dominus de WERLE vendit civitati Tribuſes traductum Trebele.*

1285

Nos *Henricus* Dei gratia Dominus *de Werle* notum eſſe volumus tenore præſentium proteſtantes, quod nos de bona voluntate & conſenſu *dilectorum filiorum noſtrorum* Nicolai & Henrici vendidimus civitati *Tribuſes hereditatem traductus noſtri* juxta Tribuſes, quæ vulgariter *Vere* nuncupatur perpetuis temporibus libere poſſidendam, & adjectum eſt etiam quod infra vel ſupra nullus traductus debet fieri qui dicto traductui ſit impedimento, *Thelonio* nihilominus in eo modo, in quo fuit & eſt, abſque diminutione & augmento firmiter duraturo. Et ut in hac dubium ſuboriri non valeat præſentem cartulam memoratæ civitati Tribuſes ad cautelam tradimus ſigilli noſtri munitione roboratam. Teſtes ſunt Nicolaus *Hane*, Godecho *Lübe*, Gothardus

hardus *de Cröpelin*, Rudolphus de *Hunny Wardesdorpo*, Henricus *de Demne*, Henricus *de Wolde*, Theodoricus *de Burem*, Bernardus de *Lissen* milites & alii quam plurimi digni. Datum Rostock An. Dn. 1285. D. beati Jacobi apostoli.

XXVI. *Nicolaus Dn. de Werle Vasallis districtus seu terræ Röbel, Malchow & Wenden confert libertates pheodales, judicium terminis terræ adstrictum, Landting, exemtionem a Bedis excepto casu tum matrimonii a Domino vel ejus filiabus contrahendi, tum obtinendi cinguli militaris.*

In Nomine Sancte & individue Trinitatis Amen. *Nicolaus* & sui Fratres Dei gratia *Domicelli & Werle* omnibus in perpetuum. Cum ea que geruntur in Tempore, quandoque labantur cum Tempore, cautum esse dignoscitur & consuetum, ut acta nobilium Omnia sint futurorum commendanda Memoriis sigillatarum Literarum Adminiculo & subscriptione Testium roborentur, ne per Oblivionis Rubiginem deformentur, hinc est, quod tam ad presentium quam futurorum Notitiam volumus pervenire, quod VASALLIS *nostris Röbele, Malchow* ac *Castri Wenden* commorantibus REGRATIAMUS & ad plenum *regratiari* non sufficimus pro eo videlicet, quod nostre necessitatis ac Petitionis intuitu nos debitorum nostrorum Parte tertia, scilicet a duabus Millibus Marcarum integraliter exemerunt, quibus eo Tempore obligati fuimus, tum ipsis contulimus presens scriptum, quapropter ipsis ex adverso mediante predilecti Patrui Nostri *Nobilis Domini* Henrici de Werle ac precordialissime Matris Nostre Consensu & *fidelium Secretariorum* nostrorum Consilio hujusmodi, ut sequitur, damus Libertates JURE PHEODALI PERPETUO *possidendas*, videlicet, quod idem vasalli nostri omni Jure, quo Patres & Progenitores eorum *a* NOVELLA PLANTATIONE *usi fuerunt*, & principaliter, quicquid Juris ex pia Largitione Nobilis Domini *Nicolai de Werle* Avi nostri & Patris nostri felicis Memoriæ hactenus possiderunt, eodem Jure fruantur & Heredum nostrorum Temporibus imo perpetuo pacifice & quiete! Insuper ut eo minor inter *vasallos nostros* ac *Civitatenses* oriatur Discordia, nostram JUDICIARIAM AUTHORITATEM que *Landding* vulgariter nuncupatur, TERMINORUM Robele in Villa *Priborne*, Terminorum Malchowe in villa *antiqua Malchow*, Terminorum Castri dicti Wenden in villa *Zepikow*, *eodem* TEMPORE, *eodem Die & Hora & eodem more*, quo prius fieri solebat, statuimus judicandum, de cetero nihilominus Excessus ejusdem Juris quemadmodum hactenus illos habuisse dignoscimur, nostri Usui reservantes. Ceterum neminem *vasallorum* nostrorum in nostris Civitatibus volumus detineri, si vero aliquis eorum, quod ablit, in predictarum aliqua Civitate detentus fuerit, ejusdem Civitatis Incole possunt a nostris Vasallis, si se Locus obtulerit, nostra mediante Licentia, Libere detineri, quousque de jam dicta Detentione fuerit satisfactum; preterea nostros vasallos sepedictos & eorum Heredes, cunctosque prefatorum Terminorum Agricolas pro tam commendabilibus Beneficiis eorum, ab ipsis in nostrorum Debitorum Ereptione nobis prestitis & impensis, protestamur presentibus ab omni *Exactione, Petitionis jure* perpetualiter liberos & exemptos, *Tali autem Conditione* ex eorum consensu proprio interposita, si divina favente Gratia, *nos aut* nostros *Heredes in posterum contigerit* MATRIMONIUM contrahere, SIVE MILITAREM arripere DIGNITATEM & si festa hæc per nos vel per nostros Heredes fuerint celebrata, tunc *vasalli nostri* de quolibet manso cultura tamen eorum excepta, *duos solidos* nobis dabunt, si vero FILIARUM nostrarum aliqua *desponsata* fuerit, ad tale festum de Manso quolibet nobis QUATUOR *solidos* erogabunt. Ut autem nostra *hec* FEUDALIS *Collatio* nostris *Vasallis fidelibus* a Nobis & a Nostris hæredibus maneat inconvulsa, presentem Paginam ipsis dedimus sigilli nostri Munimine roboratam. Testes hujus donationis sunt hi *Nicolaus* GALLUS, *Matthias* KETELHUT, Johannes de *Dugen*, Johannes & Bernardus *fratres de Bellin*, Volradus *Dargitz*, Henricus *Knuth*, Thidericus *de Bardenfleth*, *Pritzburnus*, Johannes *Coz*, *Gumme*, MILITES; Conradus Buno, Johannes de Morin, Konerat & Frater ejus Hildebrandus, Otto de Retzow & frater ejus, Johannes & Nicolaus Fratres de Havelberge, Luderus de Carbow, *Rorebecke*, *Hardwicus* & Marquardus Fratres, Thidericus, Ericus, Hermannus *de Sprow*, Conradus & Willekinus Fratres *de Stockflete*, Conradus & Wigandus fratres de Goldersen, Wrateslaus *de Pentze* & alii quam plures *Milites & Armigeri* fide digni. Actum & Datum Sprentz Anno Domini MCCLXXXV.

(L. S.)

XXVII. *Milites de Berg & Schulenburg Comitibus Suerinens. resignant feudum decimarum, quas vendiderunt.*

Nobilibus Viris, Dominis suis karissimis, 1294.
Helmoldo & Nicholao, fratribus *Comitibus de Zwerin* Thidericus dictus de *Monte* & Wernerus dictus de *Schulenborch*, Milites, cum debitæ *fidelitatis* constantia obtequium in omnibus benevolum & paratum. Decimas in *Lembecke*, *Bolteſſen*, & *Hanbuſen*, ita quod unus nostrorum cujuslibet decimæ unam medietatem, & alter nostrorum earundem decimarum medietatem, quas a Vobis & Vestris hæredibus nos & nostri hæredes tenemus, & tenere debemus in PHEODO, Vestræ Nobilitati, sub ea forma, quam honorabilis Vir Albericus, Præpositus in *Ebbekesthorpe*, statuit, qui dictas decimas a Nobis & nostris hæredibus titulo emptionis comparavit, videlicet, quod perpetuo maneant in Monasterio Ebbekesthorpe, ad Dei honorem, & divinum cultum ampliandum per præsentes literas *resignamus*, & coram vobis *ore & manu*, quandocunque Vestri copiam habere poterimus & quandocunque *requisiti fuerimus*, conabimur resignare. In cujus nostræ resignationis testimonium præsentem literam nostris sigillis fecimus roborari. Datum *Lüneburch* A. Domini M. CC. XCIIII. pridie Idus Januarii.

XXVIII. *Bulla Bonifacii P. P. qua Monasterio Eldenavienſi confirmatur ius patronatus*

ecclesie Wyck & Nienkerken dioecesis Sverinensis.

1297. Bonifacius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis & Abbati & conventui *monasterii Hildensis* (*) Cisterciensis ordinis Caminensis dioecesis salutem & apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur quod iustum est ac honestum & tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod nobiles viri Jaromarus & Witzlaus principes Ruganorum Casimirus & Wartislavus eius filius, Dimenses & Buguzlaus & Barnim Stetinenses duces Zwerinensis & Caminensis dioecesis cupientes terrena in coelestia & transitoria in aeterna felici commercio commutare, ius patronatus, quod in *Denschewich & Nienkercken Ecclesiis Zwerinensis dioecesis* obtinebant venerabilis fratris nostri Episcopi & dilectorum filiorum capituli Zwerinensis ad id accedente consensu, nec non quasdam curias, villas, domus, vineas, agros, reditus, census, & possessiones sitas in dicta dioecesi Sverinensi tunc ad ipsos nobiles communes pertinentes vobis & monasterio vestro pia & provida liberalitate donarunt, prout in patentibus literis inde confectis Episcopi & capituli praedictorum sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc pie & provide factum est ratum & gratum habentes id autoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem haec attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum XII. Cal. Xbr. Pontificatus nostri anno tertio.

XXIX. *Litterae Henrici Leonis de jure Parchimensi.*

1309. In nomine Domini Amen. *Henricus* Dei gratia Michelburgensis & Stargardie Dominus omnibus presencia visuris seu audituris salutem in eo qui est omnium salus. Cum omnia privilegia *consulum & universitatis civium in Sterneberge* per civitatis incendium sint *cremata*, hinc est quod tenore presencium publice cognoscimus & universis tam posteris quam presentibus volumus esse notum quod maturo & sano nostrorum secretorum ducti consilio predictis civibus nostris in Sterneberge nobis dilectis dedimus & benigne dimisimus *judicium* quod in *theutonico Parchims-Recht* dicitur ea libertate & usu fructu quemadmodum illud *judicium* a nostris progenitoribus liberius habuerunt. Ita videlicet quod de omnibus excessibus qui in ipsa civitate *Sternebergensi* seu in campo civitatis contingunt consules tollent terciam partem & nos seu nostri heredes reliquas duas partes. Recognoscimus insuper, quod predictis civibus justo emtionis titulo vendidimus pro mille marcis & trecentis marcis denariorum Slavicalium nobis integraliter persolutis curiam nostram *Domelow* sub eodem jure quod *Parchimische Recht* dicitur apponentes ipsam campo civitatis cum agris cultis & incultis lignis & rubetis & cum integro fluvio *Meldeniz* dicto qui tantummodo civibus & nulli alteri pertinet, cujus egressus est in stagno *Radum* & in aqua *Warnowe* terminatur. Hanc quidem curiam cum agro sub omni proprietate & libertate eis vendidimus & universaliter cum omni distinctione sua quemadmodum nobis & nostris progenitoribus liberius pertinebat. Ceterum recognoscimus, quod ipsis civibus in Sterneberghe vendidimus pro quatuor millibus marcis denariorum Slavicalium nobis integraliter persolutis & sub eodem jure quod *Parchimes Recht* dicitur *villam Luckow dictam* incorporentes ipsam campo civitatis cum omni proprietate cum agris cultis & incultis lignis & rubetis & universaliter cum omnibus suis specificationibus quemadmodum ab antiquo jacuit, stagnis duntaxat exclusis, que nobis & nostris heredibus reservamus. Preterea *retinaculum* stagni *Luckow*, teutonice *Zerrahn* dictum est predictorum civium ubi videlicet camporum civitatis aquam attingunt ibi ad *medium* fluminis teutonice *Midlstromb* erit distinctio predictorum civium. Dedimus insuper predictis civibus in Sternberge omnem libertatem in aquis stagni *Radum* & *Woxtrowe* dictis, quam a nostris progenitoribus habuerunt, ita videlicet quod cum hamis & parvis seu minutis retibus, theutonice *Worpnett* & *Stocknett* dictis in eisdem stagnis pisces capere potuerint licite & secure. Ut autem hec rata & inconvulsa perpetuis temporibus perseverent presentem literam ipsis dedimus nostri sigilli munimine firmiter roboratam. *Testes* sunt milites & secretarii nostri *Johannes de* Zernin, *Conradus de* Cremon, *Johannes* Rosendal, *Reimar & Helmoldus fratres de* Plesse, *Ravo de* Wosten, *Marquardus de* Loo, *Heino de* Stralendorp, *Echardus de* Quitzow, *Hermannus de* Modentin, *Fridericus & Ulricus*

(*) Hujus coenobii privilegia confirmavit Jaromarus Princeps Rugiæ a. 1240. In nomine S. & individuæ Trinitatis: *Ego Jaromarus Ruyanorum princeps tam praesentibus quam posteris & omnibus hanc inspecturis paginam salutem in eo, qui est salus omnium. Virorum illustrium veneranda consuetudine laudabilibusque instructi exemplis digna memoriae literarum monumentis adnotare ad omnipotentis Dei laudem & honorem, qui autor est pacis & amator veritatis, & ad iniquorum hominum perfidias refellendas & versutias diabolicae pravitatis propellendas, in huius chartae sinu recondere dignum duximus, cunctos eam inspecturos scire volumus, quod dilectis fratribus nostris ordinis* Cistertiensis in Hylda *divino obsequio mancipatis, aeternae remunerationis intuitu & ob remedium animae nostrae parentumque nostrorum salutem a flumine Hylde locum salis cum omnibus attinentiis bonorum clausstri quae in dominio nostro sunt, piscariis, pratis, aquis, silvis, ab omni iure libera Ecclesiae deputamus. Testes huius donationis hi fuerunt: Pater noster dominus* Witzlaus, *Dns* Ywanus, *dominus* Nicolaus, *dominus* Gerardus Exse, *Tidericus* Longus, *Dominus plebanus de* Rabin *& capellanus curie nostre* Martinus, *dominus* Martinus, *filius domini Martini, dominus* Tidericus, *dominus* Lambertus, *presbyteri & alii quam plures. Quicunque autem ausu temerario huic nostrae donationi contraierit, & aliquid, quam declarat praesens pagina nostra praefatis fratribus esse collata, sibi usurpando imminuere praetis fratribus esse collata, sibi usurpando imminuere praesumpserit, imminuat Deus partem suam in regno suo & pars eius sit cum Datan & Abiran, nisi resipiscat & digne Deo satisfaciet. Acta sunt hec anno dni MCCXL, vigesimo IIII. Calend. Octobris, datum in Stralesunt per manus* Martini *capellani curiae.*

Ulricus Molzahn *dicti, Conradus de* Lü, *Otto de* Lit, *Johannes* Berghane, *Hermannus de* Orzen *Marſchalcus* noſter cum aliis fide dignis. Datum Sterneberge Anno Domini M. CCC. nono in die Mathie Apoſtoli.

XXX. *Regula fratrum ſororumque conventus S. Spiritus in civitate Bardenſi ab Epiſcopo Sverinenſi Hermanno de Staden confirmata.*

In Gades Nahmen Amen. Dith is de Regula unde Orde der Broder unde Süſtere des Huſes unde Conventes tom billigen Geeſte binnen Barth, *de angeſettet is van erlicken Lüden, Preſteren unde Leyen. Nahdeme dat de Minſche is geſchapen nah deme Bilde Gades; ſo is he wedder plichtig Dankbarheid to doende deme allmæchtigen Gade; unde wy ſporen ut den Schrifften, dat dar nien Denſt Gade dem Herrn is annehmer, alſe de Betrachtinge ſines bitteren Lydendes, wann dat ſülveſte hebben angemercket de billigen Pæveſte unde hebben angeſettet to ſingende edder to bedende in der chriſtlicken Kercken de* ſoven Tyde *in de Ehre des lydenden Chriſti Unſes Herrn: So ſcholen und ſind vorplichtigt alle Unſe Brodere unde Süſtere, de in diſſeme Huſe van Orden ſynd belegen, alle Dage vor de ſoven Tyde to ſpröcken ſöven mahl ſöven* Pater noſters *unde ſo vele mal* Ave Marie, *dat is up dene Summen* 49. Pater noſters *unde* Ave Marien, *unde ſcholen bidden vör alle Woldæders, de diſeme Convente ſynd to Hülpe kamen mit eren milden Allmoſen. De Krancken-Broder unde Süſtere, de ere Tunge unde Lippen vören könen, ſchölen ſpreken des Dages* 30. Pater noſter *und* Ave Maria, *de jenen, de ſo kranck ſyn, dat ſe nicht könen bedende, ſcholen deme allmechtigen Gade eren guden Willen offeren unde geven. In der Advente ſchall en islick Broder und Süſter in diſeme Huſe des Sündages, Dingſtedages unde Donnere-Dages Wygge Molcken eten, uppe dat ſe deſte ſtarckmöhdigere Gade vam Himmel mogen deenen. Men des Mandages, Middeweken, Frydag und Sünnavend ſchölen ſe vaſten to v ſtlickir Spyſe in de Ehre der Menſchwerdinghe Chriſti. Weret averſt, dat dar wol, van olders wegen, nicht konnde vaſten, mit deme mach me ſlyten umme Werdicheit Willen ſines Olders. Wenn dar wol ut dem Convente vorſtervet, dat ſy Broder edder Süſtere, deme doden ſiner armen Seelen tor Salicheit ſchall en islick na diſſeme Orden naſpreken unde beden* 3 *Pſaltere, dejennen, de den Pſalter nicht en konnen, de ſcholen ſpreken unde beden* 300. Pater noſters *unde ſo vele* Ave Maria, *en islicke do ſo vörben, alſe he will, dat ehm ſchall na ſcheen. Van Paſchen bet to der Advent, denn van Wynachten bet to der Vaſten, mach ein islick in diſſeme Hues des Sündaghes, Dinghedages unde Dunredages Vleesk eten, men nichte meer in der Weke, und dat ganze Jahr lanck, den Vrydach vaſten in vaſtlicker Spyſe. Oeffte dar queme, dat dar ein Broder öffte Süſter würde vorſandt van des Conventes wegen, edder wollde wanderen na billchen Steden umme Salichheide willen ſiner Seelen, de ſülveſte Brodere öffte Süſter mach eten unde drincken wat en van framen Lüden werd vorgeſettet. Men vindet geſchreven in der billichen Scrifft, dat de gehorſam is Gade deme Herrn annemer, als en Offere, darumme wenn ein Broder edder Süſter will wanderen to hilgen Steden, edder anders wes anheven buten deme Huſe diſſes Ordens, de ſchall Orloff nemen unde rath-vragen mit den Vorweſers diſſes Huſes, deit he dat nicht unde wandert, öffte wandelt ſine Stede ſünder Orloff, he ſchall dar nich wedder innkahmen ſunder Verbote unde ſünder Vorbede groter Lüde, deme van ehre wegen nich mach weigeren. Wenn de Broder und Süſter diſſes Ordens unde Huſes to hopen eten unde drincken, ſo ſchall ere Koltz gar vey nicht weſen unde anders nicht ſeggen wenn dat jenne, dat dar höret to dem Deenſte und Love Gades, unde nemend ſchall den anderen gröten, noch mit Worden edder Wercken, öffte ſpotten uppe Spyſe edder Beere, welckere dar æver beſchlagen werd, de ſchall vaſten twee Daghe to Water unde to Brod, und öffte dar wol wes beemlicken van der Tafelen des lyken entwendende, und wollde dat enem anderen toſteken, de ſülveſte ſchall ock vaſten* 2. *Dage to Water unde Brode. Oeffte dar en Broder öffte Süſter unſes Ordens wurde begrepen mit marcklicker Deverye, de ſchall me ut diſeme Huſe jagen unde ſchall nicht werdich weſen unſer Bröderſchop, ſo lange het he dat Vorbot hefft he dem bilgen Geeſten und Convente, mit Vorbote alſe den Vorſtenderen gut dünckt, na Grotheit der Schuld ſchall grot weſende Bote und Pyn. Oeffte dar en Broder edder Süſter den anderen ſchendede mit Scheltwörde, de de in Redelicheit, Ehre edder Rüchte gingen, öffte enen krancken Minſchen övel handelde, edder de ene den anderen ſlöghe mit ſiner Hand* den Mann edder Vruwe ſchall me bloten ſine Schuldern unde de Meiſter ſchall ene ſtrafen mit Roden, ſo lange dar Blot nafolget, *de Mann vor deme Manne unde de Vrouwe vor Vrouwen, uppe dat ſodahn Qvath mer nablieve. Weret dat dar en Broder edder Süſter wurd befunden in* dem Laſter der Unküſchheit, *unde könnde ſick des nicht benemen,* de Broder offte Süſter ſchall me ſtrafen mit derſülveſten Pyne alſe vorſchreven is in diſſeme negeſten Capittel, *und ſchall ock* vaſten alle Mahndag, Frydag to Water unde Brot 7. Weken langk. *Weret dat ene Süſter wurde begrepen in de Unküſchheit, unde ſe* tellede en Geſchlecht, *de Perſon ſchall me* ut dem Huſe und Broderſchop jagen, *unde dar buten ſyn ſo lange, alſe dat ſe dar Gade dem Herrn vorbot hefft unde den Vorſtendern unde Convente ereme Dünckende; weret överſt Sake, dat dar ehrlicke Perſöne, geeſtlick edder wertlick vörbeden, ſo mach ſe dat mahl wedder innkamen up nog ſam Vorbede. Men, dat Gott affkere, deſülveſte Perſön wedder vylle in Undath, ſo mag ſe nenerley Wyſe Gnade wedderkriegen, up dat de Convent und Gades Hues dar nicht moghe imme geſchendet werden unde Schaden nemen. Oeffte dar ein Paar echter Lüde begehrden diſſe vorſchrevene Broderſchop in diſſeme Convente to wahnende, ſynd ſe gekahmen baven ehre Tellinghe unde willen, laven den Vorſtenderen unde Broderen unde Süſteren, dat ſe willen holden nie reine Küſche levent, unde wenn eine von beiden ſtervet, de andere ſick nichte will wedder vöranderen, deſülveſte mogen ſe wol ehre Broderſchop entfanghen. Ein islick Broder unde Süſter ſchall dregen ehrlicken Kledern benomentlick allene*

grauw und witt ungeverwet alſe de Wulle van den Schapen is gekamen, und ſchölen ock ſchwarte Schohe dregen van Kob-Huth gemaket. Nemend van Süſter edder Broderen ſchall to Gaſte gahn edder to Brutlachten binnen edder buten Bart ſunder dar mochten weſen erlicke Begenckniſſen, erlicker Broderſchop; wey dat ſchüt, ſo ſchall en islick Orloff nemen van den Vörſtendern edder Meſterſchen. Wenn in dit gegenwardich Hues van Nobt halven qveme jennig Pelegrime und begehrde Harbarge, de ſchall men lefflicken entfangen unde barbergen ene Nacht, und geven ehm Eten unde Drincken umme Gades Willen, en islicke wat he vermach, de jenne, de nich kan vorgeven edder vormach, de geve den Armen gude Worde. En islick Broder unde Süſter ſchall borſam weſen den Vorweſern diſſes Conventes unde Huſes, unde deme Meſter unde Meſterſchen, unde ſchölen nene delede edder Sange ſingen, weret dat dar wol jegen dæde, deme ſchall me ſine Boringe entholden, ſo lange dat me ene borſam maket. Wenn dar eine niege Broder öffte Süſter will ſick geven in diſem Orden unde Broderſchop, ſo ſchall men dem Broder edder Süſter vörleſen laten, diſe vörſchrevene Regule, unde ſchall ehm vragen, offte he edder ſe dat ſo holden wölle edder kan; ſpreket he ja, dat he nah Lude diſer Regule will leven, ſo ſchall me ehn annemen; ſprekt he averſt nen, ſo ſchall me ehn nichte entfangen vör enen Broder unde Süſter, und ſchall nich werdich weſen diſer Broderſchop. Diſſe vörſcrevene Geſette und Regule beſſt confirmeren *laten Johann* Franclemünt, *Wandages en Rahtmann der Stadt Bart mit ſineme Sone Johannes hier in diſſeme Hues, en bederven Mann, dörch den werdigben Herrn in Gade Vader Biſcop Herrmann, unde van Gades Gnaden Biſchop to Schwerin,* Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nono.

XXXI. *Henricus Dux Megapolenſis recognoſcit, quod terras Roſtock ad Regem Daniæ proprie pertinentes conceſſive tantum a Rege & titulo capitanei Regii obtineat.*

Omnibus preſens ſcriptum cernentibus
1311. *Henricus* Dei gratia Dominus Megapolenſis & Stargardie ſalutem in Domino ſempiternam, Noverint univerſi quod recognoſcimus in his ſcriptis, nos munitiones & terras in *dominio* Roſtokienſi Magnifico Principi domino ERICO *Regi Dacie* attinentes, quas nobis cum attinentiis de eisdem provenientibus ad preſens *conceſſive* commiſerat, ab eodem tanquam *Procuratorem ſuum* & CAPITANEUM ſuo nomine in eisdem conceſſive tenere, & nullius prorſus pignoris aut alterius obligationis alicujus cauſa ſeu titulo aut ratione *debitorum* ſeu *ſervitiorum* quorumcunque; promittentes, bona fide quod eidem domino Regi ipſius munitiones & terras omnes cum attinentiis ſuis omnibus premiſſis quandocunque per ipſum requiſiti fuerimus, debeamus reſtituere libere & ſine contradictione & impedimento quolibet aſſignare. Si vero, quod abſit, eidem domino *Regi Dacie* aliquid contingat humanitus, debemus *filio ſuo,* ſi obtinuerit, vel ſucceſſori ſuo alteri in regno quicunque fuerit ipſas munitiones cum attinentiis premiſſis, requiſiti per ipſum ſimiliter, aſſignare, poſtquam nobis ſuper his omnibus, que nos pro ipſo Rege Dacie tempore quo easdem munitiones & terras tenuerimus expotuiſſe poterimus, rationabiliter edocere, fuerit plene & integre ſatisfactum, niſi forte, quod abſit, nobis fraude vel violentia ſubtrahantur, quod etiam *Vir* NOBILIS *Dominus* GERHARDUS *comes Holſatie* una nobiscum ſimiliter promiſerat *bona fide.* Promittimus inſuper ordinare eidem domino Regi Dacie literas dominorum *Witzlai* principis *Rujanorum*, *Ottbonis* Ducis *Stetinenſis*, *Wartzlai* Ducis *Slavorum & Caſſubie*, *Ottonis* Ducis *Lunæburgenſis Junioris*, & *Adolphi* Comitis de SCHAVENBORG infra feſtum Michaelis proximum quibus promittent, quod omnia premiſſa eidem Domino Regi Dacie vel ſucceſſori ejus ex parte noſtra inviolabiliter obſerventur. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo Domini GERHARDI *comitis* prædicti preſentibus ſunt appenſa. Datum Nackſchoff anno domini 1311. feria ſecunda proxima ante nativitatem beate Virginis.

XXXII. *Alberti Domini Megapolenſis Literæ, quibus fratrum de Klingenberch donationem quarundam pertinentiarum villæ Lövez, Conſulibus in Gadebuſch promiſſam corroborat. A. 1313.*

Nos Albertus Dei gratia Magnopolenſis, 1313.
Stargard & Roſtock dominus, univerſis Chriſti fidelibus præſentia viſuris & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Tenore præſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod in præſentia noſtra conſtituti dilecti nobis *Theodoricus, Thomas, Joannes & Arnoldus fratres dilecti Klingenberch* ex parte eorum *ac* OMNIUM *hæredum eorum,* QUORUM *intereſt vel intereſſe potuit conſenſus,* dimiſerunt & reſignaverunt conſulibus in *Godebuz* ex parte vicariæ eorum dotatæ & locatæ in domo Spiritus S. ibidem, cujus dictæ vicariæ conſules præfati jus patronatus in perpetuum habere dignoſcuntur, ſicuti in literis noſtris ſuper hoc confectis plenius continetur; videlicet tres manſos cum quartali adjacentes *villæ Löveze* in *territorio noſtro Godebuz* dioeceſis Raceburgenſis cum omni proprietate, libertate, commodo & utilitate, ſicuti prædicti Klingenberge ſæpe dictos manſos hactenus *liberius habere* dignoſcebantur, judicii *manus & colli, nobis parte noſtra reſervata* (*); in cujus rei evidentiam ſigillum noſtrum ſecretum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus ſunt *Johannes de Pleſſe*, Benedictus de *Bolenbeke*, milites noſtri, Wilhelmus de *Helpe* & Engel de *Nioes* clerici noſtri, Helmoldus de *Pleſſen*, Johannes *Kule*, & *Codendorff* famuli noſtri & alii plures fide digni. Datum & actum Wiſmariæ anno Dom. MCCCXIII. in die Beatæ Agnetis virginis glorioſæ.

XXXIII. *Inſtrumentum fœderis inter Woldeslavum Cracoviæ Ducem & Principes Rugianum, Slaviæ & Mecklenburgii initi de mutuo ſibi contra hoſtes præſertim Brandenburgenſes præſtando auxilio.*

In

(*) Supereminens dominium his verbis indigitasi opinatur THOM. PETR. *a* TAUSCH diſſert. *de vera veri allodii indole & natura p. 35.*

In nomine Domini Amen! Cum sincera Concordiæ unio Principum inter ipsos verum amorem nutriat, odium tollat, tranquillitatem & pacem subditis generet, terrisque ipsorum profectum augeat & salutem, hinc est quod nos *Wladislaus* Dei gratia Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lucitiæ, Cuyaviæ totiusque regni Poloniæ Dux nec non *hæres Pomeraniæ* omnibus præsentibus & futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit volumus constare, quod cum victoriosissimis Principibus *amicis nostris* præ cunctis præcordialibus & dilectis Dominis, *Daciæ, Sueciæ & Norwegiæ Regibus*, & Magnificis Principibus *Ruyensi, Sclaviæ, Mekelburgensi* & cum omnibus eorum coadjutoribus, ordinationem inter eos habitam ex una parte & nos ex altera omni dolo procul moto inconvulsam, irrevocabiliter & inviolabiliter volumus observare; quemadmodum inter nos utrinque per nostrum fidelem *Capellanum Dominum Stanislaum* extitit hactenus ordinatum, per patentes literas nos firmiter & districte obligando, quod præfatos nostros Dominos & amicos in nullo penitus volumus deserere, sed contra omnem hominem & personam eis inimicam, vel inimicari volentem adstabimus, & præcipue contra *Marchiones Brandenburgenses* promittimus ipsos juvare & spondemus omni consilio, auxilio & favore, quo poterimus ampliori, & nunquam cum eis *pacem aut aliquam concordiam* faciemus, nisi de ipsorum consilio, favore pariter & consensu, unde, si *ipsorum Excellentiæ* adhuc de nobis aliquid hæsitarent, requisiti tempore & occasione se offerente opportuna auxilia præstabimus, cum nuntium, cui fidem adhibuerint, ad nos duxerint destinandum. Ex superabundanti ordinationem habitam inter nos *juramento* & nostrorum coadjutorio promittimus roborare promittimus etiam *bona fide* pro EXCELLENTISSIMO *Rege Ungariæ* affine nostro charissimo & pro omnibus nostris *filiolis* Dei gratia principibus *Cujaviæ*, MASOVIÆ, *Ostrantiæ, Bythoniæ & Raziboriæ* pro nostrisque nepotibus RUSSIÆ PRINCIPIBUS quod præhabitam ordinationem initam nobiscum tenebunt & inviolabiliter observabunt. Actum & datum ap. *Cracoviam* Anno Domini 1315. 5. Cal. Julii. Ad cujus rei evidentiam pleniorem præsentibus nostrum sigillum authenticum duximus apponendum.

XXXIV. *Confoederatio Nobilium quorundam Megapolensium.*

Ick Ulric Barneckow, *Knape*, Hinrich van Löbecke *und* Hennecke Negendanck *Knapen, bekennen und betügen in deseme Breve, datt wy stahn*, Ulric von Pentzen *und allen sinen Hülperen vor enem* vehleghen Dagh *unde vor enem* gantzen Vrede, *van dem ersten Sundaghe de dar komt na Sünte Ghörigens Dag, vort æver achte Dage, den Dag vehlig und sünder Argelist vor alle, de dorch my* Ulrich Barnekow, Hinrick von Lobeck und Hennecke Negendancke *vorschrievene Knapen, dem Ulric* van Pentzen, *Heinen* Moltzanen *dehme Vagede van* Wittenborg unde Groten Ficken *von tzüle Knapen yn* trowen ener samenden Hand; *Were æver, dat alse Herr* Raven *min Broder myne volgen* mineme Herren van Meclenborg under sinen BANNERE *edder dem Herren, darmede scholde und wolde* ick Ulrick Barnekow *mine Medebeyt unde minen Vreden nicht gebrocken hebben. Tho ener gröteren Bekentnisse hengen wy* Ulric Barnekow, Hinric van Lobeke *und* Henneke Neghendanck *Unsehng bezegel vor dessen Breve de gescbreven is tho* Boyzeneborg *na Godes Gebort 1315. des Sonnavens na Sunte Ghöriens Dage des billigen Mærterers.*

1315.

XXXV. *Henricus Dn. Magnop. dimittit Precarias & servitia, exceptis feudalibus vulgo Lehnpferde.*

Omnibus præsens scriptum cernentibus, *Henricus* Dei gratia Dominus Magnopolensis & Stargardensis Salutem in omnium Salvatore. Tenore præsentium recognoscimus & constare volumus universis, quod dilecto nobis & *fideli nostro Henrico, Domino de Bulowe* & suis veris heredibus dimisimus & in justum contulimus precariam in mansis omnium villarum *Ket Ildesdorpe, Nyendorpe, Horst* & *Wesingbrügghe* prout jacent in suis limitibus, pro quadringentis & quinquaginta Marcis *Slavicalibus*, ita ut nempe vel sui veri hæredes, singulis annis de PRIMA *anni precaria* tollant *unam marcam de unoquoque manso*, quousque prædicta summa sibi & suis hæredibus fuit integraliter persolutas & cum persoluta fuit, ad nos dicta precaria sine impedimento quolibet devolvetur. Insuper dimisimus prædicto Henrico & suis veris hæredibus, & contulimus in mansis prædictarum villarum ac in eorum limitibus universis, *judicium manu & colli*, sicut nos ipsum habemus pro ducentis marcis Slavicalibus, quas cum sibi exsolvimus, deinde judicium ad nos cedet. Insuper dimisimus eidem & suis hæredibus omne servitium quod nobis competere possit in dictis bonis; DEXTRARIORUM VERO SERVITIA nobis & nostris hæredibus volumus reservari. Ne igitur inde in posterum possit aliqua calumniæ materia oboriri, præsentes literas dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes hujus sunt *Conradus de Cremun, Hedekinus de Plote, Albertus de Dewitz, Henricus de Vlitz, Milites, & Consiliarii nostri*, & plures alii fide digni. Datum *Schöneberg* anno Domini MCCC. decimo octavo feria tertia post Dominicam quæ Cantate judicame Domine.

1318.

XXXVI. *Nicolaus comes Witteborgam donat beneficio juris Lubecensis.*

Nos Nicolaus Dei gratia comes in Teckneburg & Sverin, universis Christi fidelibus, quibus præsens scriptum contigerit exhiberi salutem in domino sempiternam. Ab humana facilius elabuntur memoria, quæ nec scriptis nec voce testium æternantur, hinc est quod natis & nascituris volumus esse notum, quod cum matura deliberacione nostris fidelibus civitatis Witteborg consulibus totius ejusdem civitatis communitati idem *jus Lubecense* concedimus & donamus intra civitatem & extra & omne *jus civile* proprietatemque ac libertatem quod & quam ab antiquo a nostris progenitoribus piæ memoriæ habuerunt in aquis, pascuis, agris, arboribus, sicut illorum distinctio seu divisio nemorum, camporum, aquarum, pascuorum

1319.

se

se extendit, eodem *iure sicut Consules in Lubec & universitas ibidem*, cum bona tranquillitate libere perfruantur. Nec aliquis praedictos consules nostros de Witteburg & communitatem sub obtentu nostrae gratiae in eodem iure & proprietate & libertate praesumat aliqualiter molestare. Insuper omnes has a nostris progenitoribus praedictis nostris consulibus & communitati observari volumus & in nullo minuere seu infringere. In cuius rei testimonium praesens scriptum nostri sigilli robore duximus roborandum. Datum Witteburg anno domini M. CCCXIX. (*) feria tertia ante festum Palmarum coram testibus infra scriptis dominis Hermanno Bramhorn, Bernhardo de Vehrendorff, Friederich de Schaken, militibus, ac domino Alberto notario nostri dilecti fratris Ottonis comitis Sverin. & Helmoldo nostro notario & aliis pluribus fide dignis.

XXXVII. *Hermannus Episcopus Suer. cum Rege Dan. Erico & Domino Megap. Hinrico foedus iniit, data ab his obligatione* OBSTAGIALI. *Accedit compositio circa decimas, molendina, curiam S. Spir. & campos Rostochienses.*

1319. Omnibus presens scriptum cernentibus, *Hermannus* Dei gratia Zverinensis ecclesie Episcopus salutem in omnium Salvatore. Recognoscimus & ad noticiam tam presentium quam futurorum cupimus pervenire quod inter *magnificum* Principem Dominum *Ericum Danorum Sclavorumque Regem* & NOBILEM virum Dominum *Henricum Magnopolensem & Stargard* ex una & nos parte ex altera, compositio extat prout infra scribitur placitata videlicet, quod nobis in nostris justis causis assistere perpetuo debeant & nos ad ipsorum servicium perpetuo residere debebimus in eorum justis causis cum omnibus nostris vasallis munitionibus atque terris. Debita etiam in quibus nobis obligantur, que ipsis rationabili computo poterimus demonstrare, nobis aut nostro vero successori in festo beati Martini sub anno Domini MCCC. vicesimo intra civitatem Lubecke persolvent, Super quo literas suas dederunt, & *in solidum* promiserunt *data fide*. Quodsi in prenotato termino nobis non solverint, ex tunc *Rex Danorum* predictus *Werdingheborg* aut *Scborg*, & *Dominus Magnopolensis Brandeborg* aut *Sterneberg* intrabunt ad injacendum, non exituri nisi nobis persolverint vel nisi fuerit de nostro beneplacito speciali. Si vero eosdem Dominos Regem & Magnopolensem nobis in auxilium evocaverimus, tunc ipsi posse habebunt ex parte nostri a tempore quo fuerint a nobis requisiti intra mensem continuum ordinandi justitiam vel amorem. Et si infra dictum mensem nobis amorem vel justitiam, ut prämittitur, non ordinaverint, ex tunc nostri erunt adjutores, & hoc idem ipsis facere debebimus vice versa. Si vero nullus nostrum alterum in auxilium evocaverit, tunc cum tranquillitate residere debebimus utrobique ad servicium tamen alterius unusquisque. Ceterum super decima *domini terre Rozstoc*, de qua inter ipsum Dominum Regem & nos contencio utrinque idcirco extat taliter placitatum, quod Dominus Magnopolensis antedictus posse habebit *intra annum & diem* amorem vel justiciam ordinandi, quod si non *disbrigaverit*, quicquid nos *jure nostro canonico* consequi poterimus nobis annuere debebunt. Si vero Rex predictus se defendere jure *canonico* poterit, sibi annuere debebimus & hoc utrinque debebit sine indignatione aliqua permanere. Similiter super *inundatione molendinorum in Rostoc* & decima *Koversbagen nec Wasmodesbagen* & curie *sancti Spiritus* & Campi ipsius *Civitatis Rozstoc*, dictus Dominus Magnopolensis etiam posse habebit intra annum & diem secundum amorem vel justitiam disbrigandi. Quod si non disbrigaverit, tunc quicquid jure nostro canonico consequi poterimus, nobis annuere debebunt, & si *Burgenses in Rozstoc* se defendere poterint, hoc ipsis nos debebimus annuere vice versa, & hoc utrinque sine indignatione aliqua simpliciter permanebit. Super quibus omnibus inviolabiliter observandis nos ac una nobiscum Ulricus *Molizan*, Georgius *Hasencop*, Henricus *Tlum*, Ruderus de *Trechov*, milites, Conradus *Overberg*, Egghehardus de *Alversdorpe*, Johannes *Babbe*, Vicko *Babbe*, Nicolaus de *Trechowe*. *Famuli* promisimus DATA FIDE, in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Wismer* Anno Domini Millesimo CCCXIX. (**) in die conversionis beati Pauli Apostoli.

XXXVIII. *Literæ foederis inter Dominos de Werle & Duces Pomeraniæ de auxiliis Christophoro Regi Dan. præstandis.*

1322. *In Gades Nahmen Amen. Wy Johann und Henning van der Gnade Godes, Herren to Werle, betugen unde bekennen in desseme Brefe, dat Wy unde unsen bülpern mit Unsen Vründen Hertogen* Otten unde Wartzlave van Stettien *und mit ehren bülpern uns vorbunden hebben mit Unsen Junste ewiglichen by ehn to blievende to deren Deenste des Königes van Dænemarcken* Christophers, Unsers Hern *in desser Wiese, alse hier nabeschreven is: Wie scolen ehnen volghen mit tween hundert Mannen, so wenn se de des beboget, up Unse Kost, up Unse Gewinn, up Unse Verlust, wol de Mann se vorbunden oder bestallen, oder mit Macht in ehre Land trecken, so scolen wy ehn volghen*

(*) Hoc *privilegium* GUNTZELINUS comes Sverinensis confirmavit eisdem verbis *Witteborgi* anno domini MCCCXXIII. feria quarta Paschae coram testibus infra scriptis: Dominis Wiperto LUTZOW milite, Willikindo presbytero vicario in Ecclesia Witteborg, *Gerhardo* nostro *notario* & aliis pluribus fide dignis; eadem repetierunt in codicillis suis Henricus comes Sverin. 1328. Otto comes, citatis testibus Ludeking de *Blücher*, Dn. *Alberto* Notario comitis, Bercht. Heyle, Herman *Wickendorp* proconsule Sverinensi a. 1353. feria secunda post Invocavit; Albertus & Henricus Duces fratres 1358; Albertus dux 1407. Dux Hinricus in Literis donationis campi Putzelihn a. 1503. Duces Hinricus, Ericus & Albertus 1506. Johannes dux 1589. Adolphus Fridericus 1649. Christianus Ludovicus in indulto a Cancellaria dato vulgo *Muhtzettel* a. 1659. Fridericus Wilhelm. 1697.

(**) Eodem loco, anno & die hoc fœdus iisdem verbis & conditionibus recognoverunt Rex Ericus & Dn. Hinricus, testium nominibus saltim mutatis, quæ sunt *Clem. Herloch, Alb. Albers, Andreæ Nickels, Jo. Rosendal de Plesse, Wibert Lutzowe, Sifrid de Plone, Reimar. de Mallin.* Neque infrequens inter illustres olim fuit obligatio sub fide obstagiali. Exemplum Ottonis IV. Imp. &

volgben mit aller Macht: winnen Wy Schlotte to ſamene mit ehrer bülpe, edder allene, mit Degedinge edder mit Kope, *de Schlotte, de in Unſer ſamenden Hand mit Unſeme, und dern van Mecklenborgh ſind, de ſcolen unſe tovorn ſyn; Winnen wy over Slotte in der Marcke by Unſer Schede alleene mit Macht oder mit Kope oder mit* Degedinghen *ohn ehre bülpe, de ſcolen och tovorn Unſe ſyn. meer winne wy Schlotte by Unſer Schede mit ehrer bülpe oder mit Degedinghen, der ſcolen vere unſe ſyn, de wy keſen willen. Quemen we to ſamende to eine Kynn, worde wy ſyn gebeſt, den vromen ſcal men deelen na Manntalle; vordinghe wy wat to ſamende, dat ſcall men och deelen na Manntallen: Wat over in jewelckes ſinde vorn verdinghet is, dat ſcall dar blieven. Vortmeer wy en ſcolen Uns nümmer ſonen oder daghnen, ſe ne hebben wedder deſe Slote mit erer Scede,* Templin, Zwet, Twerade unde Türglove, *und wy ne hebben wedder dat hus to* Lübcze *mit der* Thure *und* Weſenberghe *mit der* Lyzen, *Gnoyen unde Syvan, mit den Scheden. So were dat Orloghe enen Ende hevel, dar wy nun an ſyn, darna ne ſcol Unſer Nemand en Orloghe beginnen edder angriepen, he ne do dat mit eneme Radunſes Herrn des Konighes van Dännemarck Chriſtoffers unde Unſer jewelich mit des andern Radh. Veerhundert Man mit vortekenden* Orſen *ſcole wy holden, unde vorſprockenne hertogben alſo vele, unde breke unſer jemande an ſine talle dorenen Kyf edder von einen anderen ungherade, dat en ſcall unſer neen dem anderen* pandlicken *weren. Worde wy under twiſchen ſchelende; ſo ſcal unſe Scheelinghe up Herrn Obrick Maltzan unde up Herrn Günther van Levezowen. De* Scheelinghe *ſcolen ſe met weren mit Heren Syfriede van Ploen unde mit Otten ſinem Sone up der Stedt, offt ſe mogh nene moghen de vere des nicht untſcheden, ſo ſcolen ſe de Scheelinge ſcriven dem Konighe van Dannemarcken Chriſtofern Unſem Herrn, als eine Overmann unſer Schelinghe und alſo ſcriven; Dat jewelick deſer veern ſi recht dar to do, dat he ene rechter wete. Da ſcal de Koningh unſe Herre enden unde entſcheden. Darna une acht wecken, weme de Konigh dat unrecht to ſpreke, te twee ſcolen erne hern Manne, dat he dat wedder bimen veer Wecken, ne ſonde des nich darna bimnen veer Weken. Worde uns de Broke togedelet, ſo ſchall Herr Obrick* Malzan *unde Herr Gunter van* Levezow *unſe Kiddern mit unſer Stadt* Malechin *und Hus, unde mit dem Lande by den Hertogen bliven in allen Noden alſo lange wente wy en dat hebben wedder daen, wente deſe Schlote, de nim Hues*

& Thiderici Marchionis Miſniæ, Alberti marchionis Brand. & Ludovici Ducis Bavariæ de an. 1200. vide apud MENCKE *S. R. G. T III. p. 130.* Alberti Landgravii Thur. ejusque filii a. 1289. *ap. Eund.* T. II. p. 925. Friderici Regis Romanorum a. 1315. apud JUNGE *Miſcell* P. I. p 38 & SENCKENBERG *in Select. Hiſtor. T. II. p. 273.* Caroli IV Regis Rom. a. 1349. apud LEHMAN *Chron Spir.* Wenceslai Electoris Saxoniæ a. 1379. apud MULLER *Staats Cab. P. III c. 1.* Wilhelmi & Alberti Auſtriæ Ducum a. 1369 apud PEZIUM *Cod dipl. epiſtolar* P. III. p. 1151. Joannis Ducis Mecklenb. a Marchione Brandenb. Friderico capti a 1427. ap LUNIG *R. A. Sect. II. Cont. 3. p. 500.* Electoris Saxon Erneſti & Ducis Sax. Alberti animoſi propter emtum a Duce Sileſiæ Joanne ducatum Sagan a 1472. ap. *Muller d l. P. III c. 1.* & HARTMAN *diſp. de uſu limitator. mandator ſine clauſula §. 19.* Facile etiam fide diplomatum corruit opinio BESOLDI *Theſ pract. voce Leiſtung p. 584* SCHILTERI *de jure obſidum* c XI. §. 3 TABORIS aliorumque, qui Originem Obſtagii repetunt a Berchtoldo V Duce Zeringiæ, qui vixit ineunte Seculo XIII Provocant ad autoritatem ingenui & faceti Fratris JOH. PAULI cujus *kurtzweilige und lächerliche Geſchichte und Hiſtorien die wol in Schimpf und Ernſt mögen geleſen werden*, cum *Johannis Bocatii Centum Novellis* & libello *Rollwagen* inſcripto prodierunt *Francof. ad Mœnum a 1583 fol.* ubi p. 68. ſq. ita philoſophatus eſt: *Buler auſſerhalb der Ehe ſind dreyerley Die erſten, die keine eigene Metzen haben, die nechſte die beſte, ſie bulen die gantze Woche und am Sontag laufen ſie in das Frauen Hauſs, die werden vergleicht denen die das pfennigwerth zehren wo ſie darzu kommen. Die andern ſind, die eigene Metzen haben, denen halten ſie treu und ſitzen etwa in einem winckel oder Wirths-Hauſs und halten nicht Hauſs mit ihnen, ſie kommen etwan zu 8. oder 14. tagen zuſammen, die gleich ich denen, die das mahl eſſen in einem Wirthshauſs, gemeine mahl. Die dritten ſind, die eigene Metzen haben, den halten ſie treu und leben wie eheleute mit einander, haben Kind oder nicht, die ſind gleich denen, die da* GISELMAHL *eſſen, köſtliche mahl, etwan für einem dicken pfenning;* das heiſſen Gieſelmahl, da man etwa auf eine ſtatt oder auf ein Edelmann mit einem reyſigen Hengſt wartet, die eſſen köſtliche mahl, damit daſs groſſer Koſten aufgehe, daſs man ſie deſto balder bezahle und ausricht, darum man dan wartet. Das Recht hat erdacht und erfunden, dem Adel zu Leyd, Hertzog Bechtoldus von Zeringen, dan der Adel ihm zween Sön mit Gifft vergeben und getödtet hat, die zu Solothurn in einem Sarck liegen zu S. Urſulen als Felix Hämmerlein davon ſchreibet *Nu fragſt du, welcher unter den 3. Buhlern der aller werteſt von Gott und der Penitentz ſey, die zu wirckent? Antwort der 3te der ſie bey ihm in ſein Hauſs hat &c.* Teſtimonium igitur defertur Felici Hæmmerlino Jurium Doctori & Cantori quondam Thuricenſi (nato a 1389. denato in captivitate circa a. 1460.) cujus *Variæ oblectationis opuſcula* Baſileæ typis excuſa ſunt *fol. A 1497* uti patet ex carmine elegiaco *ad Hermannum Archiantiſtitem Colonienſem S. R. I principem electorem*, quod inſtar præfationis operi præfixum eſt a *Sebaſtiano Brant* Jureconſulto. Continet hic liber XXX. tractatus, inter quos vigeſimus ſextus *fol. litera cc.* agit *de contractibus qui obſtagia dicuntur & vulgariter Giſel nuncupantur.* Ita vero incipit: *Id, quod apud nos novum eſt in tempore, non eſt novum apud eum, qui condidit tempora & ſine tempore habet omnia ut dicit Proſper Aquitanicus Proſa XII. ſed nos qui vivimus, bene dicimus novum, quod non fuit prius - & igitur competenter appellamus teſtimonium novum quod hodie manet apud nos & ante dies annorum mille & ultra fuit initiatum vetusque teſtamentum apud nos antiquum quod apud hebreos dicitur modernum; hinc pertinenter dicimus novum cujusdam contractus adinventionis modum, cujus ante ducentorum annorum vel quaſi temporis ſpatium non habuimus ſollicitudinis artem vel uſum. Apparet autem talis caliditatis novitas, quia nullo juris utriusque aut doctorum ſeu ſcribarum ejus, ſcrutinio ipſius rotunde, prout mihi videtur, pure deſcribitur curialitas, aut verborum ſignificationis vocabulo decernitur determinata ſubtilitas, nec latinorum præmordialiter poſitivorum ethimologyzavit ſagacitas, ſed,* ut NARRANT *hiſtoriæ, fuit inventa talis exactionis acerbitas per quondam illuſtrem Berchtoldum Ducem Caringiæ, ad quem fuit ſcripta quondam Decretalis Videlicet Venerabil. de electu ponitur in ſubſcriptione; & ipſe fuit vicarius generalis per germaniam imperatoris Friderici II. prout in integro ejusdem decretalis patet. Introduxit autem hujusmodi contractus executionem patenter in odium protunc Nobilium in Alemannia ſuperiori degentium, qui necem filiorum ſuorum effectualiter machinati fuerant, protunc in eccleſia Solodorenſi & inibi in choro ſimul una tumba ſepultorum; dicitur autem talis contractus mendicato ſuffragio aut accommodato competentius vocabulo* OBSTAGIUM *&* GISEL *in noſtro linguagio. Non eſt autem*

Hues und Land Malechin Stad, Hus unde Land vor deſſen Degedinghe to holdende ſtatt to einem Pand in beiden Sit; vortmeer boven deſe Pand hebbe we beyde vertruwen gelouet, unde unſe Riddern hierup den Hertoghen mit uns hevet gelovet. Herr Obrick unde Henrich Malizan, Here Günter von Levezow, Herr Tesmer, Herr Johann van Havelberg, Herr Hinrich von Merne, Herr Vicke van Lobeke, Herr Henrick Nortmann, Herr Clawes Hane, Herr Kerſte van Wangelin, Herr Petſeke, Herr Lüdeke Teſcin, Herr Claws Labold, Herr Herrmann unde Herr Johann von Cremon, Herr Borgard Selichte, Herr Henrich van der Oſten, Herr Tolingh von Oldenborgh, Syfried und Clawes von Lobeke de Knechte ſy, to ener Betuginge deſſer Dinghe vaſte und ſtede to holdende hebbe wy unſe Inſegeln gehengen laten to deſſen Breven. Deſe Breve ſyn gegeven und geſcreven up dem Velde to Demmyn; na der Bort Gades duſend Jaer dreehundert in dem twee und twintigſten Jaer in dem Frydag der Hochtiet des billigen Lichnames.

XXXIX. *Wartislavus civitatem Demmyn ab annua penſione & Orbeda reddit immunem ob ſervitia in obſidione oppidi Mecklenburgici Gnoyen praeſtita.*

1322. *Wartislaus* Dei gratia dux Slavorum princeps Ruyanorum. Notum eſſe volumus præſentibus & futuris quod cum ante oppidum *Gnoygen* non modicum eſſemus grandi onere debitorum noſtrorum ratione expenſarum & aliorum conſumtuum prægravati, dilecti noſtri conſules & communitas civitatis Dymin nobis conſilio & auxilio, vi & ope adherere non formidantes, imo multo magis profectui noſtro inſudantes nobis ad ſummam nongentarum marcarum eximerunt, pignora, caballos & dextrarios, per nos ipſorum comburgenſibus expoſita redemerunt pro ipſis aſſurgimus ad ſpeciales gratiarum actiones, cupientes igitur gratitudini & benevolentiæ eorundem ex aliqua viciſſitudine reſpondere, ipſos conſules & communitatem ipſorum de annua noſtra penſione, quam nobis dare conſueverant, relinquimus, dimiſſimus pariter & dimittimus liberos omnimodo & ſolutos a penſione in quam quod *Orbar dicitur* videlicet quinqueginta marcarum denariorum uſualium & non amplius prout conſueti ab antiquo fuerant facimus mentionem donec & quoad uſque predictam ſummam videlicet nongentas marcas denariorum a nobis ſeu noſtris heredibus fuerint integraliter conſequuti, penſionibus vero ſumme prænotate annuatim inde obtentis per ipſos conſules nullatenus obſtantibus & perceptis nolentes ipſos ſuper iſto facto tam notorio quoquo modo pregravari nec ullo tempore moleſtari, conditionibus ſupra ſcriptis, quod noſtris relinquimus ſucceſſoribus firmiter obſervandum. In teſtimonium evidens hujus veritatis & præſentis noſtræ donationis præſens ſcriptum dedimus ſigilli noſtri robore communitum. Teſtes hujus ſunt Dn. Hinricus de *Zigentze*, Dn. Nicolaus *Winterfeldt*, Dn. Nicolaus *Heydenn*, Dn. Gerhardus de *Bucholte*, Dn. Martinus *Winterfeldt*, Dn. *Vinecke* milites, Bernhardus *de caſtro Magiſter*, *Conradus noſtræ Curiæ notarius*, *Quidelerus* noſter advocatus & plures alii fide digni. Actum & Datum *Dymyn* anno Domini milleſimo tricenteſimo viceſimo ſecundo in vigilia b. Laurentii martyris glorioſi.

XL. *Pri-*

---

tem novum in latinorum ſcriptis, imo verius in corpore noſtri juris vulgaria ponere vocabula, ut patet in C. unico de vita &c. & igitur ad propoſitum redeundo, fidejuſſores in hoc contractu ſimiliter improprie dicuntur obſides, licet aliter exponatur ut ecce: nam obſtagium, prout exponitur de arbi: expoſita in gloſſ. de jurejur. - *dicitur dum liber homo obligatur, non ut jus conſtituatur in eo tanquam in pignore, quod mobile eſt & venditur & diſtrahitur multipliciter; ſed ut detineatur homo ut fiat id quod convenit; ut puta dum pax fuerit inter principes aut univerſitates diverſarum profeſſionum videlicet Chriſtianos & paganos vel alios inter homines in ſe mutuo non confidentes una partium ponit filios aut cognatos aut alias perſonas notabiles in poteſtatem alterius aut metu mortis aut incarcerationis infligendæ in perſonas taliter obligatas ut ſervetur inviolabiliter fides promiſſa aut pax & tranquillitas, & illi qui taliter exponuntur in obligationis vinculum dicuntur obſides &c.* Vitam, fata ſingularia & ſcripta D. Hæmmerlein ex inſtituto recenſuerunt Autores Bibliothecæ Helveticæ P. I. n. 1 2. p. 1 107. ubi p. 91. ita: *Den* Tractat de contractu obſtagii *ſchrieb er auf anſuchen* Eraſmi rectoris parochialis Rapperswiler, *damit er die Leute vor den Giſelſchafften warnete, der urheber dieſer art* Contracts *war Berchtold von Zæringen der unter* Fridrich II *gelebt* Sponte vero corruit hæc fabula de origine juris obſtagialis Zeringiana, fidei quippe hiſtoricæ & diplomaticæ adverſa. Narratio enim illa de filiis Berchtoldi, ſcelere uxoris ejus & ordinum burgundicorum, ut vulgo fertur, veneno interemtis, incidit in annum 1218. ſed diutius ante Seculum XIII. obſtagia uſu invaluiſſe, conſtat ex chartis & documentis Seculi XI. XII. quorum exempla vide de annis 1055. 1064. & 1070 apud DUFRESNE T. IV. p. 1303. ſqq. apud SENCKENBERG *in lin juris feud. app. II. p. 3. in Charta Philippi Francorum Regis a. 1118. & ap.* GUICHENON *in Bibliotb. Sebuſienſi Cent. I. n. 24. in charta anni 1156.* Taceo plures veterum lctorum, qui ultra Bartolum ſapere renuerunt, errores, nonnullas etiam celebrium autorum opiniones; Obſtagia exiſtimationi derogare, homine ingenuo nobilique indigna eſſe, comitem habere infamiam, pœnam eſſe fractæ fidei adeoque carcerem criminis reorum, qui fidem fefellerunt inſtar decoctorum, quos bancæ (menſæ trapeziticæ) ruptores vocant; defunctos in obſtagio honeſta ſolemnique ſepultura non eſſe afficiendos, obſtagii originem vel cauſam præcipue repetendam eſſe a *fide holſatica* vel ſi mavis *Saxonum antiquorum*, reliqua. Quæ ſingula ultro concidunt, ſi illa expenderis ad fidem annalium & diplomatum omnis ævi. Neque ſolis Holſatis inſtar præcipui tribuendum eſt, in quo omnes Germani gloriantur, qui uno ore & ſtipulata manu olim ſecure egerunt, contractus libellarios ignorarunt & in pacto conſenſuali ſolaque fide orali vel ſcripta demum acquieverunt, mortalium cordatiores. Quemadmodum vero tum rerum civilium tum moralium multiplex eſt viciſſitudo & mutatio in deterius; ita evenit, quod Germanicæ gentes a moribus antiquis vitæque ſtatus & actionum rationibus ſimpliciſſimis deſciverint fecerintque ſæpe locum artificiis, argutiis, circumventionibus, dolo, ſimulationibus, ſtrategematibus & decipulis, ut fides germanica parum diſtiterit a decantata fide græca & romana. Opus itaque fuit remediis, malæ & fallaci fidei hominum opponendis, in quibus excogitandis Germanis ipſis æque ac aliis gentibus non defuit ingenium, quod, ſi in quo alio, certe in amore ſtudioque circa meum & tuum occupato, multiplex eſſe ſolet & peracutum. Ex annalibus & chartis Holſatiæ patet, fidem tantopere laudatam Holſatorum Seculo X. XI. XII. valde ægrotaſſe & inſignem adeo paſſam fuiſſe diminutionem, ut conventiones & pacta, quæ olim contrahebantur vel ore & data dextra vel arrha vel ſymbo-

XL. *Privilegium super Compositione cum Christophoro Rege Danorum per Hinricum Magnopol. non ineunda nec civitas placitis sit intercluſa.*

Univerſis Chriſti fidelibus præſentia viſuris vel audituris Hinricus Dei gratia Magnopol. & Stargard. Dominus ſalutem & ſubſcriptorum noſcere veritatem. Recognoſcimus tenore præſentium lucide proteſtantes, nos maturo præhabito conſilio cum diſcretis viris nobis ſincere dilectis Conſulibus noſtris in *Roſtoch* contuliſſe & concorditer promiſiſſe, quod cum Principe glorioſo Domino noſtro Chriſtophoro, Danorum, Sclavorumque Rege compoſitionem inire non debemus, ut Civitas Roſtoch. noſtris ſit placitis intercluſa. Inſuper ordinare debemus, quod dictæ Civitati Roſtoch omnia privilegia tam Civitati, quam ſingularibus perſonis per nos tradita, nec non libertates & proprietates ipſis per nos collatæ firmiter a dicto Dno Rege Danorum & integraliter obſerventur. Teſtes hujus rei ſunt, Mathias de *Axekow*, Martinus de *Huda*, Wipertus *Lützow*, Godſcalcus & Bertholdus *Pren*, Hinricus de *Barnekow*, Loſerus. Hermannus de *Wokenſtede*, Johannes de *Pleſſe*, milites. Hinricus de *Bülow*, Hinricus *Bonſack*, Thidericus *Clawe*, armigeri. Odbertus, Arnoldus *Copmann*. Johannes *Pape, de antiqua Civitate*, Thidericus *Friſo*, Gherwinus *Wilde*, Gherardus de *Lawe*, Herm. *Wokrente*, Lod. *Cruſe*, Johann *Pape*, Thomas *Vogbe*, Ludovicus de Godl, Nicol. de Kyritz, Engelbertus de *Bomgarden*. Conſules in Roſtoch & alii quam plures fide digni. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Roſtoch Anno Domini M. CCCXX tertio, feria ſexta, ante Judica Dominicam.

XLI. *Literæ homagiales Principis Megapolenſis Henrici terras Roſtock, Gnoyen, Svan tanquam feudum Regis Daniæ recognoſcentis.*

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus, 1322
Henricus Dei gratia Megapolenſis & Stargardiæ Dominus, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus univerſis præſentibus & futuris, quod inter Magnificos Principes, Dominos noſtros chariſſimos Dominos *Chriſtophorum & Ericum* ejusdem Chriſtophori filium, Dei gratia, Danorum, Slavorumque Reges illuſtres, ex una parte & nos ex altera, in modum qui ſequitur extitit placitatum, videlicet quod ipſis Dominis noſtris Regibus Chriſtophoro & Erico filio ſuo de terris & *Dominio Roſtock, Gnoyen & Svan* cum omnibus civitatibus caſtris & munitionibus oppidis & villis & omnibus earum adjacentiis, nobis & hæredibus noſtris veris per ipſos nobis per literas ſuas apertas commiſſis & conceſſis, *homagium* fidelitatis fecimus & facimus in his ſcriptis, vera fide pronunciantes, quod poſt mortem noſtram omnes noſtri hæredes veri & ſucceſſores, qui nobis in dicto Dominio mediate & immediate, ſucceſſive & in perpetuum ſuccedere valentibus *homagium* ſimiliter præſtare debeant & fideliter obſervare. Promittimus inſuper bona fide, nos ad hoc firmiter obligantes quod nos & hæredes noſtri, qui nobis in dicto dominio, ut præmittitur ſuccedent, homines ipſorum Dominorum noſtrorum Chriſtophori & Erici filii ſui & quorumcunque ipſis in regno Daniæ

ſymbolo quodam interveniente & ſimplici ſcriptura, in deſuetudinem fere abierint, rariſſimeque occurrant documenta quorum capſulis cereis ſigilli loco, pollices contrahentium inſtar ſigni fidei manualis ſunt impreſſi. Ex adverſo ævi hujus documenta obligationum referta ſunt variis cautionibus, vinculis & ſolennitatibus ſub *dio*, in *comitiis*, in *conventu publico* præſtandis; præcipue frequentem memoriam injiciunt *Warandatorum, fidejuſſorum, obſidum, vadii ſeu invaſitionis, injacentiæ ſeu intradæ de obſtagii ſeu oppignorationis debitoris*, item compromiſſorum vulgo *Mitgelovers*, quorum vel aliquando XXX. & ultra unicum documentum, modici quamvis & tantilli argumenti, fide ſua & ſigillis corroborarunt. Invaluerunt & alibi, paſſim etiam apud Holſatos, aliæ medelæ & ſecuritatis præſidia, utpote obligationes ſub additione ad manum, *zu halffter und hand*, ſub apprehenſione, ſub cuſtodia, carcere violento, vulgo Vinicaptione, ſub pignoratione, deprædatione, ſub adjudicatione in ſervitutem, ſub banno eccleſiaſtico, imperiali, provinciali, ſub fractione inſignium, gladii, clypei, ſub tonſura infami, amiſſione cinguli militaris, exiſtimationis gentilitiæ, ſub pictura famoſa, ſub convitiis & titulis ignominioſis *bey Schelmſchelten &c* ſub pœna ſuſpenſionis in effigie ſub abſciſſione manus dextræ vel pollicis, ſub portatione ſellæ, rotæ & canis ſcabioſi, figurati vel vivi, vulgo Kynophoria, &c. Sola igitur circumſpectio & neceſſitas proſpiciendi ſecuritati & dominio bonorum, quibus vita hominis ſuſtinetur, ubique inventrix fuit vinculi & juris obſtagialis. Tantum igitur abeſt, ut originem obſtagii gloriæ & fidei Holſatorum vindicaveris, ut potius eandem tribueris datæ fidei diſcrimini & periculo rei creditæ. Inde cauſa, quæ dici ſuevit, impulſiva obſtagii, non fuit ſervata, ſed fallax ſæpius & violata fides; cauſa finalis vero devitatio damni inde emergentis ſeu ſecuritas bonorum. Proptrerea vero dicendum non eſt, quod obſtagium quo debitor ſemetipſum creditori in pignus addicit, famam fugillet vel ſecum trahat aliquid ignominioſi. Poſtquam enim exigente neceſſitate & mutua contrahentium obligatione, accedente etiam lege illud prudenter receptum eſt inter remedia juris; illi certe debitores, qui in mora conſtituti promiſſis ſuis & legibus vivunt, juſte honeſteque agunt, fidem alternative datam exſequuntur & vel in ipſo, quod ingrediuntur, obſtagio, antiquam Majorum fidem ſectantur ejusque inſignes reliquias tuentur ac vel ipſam reſtituunt. Eorum vero turpe factum eſt, qui datæ fidei & obligationis Legumque incurii, obſtagium vel non ingrediuntur vel illud ſuo arbitrio derelinquunt, ad quos pertinet pœna legibus determinata. Quibus quidem inſtitutis & olim omnes fere Germani vixerunt uti facile patebit, qui evolverit diplomata, quæ obſtagiorum mentionem injiciunt apud Dn. HEERGOTT *Probat. diplomat. Habsb* ad a. 1233. T. II p. 24. n. 297. a. 1256. p. 325. n. 400. a. 1256. p. 322. n. 396. a. 1257. p. 385. n. 415. a. 1259. p. 357. n. 435. a. 1268. p. 334. n. 311. MIRÆUM *Oper. Diplomat. Belg.* T. I. p. 313. c. 98. a. 1238. *de* GUDENUS *Cod. diplom. Mogunt.* a. 1223. p. 483. a. 1239. p. 709. a. 126. p. 704. a. 1268. p. 726. a. 1271. p. 735. a. 1276. p. 758. a. 1291. p. 874. 884. LUNIG *ſpicil. eccleſ. T. II.* p. 305. n. 23. a. 1244. MENCK *S. R. G. T. I.* p. 620. n. XI. a. 1245. p. 705. n. 58. a. 1290. p. 1485. a. 1341. p. 454. a. 1406. p. 714. n. 76. a. 1298. p. 116. n. 44. a. 1319. Tom. II. p. 896. a. 1256. p. 921. a. 1289. LEIBNITZ *cod. jur. gent. P. II.* p. 93. a. 1255. *de* FALCKENSTEIN *Cod. dipl. Nordgav.* p. 76. a. 1277. p. 83. a. 1284. p. 89. a. 1289. p. 112. a. 1301. p. 115. a. 1302. p. 127. a. 1305. p. 140. a. 1307. p. 150. a. 1312. p. 171. a. 1332. p. 180. uſque ad p. 258. ab a. 1345. uſque ad *a. 1430.* PEZ *Cod. diplom. hiſtor. epiſtol. P. II. p. 148.* a. 1285. P. III. p. 65. a. 1378. p. 67. a. 1379. p. 1151. a. 1396. MULLER *Staats-Cab. P. III.* c. 1. a. 1290. 1292. 1379. 1472. *de* LUDEWIG *Reliq. MSC. P. I. p. 677. a. 1298.* KYRIANDER *Annal. Trev.* P. XVII. p. 238. a. 1304. JUNGE *Miſcellan.* P. I. p. 37. a. 1306. p. 38. a. 1315. p. 39. a. 1319. 1335. 1340. RICCIUM *de Lege commiſſoria in charta Alberti Ep. Halberſt.* p. 73. a. 1316. WALDSCHMID *de pacto gaerbinat. app. p. 55. in charta a. 1322.* SANCKENBERG *in floribus ſparſis ad jus Auſtreg.*

Daniæ in perpetuum ſuccedentium & regnum Daniæ gubernantium, nec non coronæ & regno Daniæ fideliter, conſtanter & perpetuis debeamus & debeant temporibus adhærere. Coeterum vera fide promittimus nos & ad hoc firmiter obligantes, quod nos, hæredes noſtri & ſucceſſores omnes nobis in dicto Dominio ſucceſſive in perpetuum ſuccedentes prædictis Dominis noſtris Chriſtophoro & filio ſuo Erico Regibus & omnibus ipſis in regno Daniæ ſucceſſive in perpetuum ſuccedentibus & regnum Daniæ gubernantibus, *cum quinquaginta hominibus, dextrariis & armatis* ſufficienter expeditis ex parte maris videlicet in *Dania, Svecia, Norvegia*, ubicunque, quandocunque, quotieſcunque & tempore quo ipſi Domini noſtri Reges prædicti, Chriſtophorus & Ericus filius ſuus, & omnes ipſis in regno Daciæ ſucceſſive in perpetuum ſuccedentes, dicta ſervitia habere voluerint contra quoscunque. Ex alia v. parte maris videlicet in *Alemannia*, cum omnibus hominibus noſtris, caſtris, civitatibus, munitionibus, ſingulis & omnibus viribus noſtris ubicunque, quandocunque & quotieſcunque, ipſi dicta ſervitia habere voluerint, ut præmittitur, contra omnes viventes ſervire debeamus, fideliter ac parate in expenſis acquiſitionis ſeu lucro ac deperditione eorundem Dominorum noſtrorum Regum & eorum in Regno Daciæ ſucceſſorum exceptis Dominis, Domino Henrico Epiſcopo *Havelburg*. Gerhardo *comite Holſatiæ*, Henrico & Guntzelino *Sverinenſium comitibus*; ita tamen ut ſi ipſi vel aliquis illorum, dictis Dominis noſtris vel eorum ſucceſſoribus injuriare voluerint, ipſum ſeu ipſos contra præfatos Dominos noſtros Reges & eorum ſucceſſores in nullo juvare ſeu ipſis juvamen præſtare debeamus. Præterea cum ipſi Domini noſtri Reges prædicti vel aliquis ipſis *in regno Daciæ ſuccedens* dicta *ſervitia* videlicet *in Dacia, Svecia & Norvegia* habere voluerint, *nobis & hæredibus noſtris & ſucceſſoribus, ad ſex ſeptimanas antea de dicto ſervitio indicare debeant & intimare*, & infra ipſas ſex ſeptimanas ab intimatione nobis & hæredibus noſtris facta dicti quinquaginta homines in *Vernemunde*, dextrarii & armati bene expediti eſſe debeant & parati quibus Domini noſtri Reges & ipſis in regno Daciæ ſuccedentes naves in Daciam, & expenſas a Vernemunde & ultra de Alemania in Daciam, & per totum ſervitium uſque in Alemaniam, cum navibus procurabunt, ſervitia etiam ad quæ ipſis dominis noſtris Regibus & eorum ſucceſſoribus in Alemania, ut præmiſſum eſt, ſumus obligati etiam infra ſex ſeptimanas ab intimatione nobis & hæredibus noſtris facta promta eſſe debeant & parata prout ſuperius plenius eſt expreſſum, ipſi vero Reges & eorum in Regno Daciæ ſucceſſores nobis & hæredibus noſtris, parvos equos, quos nos vel homines noſtri, in ſervitio ipſorum, & quacunque parte maris amiſerimus in eadem reyſa perſolvent; dextrarios vero quos in dicto ſervitio amiſerimus, infra dimidium annum, de quibus ſufficientem poterimus reddere rationem, perſolvere teneantur. Si autem aliqui de hominibus noſtris in ſervitio prædictorum capti fuerint ipſos Domini noſtri reges & eorum in regno Daciæ ſucceſſores infra dimidium annum, ab ipſorum captivitate redimere teneantur, prout etiam homines ſuos de jure redimere tenentur. Domini vero prædicti noſtri Chriſtophorus & Ericus & eorum in regno Daciæ ſucceſſores, nos & hæredes noſtros in licitis, juſtis & honeſtis cauſis defendant, & pro nobis placabunt prout Domini homines ſuos de jure defendere tenentur. Inſuper ſæpe dictos Dominos noſtros Reges Danorum, homines & hæredes ipſorum pro omnibus & ſingulis debitis in quibus Dominus Ericus quondam Rex Danorum frater prædicti Regis Chriſtophori & homines ipſius Regis Erici nunc homines dictorum Dominorum noſtrorum Chriſtophori & Erici nobis tenebantur obligati, pro quibus etiam ſingulis debitis, dicti homines prædictorum Dominorum Erici quondam Regis & Chriſtophori nunc regnantis, hominibus noſtris ad manus noſtras promiſerant nec non pro omnibus damnis & intereſſe quæ ratione prædictorum debitorum contraximus, ac pro omnibus obligationibus, promiſſionibus, fidejuſſionibus, quas nobis iidem Domini Ericus olim Rex & Chriſtophorus nunc Rex vel per ſe, vel per alios ſuo nomine fecerant quittos dimittimus & penitus excuſatos, ſuper aliis vero debitis, pro quibus nos ex parte Domini Erici quondam Regis Danorum aut regiis promiſeramus, ipſos Dominos noſtros Chriſtophorum & Ericum, nunc Reges & eorum ſucceſſores, nos & hæredes noſtri monere nullatenus debeamus.

---

p. 108. a. 1340. app. p. 81. a. 1362 & in Select jur. & hiſtor. T. I. p. 72. a. 1352. p. 635. a. 1368. T. III p. 609. a. 1364. MEIBOM. *Script. R. G. T. I. Chron. Comit. de Marca p. 380. a. 1348.* DITMAR *Cod. diplom. ad Teſchenmacheri Annales Cliviæ* p. 54. a. 1329. p. 66. a. 1400. p. 48. a. 1481. ESTOR *Kl. T. S. P. VIII. p. 728.* LUNIG R. A. Cont. II. a. p. 285. a. 1538 p. 500. a. 1427. *Cod Auguſt. Saxon. T. I. P. II. p. 1064. a. 1529. T. II. P. III. p. 114.* REYHER *de ſingular. quibusdam juris obſtag. p. 13. a. 1536.* VOGT *Monum. ined. Bremenſ. P. III. p. 212. a. 1546.* item *Monum. ined. Cimbr. & Megapol. T. II. p. 71.* a. 1310. p. 467. a. 1487. p. 1606 a. 1319. p. 2211 a. 1356. T. III p. 1516. a. 1264. p. 637 a. 1270. p. 1512. a. 1278. p. 1761. a. 1417. plures ut taceam citatos a FALCKNERO *diſſ. de obſtagio c. 1.* POTGIESER *Commentatione de obſtagio ſeu pignore perſonali, ſubjuncta tractatui ej. de indole & natura pignoris jur. germ. c. 5. p. 327. ſqq.* KOPPIO *ſpecim. jur. germ. de jure pignoris conventionali.* Equidem uſum juris obſtagii multiplices adeo abuſus deformarunt, ut Georgius Dux Saxoniæ mandato, magiſtratui Lipſienſi præſcripto a. 1525 obſtagium certis caſibus iniquum declaraverit; Auguſtus vero Elector Saxoniæ omnem ejus uſum a. 1572. e Saxonia exterminaverit. LUNIG *Cod Auguſt. T. I. P. II. p. 1045. Conſtit. Elect. Aug. P. II. Conſt. XXII.* Quod etiam factum eſt in Germania univerſim promulgata Imperii Ordinatione politica a. 1577. *Tit. 17 von wucherlichen Contracten.* Conjecturæ vero locus eſt, quod hæc Saxonica & imperialia decreta haud parum promota fuerint conſilio juris romani Doctorum, qui jus romanum omnium rerum perfectiſſimum, ſapientiſſimum & tantum non divinum & afflatu ſanctiori inditum reputantes, odio juris patrii abrepti ſunt, ut obſtagium incuſaverint brutæ indolis & manifeſtæ iniquitatis, utpote cujus nec vola nec veſtigium apparet in integro complexu tantopere laudati & humaniſſimi juris romani. Quum vero Holſatia eo

ævo

debeamus. Renunciamus insuper omnibus literis, novis & antiquis ante hunc diem nobis per dictos Dominos Ericum quondam Regem Daniæ & Christophorum hunc regnantem, super quibuscunque datis, & si ex nunc alicubi inventæ fuerint cassæ esse debeant & nullius vigoris, firmitudinis & momenti. Per istas etiam placitationes omnes hominesDominorum nostrorum Regum prædictorum & nostri ex utraque parte suspecti omnino sint reconciliati & ab omni suspicionis nota pro omnibus causis inter nos hactenus motis & habitis liberi penitus & exemti pro præmissis omnibus & singulis firmiter & inviolabiliter observandis nos & una nobiscum Illustres principes Dni. Rudolphus & Wenceslaus Duces *Saxoniæ*, Henricus & Gunzelinus *Svrinensium* comites, Adolphus comes *Holsatiæ* & in *Schovenburg*, nec non Joh. Rosendahl *de Pless*, Vipertus *Luzove*, Wedekindus *de Plate*, Martinus de *Linda*, Albertus *de Cleptz*, Georgius *Hasenkop*, Martinus de *Nascove*, Gottscalcus & Bartoldus *Preen*, Henr. de *Blouncken*, Otto *Valchenberg*, Niclaus de *Petachle*, Joh. de *Hetsted* & Henr. de *Pless*, milites; Henr. de *Molzm*, & Henriche *Moltiche*, armigeri, promiserimus & promittimus fide data, quorum omnium sigilla una cum sigillo nostro presentibus in testimonium sunt appensa. Actum & datum *Nickioping in Fallstria* anno Domini 1323. sabbato Trinitatis.

XLII. *Foedus Henricum ducem Megapol. inter & Ottonem & Wartislavium Duces Pomeraniae initum.*

Wy Hinric *van der Gnade Godes Here to Meckl nborch to Stargarde vnde to Rozstock bekennen in desme opene Briue dat we vnde vse Erfnamen met vsen leuen Omen Hern* Otten vnde Heren Werzlaw Hertogen *der Wende, Cassuben vnde der Pomerenen vnde met eren erfnamen sick ewichliken vorbunden hebben met* volbort vnde met Rade vnser truwer Man *also hie na beschreuen steit, Wy scolen en vnde eren erfnamen helpen to all eren noden met all vnser Macht vp all gene de leuen se sin we dat se sin sunder den Koningh van Denemarken. Were dat se oder ere erfnamen volge bedorften, so scolde wi en volgen met dreehundert Mannen vporsen, wan se it vns to wetende don dar na by vir weken. Swanne vnse Man ere Lant voren soscolen se se vp nemen vnde bekostegen se welkerleye vromen se met en sceppen den scolen se sick mocken swo se niuttichst mogen. Sunder vangenen wat men der Reyt de wile dat ere Man tosamende sint bi den vsn de scal men delen na* Mantat *mach vns lid sein van der marke, neme wy dat nochten scol wy en vnde (eren) erfnamen helpen also bir vor beschreuen stett. Neme ock vse Man scaden in vser Ome Denste den scol wy seluen begeren. Wumme wy slothe de vnse Ome vor hebben inne hat de scole wy enne wedder antworden. Wunnen ouer slothe de vsern het hat de scal men delen na Mantat. De ersten Breue de we vsen Omen gegeuen hebben de scol wy en vnde eren erfnamen holden. Vor alle desse Dinck de bir geschreuen sint to holdende ewigliken loue wy vnse erfnamen vnsen Omen vnde eren erfnamen en truwen in desser schrifft. Vppe dat dat desse vorbenomeden stücke stede und vst bliuen so hebbe wy desse Breue gegeuen vnde gestediget met vnsem Ingesegel. Desser Dinck tugen Her Busso van der* Dolle. *Her Gerart van* Bertkow, *Her Merten* van der Hude, *vnde Her* Otto van Dewitz *Riddere vnde noch anderne bederuer Lüde. Desse Bref is gegeuen in den Jaren Godes Bort 1324. des Medwekes na sente Elsebethen, in dem Dörpe to Musenbeke.*

ævo plane caruit juris romani præconibus & Ictis romanizantibus, quos hodieque ignorat & despicit, præterea multiplices illi abusus obstagiorum non juri, sed vitio hominum tribuendi sunt; hinc facile consultius Holsatis visum est, usum utilissimi juris ab adspersis nævis seu abusibus repurgare, quam eundem propter abusus abdicare. Quæ ipsa reformatio feliciter cessit *Christiano IV* regi Daniæ & *Joanni Adolpho* Holsatiæ duci, qui abusus omnes præcipue ab hominibus gulosis & more germanorum olim paganizantium bacchanalia viventibus invectos eliminarunt usumque obstagii integrum rectumque restituerunt, præscripta ejus norma legali in Sanctione de servando obstagio Haderslebiæ a. 1606. promulgata, a. 1630. declarata & renovata, Ordinationi etiam judiciali aulicæ & provinciali revisæ a. 1636. inserta. Quæ rationes Cæsarem Imperiumque, non obstante supra allegata contraria ordinatione imperiali, moverunt, ut a. 1648. *in Instrumento Pacis imperialis Germ & Svecicæ seu Osnabrugensis articulo VIII. §. de indaganda* denuoque *in Recessu imperii a. 1654. §.* 171 usus juris obstagialis Holsatiæ speciatim salvus & illæsus fuerit declaratus. Causas hujus rei historicas quasdam & juridicas adductas vide apud IRENICUM *ad Burgold. P. II p. 130.* HAHNIUM *Commentat. ad Paragraphum Pacis Osnabr. de indaganda:* HENNINGESIUM *in Meditat. ad Instrum. pacis d. l. & Dn. de* MEIERN *in Actis Pacis Westphalicæ.* Addi poterunt consultationes & declarationes provinciales holsaticæ de jure obstagiali a. 1633. Kiliæ, a. 1637. Flensburgi & sæpius factæ; consilia etiam & acta varia obstagialia, quæ autographa forte delata sunt in Sueciæ tabularia. Collectionibus præjudiciorum juris obstagialis, quæ manuscriptæ circumferuntur, nec quicquam pretii detraho, saltim de iis magnifice haud arbitror, nisi nitantur vel lege vel genuina consuetudine obstagiali harumque rationibus & analogia patrii juris eo nimirum casu, quo quæstio nec lege nec observantiæ ure fuerit decisa. Tantum vero abest, ut cum Jureconsultis romanizantibus, præjudiciis effectum nomotheticum seu vim legis tribuendam esse statuam; ut potius nullo casu, etiam eo, quo controversia deficiente lege & consuetudine ad æqua ratiocinia seu arbitria judicantium rediit, præjudiciis simpliciter spectatis necquicquam Legis seu normæ nomotheticæ vindicem. A principe enim Legislatore, non a doctoribus & judicibus vel horum opinionibus repetenda est potestas & obligatio legislatoria, quin rationibus status civilis & reipublicæ germanicæ omnino congruum est, existente casu *deficientis* vel *dubiæ Legis* & *observantiæ*, ante ferendam sententiam judicialem a Principe vel normam judicandi vel explicationem ancipitis juris repetere, quæ ipsa mox certam Legem constituit. Dum vero de hac vel de consuetudinis jure, ceu fontibus decidendi in judiciis, recte constat, quid refert anxie disquisivisse de præjudiciorum autoritate & obligatione? Non enim a præjudiciis Legum vel constitutio vel interpretatio vel vis & autoritas, sed a lege & consuetudine præjudiciorum dignitas dependet. Recte itaque dixeris: Præjudiciorum usum & autoritatem insignem quidem esse, sed non oriundum ex ipsis & solis præjudiciis seu eorum forma; sed ex ipsis Legibus constitutis & observantiis receptis, quibus præjudicia innituntur, uti fusius exposui in *disput. de indole practica juris Lubecens. in Civitatibus Mecklenb. §. 12. p. 40. sqq.* Addo vero quædam selectiora juris obstagialis præjudicia e Codice MSC. b. HINR.

CHRI-

XLIII. *Privilegium ſuper valle apud portam Bramow deſtruenda.*

1325. In nomine Domini amen. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas intuentibus *Henricus* Dei gratia Magnopol. Stargard. & Roſtoch Dominus ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi tam præſentes, quam futuri, quod dilecti Conſules Civitatis noſtræ Roſtoch. nobis quasdam literas ſub veris ſigillis obtulerunt, licet vetuſtate conſumptas, tamen lucide legi poterant, in hæc verba: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Woldemarus Dei gratia Dominus de Roſtoch, omnibus præſens ſcriptum intuentibus in Domino ſalutem & perpetuo robore duraturum. Ratio veritati conſona docet, ut acta temporum ſcriptis & ſigillorum appenſionibus ſic ſervemus integra, ne ab aliquibus poſtmodum incidente calumnia valeant infirmari. Itaque ad notitiam omnium volumus pervenire, quod nos ad inſtantiam dilectorum Burgenſ. noſtrorum in Roſtoch habitantium, vallem apud portam *Bramow* a dilecto patre noſtro ad caſtrum ædificandum inchoatam, propriam intuentes utilitatem, maturo ducti conſiliò decrevimus penitus deſtruendam, nec a nobis nec a noſtris poſteris amplius conſtruendam. Ut hæc ergo ordinatio ſtabilis & firma permaneat, præſentem paginam noſtri ſigilli appenſione tradimus communitam. Hujus rei teſtes ſunt, milites, Dn. Gottanus, Dn. Johannes de Zwertze, Dn. Georgius, Dn. Eghardus de *Dechow*, Dn. Hermannus *Muſtico*, Conſules vero Gherlaus, Thidericus Rufus, Hermannus Albus, Hinricus Scule, Hermannus *de Lowe*, Conrad *de Magdeburg*, Andreas *de Cuſuelte*, Hinricus *Sapiens*, Conrad Parvus, Godefridus Dolevot, Reinerus Reinberti, Lutbernus, Hinricus de *Bützow*, Vollandus, Ghernandus, Reinoldus de *Staden*, Thidericus de *Grevesmol*. Acta ſunt hæc Anno Dni MCCLXVI. ſexto Kal. Nov. Nos igitur Hinricus Magnopol. Stargard & Roſtoch Dnus ſupradictus, cum noſtra interſit inveterata privilegia dictæ Civitatis non infringere, ſed confirmatione ſtabili innovare, literas ſupra ſcriptas certa ſcientia noſtra ratificando, tenore præſentium innovamus, quibus ſigillum noſtrum in teſtimonium eſt appenſum. Teſtes ſunt, Martinus de *Huda*, Matthias de *Axekow*, Wipertus de *Lutzow*, Godefridus de *Bülow*, Reimarus & Johannes de *Pleſſe*, Volradus *Smeker*, Hinricus *de Blücher* & Hinricus *de Barnekow*, milites, Thidericus *Clawe* & Hinricus *Bonenſack* armigeri fideles noſtri cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum *Warnemunde* Anno Domini Millelimo CCC quinto Sabbato proximo poſt feſtum ſancti Jacobi Apoſtoli.

XLIV. *Conſules Sverinenſes Conventui Reinefeldenſi areas & horrea quædam in urbe indulgent ſecundum jus civitatis, Burrecht.*

Wy Rathmanne van Schwerin *olt und junge* 1326. *bekennen openbare an diſſem Breve, dat wy mit beradenem Mode laten hebben deme* Abbate unde deme Convente van Reinefelde *dat Rum uppe der Nienſtad alſe et begrepen is mit Schünen und mit* Spieckern, *und mit allem Rume, alſe et Broder Gherd begrepen hefft, dat dar nümment vorbuwen ſcall, dat en hinderlich ſy, dann ock dat Rum butten de Stadt dar de Möle ſteyt binnen deme Tune by beyden ſit des graven, enwilicken to beholdende na* BUR Rechte, *alſe dat ſe vor alle* Schat *und alle* Plicht, *welleck Broder in der Möle to Schwerin is, tu St. Michaels Duge jeglikes Jahres Twelff Schillinge geven ſcholen den Rathman van Schwerin ſünder Tagerniſſe. Tueneme Tüge dieſes verſprokenen Ding, ſo hebben wy unſe Ingeſegel vor düſſen Breve gehangen, de gevenis na der Bohrd Godes MCCCXXVI. des Mittwekens na Quaſimodog.*

XLV.

CHRISTIAN. STRYKII *Cancellarii aulici: I. Qui fidem ſervandi obſtagii præſtare renuit, prævio primo alteroque mandato pœnali condemnatur in pœnam conſtitutionis Haderslebienſis; ita judicatum eſt in cauſa V. D. M. eccleſiæ Bovenow contra Frider. Broktorp in Bohſee* Haderslebiæ *d. 10 Febr. 1604. Item contra Jurgen Schwabe petente Sievert Grubbe Sleſvici d. 9 Dec. 1603. ut & contra Chriſtoph. Rantzow in Seedorp Haderslebiæ d. 24. Sept. 1610. contra Claus Rantzow ad inſtantiam Wulff a Damm Haderslebiæ d. 23 Mart. 1614. Contra Becke de Buchwald pro M. Johanne Schrözero Præpoſito Hadersleb. Flensburgi d. 4 Novembr. an. 1620. & in cauſa Hinr. Weſſling contra Margarethan ab Ahlefeldt Kiliæ d. 1. Septembr. 1623. II. Hypotheca conſtituta ab eo qui ad obſtagium vocatus vel tanquam obæratus ſuſpectus eſt, collocatur unter gemeine Pfenning Briefe; judicatum Sleſvici a. 1608. d. 17 Dec. in cauſa Goſche ab Ahlefeld contra Jurgen ab Ahlefeld, item in cauſa Breide Ranzow in Bohtkamp. III. Debitor qui non ſolvendo exiſtit, creditori addicendus eſt ad manum, ſoll dem Creditori an die Hand gegeben werden, quod juris eſt Saxonici antiqui; judicatum Haderslebiæ a. 1614 in cauſſa Detlev a Wiſch contra Goſche Ranzow. IV. Obſtagii rigor ita aliquando remittitur, ut obſtagiatus coram judicio comparuerit cauſæque diſcuſſioni ipſe interfuerit, uti judicatum eſt Flensburgi d. 30. Febr. 1620 pro Diederico Rixmſſen; Kiliæ a. 1631. pro Jacob Dietrichſen, Holſten & Conſortibus. V. Anno 1631. d. 15. Oct. pronunciatum eſt in judicio provinciali in cauſa D. R. contra M. v. A. ejus Curatorem & filios: daſs beklagte Mutter und ihre beyde Söhne, als welche des Vaters Erben geworden, das verſchriebene obſtagium zu halten ſchuldig. Paulo poſt Gotorpiæ judicatum: Vinculum obſtagii utpote perſonaliſſimum non tranſire ad hæredes, ſed hos conveniendos eſſe actione hypothecaria. VI. Anno 1648. d. 21. Dec. Gotorpiæ pronunciatum: Daſs weil Joachim Rahtlow, der einmahnung ohnermeſſen, kein gewöhnliches Einlager gehalten, derſelbe billig die poen der Hadersleb. conſtitution verwürcket habe dergeſtalt daſs er ſeiner ehr und Redligkeit verluſtig zu erkennen, und von Schild und Helm zu ſetzen; doch auf geſchehener Vorbitte dieſe Urtheil dahin mitigiret werde, daſs er ad perpetuos carceres condamniret ſeyn und zu ſeiner ſuſtentation aus ſeinen Gütern 1000. Rthlr. zu nehmen wären, davon er die Zinſen jährlich zu erheben haben ſollte. VII. Anno 1653. d 6. Oct. in cauſa Claus a Buchwald uxor. nomine contra Claus de Wiſch in Freſenbugen in puncto donationis mortis cauſa principaliter, incidenter ſervandi obſtagii vel ſolvendi debiti in ſolidum ita pronunciatum: Daſs obgleich in foro Sleſvicenſi dergleichen donationes regulariter, proximorum ſcilicet conſenſu haud accedente, nicht gültig, dennoch weilen die Erben ſich gleichfalls ſub obſtagio dazu verbunden, das Einlager non obſtante priori exceptione zu halten oder die Bezahlung und zwar auf die gantze Summe zu leiſten ſey unangeſehen daſs plures hæredes vorhanden, zumahlen die obligationes obſtagiales aliquid individui nach ſich ziehen; unterdeſſen ihm dennoch bevor bliebe, ſeine cohæredes zu belangen und ſich wieder dieſelbe des beneficii cedendarum actionum zu gebrauchen. VIII. Homo proprius ſervare debet obſtagium; ita judicatum in judicio provinc. a. 1654. d. 16. Nov. in cauſa Wilhelm. Schneben*

XLV. *Hinricus Dominus Megapolensis testatur Hennekinum Moltik villam Kerzebom, (hodie Kassebom prope Rostochium) vendidisse ad manum coniunctam & obtulisse in pheodum ac ius Vasallicum, reservato sibi iure maiori ad collum & manus item iure vasallico precariæ & feudalis collationis, addita conditione ut emtores & possessores futuri libertatem a servitiis salvo nexu feudali concessam recognoscant annuatim per donationem unius paris caligarum.*

1327. Nos Hinricus Dei gratia Magnopolensis Stargardiæ ac Rozstochii dominus. Recognoscimus præsentibus publice protestantes quod dilectus nobis Hennekinus Moltik famulus filius Vickonis Moltiken militis piæ memoriæ coram nobis recognovit se *maturo prehabito consilio ac cum consensu omnium quorum interest* villam suam dictam *Kerzebom* Konegundi puellule filiæ Johannis Papen bone memorie civis in Rozstoch, similiter Engelberto de Bomgarden, Reynekino Ryken, Henningho de Mægdeburgh ac Bertoldo Nachtraven Burgensibus in Rozstoch *eorum omniumque heredibus ad manum coniunctam* pro centum & septuaginta quinque marcis puri argenti rite & rationabiliter vendidisse ac in iustum *pheudum & ius vasallicum* porrexisse cum omnibus suis pertinentiis videlicet in curia prope sita, silvis, campis, areis, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, possessionibus, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, virgultis, paludibus, viis & inviis, exitibus & regressibus, seu aliis quibuscunque prout infra terminos & per terminos suos in longum & latum protenditur cum omni utilitate libertate ac proprietate *absque servitio quolibet* perpetuis temporibus libere & pacifice possidendum *excepto iure* MAIORI, *videlicet manus & colli*, quod *iure & more vasallatico mediante precaria ac pheodali collatione sibi & suis successoribus reservavit*; Villa in eadem pro SERVITIO dicto *Hennekino & suis heredibus* annis singulis qualibet vigilia nativitatis Domini *unum par caligarum* ministrabit benivole ac benigne. Conditum est etiam quod si prædicta juvencula Konegundis heredesque ipsius seu aliquis nomine ipsorum vel alii prænotati videlicet Engelbertus Reynekinus, Henninghus ac Bertoldus & eorum heredes dictam villam Kerzebom vendere seu obligare decreverint illi seu illis Hennekinus supradictus & heredes ipsius eandem villam conferre *iure* PHEODALI

Schnellen curat. nom. Margar. Reimers in Preetz contra Hans Rumohr hæreditarium in Olpenitz in puncto debiti 200. Thal. principaliter, incidenter servandi ab ejus subdito Thom. Thiesen obstagii: Dass, weil H. R. seinen Unterthanen mit fremden frey zu commerciiren vergünstiget und dabero diese dessen Glauben gefolget, er Thiesen das angekündigte Einlager so fort zu halten oder die 200. Rthlr. zu bezahlen schuldig. Ita etiam judicatum est contra illos, qui absque sua culpa ad incitas redacti sunt, item qui bonis cesserunt c. a. IX. In processu obstagiali non admittuntur exceptiones peremtoriæ, admittuntur tamen 1. exceptio minorennitatis, uti judicatum Flensburgi a 1666. pro Hartw. Schak *qui minorennis & absque curatore, una cum fratre & matre mutuum 2000 Thal. a Joach. Kohlblatt acceperat sub clausula obstagiali. 2. exceptio non adimpleti contractus, uti pronuntiatum in causa Asini Ratlow contra H. Buchwald c. a. 3. indiscretæ cautionis seu invalidæ obligationis, causa debendi non expressa. 4. Falsitatis seu falsæ subscriptionis, uti prævio juramento judicatum Flensburgi a. 1680. in causa H. D. Kohlblatt contra M. H. & Balth. ab Ahlfeld. X. Ex obligatione obstagiali usuræ solvuntur licet sortem superent; judicatum in eod. jud. prov. item a. 1711. Kiliæ in causa hæredum A. contra T. in Küren. XI. In Cancellaria Glückstadiensi pronuntiatum est a. 1707. d. 26. Maj. in causa J. B. contra C. H. J. B. & J. v. L. tutores filii J. S. Dass nur einer von denen 4. contutoribus und zwar der denuntiation gemäss zu Rensburg in weissen Ross so fort zu beziehen und supplicant so dan beregter citation zu folge mit denen supplicatis bey dem Oberamtgericht die Haubtsache zu verhandeln schuldig. XII. Obstagium servare debet tertius, qui debitoris nomine obligationem subscripsit, modo constet, illum speciale mandatum ad subscribendum habuisse, hoc enim in obstagio, tanquam re magni momenti, requiritur, nec sufficit eum mandatum ad contrahendum & subscribendum exhibuisse, nisi in eo mandato expressa obstagii facta fuerit mentio. Qui se ad obstagium obligarunt, illud servare tenentur, sive debitor Principalis sive fidejussor, nec in Processu obstagii admittuntur exceptiones, sed reus aut solvere tenetur, aut obstaginm servare. Ita judicatum im Landgericht 1663. 27. Sept. in causa Detlev von Ahlefelth, contra Claus von Buchwald zu Glasau, ubi exceptiones ex testamento materno desumtæ & contra obligationem ab eadem matre datam oppositæ non sunt attentæ, sed solutio aut obstagium decretum. Obstagii enim Processus est executivus in quo nullæ admittuntur exceptiones, nisi quæ in continenti liquidari possunt, unde replicari solet ad rei exceptiones, eum prius obstagium servare debere & post ex illo exceptiones opponere, quod hæ non in persona sed per Procuratorem fieri possint. Tenetur ergo qui se ita obligavit, illud servare, licet sit 1.) homo proprius 2.) licet ab alio ante sit vocatus & obstagium servet; 3.) licet ante ab alio vocatus & obstagii servatio ipsi fuerit remissa. Limit. hoc 1.) qui absque vitio suo ad incitas redacti, obstagium servare non tenentur: Mev. de discussione Levam. inop. deb. C. A. S. I. n. 92. (quod tamen Holsatiæ Praxis non servat) 2.) qui bonis cessit; sed negat Tabor n. 29. (Praxis Holsatiæ est contraria) 3.) Maritus uxori non tenetur per Constitut. § 14. Obstagiatus non habet amplius jus agendi, uti judicatum 25. Sept. ao. 1633. im Land-Gericht in causa Hans von Ahlefeld contra das Closter zu Itzeho in puncto salarii J. Cum autem Creditores ejus nomine agere vellent, non sunt auditi ob defectum Citationis, quia non Creditores sed ipse debitor citationem extraxerat. Debitori interdum servatio obstagii per sententiam injungitur cum comminatione poenæ des Schuld-Thurms. Ita an. 1614. im Land-Gericht den 8. April in causa Thomas von Ahlefelden pronunciatum: Ist Bekl. also forth nach insinuirung dieses sich nach dem heiligen Hafen zu begeben, und das ihm daselbst vorgestellte Einlager zu halten schuldig, mit der commination, da er dem also nicht nachkommen wird, dass auf dem Fall er in die Straffe des Schuldthurns itzt als dann und dann als itzt gefallen, und darauf ferner gegen ihm ernstlich verfahren werden solle.* Notavit hæc, quæ num. XII. continentur, FUCHSIUS *in Notis MSC. ad Constitutionem Hadersleb.* Ceterum otiosa est eorum cogitatio, qui præeunte STRUVIO *Histor. jur. c.* 6 §. 36. perhibent: *Regem Daniæ & Duces Holsatiæ a creditoribus vocari ad* NUNDINAS, IBIQUE *in* CUSTODIA *detineri* POSSE *ut Creditoribus satisfaciant.* Cerebrina est hæc jurisprudentia, quæ pædantismum sapit. Nunquam enim hujusmodi casus exstitit nec exstiturus unquam est, nisi cogitaveris minus recte de imperantium fide, judiciis & jurisdictione, inepte vero de *subditorum* officiis & prudentia. Quodsi enim olim, vetustiori ævo obligatio Dominorum territorialium clausula obstagiali fuisset munita; abundans tamen fuisset & ex parte *subditi contrahentis* periculosa, usu & effectu etiam destituta. Fac enim, Creditorem eo processisse, ut civili & morali ratione posthabita, Principi obstagium denuntiasset; quis quæso subditorum, quis magistratuum & judiciorum ejus ministrorum id potestatis sibi datum putasset, ut Dominum territorialem mandatis obstagialibus prosequeretur; quis commodum privati istius saluti publicæ & regimini prætulisset, quis coegisset imperantem,

DALI debebunt contradictione non obstante. Præterea si medio tempore curia adiacens ville supradicte ad nihilum redigeretur seu destrueretur, ex tunc coloni dictam villam inhabitantes & eorum successores *pro censu & pensione* eiusdem curie supradictis ex eorum heredibus annis singulis octo marcarum redditus erogabunt. Item si aliquis seu aliqui prædictam villam imbrigare niterentur quocunque modo Hennekinus sæpefatus & sui heredes eandem disbrigare tenebuntur. In cuius rei evidens testimonium sigillum præsentibus duximus apponendum. Presentes fuerunt Dn. *Rodgherus* Plebanus ecclesiæ sanctæ Mariæ virginis in Rostoch, Wypertus *Lutzow*, Hinricus de *Vitinckhofe*, milites; Nicolaus de *Helpede*, Thidericus *Clawe*, famuli; Arnoldus *Copmann*, Hinricus *Friso*, Consules in Rozstoch & quamplures alii fide digni. Datum & actum in villa *Petzekowe* sub anno Domini MCCCXX septimo in die Ypoliti & sociorum eius.

XLVI. *Privilegium super villa Kerssebom.*

1329. *Henricus* Dei Gratia Magnopol. Stargard. ac Rostoch. Dnus universis Christi fidelibus, præsentes literas visuris seu audituris salutem in Dn. sempiternam. Ad habendam rerum gestarum perpetuam memoriam, scripturarum & testium utentes subsidiis. Notum igitur esse cupimus tam præsentibus, quam futuris tenore præsentium lucide protestantes, quod dilecti nobis fideles nostri Vasalli, Johannes & Vicko fratres dicti Moltken, filii Vickonis Molteken, militis, in præsentia nostra constituti sponte recognoverint se cum consensu heredum suorum & amicorum consilio rationabiliter vendidisse coram nobis cum omnibus, quorum interest, vel interesse poterit, legitime resignando viris honorabilibus dilectis nobis Consulibus & Universitati Civitatis nostræ Rostoch villam suam totam Kerssebom dictam pro numerata pecunia ipsis persoluta, prout ipsa villa in longum & latum infra suas jacet distinctiones, cum integra proprietate & perpetua libertate, cum omni judicio, *majore* videlicet manus & colli, atque *minore* cum omnibus precariis, cum reditibus, fructibus & utilitatibus, cum agris cultis & incultis, pratis, pascuis, rubetis, paludibus, cespitibus, aquis, aquarumve decursibus, viis, semitis, exitibus & reditibus, cum omnibus proventibus, attinentiis & coadjacentiis universis liberam ab omni servitio, ac eo jure, quo progenitores nostri ac prædicti Johannes & Vicko, eorumque parentes ipsa bona ab antiquo dinoscuntur habuisse & liberius possedisse. Nos vero dictum emptionis contractum gratum & ratum habentes, præhabito maturo nostrorum Consiliariorum Consilio porrigimus præsentibus & conferimus nostris Consulibus & Universitati supra dictis ipsorum meritis & beneficiis exigentibus, prænominatam Villam Kerssebom integram cum omnibus suis articulis præmissis, cum libertate Jurisdictionis, *judicii & juris Lubec.* temporibus perpetuis libere & pacifice possidendam, & in usus suos, pro suo beneplacito convertendam, ita, quod in eadem villa Kerssebom & per cunctos suos terminos, sicut in sua civitate Rostoch sæpe dicta, vel in suis proprietatibus singulis, jurisdictione, judicio, & jure frui debeat æternaliter lubit, nobis nihil juris & jurisdictionis in bonis ejusdem villæ Kerssebom sæpe dictis reservantes. Testes hujus rei sunt Wipertus *Lützow*, Georgius *Hasenkop*, Johannes *de Plesse*, Thidericus *Clawe*, Nicolaus de *Axekow*, milites. Dnus Rodgherus *Cappellanus* noster, ac Conrad *Pren* noster Marscalcus, & alii quam plures fide digni. Ut autem hæc supra dicta rationabilis emptio & concessio per nos facta a nobis & a nostris successoribus non corrumpantur, tunc præsentes literas inde confectas nostri sigilli appensione fecimus firmiter roborari, in evidens testimonium veritatis Datum *Sternberg* Anno Domini MCCCXX nono in octava Epiphaniæ Domini nostri Jesu Christi.

XLVII. *Albertus Domicellus Ministro Scholæ & custodiæ ecclesiæ in Bard confert facultatem meundi matrimonium.*

Albertus Dei gratia Magnopolii ac Starchardie domicellus omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi quod collationem seu proAisionem Petro de Aven Scolari exhibitori presentium super officium *Rectoris Scole & custodie ecclesie Parochialis in Bard* per NOBILEM *dominum Wyslaum Principem* quondam ruyanorum legitime factam ratificamur approbamus & nichilominus confirmamus dictumque scole & custodie officium sibi de novo conferimus in hiis scriptis dantes eidem Petro facultatem liberam *matrimonium* contrahendi. In premissorum evidenciam eidem Petro presentes contulimus literas nostri sigilli munimine roboratas. Datum Bard anno domini MCCCXXX tertio feria II. in rogationibus. 1330.

XLVIII. *Ludolphus Episcopus confirmat Hinrici Comitis donationem villæ Lebmkubl ad altare capellæ castri Nigenstadt, reservato judicio summo.*

1332. Vniversis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. *Ludolphus* Dei gratia Zwerinensis ecclesie Episcopus salutem in domino sempiternam. Nouerit fidelium presens etas eorumque fidelis futura posteritas, quod *nobilis* vir dominus *Hinricus Comes Zwerinensis* conuocato & habito sui patruelis dilecti, domicelli *Nicolai* & aliorum omnium, quorum interest vel interesse poterit, consilio ad laudem & honorem Dei & gloriose virginis matris ejus Marie Sanctique Johannis evangeliste pro omnium suorum progenitorum animarum & anime sue remedio ad Instaurandum altare seu vicariam perpetuam in *Capella* castri sui *Nigenstad* totam villam dictam *Lemkule* liberaliter donavit ac contulit pure propter Deum cum omni utilitate proprietate & *precaria*, dominio & usufructu eo jure, quo in

perantem, qui licet non fide & pacto, judiciis tamen privatis & sententiis subditorum se solurum profitetur; in cujus etiam potestate est, processum obstagialem & ipsa obstagia, legislatoria autoritate abrogare. Quod Icti *de citatione ad nundinas & custodia ibidem* addunt, parum abest a fabula. Non enim ad nundinas citantur sed tempore *plerumque* nundinarum solennium Chilonienſium h. e. tempore Solutionis, debitores admonentur præstationis fidei. Nec Kiliæ saltim, nisi rarissime, debitoribus indicuntur servanda obstagia, quæ plerumque alibi in diversoriis, ex arbitrio Creditorum, debitoribus præfiniuntur.

in ſuo privilegio ſuper hoc confecto plenius continetur cuius tenor de verbo ad verbum dinoſcitur eſſe talis: In Nomine domini Amen. Nos Dei gratia *Himricus* Comes Zwerinenſis tenore preſentium recognoſcimus firmiter proteſtantes, quod ad inſtaurandum altare ſeu vicariam perpetuam ob noſtrorum progenitorum animarum atque noſtre anime ſalutem in Capella Caſtri noſtri *Nigenſtad* de pleno conſenſu patruelis noſtri dilecti domicelli Nicolai ac aliorum quorum interest ſeu intereſſe poterit quorumlibet in futurum totam villam noſtram *Lemkule* PETRO *de* BUTZOW *noſtro clerico* donavimus ac contulimus pure propter Deum cum omni *proprietate, petitione, ſervitio & precaria* (*), cum *Judicio minori*, omni *utilitate*, *fructibus* & *prouentibus* ac omnibus ſuis *metis* & *diſtinctionibus*, *agris* ſeu *terris cultis & incultis*, lignis pratis & paſcuis eo jure, quo ipſam villam noſtri progenitores & nos hactenus poſſedimus, nihil Juris ſeu proprietatis vel *ſervitii* aut *precarie* & *petitionis* in prefata villa, niſi *ſupremum judicium manus & colli tantummodo*, nobis & noſtris heredibus reſeruantes. Teſtes hujus donationis ſunt *Honeſti* (**) viri Vlricus *Moltzan*, Hermannus *de Klenow*, Ludekinus *Nigenkerke*, Hinricus *Rauen*, Gerhardus *de Tzülow* milites, Johannes *de* ZYWAN, *Borchardus & Godofridus noſtri* CAPELLANI *Sacerdotes* & quam plures alii fide digni. In cujus rei euidens teſtimonium noſtro ſigillo communiri fecimus preſens ſcriptum, DATUM & ACTUM *Nigenſtadt* anno domini MCCCXXX primo, die dominico proxime poſt feſtum beati Petri ad vincula. Quos quidem redditus & prouentus predicte ville *Lemkule* presbyter, qui pro tempore vel in futurum eidem vicarie deſeruiet ſtatutis temporibus, prout moris eſt, percipiet & tollet pacifice & quiete. Jura autem & conditiones memorate vicarie hec erunt, videlicet quod presbiter pro tempore prenarrate vicarie deſeruiens liberam habebit facultatem miſſam quamcumque voluerit in capella dicti caſtri celebrandi, Si vero alique oblationes eidem presbytero in altari ſepedicti Caſtri oblate fuerint, illas ſibi ad uſus ſuos licite retinebit, ad quarum oblationum receptionem vir diſtrictus dominus *Borchardus* memorati *opidi* (***) Nigenſtadt *eccleſie Rector* largum & benignum appoſuit conſenſum & aſſenſum. Dictus etiam dominus *Himricus Zwerinenſis Comes* JUS PATRONATUS ſibi & ſuis Heredibus ejusdem vicarie reſeruabit pleno jure, nos vero quia hujusmodi donationem ſeu dotationem invenimus rationabiliter eſſe factam, ipſam vicariam ſepedicti domini Comitis pie annuentes affectu, in tuitionem & protectionem ſancte matris eccleſie & libertatem eccleſie noſtre Zwerinenſis recipimus, eamque cum conditionibus & Juribus ſuperſcriptis, inuocata omnipotentis Dei gratia auctoritate noſtra ab eo nobis collata, preſentibus confirmamus in nomine *patris & filii & Spiritus ſancti*. In quorum omnium & ſingulorum euidens teſtimonium noſtrum ſigillum una cum ſigillis predictorum domini *Himrici* Comitis Szwerinenſis & domini *Borchardi* Rectoris eccleſie, in Nigenſtadt preſentibus duximus apponendum. Datum *Warin* anno Domini M. CCCXXX ſecundo feria ſexta poſt Inuocauit.

XLIX. *Privilegium ſuper precaria Villæ Bernſtorp per Dominum Albertum datum.*

Nos Albertus Dei gratia Magnopol. Stargard. & Roſtoch Dnus preſentium tenore recognoſcimus lucide proteſtantes, quod nobis familiaribus & dilectis Conſulibus Civitatis Roſtoch ad reſignationem diſcreti viri Hinrici Friſonis, Conſulis ibidem, heredumque fratris ejusdem, videlicet Thiderici quondam Conſulis ibidem, piæ memoriæ, dimittimus & præſentibus conferimus totam & integram precariam ſuper villam Bernſtorpe cum omni judicio, videlicet majore & minore, ac utilitatibus eorundem, abſque omni ſervitio, ſicut ipſam precariam & judicium majus ſcilicet manus & colli ac minus videlicet ſexaginta ſolidis & infra dilectiſſimus pater noſter Dominus *Hinricus* memoriæ felicis ſuis que heredibus dimiſit & conceſſit, prout literæ (*a*) ejusdem patris noſtri ſuper hoc confectæ plenius proteſtantur. Inhibemus igitur omnibus noſtris Advocatis & officialibus ne dictos Conſules noſtros in precariis, quoties ipſas petierimus & judiciis omnibus aggravent aliqualiter vel moleſtent, ſed magis ipſas precarias & judicia cum eorum utilitatibus omnibus & ſingulis dictorum Conſulum & civitatis noſtre Roſtoch uſibus ſequi permittant ordinandos. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt Wipertus *Lutzow*, Hinricus de *Barnekow*, Johannes de *Pleſſe*, & Nicolaus de *Helpede*, milites noſtri, ac alii plures fide digni. Datum Roſtoch A. Dni. MCCCXXX tertio Craſtino Sancti Laurentii martiris. 1333.

L. *Donatio Precariarum villæ Bandenitze a Nicolao Comite Swerinenſi facta.*

II. DE ELECTIONE RECTORIS. I. Rector Universitatis pro Initio studii *hyemalis* eligi debet *in die Sancti Dyonisii*, & ille tunc electus præstabit consensum in Crastino eadem hora si voluerit acceptare, post acceptionem publicatio facienda est de Rectore Universitatis electo, & cætera peragenda *ipso die Sancti Galli*, ac missa Universitatis celebranda *die Lucæ*. Quod si electus non consenserit medio tempore ab illo crastino Dyonisii providebitur. Pro studio autem *æstivali* eligi debet in *die S. Tyburcii*, & ejus publicatio fieri debet *in octavo ejusdem*, nisi venerit octava ipsius infra octavam Paschæ, alioquin illo casu erit publicatio feria secunda post Quasimodogeniti: Missa vero Universitatis cantanda est sequenti die post publicationem & electus præstabit consensum in crastino Tyburcii eadem hora, qua electus est, Et si non consenserit, providebitur ab isto crastino infra octavam. Locus electionis novi Rectoris, si antiquus Rector Theologus, Medicus, vel Artista existat, sit collegium Theologorum & Artistarum, alias sit collegium juristarum. II. Item in Rectorem eligi debet aliquis de gremio Consilii Universitatis stipendiatus juxta formulam concordiæ, qui si rogatus officium Rectoratus assumere recusaverit, deliberatione præhabita, Aut ante officii finem accepti resignaverit, Causa rationali non subsistente careat stipendio unius anni, & ad electionem alterius procedatur. Et sic privatus stipendio nihilominus ad legendum tempore privationis suæ manebit obligatus. III. Item de consilio Universitatis debent esse soli Stipendiati ex Stipendio *Octingentorum florenorum annuorum*, & omnes illi, exceptis duobus Magistris in artibus, quorum quilibet est de Solario *quindecim florenorum*, Et lectore in jure cujus Solarium est *viginti quinque florenorum*. Possunt tamen præmissi consiliarii duos vel tres graduatos notabiles & non ultra ad consilium admittere cum Universitatis consilio hoc visum fuerit expedire. Modus eligendi Rectorem Universitatis talis est. Tres electores Rectoris per sortem ex Stipendiatis eligantur, qui sub eorum juramentis eligent in Rectorem ex cæteris Stipendiatis, prout eis visum fuerit meliorem, ante extinctionem, seu consumptionem unius parvæ candelæ cereæ ad longitudinem indicis accensæ ipsis termino præfixæ, sub poena privationis sui stipendii per medium annum. ita tamen, quod nihilominus suas exerceant regentias legendo non obstante Solarii privatione. Modus fortiendi sit iste. Rector Universitatis faciet apportari quendam librum plurium foliorum, in quo sæpius inspiciat, donec cæteris sufficiat de consilio Universitatis, & in electo folio secundum ordinem, quem consiliarii elegerunt, Rector antiquus habebit literam in superiori linea prima secundum ordinem electum. Immediatus post eum literam ejusdem ordinis in secunda linea, si

non fuerit eadem cum litera Rectoris antiqui, Alias ibit ad literam ſequentem in eadem linea tam diu, quo uſque inveniat literam aliam, & ita per totum in lineis procedetur, uſque ad ultimam incluſive, & ita quolibet de concilio Univerſitatis certam literam alphabeti habente, illi tres qui literas ſecundum Ordinem alphabeti priores per præmiſſam ſortem habuerint erunt novi Rectoris Univerſitatis electores & præmiſſo Juramento de eligendo idoneum ad electionem procedere debent. JURAMENTUM ELECTORUM Rectoris Univerſitatis eſt: Ego N. juro, quod ad officium Rectoratus eligam quem ad hujusmodi officium ſecundum meam conſcientiam pro poſſe & noſſe judico meliorem idoneum omni amore, odio aut privato favore excluſis, ſic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum conditores ſ. & Sancta Evangelia, quæ verba addita ſunt manu LEONIS. JURAMENTUM Rectoris Univerſitatis aſſumendi eſt: Ego N. Rector Univerſitatis ſtudii Roſtochienſis promitto & juro, dictam Univerſitatem & ſtatuta ejus efficaciter exequendo, pro poſſe & noſſe in juribus & libertatibus ſuis conſervare, ipſiusque Univerſitatis, & conſulum communitatis oppidi Roſtochienſis utilitatem, & honorem procurare, durante officio mei Rectoratus absque dolo & fraude. Et quod infra octo dies poſt diem publicationis novi Rectoris excluſive immediate computando mei officii reddam rationem cum effectu. Et quod per menſem proxime ſequentem non recedam a loco Roſtochienſi niſi ſuper hoc per conſilium Univerſitatis mecum fuerit diſpenſatum, ſic me Deus adjuvet. Item Officium antiqui Rectoris expirabit facto juramento per novum. It. Rector Univerſitatis per electores Rectoris non debet continuari, ſed alius de novo eligi. Sed anno finito a tempore ſuæ electionis computando poteſt Rector antiquus per novos electores ſi ipſum elegerint, & non alias in Rectorem aſſumi.

Immutabile.

III. DE OFFICIO ET POTESTATE RECTORIS. I. Rector infra octo dies poſt acceptationem officii Rectoratus a novo convocet ſingula Univerſitatis ſuppoſita ad locum congruentem ad audiendum eis novum Rectorem publicari, & ad recipiendum juramentum per Rectorem novum præſtandum, nec non ad tradi videndum novo Rectori *Sigillum Rectoratus*, atque alia *clenodia atque utenſilia Univerſitatis*. II. Item infra octo dies poſt diem publicationis novi Rectoris fiat computatio de perceptis & expoſitis per antiquum Rectorem, præſente conſilio Univerſitatis ad hoc convocato, Et ſi voluerit Rector his qui præſentes fuerint propinam faciat, absque prandio & coena ſine dolo & fraude, cujus ſumma valorem Horeni Renenſis non excedat, Quod ſi aliquis Rectorum ultra Horenum expoſuerit, & prandium vel coenam fecerit, quinque florenos Univerſitati irremiſſibiter ſolvat. III. Item Rector pro tempore exiſtens habeat tertiam omnium proventuum provenientium durante officio ſui Rectoratus, de Sigillo, de intitulatis, & aliis proventibus, excepta cera pro Candelis & burſis per graduandos Univerſitati dandis, de quibus nihil habebit, excepta etiam ſpoena pecuniaria delinquentium, quæ dividetur in tres partes æquales, una Univerſitati relinquenda, & alia Rectori Univerſitatis & tertia promotori relinquenda. IV. Item computatis & ſolutis ſingulis, hoc, quod per antiquum Rectorem reſiduatum fuerit per novum Rectorem, & per illos, qui habent claves fiſci, ad hoc vocatos, ipſa eadem die ad fiſcum reponatur ſub poena privationis Stipendii pro quolibet ad unum menſem. V Item nullus Rectorum quidquam de fiſco, vel de pecunia Univerſitatis emat vel exponat ſine ſcitu & conſenſu Univerſitatis conſilii iſto ſub moderamine, niſi ille cui eſſet propinandum ſolum paucam faceret moram tunc ei facere propinam licet competentem VI. Item ne ſuppoſita & noſtræ Univerſitatis membra in ſuarum animarum detrimenta jurationi aſſueſcant, & juramenta levi pendant, atque ex Juramentorum levi penſione non advertendo eorumdem juramentorum Sacramentalem Vigorem, & contra eundem perjuria incurrant & Dominum DEUM irreverenter offendant, & ſui ipſius derogent famæ & honori. Volumus & ſtatuimus, quod Univerſitatis Rector aut etiam cujusvis facultatis Decanus, aut vicem tenens Rectoris, ſive Decani in omni caſu vel cauſa, in quo vel qua congruit & licet, Et præſertim, quando veriſimiliter non timetur Univerſitatis aut alicujus facultatis periculum ſive damnum in ſtatutorum abolitione aut debitæ obedientiæ & rigoris diminutione, ſeu remiſſione aut de Univerſitatis defraudatione, & ſic in quolibet ſimili periculoſo caſu pro tunc loco juramenti ſecundum Univerſitatis ſtatuta aut alia rationabili cauſa decenter exigendi ab illo juramentum, qui præſtare tenetur bona fides exigatur & non juramentum; Qui enim contra bonam fidem, ſeu contra fidelitatem infideliter agit videlicet, veritatem negando, aut mendacium ſcienter afferendo, aut contra fidelitatis promiſſionem actu veniendo, dum conſtiterit, aut convictus fuerit ſe ipſum in fama & honore lædit, reddens ſe membrum putridum & turpe atque indecens cujuscunque honeſtæ & approbatæ communitatis, ſed in his multum diligenter conditiones & mores & vita juramentum vel fidem præſtantium reſpiciatur, & non eadem forma circa ſingulos ſervetur, ſed cum aliquibus juſtitiæ & ſtatutorum rigor ſervetur, cum aliquibus vero, qui bonæ ſunt indolis & approbatæ aut probabilis fidei hujusmodi rigor ſecundum præſentis Statuti tenorem temperetur. VII. Item quilibet Rector Univerſitatis pro tempore exiſtens, omnibus membris ejusdem Univerſitatis præferatur, & teneat locum primum. VIII. Item Rector Univerſitatis habeat corrigere exceſſus Studentium de Univerſitate cum Conſilio Rectoris antiqui, & promotoris, ſeu & aliorum quos duxerint advocandos, Birretatos tamen & Licentiatos ipſe ſolus cum præmiſſis non corrigat, ſed hoc ad Univerſitatis conſilium deducet, hoc idem faciat in correctionibus aliorum, ſi emerſerit difficultas. IX. Item in qualibet ſeptimana cauſa rationabili ſubſiſtente Feria ſexta hora decima Rector debet & tenetur facere ordinariam congregationem in loco competenti ſub poena duorum ſolidorum abſenti, &

non

non venienti irremissibiliter infligenda, potestate contradicendi consulis eidem etiam penitus interdicta. X. Item Rector extraordinarias necessitate incumbente poterit facere consilii congregationes. Tunc mandabit sub poena pecuniaria infra quartale floreni Renensis & ultra in scedulis convocationum pro consiliis habendis apponere tenetur poenam non contradicendi. Quod si quis sic vocatus absens fuerit solvat poenam pecuniariam non habendo contradicendi vocem præ conclusis. XI. In congregationibus aliis Scholarium non ultra quatuor solidos, id est octo albos a Scholaribus per Rectorem capiatur. XII. Item Rector debet nulla habita personarum distinctione poenas exigere, quod si neglexerit Rector, tum hoc in poenam solvat, tantum, quantum is, qui delinquit, & illam promotor vi officii sui & fidei præstitæ a Rectore exigat medietate totius Promotori salva & integra remanente, & alia medietate Universitati tribuenda, & promotor etiam exigat debitam a delinquente poenam, etiam sibi, & non Rectori mediate poena applicanda, & residua ea medietate Universitati relicta. XIII. Item Rector nunquam præcipiat sub debito præstiti juramenti seu obedientiæ, nisi contumacia præcesserit, vel necessitas illud evidens exposcat. XIV. Item Rector faciendo mandata publica ad hostia sic scribat: Nos N. Rector Universitatis studii Rostochiensis, & sequatur, Mandamus omnibus, & singulis suppositis & membris Universitatis ejusdem. XV. Item quilibet Rector Universitatis in principio sui Rectoratus in primo mense post juramentum præstitum facta suppositorum Universitatis plena congregatione in loco competenti, statuta eadem suppositia concernentia, per se ipsum semel publicare teneatur, nisi ex causa rationali hoc longius duxerit differendum sub poena unius floreni. XVI. Item Rector in primo mense sui Rectoratus videlicet post juramentum præstitum, leget in congregatione graduatorum statuta Doctores & Magistros concernentia sub poena unius floreni. XVII. Item Rector Arcam, Baculos, Matriculam, Sigillum, Regestra cum aliis rebus & Clenodiis Universitatis diligenter sine alienatione custodire debet, suo durante officio, quo cessante successori suo jurato in plena congregatione suppositorum, ut præmissum est taliter præsentare sub debito sui juramenti. XVIII. Item Rector per mensem proximum post depositum officium sui Rectoratus a Rostock recedere non debet, sed ibidem honeste. & publice permanere, nisi secum super hujusmodi per consilium Universitatis fuerit dispensatum. XIX Item si contingit Rectorem dispensative ultra tres dies esse absentem, Decanus suæ facultatis ejus exercebit officium quo-usque reveniat Rector, Et si aliquis fuerit Decanus & Rector, qui ultra tres dies abesset, tunc senior suæ facultatis locum suum obtinebit, excepto Decano facultatis artium, qui propter varias ejus occupationes, Rectoris absentis non geret officium, sed Senior ejus facultatis. Si vero solum unus in facultate præsederit, qui fuerit pro tempore Rector, sit tunc vice Rector in ejus absentia senior consilii Universitatis. XX. Item nullum membrum Universitatis trahat aliud membrum de hac Universitate in causa pecuniaria vel injuriarum, aut alia occasione communionis sive participationis Scholastica in Rostock & in ipsius attinentiis exorta, aut oppidanum, vel oppidanam Rostochiensem extra oppidum Rostochiense nisi idem oppidum illi fuerit intecurum, & in eodem judex ordinarius, vel delegatus competens Ecclesiasticus deficere censeretur, sub poena perjurii, quam incurret ipso facto, & quemlibet contra illud Statutum facientem Rector admonere debet, ut obediat statutis & præcipere eidem, ut desistat, qui si rebellis & inobediens fuerit declaret illum hujus statuti poenam incidisse, & in terrorem aliorum, in multis excessibus corrigendis, expedit, quod Universitatis Rector contra rebelles, & inobedientes publice procedat, cum denunciatione in valvis Ecclesiarum.

IV. DE INTITULATURA ET PRIMO PONITUR JURAMENTUM PRÆSTANDUM AB INTITULANDO. I. Ego N. juro vobis Domino Rectori vestris quoque in hoc officio successoribus obedientiam in licitis & honestis, & quod volo servare statuta, & per ipsam Universitatem statuenda, nec non bonum ipsius procurare pro posse & nosse, sic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum conditores. II. Item juro, quod si propter excessum, per me commissum aut propter inobedientiam per Universitatis Rectorem mihi mandatum fuerit, ut infra certum terminum de oppido Rostock recedam, & ante terminum mihi præfixum non revertar, illud cum mandatum fuerit semota omni rebellione exequar, nisi super dicto recessu & termino mihi præfixo per Consilium Universitatis sive per Rectorem, fuerit mecum dispensatum, Et quod volo deferre habitum undique clausum juxta dispositionem Statuti Universitatis, sic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum conditores. III. Illud autem juramentum non ab *incolis*, sed ab *adventitiis*, a juvenibus, & levibus personis, secundum arbitrium Rectorum exigatur, & signetur nota juramenti facti in matricula ad nomen intitulati. IV. Item Universitas habeat matriculam, in qua omnes, qui causa studii Rostock accesserunt, seu privilegiis Universitatis gaudere, aut pro membris ejus reputari voluerint conscribantur, juramento prius præstito, & eo, quod ad fiscum dare debuerint, soluto, nisi ipsos Rector ex certa causa rationali duxerit honorandum. V. Intitulandus de communi statuto, ut sunt filii *Militarium, Burgensium* & *civium* non beneficiati minoribus beneficiis, ut vicarii & similes solvant Episcopalem florenum, & in depositione Beanii prædictæ medietatem summæ non excedant, sub poena dupli, sed infra, si voluerint exponant, Canonici vero non tenentes statutum, nec ipsorum sit absentia pinguis, prædictis æquiparantur, sed Canonici statum tenentes, & inferiores prælati, nec non plebani pinguium Ecclesiarum solvant florenum Renensem. Prælati autem superiores cum nobilibus statum tenentibus, duos solvant florenos. Prælati inferiores sunt, ut Decani Ecclesiarum collegiatarum & Thesaurarii, cantores, Scholastici cum similibus utrarumque Ecclesiarum. Superiores sunt,

sunt, ut Decani Ecclesiarum cathedralium, præpositi, Archidiaconi, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum, tam Secularium, quam regularium. Principes vero Duces & Comites Abbates, Episcopi & superiores solvant secundum quod suæ congruit decentiæ & honestati, ultra tamen summas prætaxatas. VI. Item *filii incolarum oppidi Rostochiensis*, nihil dabunt pro intitulatura, nisi cursoribus duntaxat. VII. Item nullus præmissorum amplius solvat de simplici vel inferiori Statu pro Beanio, quam mediam taxam eius, quod solvit pro intitulatura. Nec aliquem vocabit extraneum, sed solum sociis & Magistris de domo commensalibus & in domo non alibi propinabit sub poena duplici fisco Universitatis applicanda. VIII. Item Dans *florenum Episcopalem* pro intitulatura, vel infra vel forte irremisibiliter cursoribus Universitatis dabit tres solidos, qui vero florenum sex Solidos, Qui duos duodecim solidos, qui vero ultra dederit pro intitulatura juxta suæ honestatis debitum, dabit cursoribus ultra summam minus dantium aliorum. IX. Item in singulis quatuor temporibus anni quilibet Scholarium cursoribus dabit ad munus unum solidum Sundensem, graduatus duplum, de majoribus prælatis nobilibus & doctoribus quilibet ultra dabit arbitrarie secundum exigentiam sui status. X. Item Salario intitulaturæ Rector nulli parcere debet, nisi filii incolarum hujus oppidi Rostochiensis, alioquin de suo solvat, aut de ejus parte defalcetur, nisi causa rationalis subsit, propter quam aliquis sine pecunia sit intitulatus, quam Rector apponere, & adscribere debet intitulato, ne taliter intitulatus per aliquem Rectorem succedentem amplius moneatur. XI. Item Rector intitulati cujuslibet nomen apponat in fine, diem, mensem & taxam, quantam dederit pro fisco Universitatis, Quicunque enim intitulatus secundum statuta non dederit, penuria vel paupertate prohibente si in Universitate perseveraverit dare tenetur, quando ad meliorem fortunam pervenerit temporalibus ditatus pro bono Universitatis conservando. XII Item tempore promotionis alicujus vel aliquorum in aliqua facultate Decanus facultatis illius tenetur & debet Rectori pro tempore existenti nomen, aut nomina promovendi, vel promovendorum cum nomine Rectoris sub quo quis asserit se intitulatum in scriptis præsentare, ut Rector scrutetur an promovendus sit intitulatus, quid & quantum solverit tempore suæ intitulationis, & si minus dederit, quam tenor sonat statuti, nisi det plene, si est habens non promoveatur, nisi rationabilis causa in matricula expressa ipsum excusat. XIII. Item quilibet volens studere in Universitate, & gaudere privilegiis ejusdem post ejus adventum intitulari se faciat infra quindenam, Alioquin Lectiones & exercitia post quindenam habitæ per eum, & etiam ante, illi pro forma computari non debet. XIV. Item si Scholaris infra quindenam negleserit se intitulari, vel alias fugerit, moneatur per Rectorem, ut infra sequentem quindenam se faciat intitulari, quod si non fecerit, & tribus vicibus lectiones audiverit per pignorum captionem, ut intituletur ad solvendum duplum compellatur. Sin autem non tribus vicibus lectiones audiverit, & suspicio sit, quod pro Scholaritate venerit nullus burgensium, juxta ordinationem consulatus ultra ipsum hospitatum teneat, aut secum commorantem sustineat, Ac consilium Universitatis suos mores ad parentes proximis suis, ut eum revocent, rescribat, vel consulatui illius loci unde processit.

ORDINATIO CONSULATUS *Rostochiensis sit sub hac forma.*

XV. Nullus civium vel incolarum oppidi Rostochiensis sub poena per consulatum ipsum arbitranda fisco dicti oppidi applicanda, teneat seu receptet Scholarem advenam, qui ultra quindenam eidem oppido fuerit immoratus matriculæ Universitatis non inscriptus, aut quemcunque Rectori rebellem, aut inobedientem, aut intitulatum Scholarem quemcunque absque licentia de standō inter Laicos eidem Scholari per Consilium Universitatis expresse concessa. XVI. Item nullus Scholarium stabit extra regentiam per Universitatem approbandam, nisi per Consilium Universitatis sit ad alias & alibi standum licentiatus licentia tamen temporali, ut ad medium annum, ultra quod tempus nisi habita nova licentia ab ejus hospite ut præmissum est minime teneatur. XVII. Item tempora ad gradum cujuscunque facultatis ex statuto expresse requisita debent illi sufficere, qui tanto tempore in regentia stetit, & onera regentialia plene subivit. Ei vero qui tanto tempore in regentia sub Rectore regentiæ stetit, & interim mensam alibi habuit, licet Rectori pro rata expensas solvit tempus expressum in statuto cum ipsius quarta requiritur & sufficit. Ei vero qui simpliciter extra regentiam tanto tempore fuit, licet cum eo dispensatum extitit, tempus expressum in statuto cum ipsius tertia parte requiritur & sufficit, ubi ejus paupertas non foret aperte declarata, nisi super tertia & quarta temporis per suam facultatem cum promovendo foret dispensatum, Ei autem qui extra regentiam simpliciter vel pro parte ut præmittitur alibi mensam tenendo sine dispensatione Universitatis aliquo tempore steterit lectiones & exercitia pro illo tempore habitæ pro gradu ipsi non computabuntur. Quapropter volumus, quod graduandi in eorum scedulis scribant, ubi & cum quo tempore requisito steterant, vel habitabant. XVIII. Item nullus legentium aut disputantium scienter non intitulatum aut extra regentias stantem absque licentia ad lectiones aut exercitia, nisi duntaxat ad tres dies scienter foveant, admittat, sub poena medii floreni fisco Universitatis irremissibiliter, totiens quotiens contrarium fecerit persolvendi. XIX. Item Rectores regentiarum aut quivis alii graduati, vel Scholares Universitatis nullum aut nullos intitulatum vel intitulatos in regentiis vel habitationibus suis scienter foveant, ultra octo dies sub poena dimidii floreni. XX. Item si aliquis fecerit se intitulari ad matriculam Universitatis, & non studeat, aut actus Scholasticos non exerceat, & per Rectorem monitus actus Scholasticos temptare non curet, ille est patriæ suæ per subtractionem stantiarum

Immutabile.

Immutabile.

tiarum tam inter cives, quam clericos & seculares remittendus, Nisi alicujus Magistri vel Doctoris, aut ipsius Universitatis familiaris existat, pro quo tempore duntaxat, uti possit privilegiis & libertatibus Universitatis. XXI. Item quia expertum est, quod aliquis se Rectori sub nomine alicujus absentis repræsentans, & taliter ipsum absentem intitulari, dolose procuravit, sibique nomen absentis falsè imponens sub nomine alterius præstando juramentum. Ideo statuimus, quod intitulatus & juratus, de quo Rector verisimiliter est dubius per juramentum præstitum requiratur an ipse sit Johannes vel Petrus sic nominatus, & cognominatus, secundum nomen & cognomen quod ille Rectori ad intitulandum expressit, & si dolose processit deleatur nomen inscriptum cum cognomine, & in poenam doli, talis dolosus careat pecunia, quam dedit pro intitulatura, & pro suppositio non habeatur.

V. DE CONCILIIS CELEBRANDIS. I. Primum Consiliarii Universitatis hi soli sunt, de quibus secunda constitutio de Electione Rectoris Capitulo tertio. II. Item quæcunque in conciliis circa negotium consiliabile tractata fuerint, a quolibet secrete teneantur sub bona fide, ad quam quilibet Secretarius ex communi lege dinoscitur obligari nisi Rector decreverit ea revelari & publicari. Ea vero, quæ Rector, aut alius, quicunque in consiliando præsidet, ut Vice Rector, aut alicujus facultatis Decanus specialiter mandaverit secrete teneri, sub debito obedientiæ & poena præstiti juramenti contra intentionem mandantis, minime revelentur. III. Item Rector audiat quemlibet in concilio patienter in ordine suo, in principiis congregationum præcipiendo, ut nullus loquatur, nisi ordine ipsum tangente, & ipso Rectore præcipiente, sub poena quatuor solidorum irremissibiliter persolvenda, medietate illius inter Rectorem & promotorem æqualiter dividenda, & Rectore exigere negligente, & promotore prosequente, eidem Promotori tota cedet medietas poenæ. Rector vero in hanc poenam incidens tantum solvet, quantum is, cujus poenam exigere neglexit juxta statutum prius habitum de officio Rectoris, capitulo duodecimo. IV. Item Rector honeste se habeat in audiendo quemquam de concilio Universitatis, nec judicium alicujus dictum, seu notum verbo, vel facto, vel gestu, levi pendat, aut vilificet, seu personam dehonestet, sub poena octo solidorum, totiens quotiens ab ipso per promotorem vi suæ fidelitatis irremissibiliter extorquenda, & medietate ipsius promotori exequenti tribuenda. V. Item nemo in consiliis dicat alteri convitia, turpia, inhonesta, seu alia, unde non similiter displicentiæ, rixæ & odia directe vel indirecte poterunt generari, & si quis contrarium fecerit a concilio Universitatis, & actibus scholasticis actu sit suspensus, & de cætero non vocandus, donec sufficientem emendam infra mensem ad longius fecerit Universitati, & ideo Rector debet talem non vocare per cursorem ad concilium Universitatis secundum tenorem statuti sequentis, qui etiam conclusis per concilium contradicere non valebit. VI. Item Rector Universitatis congregationem non faciat per quam actus Scholastici impediantur, nisi necessitas vel evidens illud utilitas exposcat, Etiam non vocet ad concilium, nisi illos, quorum interest adesse, secundum statuta Universitatis, & omnes ad concilium pertinentes præcipiat vocari per cursores. Exclusos vero aut a concilio suspensos tenetur non vocare, Quod si secus fieret, quicquid ordinaretur, aut concluderetur in hujusmodi concilio, illis præsentibus, irritum fiet, & nullius firmitatis. VII. Item Rector Magistris & Doctoribus insinuare debet in schedula convocationis materiam & causam concilii, nisi rationalis causa ipsam materiam concilii vel convocationis prohiberet revelari, quod in schedula convocationum debet explicari. Quod si secus fieret, ordinatio vel conclusio pro ista vice facta nullius sit roboris aut firmitatis. VIII. Item Rector quotiens necessitas occurrit, concilium Universitatis congregabit seu convocabit sub poena pecuniaria, nec non sub poena non contradicendi, ut præmissum est, omnes convocando ubi quilibet de concilio dicere tenetur ad proposita vel proponenda in eodem concilio per Rectorem, illud quod sua ratio & conscientia dictat per Juramentum præstitum Universitati, & quicquid major pars dixerit, illud est concludendum, & immobiliter observandum salvo, quod non fiat contra statuta ad immutabilitatem limitata, & quod in præjudicium Universitatis aut cujuscunque facultatis præcipue statutorum eorundem nihil acceptetur. IX. Item Rector, vel cujuscunque causa in concilio agitur, debet cedere, donec fiat deliberatio illius causæ, in quo casu locum Rectoris sequens in ordine obtinebit. X. Item propter dissensiones in Universitate vitandas, & odia cavenda, volumus & statuimus, quod quilibet de concilio Universitatis aut cujuscunque Facultatis debet & tenetur in omni casu, & causam suam propriam vocem & cujuslibet alterius vocem in concilio datam, fideliter celare, neque verbo, aut alio signo cuiquam revelare sine fraude & dolo, & si quis de contrario convictus fuerit, suspendatur de concilio tanquam membrum ineptum, & nocivum, nec recipiatur, nisi rigorosa prævia satisfactione cum obligatione, & cautione sufficienti de simili excessu præcavendo, Et si quis super hujusmodi excessu, delatus aut denunciatus fuerit, aut etiam suspectus vehementi suspicione, Rector vel Decanus concilio præsidens debet & tenetur a tali sic denunciato aut suspecto exigere expurgationem, quam si forte recusaverit, tanquam convictus a concilio suspendatur, & si non fuerit emendatus, suo stipendio privetur cum effectu. XI. Item ad servandum divinæ caritatis præceptum & propter scandala inferiorum, & simplicium, ad honorem Dei & hominum pacem, atque pro nostræ Universitatis conservatione, & incremento salutari, & pro conservatione exemplari, ad quam Doctores aliorum & directores dinoscuntur obligari. Hortamur in Domino Jesu Christo, quod Universitatis nostræ suppositi & membra, & præcipue superiores & aliorum directores in omni conversatione & vita sint exemplares, & in caritate & bono amicitiæ

unanimes, & concordes, Et quia vita humana in ſua conſervatione vix & difficulter absque mutua diſplicentia continuari poteſt, Statuimus, & inviolabiliter volumus obſervari, quod ſi inter ſuperiores, qui dicuntur actu regentes in Univerſitate, ſive inter aliquas facultates, qui ſunt de Univerſitate, aut alicujus Facultatis concilio mutua oriatur diſplicentia & diſſenſio caritativæ unionis, & amicitiæ turbativa, odii & rancoris generativa. Si hujusmodi pacis, & amicitiæ turbatio inter aliquos qui de concilio Univerſitatis fuerit orta, aut inter aliquos qui non ſunt de concilio Univerſitatis: Rector quando illi talis diſſenſio innotuerit partes primo ſeorſim citabit, & utraque parte ad plenum audita, ſi non per ſe & ſolus ſufficit, media amicabilis compoſitionis invenire attentet, aſſumtis viris conſultis, & pacis amatoribus de concilio Univerſitatis inſtet diligenter pro diſcordantium amicabili unione, increpet, redarguat, tortetur pro pace, & ſi opus eſt, petat. Quod ſi aliqua partium ſuo ſenſu innititur implacabilis exiſtens, convocet Rector Univerſitatis concilium, & ſi finaliter aliqua partium obſtinata fuerit, & pertinax in rancoris malitia, & rebellis Rectori, & Univerſitatis concilio, primo ad tempus ſuſpendatur, & ſi in contumacia & rebellione perſeveraverit, absque ulteriori patientia ab Univerſitate excludatur cum effectu. Et ſi vero aliqui de aliqua facultatum, aut de concilio alicujus facultatis inter ſe adverſi fuerint & diſcordes ejuſdem facultatis Decanus ſimiliter cum diligentia ſine dilatione agat pro eorum concordia & pace. Si vero concordare non poterit, referat ad Rectorem, & Univerſitatis concilium, ut procedatur modo ſupra dicto, Et ſi vero inter duas Facultates diſſenſio fiat, Rector aliis vocatis Facultatibus judicet inter facultates diſcordes & diſſenſionis cauſam penitus evellat. Ad præſens ſtatutum aſtricti ſunt Rector, & cujuslibet Facultatis Decanus æquali obligatione, qua obligantur ad procurandum, & conſervandum Univerſitatis bonum. Si negligentes fuerint, ſuper his ipſorum negligentiam Promotor accuſabit. XII. Item volumus & ſtatuimus, quod quilibet actu regens habeat infra ſcripta ſtatuta, ſuum ſtatum & ſuas conditiones concernentia, ut ſciat, quæ fuerint agenda & per ipſum præcavenda, Et omnis ſtipendiatus, & qui eſt de concilio Univerſitatis debet, & tenetur habere ſtatuta Univerſitatis, ut ſe ex illis informet in agendis, & decernendis, atque definiendis pro bono Univerſitatis, & ejusdem ſuppoſitorum regulatione. XIII. Item Univerſitas habeat Notarium publicum, qui ſingulis actibus Rectorum, & conſiliariorum in judiciis debet adeſſe. Et in omni congregatione concilii Univerſitatis, & in aliis actibus ſolennibus Univerſitatis, vel cujuscunque facultatis, dum per Decanum fuerit requiſitus. XIV. Item quilibet Notarius Univerſitatis debet eſſe obligatus ad procurandum pro incolis hujus oppidi Roſtochienſis, vel pro ipſo oppido coram judice Eccleſiaſtico ordinario vel delegato, ſuo ſtipendio ſalvo. Poteſt tamen Univerſitatis concilium alium procuratorem quem cognoverit idoneum eidem oppido vel ipſius incolæ aut incolis ad præmiſſum officium deputare. Eodem jure quemlibet de curſoribus, ſi idoneus fuerit, volumus efficaciter obligari.

JURAMENTUM NOTARIORUM ad Concilium Univerſitatis recipiendorum.

Ego N. juro vobis Domino Rectori & concilio Univerſitatis Roſtochienſis, quod volo omnia per majorem, ſaniorem & potiorem partem concilii Univerſaliter concluſa fideliter conſcribere & celare, donec Univerſitas decreverit hujusmodi publicanda, nullius notum vilipendere aut extra concilium alicui ſeu cuiquam notificando, neque contra Univerſitatem officium meum exercere, & depoſito Notariatus officio ſingula per me collecta, protocollata, & inſtrumentata cum annotatione partium, anni, loci, menſis, & diei apud Univerſitatem relinquere, realiter, & cum effectu tradere, Sic me Deus adjuvet, & ejus ſacroſancta Evangelia ſigno crucis munita, & ſubnixa ſalvo etiam primi ingreſſus Juramenti in omnibus hic ſimiliter haberi pro inſerto &c.

VI. DE OFFICIO PROMOTORIS. I. Quia Univerſitatis Rector propter varias diſtractiones atque occupationes impeditivas in executione ſui officii multifarie impeditur, ideo ut nulla fiat negligentia in ſtatutis ſervandis, & in exceſſibus corrigendis, atque in variis periculis præcavendis, volumus & ſtatuimus, quod in Univerſitate ſemper debet eſſe Generalis Promotor & Superintendens, cujus officium ſit, diligenter & fideliter curam agere, & ſollicite animadvertere, ut ſtatuta Univerſitatis a quolibet ſuppoſito Univerſitatis illæſa conſerventur, & exceſſus exorbitantium cum effectu puniantur. Et ideo ejus officium reſpectum habebit ad omnes exceſſus, defectus, negligentias in Univerſitate, & ſingulis facultatibus exortos, & a quibusvis ſuppoſitis cujuscunque gradus, eminentiæ, vel conditionis exiſtant, commiſſos, etiamſi hujusmodi exceſſus ſive negligentiæ per Rectorem Univerſitatis, aut per alicujus facultatis quatuor facultatum Decanum, aut per ſtipendiatos, aut Regentiarum Rectores in lectionibus legendis, vel neglectis, aut minus diligenter lectis aut exercitiis, aut quovis alio modo committentur, ita quod omnes, aut ſinguli exceſſus aut negligentiæ cum effectu dignis puniantur poenis, & puniendo corrigantur & emendentur, niſi aliqua rationali cauſa a Domino Rectore, & ſuis conſiliariis, aut a concilio Univerſitatis approbata foret ſuperſedendum, aut a puniendo ceſſandum ſimpliciter, vel ad tempus differendum. II. Item Volumus & ſtatuimus, quod tempore electionis Rectoris ſtatim in eadem convocatione fiat electio promotoris, aut determinetur, & exprimatur quis ſit, & debeat eſſe Promotor per inſtantem medium annum, qui etiam in congregatione Univerſitatis facta ad audiendum renunciari novum Rectorem poſt novi Rectoris pronunciationem coram omnibus ſuppoſitis pronuncietur, Et ſimul eadem hora per Rectorem ſtatuta officium Promotoris concernentia diſtincte & intelligibiliter legantur, quia talis modus promulgationis apparet magis honorificus Promotori, & debita reverentia ad eundem habenda attentius impri-

imprimitur cuilibet auditori. Et eadem hora promotor præstabit novo Rectori fidem sub hac forma, quod manu data Rectori dicet Rector: Vos promittitis bona fide, quod fideliter velitis agere, & exercere officium vestrum, secundum statuta nostræ Universitatis? & respondebit: Promitto, statutum vere fidelitatis, quod promotor in sui officii exercitio servare promittit, sequitur explicite sub hac forma. III. Item quilibet qui in promotorem electus fuerit pro tempore sub bona fide promittat ad manus Rectoris noviter electi & jurati, quod suum officium velit fideliter exercere, neminem scienter injuriari, neque cuiquam culpabili & excedenti propter amorem, odium aut favorem, aut timorem, propter munus, vel propter familiaritatem super excessibus & culpis digne puniendis parcere velit, culpam ejus non emendatam supprimendo, aut non accusando, neque propter odium, iram, aut indignationem quemcunque minus juste calumniari aut accusare videlicet innocentem scienter deferendo, aut minorem seu parvam culpam ex proposito, & corrupta intentione majorando. IV. Item quotiescunque Rector Universitatis per Promotorem super aliqua causa, aut aliquo excessu, seu negligentia tribus vicibus admonitus, maneat negligens, neglecta non emendans, Promotor debet, & tenetur Rectoris negligentiam aut excessum præsente Rectore proponere in concilio Universitatis in spem emendationis puniendam. Et si concilium poenam a Rectore decreverit exigendam, illam Promotor exigere tenetur cum effectu, cujus medietatem Fisco Universitatis applicabit, & aliam medietatem Promotor habebit. V. Item Promotor ex suo officio audire debet omnes denunciantes sibi negligentias, aut excessus, videlicet Magistros, Doctores, Licentiatos, Baccalaurios, studentes sive scholares super singulis excessibus, seu etiam negligentiis commissis, & præcipue contra Universitatis statuta, & hujusmodi excessus, & negligentias Rectori deferre, requirendo eundem, quatenus corrigenda corrigat, & prævaricatoribus aut neglectoribus dignam infligat poenam. Quod si Rector negligens fuerit, post trinam admonitionem, ejus negligentiam Universitatis concilio proponere tenetur, ut a concilio prædicto utriusque excessus, videlicet Rectoris, & excessus ipsius denunciati simul corrigantur, & emendentur. De poena vero dicta Rector nihil, sed promotor duas tertias habebit, una tertia debebitur Universitati, nisi alius modus dividendi, in aliquo statuto singulariter fuerit expressus. VI. Item Promotore, ut præmittitur pronunciat sequens statutum legendum est suppositis Universitatis, quod quilibet studentium ipsi Promotori denunciare potest negligentias & excessus Magistrorum, Doctorum, Licentiatorum, & Baccalauriorum, quos committunt minus diligenter legendo, aut disputando, aut non ordinando lectiones pro Scholaribus sufficientes in quacunque etiam facultate hujusmodi defectus committantur, similiter denunciare potest de Regentiarum Rectoribus, si quas negligentias, aut excessus commiserint contra suas Regentiales. VII. Item Promotor sub bona fide præstita Rectori tenetur non alicui unquam denunciatorem manifestare, & fideliter celare, Nisi ex veris, & certis indiciis, & conjecturis Promotor possit scire, aut certitudinaliter conjecturare, quod denunciator odio, fraude, aut dolo prodidisset, & nequitiose ad calumniandum aliquem Magistrum vel Rectorem Regentiæ infamandum, qui proditor pro quantitate sui excessus digna poena a concilio Universitatis esset puniendus. VIII. Item promotoris officium per medium annum durabit, ut ejus officium cum Rectoratu novo incipiat, & cum antiquo finiatur, & novus succedat, eligendus secundum decretum Universitatis. IX. Promotor in omni consilio Universitatis debet esse præsens, & accusare non præsentes, & poenas de singulis exigere, nisi aliquis absentium causa rationali, quam concilium duxerit approbandam, rationabiliter excusaret, qui dum moniti fuerint, & dare recusaverint ad duplum teneantur, quod si non persolverint, dent triplum, quod si recusaverint, sint suspensi a concilio, & graviori poena per concilium puniendi. X. Item in concilio Universitatis proponat Promotor excessus periculosos, & negligentias quascunque aut quæcunque pericula, quæ vergunt ad detrimentum Universitatis, ut consiliis, & circumspectionibus eorum, qui in concilio sunt, præveniantur & emendentur. XI. Item illud officium soli stipendiati, qui sunt de concilio Universitatis secundum certum ordinem, & decretum Universitatis Concilii habebunt, & si quis officium & munus Promotoris subire recusaverit, stipendio suo pro dimidio anno carebit, Fisco Universitatis applicando, & alius in locum suum in promotorem eligatur, & deputetur. Si vero acceptaverit, sed suum officium cum effectu non exercuerit, diligenter & fideliter excedentes denunciando, ut per consilium Universitatis corrigantur in stipendio sui medii anni punietur secundum quantitatem delicti majus vel minus eidem defalcando, Nihilominus ad lectiones legendas suas per suum tempus æqualiter astringetur. Potest tamen aliquis in promotorem electus & deputatus cum consensu Rectoris & Concilii Universitatis alium de stipendiatis in locum suum subrogare, qui similiter fidem præstabit, & ad singula onera Promotoris dum acceptatus fuerit, obligetur. XII. Item Promotor debet habere Universitatis statuta, & secundum ea officium suum peragere diligenter. XIII. Item nullus alius quam aliquis stipendiatus in Concilio existens debet esse promotor inter quos primus Promotor erit, quem sors in eligendo dederit, & de post absque sorte continuabitur, Promotor secundum ordinem sessionis stipendiatorum in concilio Universitatis, nisi ordo tangeret antiquum, vel novum Rectorem tunc enim sequens in ordine gerere debet Promotoriatus officium, & sic in ordine consequenter ab infimo ad caput, & a capite, ad infimum ascendendo & descendendo ad officium Promotoriatus. XIV. Item protestamur, quod in supradictis statutis, & aliis infra scriptis non volumus neque intendimus, Evangelicam excludere doctrinam de fraterna correctione; sed eam magis volumus in singulis traditionibus, & statutis præsupponi & fideliter observari. Quia occulta crimina, nisi sunt multum periculosa, quando non statim

ſtatim remediantur & emendantur absque privata emendatione prævia non publicabuntur denunciando, ita quod nullus contra juris ordinem, & cum fraternæ caritatis læſione lædatur, in ſua forma &c.

VII. DE ORDINE FACULTATUM, ET PROMOVENDORUM, ET PRIMO DE FACULTATIBUS IN GENERALI. I. Primum nulla Facultas aliquid ſtatuat, vel attentet, quod ſit contra Univerſitatem, vel aliquam aliarum facultatum directe vel indirecte, vel quovis alio modo ſtatutumque in contrarium factum, ſit irritum & inane. II. Item nullus detrahat facultati cuiquam in Scholis, in collationibus, in lectionibus, in Principiis, vel alias ubicunque ſed quælibet facultas in ſuo honore conſervetur, ſi quis de oppoſito convictus fuerit, ſi ſit Magiſter vel Doctor, ſit actu ſuſpenſus ab actibus, & a concilio Univerſitatis donec ſecundum dictamen concilii emendam ſufficientem fecerit, Univerſitati & Facultati quam offendit, & ſi emendare non curaverit infra menſem a tempore declarationis ſuſpenſionis ad arbitrium Concilii penitus ab Univerſitate ſit excluſus. III. Item quod concilium Univerſitatis non ſe intromittat de iis, quæ ſpecialiter pertinent ad aliquam Facultatem, niſi requiſitum, vel in caſu negligentiæ, quam Promotor tenetur denunciare, & tunc monitione præmiſſa, ſi aliqua facultas negligens reperta fuerit, poterit concilium providere, niſi in iis, quæ videntur præjudicare Univerſitati, aut alicui Facultati, quia in his poteſt Rector, ut tenetur irrequiſitus providenter vigilare. IV. Item in membris diverſarum facultatum hic ordo ſervandus eſt. Facultas Theologica ſuprema habetur, & prima dignitate, Facultas Juris Canonici & legum locum tenet ſecundum, poſt quam ſequitur Facultas medicinæ, ſed Facultas artium locum tenet quartum, ſecundum hunc ordinem erit Doctorum, & Magiſtrorum ordo, quotiens convenerint nomine Univerſitatis videlicet in proceſſionibus in oblationibus faciendis, in Miſſis Univerſitatis, & in conciliis ſuas voces dicendo, in quibus conciliis non habetur reſpectus ad prælaturas membrorum Univerſitatis, ſi quas habent in Collegiis vel Eccleſiis Cathedralibus, ſed quivis habebit in actibus Univerſitatis ordinem ſuum pro gradu aut Prælatione, quem vel quam quis habet in Univerſitate, unde Rector Univerſitatis ſemper tenebit ſupremum locum, de poſt erunt Magiſtri in Sacra Theologia ſecundum ſua ſenia in ordine, & loca eis aſſignata, ita quod ſenior ipſorum præcedat, deinde ſenior poſt eum uſque ad finem excepto, quod Decanus Facultatis ejusdem omnes illius facultatis Magiſtros antecedet juxta electionem eorundem. De poſt Doctores in jure Canonico & in jure Civili ſecundum ſua ſenia. Item quod ſi doctor in legibus ſenior eſſet, etiam præcederet Doctorem in jure Canonico juniorem & nullum habebit in loco ex hoc prærogativum, quod in utroque jure eſt promotus, ſed ſemper attenditur gradus, in quo eſt ſenior, Et Decanus Facultatis non anteferetur aliis, ſed in actibus Univerſitatis manebit in loco ſui ſenii. De poſt Doctores in Medicina ſecundum ſua ſenia, & loca eis aſſignata, Deinde Licentiati in jure, non faciendo differentiam in uno jurium tantum, vel in utroque, & inter jus Canonicum, vel Civile. Deinde Licentiati in Medicina ſecundum ſua ſenia, & loca eis aſſignata. De poſt Decanus Facultatis Artium, poſt quem Baccalaurei in ſacra Theologia formati, & poſt eos Magiſtri in Artibus ſecundum ordinem ſuum (ſalva Collegiatorum prærogativa, quos juxta ſenium in Collegiatura, volumus poſt Decanum Facultatis Artium immediate locari) & licet inter eos aliquis fuerit alterius gradus, vel aliorum graduum citra licentiam, ille tamen manebit in ordine ſuo non aſcendendo. Poſt quos ibunt Baccalaurei juris Canonici, & legum ſecundum eorum ſenia, & loca aſſignata. Et poſt illos Baccalaurei in Medicina, Deinde Baccalaurei in artibus. Si etiam religioſi fuerint Baccalaurei in Theologia non fortuito illi inter Magiſtros artium collocabuntur, ſecundum quod decentius fieri poterit. Si vero affuerint nobiles, qui excedunt ſimplices militares, ut Duces, Comites & Barones, & ſimiles, ſecundum ſuos ſtatus ſunt præferendi, poſt Rectorem Univerſitatis inter Doctores locandi. Similiter ſi affuerint nobiles prælati hujus Univerſitatis membra aut non membra, ut Præpoſiti, Archidiaconi, Decani, Theſaurarii, Cantores, Scholaſtici, & ſimiles, præcipue Cathedralium, Eccleſiarum, ſimiliter Abbates, & Præpoſiti Canonicorum regularium ſic locentur, & ordinentur, Abbas Doctoribus præferatur, & Prælati ſuperiores, alii vero inter Doctores honorentur, ſint tamen diſcreti Doctores, ut bene conſiderent, quem recipiant inter ſe locandum, ne in conſuetudinem deducatur, quod etiam quilibet de perſonis nominatis, ut Decani, Archidiaconi &c. velit ſibi hujusmodi locum tanquam de jure debitum uſurpare. Similiter ſi actibus ſcholaſticis affuerint proconſules, vel conſules alicujus nominatæ Civitatis, & præcipue Roſtochienſis, qui hujus ſunt Univerſitatis fundatores ac manutentores, aut extranei militares, locentur inter Doctores, & Magiſtros ſecundum celebritatem ſuarum conditionum, Principales lectores religioſorum Monaſteriorum in Scholis noſtris, & actibus Scholaſticis honorentur, & locentur poſt Sacræ Theologiæ Baccalaureos non formatos, aut inter Magiſtros. Hunc ordinem curſores Univerſitatis ſcire debent, & ſub poena conſervare. V. Item Nullus Magiſtrorum vel Doctorum præſumat contra ordinationes vel conſuetudines in Univerſitate tentas, aut ſervatas, aliquem promovere ſub poena perpetuæ excluſionis ab Univerſitate, tam Promoventis quam promoti, & centum florenorum Renen. irremiſſibiliter ſolvendorum a quolibet, & Univerſitati, ut de aliis poenis applicandorum. VI. Item nullum membrum noſtræ Univerſitatis Roſtochienſis in ſtudio noſtro promoveri attentet ad aliquem gradum cujuscunque facultatis ab aliquo Magiſtro vel Doctore qui non fuerit juratum membrum Univerſitatis ejusdem, aut ab aliquo, qui ſecundum ſtatuta Univerſitatis, vel alicujus facultatis ab actibus Scholaſticis eſt ſuſpenſus ſub debito præſtiti juramenti & perpetuæ excluſionis ab Univerſitate ante dicta, excepta

Immutabile.

pta tamen moderatione in sequentibus statutis exprimenda. Juramentum examinatorum. VII. Item totiens quotiens convenerint examinatores cujuscunque facultatis, quilibet eorum publice in conspectu Rectoris Notario Universitatis præsente præstabit juramentum sub hac forma. Ego N. juro, quod omni favore, & odio excluso, diligenter absque dolo examen talis gradus admissos seu præsentatos, quibus examinatis, vel quo examinato judicio meo idoneum & dignum moribus, & scientia ad prædictum gradum approbabo, indignum & non idoneum in prædictis reprobando, Et quod occasione examinis ejusdem nihil accipiam, nec accepi, nec in re, nec in spe, seu promissione ab aliquo examinandorum gratia cujus idoneum ad illum gradum approbabo, sic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum conditores. Juramentum examinandorum. VIII. Item Promovendus in Conspectu Rectoris & Notarii publice sic jurabit. Ego N. juro, quod occasione gradus recipiendi Baccalaureatus vel Licentiæ, Examinatori vel Examinatoribus, Promotori vel Promotoribus, præsentatori, vel præsentatoribus non dedi, seu promisi, non dabo seu promittam per me, vel per alium, directe aut indirecte quicquam pecuniæ æstimabile animo tali, quod per donum vel per dona mihi minus idoneo gratiam promotionis acquiram ad hunc gradum assequendum. Sic me Deus adjuvet, & Sanctorum Evangeliorum conditores. Item anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Secundo, Feria Sexta ante Martini, facta plena convocatione Universitatis apud Sanctum Johannem in loco solito, post multa finaliter concluſum fuit concorditer nemine contradicente, quod promovendus in Magistrum sive in Baccalaureum in Artibus, ac Baccalaureum vel Licentiatum in Theologia, jure Canonico vel Civili vel Medicinis, debeat & debet de præsenti, si & in quantum voluerit, aliam Universitatem citramontanam causa studii intrare, hic in Rostock primo complere, & compleviſſe ſuum biennium, Et hoc fuit a singulis Facultatibus, quia tunc præsidentes omnes in eisdem fuerunt præsentes, acceptatum, & sic debet inviolabiliter observari, Et hoc promovendus in Facultatibus, quibus supra suo firmabit juramento quod præstabit tempore Promotionis, vel receptionis Licentiæ in genere publice in Lectorio, vel Scholis sub relatione ad hoc statutum, quod unaquæque Facultas tenebitur habere scriptum inter statuta suæ Facultatis. T. LUKKE Notarius de mandato Universitatis.

VIII. DE OFFICIO CONSILIARIORUM ET QUI DEBEANT ESSE CONSILIARII SEU RECTORIS ASSESSORES. I. Novi Rectoris Universitatis Assessores debent esse antiquus Rector & Promotor, Notario Universitatis assistente, quorum officium sit assistere Rectori in judiciis, & quoties tractaverit causas contentiosas ad se delatas, & alias eum visitare, quotiens ipsos duxerit advocandos ad minus bis in septimana, videlicet Feria tertia, & feria quinta, in loco & hora a Rectore deputatis, Et post medium annum Rector deposito officio, & novo succedente ipse erit una cum promotore consiliarius novi Rectoris, antiquo Rectore consiliario abcedente in locum ipsius subrogatus. Item Consiliarius ad vocationem Rectoris non veniens incidere debet totiens quotiens in poenam quatuor alborum irremissibiliter solvendorum.

IX. DE OFFICIO RECTORUM REGENTIARUM. I. Primum nullus regentiarum Rector teneat, vel foveat scienter in domo sua discolum, vel immorigeratum sub poena medii floreni. II. Item Regentiales debent tubesse, & debitam reverentiam exhibere Rectori suo, eique parere in his, quæ regentiam concernunt, & regimen ejusdem. III. Item Regentiales cum suo Rectore contendere non debent, nec sibi convitia dicere sub poena medii floreni, totiens quotiens huic statuto contravenerint persolvendi. IV. Item quilibet Regentialis ad omnia jura regentialia teneatur, videlicet ad ponendum pro mensa, & potu, & ad alia onera regentiæ sustinenda, nisi rationalis causa ipsum a talibus excusaret. V. Item Regentiæ claudi debent post sonum campanæ Vigilum sub poena medii floreni, quem Rector Regentiæ ad Fiscum solvet, quotiens in hoc negligens fuerit repertus. VI. Item Clavem Regentiæ Rector habeat, vel ejus fidelis commissarius. VII. Item Rector Regentiæ debet pro suis Regentialibus quolibet die post prandium, & post coenam, unam brevem disputationem, vel lectionem Scholasticam tenere seu teneri facere in materia ipsis competenti sub poena remotionis a Regentia. VIII. Item inobedientes & rebelles & discoli, & præcipue illi, qui conspirationes, discordias, aut alia illicita in Regentiis excitant, dum convicti super his fuerint de Regentiis dimittantur, & cum effectu expellantur, nihilominus integrum censum in poenam suorum excessuum solvere teneantur. IX. Item sic dimissi aut expulsi propter dictas causas & consimiles alibi ad alias Regentias nullatenus recipiantur, nisi concilium Universitatis duxerit eos recipiendos. Alioquin eos recipiens a regimine Regentiæ sit exclusus, & nihilominus decem florenos fisco Universitatis applicandos. X. Item Regentiales sub poena totiens quotiens unius obuli, latine loquantur, & horis lectionum, & exercitiorum, nullatenus in plateis aut campis vagentur, sub poena quatuor solidorum Regentiæ applicandorum, quam Rector regentiæ exigere tenetur, & finaliter Rectori Universitatis debitorem, si non solverit denunciando sub poena octo solidorum. XI. Item nullus Regentialium turpia faciat vel loquatur, nec cum aliquo injuriose contendat, & præcipue in mensa, aut inter socios sub poena ad minus quatuor solidorum, aut majori, quam Rector Universitatis super hujusmodi excessu convicto pro modo excessus duxerit infligendam. XII. Item nec Regentialis, nec aliquis studentium aliquem ludum inhonestum, nocivum aut inconsuetum, civium aut vicinorum provocatorum in domo vel in plateis habeat, aut artem dimicatoriam exerceat, scholas habendo, vel ipsas instituendo in nocte vel in die, sub poena totiens quotiens ad minus medii floreni, aut majori, prout Rector Universitatis cum suis consiliariis duxerit infligendam. XIII. Item

nullus graduatorum(*)seu ſtudentium ſine diſpenſatione præſumat portare cultellum truſilem hic in civitate ſub poena amiſſionis ejusdem & quatuor ſolidorum fiſco Univerſitatis applicandorum totiens quotiens contraierit huic ſtatuto. XIV. Item ſtatuimus, quod nullus conveniat domum pro regentia, niſi ex diſpoſitione Univerſitatis ſit excluſus, ſub poena decem florenorum, & ſuſpenſionis a regendo. XV. Item nullus Regentiarum conventor aliquam domum conveniat ante duos menſes mutationis Regentiarum in qua alter moratur, niſi prius requilierit conventorem inhabitantem, an reſignare velit domum conductam vel retinere ſine dolo & fraude, ſub poena duodecim florenorum pro medietate fiſco & pro medietate conventori perſolvendorum. XVI. Item nullus ſtudentium ſtabit extra Regentiam per Univerſitatem approbatam, niſi per Concilium Univerſitatis ſit ad alias, & alibi ſtandum licentiatus licentia temporali, ut ad quartale anni, vel ad medium annum, ultra quod tempus, niſi nova habita licentia ab hoſpite ſuo non teneatur. XVII. Item Rector domus Concilium Univerſitatis deputandus ſic fidem præſtabit concilio Univerſitatis. Ego N. ſub bona fide promitto, quod meis Scholaribus, præſentibus & futuris in tali domo mecum commorantibus aut commoraturis, volo pra poſſe & noſſe in moribus & diſciplinis præeſſe, ipſos ad latine loquendum cogere, ſtrepitus in domo, & incommoditates, quibus Scholares in domo & vicini vexarentur, non admittere, Rebelles & diſcolos ſub forma ſtatutorum corrigi procurare, & tandem cum opus fuerit concilio Univerſitatis, ut de remedio provideant, denunciare, nec non domum horis ſtatutis ab Univerſitate firmitate non ficta ubique claudere, & clauſam tenere, Cereviſiam quamcunque extraneam vel intraneam per me vel per alium vendere aut pocillatim vendi permittere, Et ſi ſolus rexero, ultra triginta ponentes regentiales, ſi vero alio mihi adjuncto, ultra quadraginta in regentia noſtra non admittam aut aſſumam. Nec Scholares alterius Regentiæ ad me colligere absque expreſſo conſenſu ſui Regentis, aut Rectoris Univerſitatis & ſuorum conſiliariorum. Et in fine temporis mihi conceſſi pro regimine domus ad manus concilii Univerſitatis regentiam libere reſignare gratioſe, ſi mihi ulterius regere placuerit, petendo in eodem regimine continuari. Et quandocunque a regendo deſiſtam, aut requieſcam in aliquo termino, id Univerſitati per dimidium annum ante ipſum terminum ſignificabo, & hic medius annus erit a Paſchæ ad Michaelis, tam quoad hoſpitem domus, quam etiam Univerſitatem. XVIII. Item omnia Clenodia, & Utenſilia Regentiæ comparata per Rectorem domus de communi collecta ſcholarium debent manere in dicta regentia mutato Rectore, & alio ſuccedente. Nec tamen emi per Rectorem novum ab antiquo rectore regentiæ, quia Utenſilia ſunt communitatis & non Rectoris. Non tamen ſic ſunt communitatis, quod quis membrum Univerſitatis exiſtens exiens aliquam regentiam ſuam partem de Utenſibilibus exigere poſſit, quia ſpectant ad communitatem Regentiæ conjunctim, non diviſim, ad communem uſum, non ad propriandum, Niſi Rector cum majori parte Regentialium, illa dimiſſa Regentia, intraret aliam domum regendam, qui recipiat ſecum clenodia & Utenſilia prius comparata. Si vero aliqua domus Regentialis penitus deſierit eſſe Regentialis, & Scholares illius Regentiæ ab invicem diſſolvantur, Facultas illius Regentiæ de Utenſilibus, quibus fuerint applicanda, videbit. XIX. Ita quia non vitatur malum, niſi præcognitum, & audita ſtatim de memoria dilabuntur, volumus & ſtatuimus, quod in utraque Schola, $\overline{Vc}$; Juriſtarum & Artiſtarum in quadam tabula ſcripta appendantur Univerſitatis ſtatuta concluſionatim, excepto omnia ſuppoſita in agendis, & præcavendis generaliter regulantia cum mandato Rectoris mandantis in eisdem ſcriptis, quod nullum membrum Univerſitatis illam tabulam auferre debeat, aut lædere inſcindendo aut cancellando, apponendo vel delendo, aut quovis modo deturpando ſub debito obedientiæ, & præſtiti juramenti, ita quod contrarium huic mandato faciens, aut facienti conſentiens, aut facientem ſciens & celans Rectori aut Promotori non revelando, eadem poena aſtringatur, & involvatur, & tanquam auctor malitiæ principalis ſit puniendus. XX. Item volumus & ſtatuimus, quod in qualibet Regentia Univerſitatis ſtudii Roſtochienſis, ſimiliter in Pædagogio omnia & ſingula ſtatuta regentialium regulativa, & ſtatuta Rectorem vel Rectores in eisdem reſpicientia habeantur appenſa in folio pergameno ſive in tabula in communi Stuba, ſive in Regentialium refectorio, ut nullus illorum ſuper ſtatutorum ignorantia poſſit excuſari, ad quod deponendum, & ſervandum obligabuntur Rectores earundem ſub poena ſuſpenſionis a regimine, & ſub poena quatuor florenorum, quando eorum negligentia fuerit evidens, vel denunciata. Et ſimiliter ad prædicta ſtatuta ſub forma expreſſa apponendum mandatum Rectoris Univerſitatis, ne quis audeat deturpare. XXI. Item ſicut Rectores Regentiarum aſtringi debent, & ſunt aſtricti per Univerſitatis ſtatuta, ut per illam horam, quæ immediate ſequitur prandium factum, quæ non eſt deputata ad lectiones vel exercitia, ſimiliter poſt coenam tractent ſtando, vel ſedendo materiam diſputabilem, quæ utilius creditur prodeſſe regentialibus, quam lectio, quia Regentiales ſic acquirunt diſputandi habitum, & aſſumunt audaciam opponendi ſcholaſtice & reſpondendi, ſic Regentiales poenaliter debent aſtringi quod nullus eorum in hujusmodi exercitio ſe abſentet ſine cauſa rationali a Rectore Regentiali approbata, vel approbanda, ſub poena unius albi denarii, quem ſub poena dupli ſine rebellione eadem die, ſi monitus fuerit, perſolvere tenetur, excepto tamen, ſi aliquis graduatorum in eadem regen-

(*) In alio Codice hic articulus mutatus eſt: *It. nullus ſtudentium cultellos portet truſiles de nocte vel in die aliquo modo in plateis, ſub poena unius medii floreni Renenſis, quoties contravenerit irremiſſibiliter Univerſitati ſolvenda cum amiſſione etiam cultelli, contra faciens, ſi requiſitus deſuper per quemcunque Univerſitatis nomine, & poenam ſolvere, & cultellum tradere recuſaverit debit in poenam florenum Renenſem integrum, quem ſi continuacia iterum exigente ſolvere denegaverit ab Univerſitate, & ejus privilegiis ſit excluſus.*

regentia ſtaret præter Rectorem vel Rectores, qui propter lectionem legendam aut exercitium habendum legitime fuerit occupatus, aut Magiſter aut aliquis ſtudens de aliqua facultate. XXII. Item in eodem exercitio illi qui opponendo vel reſpondendo non ſunt exercitati loco argumentorum dubia vel quæſtiones eis dubioſas proponant reſpondenti, vel reſpondentibus, qui reſpondentes inter ſe & opponentes ordinem habebunt in reſpondendo. Habebit etiam quilibet Regentialium hanc libertatem, quod poteſt dubium movere in fine exercitii, quod in proximo exercitio per reſpondentem pro tunc locum tenentem, aut per Rectorem præſidentem erit diſſolvendum. XXIII. Item licet non omnes ſint aſtricti ad reſpondendum, quia minus idonei excipiuntur, tamen non omnes ſunt aſtricti ad arguendum vel dubium proponendum in ordine ſuo, quia non omnes poſſunt proponere in una hora, nec reſpondens ad ſingula poteſt reſpondere, ſi quis in ſuo ordine negligit reſpondere aut opponere, ſolvat denarium pro poena. XXIV. Item diſpoſitio & ordo reſpondentium & arguentium ſit in ordinativa poteſtate Rectoris illius domus, cujus diſpoſitioni & ordini quilibet Regentialium debet parere, & ſe conformare. XXV. Item ſub poena duorum denariorum, nullus regentialium Cachinnis ſeu contentionibus aut clamoribus, aut interlocutionibus actum hujusmodi exercitii impedire debet, & ſub poena majori vel minori ſecundum delicti quantitatem, cujus judicium ſit in dictamine Rectoris domus, Et ideo in hujusmodi exercitio ſolummodo tres habeant loquendi facultatem absque poena, videlicet Rector, præſidens in exercitio, reſpondens & opponens, & alii ſub poena tacebunt, exercitio durante. XXVI. Item volumus & ſtatuimus, quod Regentiarum Rectores non debent absque neceſſitate aut rationali cauſa tempore prandii vel coenæ abeſſe menſa, nec debent adjunctis ſibi ſpecialibus & certis regentialibus quantumcunque ſibi conjuncti ſint extra refectorium aut in eodem refectorio pro quocunque tempore habere diſtinctam menſam a communi menſa, extra quam menſam communem regentiales eſſe non debent in commodis ſuis, aut alias habendo diſtinctam menſam niſi infirmitatis cauſa, aut alia cauſa rationali quam Rector domus duxerit rationabiliter approbandam, & petita licentia, & ſimul obtenta a Rectore regentiali, ſub poena a Rectore & Univerſitate dictanda, cujus poenæ una tertia pro menſa regentialium eſt tribuenda, & aliæ duæ tertiæ ſecundum ſtatuta Univerſitatis dividendæ. XXVII. Item Regentiarum Rector rariſſime permittat fieri convivia, aut hoſpitum invitationes, quia evacuant burſas, & ſunt ſtudii & finis intenti impeditiva & multum nociva, & ſi in aliqua regentiarum hujusmodi multiplicantur cum exceſſu, puniantur Regentiarum Rectores, & hujusmodi conviviorum & invitationum auctores cum effectu rigoroſe corrigantur. XXVIII. Item volumus & ſtatuimus, ne aliquis Magiſtrorum, aut graduatorum, aut quodcunque Univerſitatis ſuppoſitum cujuscunque conditionis aut facultatis fuerit, aliquam domum conducat, aut de novo cum aliquo Civium vel incolarum conveniat pro regentia inſtauranda, & noviter aptanda, niſi Univerſitatis dictamine & licentia præhabitis, & præſentibus ad minus duobus de concilio Univerſitatis ad hoc deputandis, qui conſiderabunt valorem, & ſitum domus, & diſtantiam & vicinos, ne videlicet talibus domibus proſtibulum conjungatur lateraliter vel ex oppoſito, aut in loco vicino, & qui penſent pretium domus, & ſingulas circumſtantias & pluralitatem regentiarum nimiam, quia in hujusmodi regentiarum inſtauratione, varia poſſunt accidere damna ex parte locantis, ex parte conducentis, ſeu conventoris, & ex parte regentialium, & aliquando ex parte honeſtorum vicinorum, qui divites ſunt, & in oppido potentes, qui ſtudentium ſtrepitus aut vicinitatem abhorrent. Locans enim & ædificans damnificari poteſt, ſi numerus Regentiarum jam exiſtentium ſufficit pro illis, qui aſſunt, vel qui creduntur affuturi. Domus enim pro Regentialibus aptata, non eſt congrua pro civium inhabitatione, & inde oriuntur querelæ, & odia, & diſplicentiæ multæ contra Univerſitatem. Conventores damnificantur, quando domus eſt inepta ex parte alicujus circumſtantiæ vel in ſuis ſubſtantialibus invalida, aut pro magno convenitur precio. Etiam propter hoc domus Regentiales multo precio in futurum appretiabuntur, Et magna diſtantia a Schola, & proſtibulorum vicinitas multum derogant, & regentialibus ſunt nociva, Quicunque ergo contra illud ſtatutum egerit, a regimine ſuſpendatur, & nihilominus perſolvat, & ſatisfaciat cum pro ſuo damno & cenſu, & ſolvat decem florenos pro poena ſecundum ſtatuta dividendos.

X. DE VITA ET CONVERSATIONE STUDENTIUM. I. Nullum membrum graduatum vel non graduatum Univerſitatis habeat tonnam Cereviſiæ extraneam in domo ſua, ingreſſo absque licentia Promotoris, quæ licentia non detur niſi prælatis aut graduatis regentias non tenentibus, & dominis notabilibus volentibus pro menſa ſua talem habere, non ut quæſtum faciat, aut ſi aliquando Rector Regentiæ pro ſolatio ſuorum non animo pocillandi habere voluerit. Contrarium faciens amittat Cereviſiam pauperibus erogandam, & ſolvat totiens quotiens unum florenum Renenſem. II. Item de cellariis civitatis nulli membrorum Univerſitatis porrigatur tonna Cereviſiæ extraneæ non portandi ſignetam Promotoris, quod conſervatores Cereviſiarum ad ſe recipiant, nulli membrorum de poſt communicandam, vel forte ad ignem projiciatur emente vidente, prædictam licentiam dandi ſignetam pro habenda tonna Cereviſiæ, ut præmittitur, promotor vel alius ex parte Univerſitatis non debet habere, donec ſuper iſta licentia per conſilia Univerſitatis, & Civitatis Roſtocenſis plenius fuerit tractatum & concordatum. III. Item nullum membrum Univerſitatis admittat ludentes in habitatione ſua ad talos vel alio modo pro pecuniis publice, vel occulte, aut etiam per ſe vel per alium ludis prædictis inter incolas oppidi Roſtochienſis vel inter Scholares ludat ſub poena amiſſionis lucratorum, & duorum florenorum Univerſitati applicandorum. IV. Item nullum membrum exiſtens Univerſitatis occulte vel manifeſte, directe vel indirecte qualemcunq; exerceat mer-

mercantiam ultro pro habendo pecunias suo studio necessarias absque dolo sub poena amissionis ex mercantia quæsitorum & duorum florenorum totiens quotiens violaverit hoc statutum. V. Item post signum campanæ vigilum, quæ dicitur *Wæchterklockh*, nullus Scholarium absque necessitate & rationali causa vadat per plateas, & si causam rationabilem habuerit, vadat cum aperto lumine, & per loca licita & honesta, sub poena tertiæ partis floreni, fisco Universitatis persolvendi. VI. Item nullus studentium ad choreas vadat civium, nisi ad illas specialiter absque præordinatione, omni dolo cessante, fuerit invitatus, quod suo docebit juramento, alias solvat totiens quotiens dimidium florenum fisco Universitatis applicandum. VII. Item quilibet Scholarium incedere debet cum toga pro veste exteriori panni nigri, non blauri, bruneti, viridis vel rubei, aut grisei coloris, non grossi Brunsuicensis, nisi adeo pauper, quod tolerari possit, & de paupertate fidem faciat, undique clausa talari vel quasi. Potest tamen habere in lateribus duo foramina pro brachiis extendendis, & illa utatur in scholis, & extra suam habitationem per plateas, ita etiam quod vestes subductæ infra ipsam togam prænominatam non appareant. Aliter in plateis procedens, aut in Scholis vestitus existens, solvat totiens quotiens medium florenum Universitati applicandum, A Scholis & actibus Scholasticis finaliter si perseveraverit excludendus, qua veste togata singuli graduati etiam, citra tamen gradum licentiæ altiorum facultatum, ut Theologiæ, Juris, & Medicinæ, se conformabunt, nisi habitum deferre voluerint suo gradui competentem, exceptis Baccalaureis in Theologia formatis duntaxat, qui licentiatis supra dictis & superioribus quoad vestitum sub statuto non comprehenduntur. Etiam excepti sunt Plebani quatuor Ecclesiarum Parochialium in Rostock pro nunc Regentes, nec non præpositus Monialium sanctæ crucis, & Archi-Diaconus Rostoccensis pro nunc, qui prædicto statuto non nisi dum ierint ad lectiones, & dum in ipsis fuerint, astringuntur. Liceat tamen Scholaribus uti panno bono, pulcri coloris pro caputiis, manicis inquam moderatis & caligis, non tamen calceis, viridis, albi vel rubri coloris, Nec veste bipartita, Contrarium faciens totiens quotiens solvat florenum Universitati applicandum cum amissione calceorum, vestium bipartitarum aut manicarum, Et præterea excipiuntur Magistri artium, qui a tempore promotionis suæ septimum annum compleverunt, ita tamen quod in veste talari & decente & comitante servitore incedant, quod si Magistri taliter qualificati, vel non qualificati aliter incesserint, suspensi sint actu a lectionibus, exercitiis, & publicis actibus Universitatis. VIII. Item nullus portet Calceos alterius coloris, quam nigri. IX. Item nullus portet Cornetum aut Cucullam cum liga capucio affixam, & pileum Laycalem nequaquam. X. Item nullum membrum Universitatis molestet aliquem, sive consocium, civem, vicinum, aut sibi commorantem quemcunque oppidanum vel oppidanam Rostockensem, facto vel verbo obloquendo, detrahendo, approbando, vel aliquo modo injuriando sub poena medii floreni, aut majori secundum decretum Rectoris oppositum facienti infligenda. XI. Item quilibet scholaris facta generali congregatione Universitatis debet se ibidem præsentare, & proponenda audire sub poena in mandato Rectoris expressa. XII. Item quilibet Scholaris debet exhibere Doctoribus & Magistris & præcipue Rectori Universitatis debitam reverentiam & honorem & servare pro posse, & nosse Statuta Universitatis ipsum concernentia sub poenis secundum statuta aut decreta Universitatis infligendis. XIII. Item quilibet Scholaris simplex habeat actu Magistrum, vel Doctorem in hac Universitate publice laborantem, & regentem, cujus lectiones & exercitia studiose visitare debet, impedimento legitimo cessante, alias pro Scholare non reputabitur, ac privilegiis, ac libertatibus gaudere non debebit. XIV. Item quodlibet membrum Universitatis intra oppidum & extra Rostock debet procurare, & conservare honorem & utilitatem consulatus, & communitatis Rostockensis, & inhabitatorum ipsius, donec privilegiis & libertatibus Universitatis non renunciaverit, coram Rectore Universitatis expresse. XV. Item Nullum membrum Universitatis trahat aliud membrum de hac Universitate in causa pecuniaria, vel injuriarum, aut alia quacunque quocunque modo etiam exorta, aut oppidanum vel oppidanam Rostockensem extra oppidum Rostockense, nisi idem oppidum sit illi insecurum, sive Universitatis Rector sive Universitas ipsa, aut ordinarius competens Ecclesiasticus oppido in eodem deficere censetur, sub poena perjurii, quam incurret ipso facto, Et quemlibet contra ipsum statutum facientem Rector admonere debet, ut obediat statutis, & præcipere ei, ut desistat, qui si rebellis, & inobediens fuerit, declaret illum hujus statuti poenam incurrisse, Et in terrorem aliorum in multis excessibus corrigendis expedit, quod Universitatis Rector contra rebelles & inobedientes publice procedat cum denunciatione in valvis Ecclesiarum. XVI. Item nullum membrum Universitatis, cujuscunque dignitatis, honoris ac status fuerit, utpote si etiam fuerit Rex, Dux, vel Comes, ex causa Civili vel prophana exorta inter ipsum & subditum vel aliquem ex consulatu oppidi Rostockensis, vel oppidanum qualitercunque sive modo quocunque extra eorum districtum per se vel per alium trahere debet, sed ex illa causa coram consulatu Rostockensis oppidi talem subditum impetere, & ab ipso recipere infra duos menses justitiæ complementum. Præhabito tamen consilio quatuor Principalium in jure regentium, si causa fuerit gravis: Si autem distulerit idem Consulatus, actore invito, negligenter, eidem justitiam ministrare infra duos menses præfatos: & tunc poterit idem illam causam coram Archidiacono Rostockensi, aut coram Officiali Episcopi Sverinensis in Rostock, & non alibi per viam simplicis querelæ prosequi, & coram eo uti jure communi sibi competenti, si locus fuerit sibi tutus. Contrarium faciens incurrat perjurium ipso facto, & causam, quam habet, consimiliter amittat. XVII. Item statuimus, quod si alicui nostræ Universitatis membro

Immutabile.

bro cujuscunque etiam fuerit dignitatis, ſtatus, aut honoris, ut præmiſſum eſt, cauſam aliquam habere contigerit, adverſus conſulatum Roſtockenſem conjunctim vel diviſim, cauſam ipſam tale membrum noſtræ Univerſitatis in Concilio Univerſitatis primo & ante omnia publice proponere debet, quæ ſi dictæ Univerſitatis concilio juſta & rationalis apparuerit, ex tunc dictum concilium pro amicabili unione, & concordia inſtare debet diligenter, & utraque parte ad plenum audita per competentiora amicabilis compoſitionis media cauſam diſcordiæ, & diſſeſſionis evellere, ac partes ipſas ſine ſtrepitu & figura judicii, ſumma diligentia, ſi poterit concordare, quod ſi forte facere non voluerit, pertinacia ſive rebellione alterius partis obſtante, poteſt tunc & debet prædicta cauſa in præfato oppido Roſtock, & non alibi coram Archidiacono Roſtockenſi, vel Officiali Epiſcopi Sverinenſis, via juris Communis a dictis partibus agitari, ſub poena perjurii, & amiſſionis cauſæ ipſo facto. XVIII. Item nullum membrum Univerſitatis, cujuscunque dignitatis, honoris aut ſtatus, ut præmiſſum eſt, ſi cauſam aliquam habere contingit adverſus conſulatum Roſtockenſem, aut Civitatem ipſum aut ipſam non alibi conveniat, aut convenire debet, quam coram Archi Diacono Roſtockenſi, aut Officiali Epiſcopi vel Archi-Diaconi in Roſtock dummodo fuerit una de cauſis, de quibus in proxima conſtitutione, ſub poena perjurii, & amiſſionis cauſæ ipſo facto. XIX. Multo magis volumus, quod nullus præmiſſorum ex aliqua cauſa prævaricatarum vel per ſe, vel per alium directe vel indirecte quacunque calliditate aut machinatione, aut aliqua diffidatione præmiſſa, deliberate, & a præpoſito, ordine juris prætermiſſo, invadere debeat oppidum, vel oppidanum vel oppidanos in bonis vel perſonis, ſub poena perjurii, & honoris, & ad præmiſſa quodlibet membrorum perpetuo debet manere obligatum, etiamſi coram Rectore Privilegiis & libertatibus ſtudii renunciaverit expreſſe. XX. Item nullum Univerſitatis membrum graduatum, vel non graduatum, cujuscunque ſtatus, vel conditionis fuerit, aut eminentiæ, attempter, vel audeat in quocunque caſu, aut quacunque occaſione in Contumeliam, aut diffamationem, aut in qualemcunque denigrationem Rectorum ſeu conſiliariorum oppidi Roſtock, & præſertim in parvi penſionem, aut reprehenſionem dominorum Proconſulum oppidi prædicti detractiones, ſiniſtras abuſiones, aut quascunque reprehenſiones inhoneſtaturas bonæ famæ diſſonas, infra vel extra muros oppidi Roſtock evomere, & eisdem detractare in laude vel honore, etiamſi offerret ſe caſus, vel cauſa in quo vel in qua dicti oppidi Rectores contra Privilegia & libertates, & in præjudicium ſtudii Roſtockenſis agere aut egiſſe videantur. Sed ſi talis caſus emerſerit, in quo in præjudicium Univerſitatis ſtudii Roſtockenſis viderentur egiſſe quodlibet ſuppoſitum dictæ Univerſitatis poteſt adire Univerſitatis Rectorem, vel ejusdem Promotorem, aut alium quemcunque voluerit, qui ſit de conſilio Univerſitatis, & hujuſmodi exceſſum vel diſplicentiam de quocunque tali facto conceptam æquanimo proponere, ad dictæ Univerſitatis concilium referendum, ad quam relationem quilibet præmemoratorum exiſtat obligatus, ut hujuſmodi factum, vel negotium in Univerſitatis Concilio matura tractetur deliberatione, & inveniatur modus, & medium, quibus hujusmodi præjudicium amoveatur, & Univerſitatis utilitas debito ordine & modo decenti procuretur, ſi quis de contrario convictus fuerit, ſi ſit ſtipendiatus per medium annum, vel ultra ad Univerſitatis Concilii arbitrium a ſuſceptione ſui ſtipendii ſuſpendatur, ſi vero non fuerit ſtipendiatus ſecundum ſui exceſſus quantitatem, ſervato rigore irremiſſibiliter puniatur, etiam ſub eadem poena cuilibet excedenti irremiſſibiliter infligenda, inviolabiliter volumus obſervari, quod nullum Univerſitatis noſtræ membrum coram quibuscunque fuerit ſtatus, vel conditionis, obloquatur vel detrahat contra Univerſitatis ſtatuta, aut cujuscunque facultatis ſtudii Roſtockenſis vilipendendo, aut parvi pendendo, aut aſſerendo ipſa ſtatuta fore injuſta, aut irrationabilia, vel nullius efficaciæ & vigoris, ſed ſi alicui membrorum Univerſitatis apparuerit, & viſum fuerit aliquod ſtatutorum rectæ rationi, aut juſtitiæ contrarium, referat ſuum judicium Rectori aut Promotori Univerſitatis, & ipſe relator vocatus ad concilium Univerſitatis exponat, & proponat rationes & motiva, contra ſtatutum, vel ſtatuta, ut Univerſitatis concilium de ipſius rationibus, & motivis judicet, & mature diſcernat, & ſi inventa fuerint efficacia, procedat Univerſitatis Concilium ſecundum formam traditam de Statutorum immutatione, Sin autem ſtatutum permaneat permanenter & efficaciter in vigore. XXI. Item ſi alicui ſuppoſitorum Univerſitatis Roſtockenſis propter ſui exceſſum, inobedientiam, & rebellionem per ejusdem Univerſitatis Rectorem mandatum fuerit, quod infra certum terminum ab oppido Roſtockenſi recedat, & ante præfixum aut præfigendum terminum non revertatur ad oppidum prænominatum, ipſum ſuppoſitum huic mandato absque rebellione ſub poena perjurii obedire tenetur, quod incurret de facto, niſi ſuper mandato, & termino præfixo fuerit per Conſilium Univerſitatis diſpenſatum. XXII. Item quia multipliciter, & evidenter innotuit, quod Univerſitatis quædam ſuppoſita ludis taxillorum & aleis, & ſimilibus vacant, & intendunt ludis nocivis, & ſua bona pro ſtudiis doctrinarum a ſuis parentibus collata, in tabernis cum laicis in locis ſecretis, ſub enormi damno, & negligentia, nondum inutiliter, ſed multum damnabiliter conſumunt, volumus & ſtatuimus, quod ſi aliquis de Univerſitate cujuscunque conditionis fuerit, ſuper his denunciatus fuerit, & convictus, videlicet quando ſe ſuper his recuſaverit expurgare, rigoroſa poena puniatur absque remiſſione ſecundum Rectoris dictamen & conſiliariorum ſuorum, quod ſi punitus non emendatus fuerit, citetur ad concilium Univerſitatis, & gravius ſeu rigoroſius puniatur, quod ſi non fuerit tali correctione emendatus, concilium Univerſitatis decernat, talem ad parentes vel ad partes ſuas remittendum cum

litera teſtimoniali ſuper ejusdem damnabili converſatione.

XI. DE CURSORIBUS ET FAMULIS UNIVERSITATIS. I. Quilibet curſor in principio Rectoratus novi Rectoris eodem die, & eadem hora, quibus Rector juravit coram plena congregatione jurare debet, quod velit obedire in licitis, & honeſtis, & celare Secreta Rectoris atque Univerſitatis, & ſchedulas concilii Univerſitatis & facultatum nullis extraneis a concilio Univerſitatis & facultatis velit manifeſtare, ſed tantum his, quibus diriguntur, ac fideliter ejus officia exercere, Nec non contra ſtatuta facientes pro poſſe & noſſe omni dolo & fraude ceſſantibus Domino Rectori aut Promotori Univerſitatis propalare. II. Item quando celebratur concilium Univerſitatis aut Rector præſederit in judicio, curſores debent eſſe præſentes, & ſimiliter Notarius, cujus Notarii officium ſit ſcribere mandata, inſtrumenta, Actitata, Miſſivas Univerſitatis, atque actus judiciarios, & concilii Univerſitatis concluſa, ſalvo ſuo competenti ſalario, quod Rector cum ſuis conſiliariis taxare debet, & juret Notarius in ejus receptione, velle fideliter officium Notariatus exercere, & Secreta concilii cælare. III. Item Nemo verbo vel facto curſores Univerſitatis offendat, aut ſubſannet quovis modo, omni dolo, & fraude remotis, ſub poena ſecundum delicti quantitatem a Rectore & ſuis conſiliariis dictata, irremiſſibiliter exigenda, & nihilominus plene ſatisfaciet parti læſæ, ſecundum dictamen Rectoris & conſiliariorum. IV. Item Curſores poſt publicationem novi Rectoris & juramentum per eos novo Rectori præſtandum, promittere debent ſub bona fide ad manus Rectoris, & novi Promotoris in loco privato, non coram Univerſitate, ne ſuppoſitis Univerſitatis reddantur ſuſpecti, quod omnes exceſſus, & negligentias quos in Univerſitate, aut quacunque facultate, & a quocunque ſuppoſito, cujuscunque fuerit gradus, perceperint commiſſos, Domino Rectori, aut Univerſitatis Promotori infra congruum corrigendi tempus diligenter & fideliter voluerint denunciare, nec propter amorem, timorem, aut odium, nec propter munus aut familiaritatem velint veritatem occultare, aut de quocunque innocenti, ſcienter falſum in deferendo pronunciare, in qua promiſſione facta, vel facienda doctrinæ Evangelicæ de fraterna correctione nequaquam volumus derogari, Poſſunt enim, & merito ſecundum Chriſti doctrinam debent peccantem ſuper occultis exceſſibus ante ejus denunciationem Rectori, aut Promotori faciendam caritative admonere.

XII. DE POENIS DELINQUENTIUM. I. Non ſervantes ſtatuta Univerſitatis, aut alicujus facultatis generaliter & non ſpecialiter jurata ex eo non ſunt perjuri cenſendi, niſi poena perjurii ſit expreſſa, ſed quilibet, ſi convictus fuerit, non tenuiſſe ſtatutam poenam contra ſic delinquentem appoſitam incurrere: Aut ſi nulla fuerit poena appoſita, arbitrarie puniri debet, ſi propria confeſſione aut per ſententiam, aut evidentiam facti, quæ nulla tergiverſatione cælari poteſt, fuerit convictus, vel ſecundum formam ſtatuti ſubſequentis, & taliter convictus, & rebellis, recuſans dare poenam, perjurus cenſeatur. II. Item quilibet Rectori aut Promotori denunciatus ſuper aliquo exceſſu & delatus, ſi ſe recuſaverit expurgare, habeatur pro convicto, & puniatur ſecundum delicti quantitatem & modum, & ſi non obedierit ſolvendo, vel luendo poenam, abjiciatur, tanquam perjurus. III. Item ſi quis Rectori, aut Promotori convitia dixerit, aut eos vel alterum eorum opprobrioſis verbis, aut contumelioſis læſerit, vel offenderit, per Concilium Univerſitatis ſecundum delicti modum & quantitatem ad ſui ipſius confuſionem, & in ſui recognitionem irremiſſibiliter, & rigoroſe puniatur. Similiter quilibet contumelioſus, qui ſuos Doctores, aut Magiſtros, Licentiatos ſive quoscunque graduatos, & præcipue actu regentes verbis contumelioſis, aut quovis alio modo offendere non veretur, cum effectu puniatur, ut efficaciter humilietur, quod ſi talis non fuerit humiliatus, excludatur ſimpliciter ab Univerſitate. Hic magis proprie locum habebit ſtatutum decimum nonum Rubricæ decimæ, & alia ſtatuta ibidem, videantur ergo capitula nonæ & decimæ Rubricarum propter poenas delinquentium.

XIII. DE STIPENDIATIS UNIVERSITATIS ET SINGULARUM FACULTATUM, ET DE MODO ASSUMENDI ALIQUEM AD LECTURAM LOCO VACANTE ET DE GRATIA ET RIGORE PROMOVENDORUM. I. *Duo* debent eſſe *Doctores ſeculares in ſacra Theologia regentes, aut Baccalaurei, aut Licentiati*, in eadem breviter in Doctores promovendi, quorum quilibet debet habere florenos annuatim quousque Dominus *Ludolphus Gruwel* jam ad lecturam de viginti quinque florenis in Jure Canonico aſſumtus reſignet lecturam illam, aut alias dimittat, tunc enim unus præmiſſorum Theologorum debet habere ſingulis annis octuaginta florenos illo ſ. loco de viginti quinque florenis omnino extincto, & non reverſuro de octingentis florenis annuis in dotem Univerſitati aſſignatis. Item *tres Magiſtri in Artibus*, quorum quilibet ſit *Baccalaureus in Theologia*, aut breviter in Baccalaureum Theologiæ promovendus, quilibet ipſorum habebit annuatim 40. florenos, Et vacante aliquo præmiſſorum quinque locorum uno reſidui quatuor procedere debent ad nominationem trium ſub ordine, ita quod unum nominent tanquam præcipuum, Deinde alium tanquam de poſt præcipuum, Demum tertium ſub juramentis per eos præſtitis in forma inferius deſcripta, infra durationem unius candelæ cereæ accenſæ longitudinis unius indicis per Rectorem ipſis porrigendæ ſub poena amiſſionis ſtipendii per medium annum, Nihilominus ipſo in poenam incidente, in lectura legendo per præmiſſum tempus perſeverante, Et tres nominatos reſiduæ parti concilii per ſortem, ut in electione Rectoris eligi debent, qui tres per ſortem electi etiam infra durationem Candelæ cereæ accenſæ ad longitudinem unius indicis per Rectorem ipſis præſtandæ, eligent unum ex tribus Concilio Univerſitatis præſentatis ſub poena eadem, & ſub juramentis prius per eos præſtitis, ut in forma infra etiam deſcripta, qui tum ſic electus erit in locum

locum vacantem per Concilium Universitatis instituendus, etiam præstito juramento inferius annotato. II. Item debent esse *tres Magistri in artibus*, qui possunt esse *non graduati* in aliis facultatibus, qui cum aliis tribus Magistris superius nominatis de stipendio 40. florenorum debent fideliter in artibus laborare, & istorum trium quilibet debet annuatim habere 30. florenos. Et uno illorum trium vacante, duo de stipendio 30. florenorum, & tres primi de stipendio 40. florenorum procedere debent ad nominationem trium sub ordine, ut prædictum est, & nominatos residuæ parti concilii notificare, & residua pars ad electionem unius ex ipsis procedere, modo prænominato superius, vacante aliquo loco priorum quinque & sub poena ibi contenta, & isti octo prænominati debent esse ad minus in Collegio prope Sanctam crucem ac communem tenere mensam sub poena privationis stipendii simpliciter, vel ad tempus. III. Item debent esse *duo Magistri in Medicinis*, quorum *unus sit Doctor*, vel breviter Doctorandus, qui annuatim habebit 40. florenos, *alter debet esse Magister in artibus & Baccalaureus in Medicinis*, qui annuatim habebit 30. florenos, & uno ipsorum deficiente loco vacante tres Magistri in artibus de stipendio 30. florenorum cum Medico superstite debent procedere ad nominationem trium sub ordine, ut præmissum est, & notificare residuæ parti Concilii Universitatis, quæ procedat ad unius de tribus assumptionem modis prænarratis. IV. Item debent esse *duo Magistri in Artibus extra Collegium Regentias tenentes*, quorum quilibet debet annuatim habere quindecim florenos, & uno eorum deficiente ad locum vacantem, sex Magistri in Artibus in Collegio existentes, videlicet de Salario 40. & 30. florenorum, nominabunt modo prænarrato tres Magistros in artibus sub ordine dicto, & notificabunt ipsos residuæ parti Universitatis, quæ procedat ad unius de tribus assumptionem modis sæpe dictis. V. Item debent esse *duo principales regentes in jure Canonico*, quorum *unus legat nova jura, alius antiqua*, & unus ex ipsis debet habere centum florenos, Alius septuaginta florenos annuatim, Et processu temporis aliqua lectura vacante, & necessitate seu utilitate poscente, potest concilium Universitatis de summa centum florenorum viginti vel infra detrahere, & non ultra, & alteri de sexaginta florenis in ipsa facultate addicere, ut ipsi sint in salario pares, & tunc si æque utiles sint, & apti in antiquis, nisi possunt alternare vices suas in novis, & antiquis legendo, secundum quod concilium Universitatis decreverit, si inter se non concordaverint ipsi ductu propriæ rationis. VI. Item debent esse *duo Principales Regentes in legibus* quorum unus habebit 100. florenos, & alius quinquaginta annuatim, donec deficiat lectura de viginti quinque florenis in jure, Nam in hoc casu habebit secundus 60. sicut lector in Theologia octuaginta, & potest Concilium Universitatis idoneitate utrorumque lectorum pensata de summa Centum florenorum detrahere viginti, & non ultra, & alteri de quinquaginta adjicere, præsertim si minor in salario voluerit recipere Doctoratum, & ita principales lectores in facultate utriusque juris debent habere summam trecentorum & decem florenorum, modo & distributionibus antedictis eidem facultati utriusque Juris absque diminutione dimittendam. Et vacante vel vacatura lectura aliqua locorum prædictorum in jure, residui tres nominabunt etiam tres sub ordine modo præmisso, quibus tribus residuæ parti Concilii Universitatis insinuatis, eadem residua pars procedat per sortem ad assumtionem unius de nominatis ad lecturam vacantem modo & formis, ut in aliis vacantiis aliarum facultatum. Et isti Doctores quatuor in Jure Canonico & legibus laborantes collectam a Scholaribus utriusque Juris singulis mediis annis unum florenum a quolibet recipiendum in quatuor partes dividant æquales, inter ipsos æqualiter distribuendum. VII. Item habebit *illa facultas Utriusque juris unum Baccalaureum in decretis ad legendum decretum*, qui annuatim pro subsidio ulterioris studii & labore habebit viginti quinque florenos absque Collecta, Hic locus perpetuo vacabit deficiente Domino *Ludolpho Gruwel* jam ad ipsum assumto, nisi quis abunde huic loco providerit, ultra Octingentos florenos jam Universitati assignatos. VIII. Item si nominatores in nominando aliquos se dividant in duas partes æquales ad concordandum infra tempus præexpressum videlicet durationis candelæ cereæ accensæ ad longitudinem unius indicis præfixæ sint obligati, sub poena amissionis Stipendii per medium annum, nihilominus ad legendum astricti permanentes. IX. Item nominatio trium & electio unius ex ipsis debet fieri unico contextu, absque interventu actus extranei, ne fiat subordinatio, & infra quartale anni a tempore resignationis aut vacationis lecturæ. X. Item quilibet nominantium antiquam ad nominationem procedat, sic coram Rectore publice jurabit. Ego N. juro, quod omni favore, odio, amore, & dono ac spe exclusis pro posse & nosse nominare volo ad hanc lecturam vacantem, tres, quos secundum conscientiam meam magis idoneos judicavero, pro utilitate Scholarium & honore ac incremento Universitatis. XI. Item quilibet per sortem electorum, antequam ad electionem procedat, sic coram Rectore publice jurabit: Ego N. juro, quod omni favore, odio, amore, & dolo & spe exclusis, eligere volo ad hanc lecturam vacantem, unum ex tribus nominatis, quem secundum conscientiam meam magis idoneum judicavero pro utilitate Scholarium, & honore ac incremento Universitatis. XII. Item Nemo vacante lectura stipendiata debet ad partem pro ipsius promotione aliquem, vel aliquos, per se vel per alium, aut aliam, partem interpellare. Sed si voluerit, potest pro ea solus in publico & aperto Universitatis concilio ejus petere assumtionem sub poena perjurii, quia sic jurabit: Ego N. assumendus juro, quod mei nominationem, vel electionem non procuravi, nec pro ipsa institi per me vel per alium apud aliquem vel aliquos, ad partem seu in privato, alias quam in publico, & aperto Universitatis concilio. Similiter nec donis factis, aut faciendis ex pacto, vel promisso aut aliis quibuscunque præordinationibus absque dolo & fraude procuravi. Item quod lecturam mihi commissam, aut committendam fideliter exercebo ad honorem scholæ, & audientium utilitatem.

Et

Et si contingat me aliquo casu eam dimittere, Concilio Universitatis Rostockcensis, recessum meum sex mensibus ante intimabo, lecturæ renunciabo, & quod præsentandum quemcunque per concilium Universitatis ad aliquam lecturam idoneum, alias rationabiliter promovendum, promovebo, gradum vel gradus requisitos in ipso pro lectura facienda. Et si contingat me a lectura ex causa per concilium Universitatis vel ejus majorem partem dictata, congregatione totius facta, removeri, cedere volo absque difficultate, & me non adversus aliquem de Universitate vel contra Universitatem per me vel per alium verbo vel facto, manu vel judicio, in perpetuum volo vindicare. XIII. Item Concilium Universitatis debet habere potestatem quemlibet lecturam ex stipendio habentem removendi ipsum propter negligentiam etiam in legendo commissam, & propter alias causas in statutis Universitatis expressas, & antequam propter negligentiam removeatur stipendiatus ter est monendus sub intervallo trium quindenarum, ut lecturæ juxta juramentum præstitum satisfaciat; quod si se non correxerit, debet removeri, & nihilominus post remotionem verbo factam legendo tribus mensibus immediate sequentibus ipsam remotionem, sub poena perjurii perdurare. XIV. Item volumus, quod *duo loca in Theologia*, quorum unus debetur habenti annuatim 60. & alteri similiter 80. *vocantur Doctoralia*, quia assumti ad illa, debent esse *Doctores in Facultate* illa, vel ad Doctoratum tempore statuto promoveri. Item *quatuor Loca Lectorum in utroque Jure ex consimili causa vocari debent Doctoralia*, & similiter *duo loca stipendiatorum in Medicina Doctoralia* vocabuntur. Item, si contingat aliquem locum præmissorum Doctoralem vacare, electus ad illum Licentiatus est gratis ad Doctoratum promovendus. Ita quod nullas dabit Universitati seu suæ facultati bursas, si hortatus solvere recusat, ne vacet locus. Dabit tamen Doctori ipsum Doctoranti pro labore suo loco mantelli, decem florenos. Electus vero ad illum locum Baccalaureus, habens tempus pro licentia, debet promoveri ad Licentiam gratis, ut præmittitur, si in examine idoneus reperiatur, & de post ad Doctoratum etiam gratis, dando tamen Doctoranti decem florenos loco mantelli. Electus vero Baccalaureus non habens tempus pro Licentia, debet tempus statutum pro Licentia complere, & eo completo, ad Licentiam & communiter ad Doctoratum modo præscripto promoveri. XV. Item Doctor in aliqua facultatum ad præsentationem Universitatis gratis promotus, tenetur per octo annos in sua Facultate legere diligenter, salvo stipendio ejusdem. Quod si contingeret, eundem infra octo annos continuo sequentes suam promotionem, ejus lecturam Universitatis concilio resignare, aut si ipsi fuerit resignatum, dabit 40. florenos Renenses pro medietate Universitati, & pro alia medietate Doctori suo, aut Doctore suo deficiente, suæ facultati applicandos, & omnis taliter promovendus gratiose, illud præsens statutum ante sui præsentationem & promotionem jurabit coram concilio Uuiversitatis. XVI. Item statuimus, quod alibi promotus in quacunque facultate si fuerit hic recipiendus, ante sui receptionem juret in præsentia suæ facultatis bonum Universitatis procurare pro posse & nosse ad quemcunque gradum vel statum pervenerit ad instar promovendi seu promotoris hic Rostochii in nostra Universitate, & hoc statutum debet habere quælibet Facultas. XVII. Item sic electus ad locum Doctoralem in festo suorum insigniorum potest habere centum personas invitatas pro unico prandio, & easdem personas non alias pro coena, si voluerit & non ultra, sub poena viginti florenorum Universitati applicandorum, nisi infra mensem post insignium receptionem etiam non monitus de non habitis ultra per medium sui juramenti se expurgaverit manifeste. XVIII. Item Licentiatus Doctorandus, non tenens locum Doctoralem, etiam cujuscunque facultatis debet habere receptionem insignium Doctoralium, solvere bursas, tam Universitatis, quam suæ facultatis. XIX. Item talis Licentiatus debet suum Doctorem cum mantello, & capucio, varie subductis, honeste vestire, aut Doctorem suum contentare. XX. Item debet facere solenne prandium tale, quod in honorem Universitatis, & suæ facultatis, & sui Doctoratus cedat, & sic festum peragere, quod singulis solutis & peractis summam Clementinam non excedat. XXI. Item gratiose promovendus ad Universitatis præsentationem jurabit idem statutum gratiosam promotionem concernens, quod suus promotor præstitit Universitati. XXII. Item quilibet in altiori facultate Doctorandus ante receptionem insignium Doctoralium dabit cuilibet cursori decem ulnas tincti panni, quamlibet ulnam pro Marca Rostockcensium denariorum ad minus comparandam. XXIII. Item si in aliqua facultate defecerit Magister vel Doctor, & aliquis Magister aut Doctor pro nostræ Universitatis membro promovendo vocatus fuerit, vel vocandus, volumus hujusmodi Magistrum, vel Doctorem, & similiter nostrum membrum promovendum per statuta præmissa modum promovendi, quoad Promotorem, & promovendum, & ejus Præambula concernentia nequaquam limitari, debet tamen promovendus ad magistratum vel Doctoratum prius jurare, quod postquam consecutus fuerit gradum Magisterii vel Doctoratus, quemlibet secundum statuta Universitatis sibi præsentatum vel præsentandum velit sine contradictione promovere cum effectu secundum formam statutorum. Item statuimus, quod si ex causa rationali vel quacunque occasione data, religiosum contingat recipi in vicem secularis lectionis ad lecturam in quacunque facultate hoc fuerit, non aliter tamen assumatur ad concilium Universitatis, quam ad modum illius, qui ex iisdem motivis ex gratia, vel etiam alias ex gratia assumeretur.

XIV. DE TEMPORE QUOD IN SINGULIS FACULTATIBUS PRO GRADU REQUIRITUR ET SUFFICIT. I. In facultate artium Scholaris promovendus ad Baccalaureum debet diligenter audivisse libros in artibus, ad hos per suam facultatem assignatos per annum cum medio & non minus indispensabiliter observandum. Sed Licentiandus in eadem debet diligenter

ter libros omnes per facultatem constitutos audiviſſe in ſtudio Privilegiato, & inibi ſtudium continuaſſe per quatuor annos complete indiſpenſabiliter. II. Item in facultate utriusque Juris promovendus ad gradum Baccalaureatus Juris Canonici ſeu civilis tenetur audire lectiones ſuæ facultatis ordinariam & extraordinariam per ſpatium trium annorum, de quo curſu fidem faciat per ſuum juramentum, & per alia adminicula ſufficientem facientia fidem. Item Baccalaureus promovendus ad Licentiam doceat modo præmiſſo ſe per tres annos legiſſe continue. III. Item ſi quis Scholarium Juris Canonici transferet ſe ad ſtudium legale, & in eodem velit eſſe Baccalaureus, ſi per duos annos audiverit in jure Canonico vel amplius, nec computetur ſibi illud tempus, niſi pro uno anno in legibus, reſiduum temporis ad Baccalaureum requiſiti compleat in auditione legum, quo completo promoveatur, pari paſſu ſi Legiſta Scholaris ſe transferat ad ſtudium Canonum ſi per duos annos in Legibus audierit, computetur ſibi in facultate Canonum pro uno anno, reſiduum temporis requiſiti ſuppleat in auditione Canonum, quo completo promoveatur. Si Baccalaureus Legiſta transferat ſe ad Canones, & velit promoveri ad gradum Baccalaureatus, audiat continue per duos annos, quibus completis promoveatur. Si econtra Baccalaureus in Decretis transferet ſe ad Leges pro Baccalaureatu obtinendo audiat continue per duos annos, quibus completis promoveatur. IV. Item ſi Licentiatus in legibus velit in Canonibus promoveri audiat pro Baccalaureatu per ſedecim menſes, quibus completis promoveatur in Baccalaureum, & ſi poſt Baccalaureatum velit procedere ad gradum Licentiæ, æquale tempus habeat pro lectura, ſi vero fuerit Licentiatus in Canonibus, & velit in legibus promoveri, audiat pro Baccalaureatu continue per duos annos, totidem poſt Baccalaureatum habeat pro lectura. V. In præmiſſis duodecim volumus menſes pro uno anno computari. Si aliquis ſimplicium ſcholarium continue audierit duas lectiones ordinarias in Jure Canonico, & per quatuor annos, & tanto tempore duas lectiones ordinarias in Jure Civili, ille ex parte temporis poterit in utroque Jure in Baccalaureum promoveri. Similiter Baccalaureus in utroque Jure audiens continue per quatuor annos in Jure Canonico vel Civili, aut legens in altero jurium, aut legens in utroque per tantum tempus, ex parte temporis etiam ad Licentiam promoveri poterit. VI. Item volumus & ſtatuimus, quod in qualibet facultate Decanus, & ſtipendiati diligenter providere teneantur, & provideant cum effectu, ut in qualibet facultate ſint & fiant lectiones ſufficientes & utiles pro Scholaribus promovendis, ut ſtudentes ſecundum tempora in ſtatutis ad eorum promotionem præfixa, lectiones habeant continuas absque defectu, & tempore ſuæ promotionis, ſi defectum in libris audiendis habuerint, & communiter impedimentum ſuæ ſenſerint promotionis ſuæ imputent negligentiæ & ocio, qui etiam per diſpenſationem ſuper libris non auditis, remedium nequaquam obtinebunt. Si vero ſuæ Facultatis Rectores ſtipendiati negligentes fuerint, & promovendus idoneus extiterit, cum tali diſpenſetur propter ſui idoneitatem, & propter injuriam, quam paſſus eſt in lectionum ſubtractione, & illius facultatis Decanus, ad cujus officia ſpectat ſuper hujusmodi actus vigilare, & contra defectus diligenter providere, Et ſimiliter ſtipendiati, qui legere neglexerunt, puniantur cum effectu. Poena vero erit ſtipendii ablatio, vel defalcatio ſecundum temporis æqualitatem, per quantum tempus hujusmodi lectionum defectus committuntur, nec actus exercitiorum quemquam ab actu legendi, & a poena, quam meruit, quoquo modo relevabunt.

Nicolaus miseratione divina tunc temporis sancti Petri ad vincula sacro-sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis apostolicæ sedis per Almanniam legatus, ad futuram rei memoriam. Dudum Reverendus maximopere dominus Nicolaus episcopus Zverinensis tanquam bonus pastor ad felix sibi concreditæ gregis regimen morum reformationem & animarum salutem nonnulla laudabilissima statuta edidit atque per suam dioecesin publicavit, quæ nobis examinanda fecit putandum, humiliter supplicando, ut statuta hujuscemodi examinare & quæ superflua ex illis videremus, resecare, alia vero confirmare dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati post diligentem examinationem statutorum eorundem comperimus, illa ad Dei honorem, animarum salutem & populi fidelis ipsi domino episcopo concrediti morum reformationem laudabilissime facta sit, quæ eisdem statutis autoritate legationis nostræ, qua fungimur, expresse addentes quod 21. Si quis clericus secularis dictæ Sverinensis civitatis & dioeceseos a suo beneficio absens fuerit, ille talis alium presbyterum ad vices suas supplendum, per quem etiam unus presbyterorum ecclesiæ illius, a qua talis absens est augmenteur suis sumtibus & expensis, sub poenis in statutis ejusdem domini episcopi contentis habere debeat & teneatur; statuta prædicta grata & rata habentes, illa omnia & singula pro illorum subsistentia firmiori dicta auctoritate ex conscientia approbanda confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus & valere decernimus & declaramus, proinde ac si a nobis processissent, contrariis statutis, consvetudinibus ac observantiis ecclesiarum vel locorum quorumcunque nec non etiam juramento dicti domini episcopi qualiter id impedimentum correctioni præstare videtur, a quo eundem dominum episcopum tenore præsentium absolvimus, ceterisque in contraventionem facientibus, non obstantibus quibuscunque, præsentes nostras literas eisdem statutis transfixas, desuper concedentes. Datum prout emundis dioeceseos sub nostro sigillo die Dominica. XXVI. Mensis Sept. anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, pontificatus sanctissimi maximopere patris & domini nostri domini Nicolai divina providentia quinti anno quinto, horis pomeridianis.

Clerus absens quærat sustitutum.

1451.

NICOLAUS Dei Gratia Episcopus Sverinensis ad statuta quævis in synodis nostris publicata & nunc pronunciata, addimus & adjicimus statuta, quæ sequuntur. 22. Præterea, ut tanto citius damnata hujusmodi cohabitatio dissolvatur, quanto utrumque gravior poena stimulat, ad separationem adjicimus, quod *concubinæ ipsæ si monitæ infra tempus, eis per nos aut præfatum* præfigendum se a concubinatu suo non elongaverint & abscesserint, cum effectu *excommunicationem summam incurrant* ipso facto. & si in tali contumacia & peccato perseveranter decesserint, *ecclesiastica careant sepultura*. 23. Similiter mandamus omnibus & singulis inferioribus prælatis & si in suis districtibus reperiant concursum populi ad certas imagines, *decognoscant populum huiusmodi magis ad dispositionem figuræ, quam ad rem significatam habere respectum, quod hoc omnino prohibeant* & populum informent & informari faciant, quomodo in veneratione sanctorum se habere debeant taliter, quod *idololatria non committatur*. 24. Quoniam nonnulli casus sunt ex cognatione spirituali procedentes, qui non solum impediunt matrimonium contrahendum, imo dirimunt jam contractum, propter quorum ignorantiam verissimiliter tenetur circa *sacramentum matrimonii* diversas committi negligentias.

de concubinis

& vatione cultus imaginum.

gentias. Ut ergo ſacerdotes maxime curati, de quorum ore ſubditi legem requirere ſolent, de ſpiritualis cognationis lege facilius reſpondere habeant, volumus, præcipimus & mandamus, ut quilibet parochialis presbyter *quandam ſcedulam caſuum prædictorum, nec non eiusdem figuræ contentivam*, quam ad præſens publicamus habere, & illam infra unius menſis ſpatium in ſua eccleſia affigere, affixamque continuo ibidem tenere debet, ut ex ea quilibet & ipſe eam intuens de caſibus cognationis ſpiritualis informari poſſit, & hoc ſub poena unius marcæ Lubicenſis per placitum a rectore toties, quoties in eius eccleſia ſcedula huiusmodi reperta non fuerit, exigendæ. 25. Debet etiam rector p. t. populum ſibi ſubditum ſæpius in prædicationibus ſuis informare & caſus in huiusmodi ſchedula expreſſos declarare, ut ſic ſcandala in futurum evitari poſſint. 26. Prohibemus quoque omnibus & ſingulis per civitatem & dioeceſes noſtras jurisdictionem eccleſiaſticam exercentibus, ne propter quodcunque pecuniarium debitum ceſſus divinorum aut eccleſiaſticorum interdictum ponatur; etiamſi ſecus factum fuerit, ex tunc interdictum exceſſum divinorum nullius eſſe volumus roboris vel momenti, ac in his excedentem poena condigna mulctabimus, aut prælatus inferior mulctabit, prout viſum fuerit. Nec hoc caſu intelligi volumus debitum pecuniarium decimas & redditus eccleſiaſticos, nec etiam, quin contra illos qui per annum in excommunicatione ſteterit, quos inopia non excuſat, procedi poſſit ad interdictum propter clavum contemtum. 27. Cum apoſtolus Paulus ſciens ſubditorum ſalutem in accepto præſule apud DEUM quamplurimum conſervari præcipit pro rectoribus & ſublimibus indeſinenter preces effundi; ſic etiam legimus in actibus apoſtolorum, eccleſiam ſine intermiſſione pro beatiſſimo apoſtolorum Petro oraſſe, unde Sti patres orationes hujuscemodi fieri univerſales univerſitati eccleſiæ perutile arbitrati ſunt: hinc eſt, quod nos cuilibet ſacerdoti per dioeceſin noſtram conſtituto, qui diebus dominicis in principio miſſæ & fine ad finem collectarum addiderit orationem, quæ ſequitur: *Et famulos tuos* NICOLAUM *Papam & antiſtites noſtros una in eccleſia catholica ab omni adverſitate cuſtodiri per Dominum noſtrum*; quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ſibi poenitentiis pro qualibet die dominica cum addictione huiusmodi fecerit in domino miſericorditer relaxamus. 28. Quoniam ſecundum piiſſimas leges dilatas defunctorum pias voluntates epiſcoporum decens eſt ſtudio adimpleri; hinc eſt quod nos præcipimus, & mandamus, ut quicunque *ultimarum voluntatum executores* deputati fuerint vel deputabuntur in futurum, *executiones teſtamentorum ſive ultimarum voluntatum infra annum* faciant; quod ſi non fecerint, juſto impedimento ceſſante nos & prælati inferiores ad executionem illorum procedemus, aut procedant. Provideant etiam dicti Teſtamenti executores, quod de diſpoſitione ſua facta *vel fienda regiſtra conficiant*, ita quod ſi requiſiti fuerint nobis aut prælatis reddere poſſint & valeant rationem. 29. Cum ceſſiones bonorum ſine actione de laicis in eccleſiaſticas perſonas vel ad pias cauſas ſæpius fiant in fraudem, & per illam quandoque laici judicio eccleſiaſtico indirecte conſequuntur, quod directe conſequi non valerent; ut igitur omnis ſimulatio ceſſet in præmiſſis & occaſio tollatur contra eccleſiaſticos ſæviendi, inhibemus omnibus & ſingulis eccleſiaſticis judicibus civitatis & dioeceſis noſtræ, ne ſuper quacunque ceſſione facta vel fienda ad quemcunque actum procedant, niſi ceſſionem huiusmodi *primitus tam per juramentum cedentium quam ceſſionarii purificatum, ita quod cedens juret, quod illa, quam dimittit & in alium cedit, ita cedat, ut ceſſionarii maneat, nec illa repetere velit.* Similiter ceſſionarius juret, quod illa ſibi donata ſive ceſſa non velit ad utilitatem cedentis, ulterius emanere, ſed ſi illorum victor fuerit, ſive illa retinere ad caſum, ad quem ſibi ceſſa fuit. 30. Prohibemus quoque, ne judices ipſi in perſecutione circumſtantiarum in cauſſis huiusmodi aliquo modo, quandocunque ceſſio huiusmodi ad pias cauſſas facta fuerit, ad interdictum procedant, niſi ſolum, cum *per annum pro re judicata & non pro contumacia* ille, contra quem ceſſio facta fuerit, in excommunicationem ceſſante inopia ſtaret propter obvium contemtum. 31. Præterea cum deinde non creditur de legatis, quandocunque in proceſſibus delegatus aut ſubdelegatus ſe aſſociat, niſi de poteſtate ſua doceant, nec præſens, quam doceant, quis ad mandatorum ſuorum executionem cogi poteſt; idcirco prohibemus omnibus curatis & non curatis, clericis & publicis tabellionibus noſtræ dioeceſis, ne ad executionem mandatorum delegatorum vel ſubdelegatorum quomodocunque quoquomodo procedant aut qualemcunque executionem de eis faciant, niſi inſerta fuerit commiſſio vel poteſtas, in vim cujus procedere queat, citra faciens ad arbitrium epiſcopi aut prælati in cujus diſtrictu executio facta fuerit, punietur. 32. Ceterum circa abuſum præceptis divinis contrarium quorundam laicorum, qui chriſtiana religione neglecta diebus dominicis & feſtivis publice *mercatum* exerceat ac lucris & cupiditatibus non verentur inſiſtere, proinde volentes mandamus omnibus & ſingulis prælatis, ut per diſtrictus ſuos prohibere faciant ac rectoribus eccleſiarum quarumcunque ac loca tenentibus eorum, quod in eccleſiis ſuis prohibeant, ne de cetero prædictis diebus dominicis & feſtivis *quodcunque publicum* mercatum *rerum vendibilium*, quæ adverſum quotidiani victus non fuerit, quovis modo faciant, aut res venales publice exponant; contrarium facientes arbitrarie puniemus, aut prælati, in quorum diſtrictu præmiſſa fiant, punientes, quacunque conſvetudine non obſtante. 33. Innovamus quoque ſtatutum noſtrum de *uſuris & perjuriis* editum, volumusque, ut rectores divinorum ſæpius juxta ſtatutum noſtrum prædictum in ſermonibus ſuis populum de uſuris & perjuriis ibidem expreſſius inſtruant ac de deſiſtendo & reſtituendo *ultra capitalem ſummam percepta* moneant, commonationem faciant, inquirant ac alias faciant, prout in dicto ſtatuto plenius continetur & habetur. 34. Similiter moneant dicti rectores divinorum

De ſcedula graduum prohibitorum affigenda.

Formula collectis addenda.

De executoribus teſtamentorum.

Sacris nemo ob debitum pecuniarium interdicito.

& ceſſionibus bonorum in uſum Eccleſiae.

juramento cedentis & ceſſionarii purificandis.

De mercatibus die dominica interdictis.

Uſurae prohibitae.

vinorum juxta aliud per nos editum ſtatutum omnes & ſingulas mulieres a viris ſuis divagantes ac in adulterio & concubinatu perſiſtentes, ut infra terminum in dicto mandato noſtro expreſſum videtur, quin decem dierum viris ſuis ſe reconciliantes ad eos revertantur & eis *more maritali cohabitent*, aliasque concubinarii concubinas ſuas dimittant, & concubinæ ab eis recedant animo non revertendi, nec illam nec aliam reintroducendi infra terminum antea dictum, ſub poena excommunicationis; quam in dicto ſtatuto in præcepto tulimus; ac alias ſtatutum noſtrum deſuper editum exequantur, juxta formam & continentiam ejusdem. 35. Inhibemus quoque omnibus & ſingulis rectoribus divinorum prædictis nec non presbyteris quibuscunque ſecularibus & religioſis, ne de caſibus epiſcopalibus *abſolvendi ſubditos ſe intromittant*, niſi hoc ſpecialiter a nobis aut ab illo, cui hoc conceſſimus, impetraverit, ac impetrantes hujusmodi nomina ſua vel parochiarum, quibus præeſt, vel pro quibus illos impetrant, in regiſtro noſtro & per notarium noſtrum inſcribi faciant, proque inſcriptione, & labore notarii unum *Album ſlavicalem* notario ſolvat; intromittentes autem ſe contra inhibitionem noſtram hujusmodi ipſo ſcripto excommunicatione poenæ volumus ſubjacere. Mandamus quoque omnibus & ſingulis, quibus caſus noſtros indulgemus, ut ſub poena excommunicationis de prævenientibus exceſſibus hujusmodi absque dimicatione quacunque nobis ſingulis annis reſpondeant. 36. Præterea mandamus omnibus & ſingulis in hac ſynodali congregatione præſentibus ſub excommunicatione in contravenientes proferenda, *ne de oppido Bützov recedant*, niſi noſtra aut ſecretarii noſtri licentia obtenta ſpeciali. Volumus, quod quilibet in ſua eccleſia copiam ſtatutorum noſtrorum tam præſentium quam alias publicatorum ſub ſimili poena recipiat a dicto ſecretario noſtro. Datum autem & publicatum in choro eccleſiæ *Bützovienſis* nobis inibi ſanctiſſimam *dioeceſianam ſynodum* celebrantibus, 1452. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, decima die menſis Maji, hora tertia noſtro ſub ſigillo præſentibus ſubappenſo.

Arnoldus Meſer Notarius.

LXXIX. *Diſciplina & obſervantia regularis ab Epiſcopo Sver. Nicolao Bodiker Monaſterio S. Crucis oppidi Roſtock præſcripta.*

1453. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo ſub Reverendo Patre ac Domino, Domino *Nicolao Boddeker* Epiſcopo Zwerinenſi, nec non honorabili viro Domino *Nicolao Zukow* præpoſito, Dorotea *Hagemeſters* Prioriſſa Monaſterii S. Crucis oppidi Roſtock cum perſonae conventuales huius monaſterii longo iam tempore *diſciplina clauſtrali & regulari obſervantia* declinaſſent & vitia proprietatis & diſſolutionis invaluiſſent, appoſuit Dominus viſitare in virga caſtigationis & baculo diſciplinae ita ut *morbus peſtilens* magnam ex eis multitudinem invaderet & aliis quidem ſubita morte aliis vero aliter ſubtractis de medio, totum pene monaſterium redderet deſolatum, Peſtilente itaque multitudine flagellata pars reliqua ſapientior facta eſt, ſiquidem reverſae ad cor & ad Dominum Deum tota mente converſae, operante Deo & cooperantibus ſupra dictis honorabilibus Dominis Epiſcopo, Praepoſito, Prioriſſa, aliis quidem bona voluntate obſequentibus aliis autem contra ſed fruſtra nitentibus per multas difficultates *reformationem* tandem ſuſceperunt, & *obſervantiam Regularis diſciplinae* renovantes & paulatim in melius proficientes, authore Deo in aſſumpta reformatione multis iam annis laudabiliter perſtiterunt prout perſiſtunt in dies. Videant praeterea perſonae Conventuales tam *praelatae* quam *ſubditae*, quae nunc ſunt, quatenus memores ſint profeſſionis ſuae & rigor diſciplinae temporibus ſuis non tepeſcat, atque ut integritatem obſervantiae Regularis quemadmodum a praedeceſſoribus ſuis tradita eſt, ad poſteras ſuas ſub exemplari perfectione traducant, ut de ſanctae Converſationis teſtimonio ſalus animarum procuretur uberior, aedificentur multi, & laudetur Deus in ſecula benedictus Amen.

NICOLAUS *Dei gratia Epiſcopus Zwerinenſis.* Attendentes Divina admonitione ad inviſendum gregem nobis commiſſum ſtudioſe nos admoneri dicente Domino per os cuiusdam ſapientis diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuosque greges conſidera ſacroſanctaque matris Eccleſiae ſtatuto ad ipſum nos artari, ut in clementinis de ſtatu monachorum attendentes *Monaſterium Sanctae Crucis* intra muros *oppidi Roſtockenſis* ſitum *ordinis Ciſtercienſis* Authoritate ordinaria viſitantes comperimus Dominum praepoſitum *Nicolaum Sukow* & Dominam Dorotheam prioriſſam magna ſollicitudine ſpiritualia & temporalia gubernantes magnoque zelo Dei pro reformatione ejusdem monaſterii inſtanter laborantes, coeterasque devotas Dominas ac ſorores inter ſe bene concordes ac in ſpirituali vita continua ſumentes incrementa paupertatemque voluntariam juxta regulae ſuae ſtatuta nec non *juris communis* praeceptum ſtudio ſe velle obſervare promittentes de quo multum in domino gaviſi ei qui ſolus poteſt immunire corda, qui ſpiritu ſuo ipſas praevenit & ſuper has ſemitas juſtitiae miſericorditer perduxit gratiarum debitas retulimus actiones, ut quae de bono in melius ſemper proficiant laqueosque Diaboli caute declinent infra ſcriptas exhortationes eisdem impertiebamur quas ſtudioſe volumus obſervari. *Primo* omnium ut clauſura Monaſterii juxta canonicas ſanctiones ſollicite ac diſcrete obſervetur ita videlicet, ut nulla monialis exeat, niſi in caſibus a jure permiſſis. Nec etiam aliqua perſona honeſta vel inhoneſta intromittatur absque cauſa rationabili & manifeſta & de licentia praepoſiti aut prioriſſae ſpeciali. *Item* declarantes quoque ultra alias cauſas rationabiles eisdem in mandato noſtro deſcriptas cauſam eſſe rationabilem intromiſſionis alicujus perſonae extraneae in Monaſterium ſi habuerit filiam fratris aut ſororis, aut conſimilis alicujus conſanguinitatis aut affinitatis in Monaſterio quam Conſolationis gratia aut alia legitima cauſa voluerit viſitare. Nolentes in hujusmodi caſibus talibus perſonis

ſupra ſcripti ſexus introitus Monaſterii a praepoſito aut prioriſſa petitam licentiam non negari a prima uſque ad horam ſolitam de veſpere claudendi Monaſterium, poſtquam vero de jure Monaſterium clauſum fuerit, nullus deinceps intromittatur niſi ex cauſa multum evidenti & rationabili, quæ in alium diem commode differri non poteſt. Et tunc ex licentia praepoſiti ſi domi fuerit aut prioriſſae eo abſente. Exceptis monialibus aliorum Monaſteriorum quorumcunque ordinum quibus hujusmodi introitus non concedatur ſine licentia noſtra ac ſucceſſorum noſtrorum ſpeciali noſtris literisque patentibus ſuper hoc confectis eo quod ipſae ſub *perpetua clauſura* juxta canonicas ſanctiones in ſuis Monaſteriis remaneant. *Item* proinde Dominam prioriſſam ſpecialiter in Domino exhortabamur, quatenus ſui officii non immemor, infirmis debilibus ac tentatis pro congruentia ſuae infirmitatis ſuccurrat cura pervigili attendens ne infirmae negligentiam patiantur, aut a ſuis ſervitricibus negligantur, utque partito in alias onere levius ac portabilius fiat præficiat cum conſilio quarundam ſororum ſuarum unam ex filiabus ſuis infirmariae, quæ ſollicita, diligens ac timens Deum exactam diligentiam erga infirmas curam faciat, data ſibi in ſolatium quadam famula ſeculari ad ſerviendum ſibi in cura infirmarum. *Item* pecunias quaslibet ſibi a filiabus ſuis aut nomine earum traditas, ut bene communia omnibus in unam *Burſam communem* ponat, providens exea pecunia & aliis donis domum, ac eleemoſinis in unam confiſcatis, ſingulis filiarum ſuarum, prout cuique opus fuerit, non accipiendo perſonas ſed infirmitates conſiderando. *Item* culpas quoque & tranſgreſſiones ſanctae regulae ſi quae a filiabus ſuis commiſſae fuerint, arguere ac corrigere juxta modum ordinis ſui non omittat. Caetera quoque quae officii ſui ſunt juxta tenorem ſanctae Regulae ſtudioſe exequatur, ut chorum ſacrarum Virginum curae ſuae commiſſum Chriſto Jeſu ſponſo ſuo repraeſentare poſſit immaculatum piae ſuae ſollicitudinis praemia ab ipſo receptura. *Item* moniales quoque ejusdem monaſterii in Domino exhortabamur quatenus ſancti arrepti propoſiti & ſuae profeſſionis non immemores, quae ſe totas in holocauſtum Domino obtulerunt, Praelatis ſuis quibus obedientiam promiſerunt, humiliter ac reverenter obediant eisdem non rebelliſantes nec detrahentes, nec frivole & obprobioſe reſpondentes. *Item* Regulam quoque Sancti Benedicti quam profeſſi ſunt, ut morum ſuorum magiſtrum ſtudioſe perlegant & ut recte ipſam intelligant & opera impleant exactam diligentiam apponant. *Item* ad Chorum quoque pro opere divino complendo dato ſigno omnes quas infirmitas aut alia rationabilis cauſa non excuſat indilate concurrant attente canentes ne propter alicujus hoſpitis praeſentiam, niſi magna & evidens cauſa aliud quandoque flagitaverit, aliqua perſona chorum viſitare negligat, qua cauſa tamen occurrente, licentia petatur a prioriſſa. *Item* cantus chori non nimis elevetur, ſed viva & rotunda voce, ſecundum formam *Beati Bernhardi* ſine cantis debita perſolventur, omnem quoque cantum qui non eſt ſecundum ordinem Ciſtercienſis omnino dimittant; Verſus quoque & alium quemlibet cantum ex libris antiquis cantent, & ſi tanta quandoque fuerit paucitas aut infirmitas perſonarum quod ex perſolutione integra omnium divinorum operum cum cantu notabiliter gravarentur, poterit Domina prioriſſa quandoque licentiare ut aliquae horarum legendo in choro tamen & conventualiter perſolvantur. *Item* ad menſam quoque in refectorio & in collatione legant perſonae adeo valentes in voce & in ſenſibus & corporis ſoſpitate, quod officium illud idonee ſciant implere ad ædificationem audientium ſecundum judicium & diſcretionem prioriſſae. *Item* Lectricibus menſae ſi ex lectura graventur, concedat prioriſſa quod quandoque poſſint Vigilias ac matutinas legendo perſolvere & lectum repetere. *Item* decens quoque judicavimus & expediens ut in miſſis conventualibus moniales ſolae tantum perſolvant & non alternatim cantent cum presbiteris niſi in magnis feſtis, cum copioſa affuerit multitudo presbiterorum. *Item* proinde ſcandaloſum reputatur pro tempore praeſenti ſi virgo, recepto habitu monaſtico rurſum ad ſeculum redeat, nec conſuetum eſt in hoc monaſterio, habere annum probationis juxta dictamen Regulae & juris communis ſanctionem. Volumus & ordinamus quod nulla veſtiatur in hoc monaſterio niſi ad intelligibilem aetatem pervenerit & per annum integrum in hoc monaſterio ſub habitu ſeculari ſteterit & regula vulgariſata eidem bis ſub eodem anno lecta ac declarata fuerit & ſine omni dolo omnis aſperitas regulae eidem notificata fuerit ſecundum regulae diſpoſitionem. Nulla tamen recipiatur cum pacto aut vitio *ſymoniae* nec ultra numerum qui de bonis monaſterii ſine pecunia poterit ſuſtentari, ſecundum *juris Communis* expreſſam inhibitionem, ſicque in praefatis & aliis piis exercitiis continue ad meliora proficere conentur, ut ſponſo ſuo valeant intrare gaudentes. Data & acta ſunt hæc anno Domini 1453. feria ſecunda poſt Dominicam judica dictae viſitationis noſtrae officio completo. praeſentibus Venerabilibus & Religioſis viris patribus *Thimotheo* Priore Domus LEGIS MARIAE *Carthuſienſis* ac Johanni *Wilkim* Cellario *Monaſterii Doberanenſis* Ciſtercienſis ordinum, nec non Venerabilibus & circumſpectis viris Domino HENRICO BEKELIN *utriusque Juris Doctore*, *Andrea Wulff* Baccalaureo, ac Petro *Brandt* Zwerinenſis & Bützowienſis eccleſiarum noſtrarum Canonicis, In quorum omnium fidem & teſtimonium, praeſentibus juſſimus imponendum.

De Mandato ejusdem Reverendi Patris
Domini Nicolai Epiſcopi Zwerinenſis
Arnoldus Meſer Notarius.

LXXX. *Wilbreve des Forſten up de Gudere, des Calandes up den Fridlandſchen Werder, inſula territorii Stargard.*

Von Gades Gnaden Wy Henrick de andere 1458.
Hertoghe to Meckelnborg, Forſte to Wenden, to Roſtock unde Stargarde der Lande Here bekennen unde betüghen med unſen Erffen unde Nakömlingen openbahr in diſſen unſen Brefe vor als weme, dat

dat wyünme unſe Oldern unde Vorfarnden Selen willen hebben verghünd bewillet unde beſtedighed alle Privilegia, Pandguter, Weddeſchatte *unde* Ingheld, *alſe de* Caland Broderſchop *und* gemene Preſterſchop to Fredeland *vorpandt, verweddeſchattet unde ghekofft hebben, vorpanden, verweddeſchatten unde kopen moghen in unſen Landen nha uthwiſinge erer like ghelden Breſen, de ſe darup hebben van unſen Mannen, Vaget lüden, Borgharn unde Buweren unde noch in tokamenden Tiden krygen mögen unde willen, diſſe vorſchrevene Preſterſchop in diſſen vorgeſchrevenen Sacken Stücken unde Articuln in eren Rechten belegen unde bebülpen weſen wor unde vaken en der nöth unde bebueff is. Diſſes to tüghe verſegelt mit unſen angebangenden Ingheſegel. Hieran unde auer ſind geweſen unſe leue truwe Achem* von Plate, *Hanß* Pikentil, *Claus* Rulow *Borgmeiſter to Fredeland unde Hemming* Rulow *unſes Hofes* Schrieber. *So geuen in unſer Stadt Fredeland am Fridage na dem Sondaghe Letare nha Chriſtus Bord 1458.*

LXXXI. *Theodericus Lubbe Officialis archidiaconatus Roſtoch. beneficio eccleſiæ S. Mariæ inveſtit M. Conradum Summer.*

1463. *Theodericus Lubbe* officialis *Archidiaconatus Roſtochienſis* univerſis & ſingulis Dominis quarumcunque Eccleſiarum Plebanis Rectoribus aut locatenentibus eorund. *Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus* publicis quibuscunque per diſtrictum dicti archidiaconatus ac alias ubilibet conſtitutis preſentibus quomodolibet requiſitis in domino caritatem: ſane noveritis, quod vicarii perpetua vicaria in *Eccleſia beate Marie virginis opidi Rozſtock Zwerinenſis dioeceſis* per obitum Domini *Jacobi Evardi* ultimi & inmediati poſſeſſoris ejusd. honorabilis ac circumſpectus vir Dn. *Hermannus Widenbrugghe*, Plebanus dicte parochialis eccleſie aſſeruit, jus patronatus & preſentandi dicte vicarie ad ſe ſpectare & pertinere, nobis honorabilem virum Conradum Summer clericum in artibus liberalibus *magiſtrum* vive vocis oraculo preſentavit ac eund. per nos inſtitui petiit ad eandem: Nos vero mature procedere volentes, ne alicui ſua forſan in hac parte intereſſe pretendenti in aliquo prejudiciare videremur literas proclamatorias decrevimus emittendas & emiſimus, omnesque & ſingulos ſua forſan in hac parte intereſſe putantes ad dicendum & opponendum quicquid verbo vel in ſcriptis dicere voluiſſent contra preſentationem ſupradictam aut alias ad dicendum & opponendum & cauſas rationales, ſi quas habuiſſent, allegandas, quarum idem magiſter Conradus Summer ad eand. vicariam per nos inſtitui & in poſſeſſionem induci non deberet, citari fecimus & mandavimus ad certum *peremtorium terminum* competentem, videlicet ad diem & horam infraſcriptas. In quo quidem termino prefatus magiſter Conradus Summer principalis coram nobis perſonaliter comparuit ipſasque proclamatorias literas per nos, ut premittitur, decretas & emiſſas, debite ut apparuerint, executas reproduxit omniumque & ſingulorum citatorum non preſentium *contumaciam* accuſavit, ipſosque contumaces reputari & in eorum contumaciam ſe ad prefatam vicariam, premiſſo aut alias quovis modo, vacantem *inſtitui & inveſtiri* in ejusque poſſeſſionem induci, aliaque que ad aſſecutionem dicte vicarie ſibi neceſſaria forent, per nos fieri debita cum inſtantia poſtulavit. Nos tunc dictos citatos non comparentes merito prout erant contumaces reputavimus & in eorum contumaciam prefato magiſtro *Conrado Summer* principali coram nobis perſonaliter conſtituto eand. vicariam, premiſſo aut alias quovis modo vacantem in *beneficium eccleſiaſticum* contulimus & de eadem autorizabiliter providimus ipſumque ad eandem inſtituimus & de ea inveſtivimus & in ejus poſſeſſionem *corporalem & actualem* vel quaſi, quantum in nobis fuit induximus ac conferimus, providemus, inſtituimus, inveſtimus & inducimus per preſentes: Vobis igitur Dominis ſupradictis & veſtrum cuilibet preſentibus requiſitis ſeu requiſito in virtute ſancte obedientie & nihilominus ſanctiſſimi patris late ſub excommunicationis canonice monitione, ipſiusque Dei nomine diſtincte precipiendo idem mandamus, quatenus prefatum Conradum Summer per nos, ut premittitur, ad prefatam vicariam inſtitutum in & ad ulteriorem ejusd. vicarie juriumq; & pertinentiarum omnium corporalem & actualem poſſeſſionem vel quaſi auctoritate noſtra inducatis inductumque defenſatis ſancientes & mandantes eidem vel procuratori ſuo in hac parte legitimo, ut nulli alteri de omnibus & ſingulis dicte vicarie fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus & emolumentis integris reſpondeat, contradictores *cenſure eccleſiaſtice* & aliis *juris remediis* compeſcendo; in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentia juſſimus & fecimus appenſione *ſigilli dicti Archidiaconatus* roborari. Datum & actum *Roſtok* in domo habitationis noſtre, nobis inibi ad *jura reddendum pro* TRIBUNALI *ſedentibus*. Anno a nativitate Domini 1463. indictione undecima menſis vero Martii die viceſima tertia pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri, *Domini Pii* divina providentia Pape *ſecundi* Anno quinto preſentibus ibid. honorabilibus viris Domino *Nicolao Ritzerow*, Nicolao *Molcken* & Hinrico *van der Heyde* Presbytero & Clericis teſtibus ad premiſſum vocatis pariter & rogatis.

LXXXII. *Ulrici Ducis Megapolenſis Literæ ſimultaneæ inveſtituræ nobilibus de Hane datæ in feudis Kuchelmiſſe & Pletze.*

Wy Olrick *van Gades Gnaden*, Hertoge to Mecklenborge, *Fürſte tho Wenden to Stargarde, Roſtock und Werle, der Lande Here, bekennen unde thon widlick apenbahr vor Uns, Unſe Erven unde Nakomelinge, und vort vor alſ wehm, dat Wy ümme ſünderger Gunſt Gnade und thoneginge Willen hebben gegeven und vereiniget, geven und vereingen jegenwerdich mit diſſen Breve dem woldæchtigen Unſem Rade und liven getruwen,* Hinrick Hanen *wahnhafftig tho* Küchelmiſſe *und ſinen rechten Erven unſe* angeſtorven *Slott* Pletze, *mit allen ſinen Dorpern und Gütern, in Unſern Landen belegen, alſe nömelicken* Salow, Baſſow, Loga, Schwanebeke, Ramelow, Wentorpe *mit der* Bede Bryſenitze *und tho* Brome, *mit den Hoven* 1469.

und Hunen tho Dalem, Stauem und Küblaucke, mit den Hoven und Hunen thom Rogenhagen, und gemeynlicken mit allen Güthern de tho Pleetze tho liggen und jy hir uth tho gelegen hebben, in Unſen Landen belegen mit Hoven, Hunen, Raten, Ackern, Holten, Wißken, Watern, Viſſkereyn, Mölen, Graſinge, Jagdt, Moren, Velden, Bußken, Staueden, Plichten, Unplichten, Plegen, Richten, högeſt und ſideſt, an Halſs und an Hand mit Denſten, mit allen thobehöringe, Herlichheiden und rechtlicheiden, mit allen Lehnen geiſtlick und weltlick, mit allen Nutten und Nütticheit, alſo dat genandte Slott und Gudt liggen in alle erer Scheide, ſo quith und freyg erſflicken tho beſittende und tho hebbende, tho ewigen Tyden, alſe de Bertkever ſchligen Dechtniſse, vor und Wy nu na beſeten und gehat hebben, id ſy in diſsen Bryffe benömet edder nicht nichts uth benahmen; und Wy, Unſe Erven und Nakamen ſchölen und willen Hinrick Hanen und ſinen Erven diſses vorſchreven Gudes eyn Recht were weſen, vor als weme, gheſtlick und werlick, und vor alle dejenen, de vor Recht kamen, Recht geven und nehmen willen; Ock ſchölen und willen Wy unſe Erven und Nakamen, Hinrick Hanen und ſine Erven entleddigen und entwheren, van allem Schulden, de de Bertkowen ſchligen Dechtniſse gelyne und ſchuldig gebleven ſind, uthgenamen de Schuldt, dar de Bertkowen vör van erem Gude wes vorpandet, verſettet, und vorwedder ſchattet hebben, gheſtlicken edder werlicken Perſonen, welckere Güder ſchall und mag Hinrick Hane und ſine Erven ſülveſt löſen, endtfrygen, und dar up toſeggen, licker wiſe, alſo de Bartkowen vor, und Wy nu na müchten gedan hebben, und Wy Unſe Erven und Nakamen ſchölen und willen eme und ſinen Erven dat to löſende ſchoppen und behelpen to rechten Tyden, wann ehr eme und ſinen Erven des enen Noth und Behuff iſs, und iff Wy, Unſe Erven edder Nakamen welcke Bryffe hadden kregen edder findende würden, de up diſsen vorſcreven Gudt ludende where, darmede id an Uns Unſe Erven und Nakamen an dem gantzen edder an dem Dele müchte loſsgefallen weſen, edder wo de luden möchten, de ſchölen deger gantz und all machtloſs weſen, Uns Unſen Erven und Nachkamen nicht fræmelick, und Hinrick Hanen vorbenömet und ſinen Erven nergende aneſchheddelick weſen, und wanehr ſy gefunden werden ſchölen und willen wie ſyn eme und ſynen Erven wedder vorandtworten edder vorandvorden laten; So hefft Uns diſse vorbenahmede Hinrick Hahne hir vor wedder gegeven ſöſs tein hundert gude Rinſche Gulden, de byr Uns vernüget und redt avergetellet hefft de Wy in Unſe und Unſer Erven Nutt und Framen gekheret hebben und hefft laven dat ſinen Sohne Clawes Hanen, to der Ee gegeven Jürgen Bertkowen Dochter, N. N. genandt und hefft der vorbenömeden Jung frowen mede gegeven baven diſse vorſchreven ſoſstein hundert Rinſche Gulden verhundert Rinſche Gülden to Eh-Gelde ſy gekledet, und ock uthgerichtet, mit Geld-Wercke und Sülver-Wercke nach Lude und Inholde eines beſegelden Bryves, den Hinrick Hane vorbenömet und ſine Erven der vorbenomeden Jung frowen darup beſegelt hebben, und wheret, dat ſin Sohne Claws Hane, na dem Willen Gades, van Dodes wegen affginge, und diſse vorbenömde Jung frowe in dem levende bleve, ſo ſchall Hinrick Hane vorbenomet, und ſine Erven der genanten Jung frowen vedder geven, betalen und vernügen ſoſshundert gute Rinſche Gulden up dat ander Jahr darna nechſtkamendt, ſünder alle Arch und Gefherde, nach Lude des ſülveſten Bryfes, den Hinrick Hane mit ſine Erven der genanten Jung frowen darop verbörget und beſegelt hefft, ſo dat de Jung frowe daran verwahret wert, darup hefft diſse vorbenomde Jung frowe vor Uns und Unſem Rade verlaten, alle ehre Vader-und Moder-Erven, alle de Rechtlichheit und Anfall de er daran dorch Recht behören mach und noch anbehören anfallen und anſterven müchte, de Wy vorth na ſodaner verlatinge und gemeinlicken alle diſser vorſcreven Guder hebben gelegen und lygben und lynen jegenwerdich mit diſsem Bryfe deine obgenomten Hinrick Hanen und ſinen Erven erfflicken mit allen ſinen Thobehöringen als vorberühret und geſcreven iſt tho beſittende; weret ock dat deſſe genante Junckfrowe ſünder lives-Erven in Gott verſtorve, ſo ſcholen ſo dann vorſcrevene ſoſshundert Gulden wedderkamen an Hinrick Hanen und ſinen Erven mit der Mede-Gifft alſo de beſegelt Bryff vorben. darup gegeven, inholdet. Vortmehr ſchölen und willen Wy mit Unſen Erven, de anderen beyden Jürgen Bartkowen Dochtere in ein Cloſter begeven, in Khoſte dhon, edder dhon laten, uppe unſe theringe und Koſt, und wat dat fürder koſtet an Mede-Gifft, Kloſter-Gelde, edder wo man dat nomet, dat ſchall Hinrick Hane mit ſinen Erven utrichten als iglicher Jung frowen to mackende viff Strale Marckt Jæhrlicher Rente, und upboringe to erem levende und wanehr ſy dann van Dodes wegen affgan, ſo ſchall denne ſo dane Geld wedder fallen an Hinrick Hane und ſine Erven, Jürgen Bartkowen ſchliger Dechtniſs nachgelaten Huſs-Frowen gegeven, boven diſsen vorſchreven Summen Geldes vyrhundert Rinſche Gulden, de in den verſcreven Summen nicht gerecket ſind. Vortmehr hebben Wy genanter Herr und Fürſte deme genanten Hinrick Hanen und ſeinen rechten Erven gegeven ümme ſünderger Gunſt und Gnade willen, ock ümme ſünderges truwen Denſtes willen den Hinrick Hane uthern Oldern und uns gedan hefft und noch dhunden wert, und geven eme jegenwerdich mit Macht diſses Bryffes Unſe Marſchalck-Ambt aver Unſe Land tho Stargardt, mit aller Rechtigheit Nutt und Herlichheit der dat Marſchalck-Ambt vorſcreven, jy byr uth hefft mede begiffiget und bewedemet weſen, ſich des mit ſeinen Erven erflicken to bruckende, bewedemen und belygen ene und ſyne Erven darmede in Krafft und Macht diſses ſülveſten Bryffes, fürder ſick ock vor Uns geweſen, de wohldüchtige Unſe Rede und lieven Getruwen Lüdecke und Hanſs Gevettere des Hanen tho Baſedow wanafftig an de ne, und Hinrick und Claws Hane tho Kuchelmiſse wanafftig an der andern Syden, und hebben vor ſick, ere Sohns und ere rechten Erven angenamet de ſamende Hand alle erer Güder halven in allen Unſen Landen belegen, nach dome ſy under einander de negeſten Vetteren ſind, dat wy umme ſünderger Gunſt willen bewillen und bevolbordet hebben, bewillen und befulbordet dat jegenwerdig, belygen und belynen ſy dar ock mede in

in aller Mate und wiſe, alſo ſamendes Hand belynendes Recht, Wiſe und Wanheit iſt, ſo beſcheiden, efft Hinrick Hane ſine Söhns, und Claws Hane tho Küchelmiſſe und ere Erven, ſünder Lives-Erven in Gott verſtorven, ſo ſchölen und mögen des genanten Hinrick Hanen negſten Veddern, alſe Lüdecke und Hanß Hane vorſchreven und ere Erven ſick deſſes genanten Gudes und gemeynlicken alle erer Güder in Unſen Landen belegen erfflicken brucken, und dat beſitten, glick alſo Hinrick und Clauß Hane, ere Sohns und Erven der genanten Lüdeken, Hanſen Hanen, eren Söhns, und erer Erven aller Güder na erem Dode erfflicken, alſe vorberürt iſt, brucken, ſünder jenigerley hinder u. jegen ſeggend Uns, Unſer Erven und Nakamen, und diſſes jegenwærdigen Unſes Brives ſick froven und brucken, glick efft he en van Wörden to Wörden tho geſchreven where; Weret ock, dat Hinrick und Claus Hane, ere Söhns und ere Erven ſünder Sohns verſtorven, ſo geven Wy mit Unſen Erven und Nakamen den genanten Lüdecken und Hanſe Gevettern de Hanen to Baſedow, eren Sohns und eren Erven ſodane verſchreven Unſe Marſchalck Ambt aver Unſe Lande to Stargardt dat ſe ſick des mögen brucken, erfflicken mit aller Nütt Herrlichheit und Rechtigheit, alſo vorſcreven iſt, belygen und bewehdemen ſy damede mit Krafft diſſes ſülveſten Bryffes. Alle diſſe vorſcreven Stück und Articull ſæmptlicken und ein ichlick beſonderen, laven Wy genante Herr unde Fürſte vor Uns, Unſe Erven und Nakamen ſtede, vaſt und unvorbracken wol tho holdende, und hebben des to Orkunde und mehr Sicherheit Unſe Ingeſegel hengen laten, mit willen und Witſchop an diſſen Briff. Daran und aver ſind geweſen de Woldüchtigen Unſe Redeu. liven Getrüen Jochim Hane *to Koltzow, Jürgen* Grabow *to Gömetow, Hinrick* Hane *to Arnsberge, und vele mehr der Unſern Ehren und Loven wolwerdich. Gegeven und geſchrieven to* Strelitze, *na Chriſti Gebuhrt Unſers Herrn* MCCCCLIX. *am Sontage na Sünte Martens Tage des hilligen Biſchoppes.*

LXXXIII. *Ducis Henrici privilegium nobilibus foeminis & virginibus Stargardiæ conceſſum.*

1471. *Wy Hinrick van Gades Gnaden Hertoge to Mecklenborg Förſt to Wenden und Greve to Schwerin &c. Bekennen openbar vor Uns, Unſen Erven unde allen Unſen Nakomelingen, vor als weme ſo alſe Wy nun van Rechte wegen Unſes ſeel. lefen Vedders Hertogs Ulrichs, ſind kamen van Erves halven to dem Lande to Stargarden un Uns Unſe Gemene Manne und Stede deſülveſt Erfhuldigung dahn hebben, dar, umme Bede willen ſolch Unſer leven truwen hebben Wy begafet unde begnadet alle* Fruwen und Jungfruwen *in dem vorſcreven Lande to Stargard beſethen de nu ſint und tho kamen mögen, to ewigen Tyden myt ſolch Gnaden, Gewohnheit und Gerechtigkeiten alſe in Unſim Lande to Mecklenborg* ſtethe Gewohnheit und Recht is, Erve und Lehen de Tydt eres Levens *to beſitten up Math und wiſe alſe dat vorſcreven iſt und willen Wy deſülve Unſe leve Getruwe alle Manne und Stede alle Inwohner des ſülveſten Landes, Geiſtlick efft We rlick by Gnaden privilegien olden Wahnheiten und Gerechtigkeiten damit ſe dorch de Hochgebohrnen Forſten unſere leve Vedderen unde alle Unſere Vorfahren ſeeliger Dachtnuſſe begavet, bewedemet unde privilegiret ſind, laten unde beholden ock alle beſegelde Breffe de en dorch de vorſcrevene Unſe Vedderen und Vorfahren verſegelt und gegeven ſind by vuller Macht holden glick wie ſe ſülveſt mede verſegelt hebben, und ock alle Schulde de deſülve Unſe leve Vedderen und Vorfahren redelick ſchuldig bliven ſynt, wohl to Dancke betalen, ſunder allen Arch und Geſæhrde. Hier ſind an unde över geweſen de geſtrenge und Duchtige Unſer leven Ræbde und getruwe Lütke* Hahne to Baſedow, *Jürgen* Grabow to Gömmethau, *Claus* von Oldenburg, *Thomas* Rhude *Unſer Cantzler und unſe getruwe. In Ohrkonde dieſer Dinge unde tor Wittlichkeit hebben Wy Unſer Ingeſegel hangen laten an dieſem Breve de hier geven u. ſchreven is to* Nienbrandenborg *na Chriſti Gebohrt* Verteinhundert Jahr darna in dem ein und ſöventigſten Jahr *am Daghe* Diviſionis Apoſtolorum.

LXXXIV. *Laurentius Culeman univerſitati ſtudii Roſtoch. vendit & reſignat domum mediæ hmæ.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis amen. *Uppe dat de handelinge unde eindracht der Menſchen in tho komeden Tyden bekant und openbare werden; So bekenne un betüge Ick* Laurentius Culemann *Preſter vor my und myne Erven, dat ick redelicken gekofft hebbe van* Hinrich Schonemore *Borgere tho Roſtock dat Orthuſs des* HALVEN MANE. *mit Achte Boden, in der Badt-Stöverſtratte, vyf Boden, dre in der langen ſtraten, negeſt dem erbenömenden Huſe belegen und vort mynen Broder* Berd Culemann *Borger tho Roſtock tho ſchriewen thet in guden loven, dat denne und tho ſchreven ſteit vort in ſo danem guden Loven tho myner Hand* Hanſs Wilckens, *Herr* Dreves Wilcken Sone *Wandages Radtmanne tho Roſtock, ſo wol bewiſet de* Lowe Breft, *den he darup verſegelt hefft, welck Huß des Halven Manes und achte Bodene örbenömet ick* Laurentius Culemann *vorbenomet mit Willen und mit Witſchep mynes erbenömenden Fründes* Hanſs Wilckens *hebe nu verköfft deme* Rectori, Doctoribus *und Meiſtern des Rades der Univerſiteten Studii tho Roſtock vor duſend* Sündiſche Marck, *dar Soſshundert Marck in der* Stadt Boke *tho Roſtock vorſchreven ſint, und myn ſelige Broder* Berd Culemann *mit mynem bete* wedderſtattet hefft, *und* eſſt darhaven by mynen tyden wes mer vorſüttet were, *dat ſchalme mit mynem redeſten Gelde* entfrien *und loſsmaken, de Verhundert Marck* baven de Soſse *ſcholen und mogen* nicht uthloſen de erbenömeden Rector, Doctores und Meiſteren des Rades *der vakennömenden Univerſiteten, de nu ſint und thokamende werden de Tyd mynes Levendes, næ eindracht ſo ſe my bebrefet u. verſegelt hebben, darup Ick* Laurentius Culemann *vorbenömet beteu bebbe* Hanſs Wilcken *mynen Fründe dat vaken benömende Huſs des* Halven Manen *mit Achte Boden den vorgenanten* Rectori, Doctoribus *und Meſteren des Rades der Erbenömeden Univerſiteten* tho vorlatende *und* erloven *tho holdende ſo ſe my bebrevet hadde, welken Loven ick em und ſynen Erven verlaten und vordregen hebbe, und updrege und vorlate jegenwardigen* den egendum *des vorbenö-*

menden Huſes und Boden den vorſchreven Rectori, Doctoribus *u. Meſtern, und ſette ſe in myn Recht u. in myne ſtede; ſo ick dar beveſte mit mynem Ingeſegele gebenget an diſen Breff und* Hanſs Wilckens *myn Fründ ſyn Inſegell tho Wittſchop und tho bewillende des gelicken beſſt benget an deſen Breff, de geben und ſchreven is tho Roſtock na den Jahren unſers Herrn Chriſti 1472. in dem Avende der Hemmelvart unſers Herrn.*

LXXXV. *Kayſerliche Confirmation de An. 1473. über Befrey- und Eximirung der Stadt Lübeck von dem Zoll in Mecklenburg.*

Wir Friedrich *von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten, Mehrer des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien &c. König, Hertzog zu Oeſterreich, zu Steyr, zu Kærnden und zu Krayn, Herr auf der Windiſchen Marck und zu Portenau, Grafen zu Habſpurg, zu Tirobl, zu Pfyrt und zu Kyburg, Marggrafe zu Burgau und Landgrafe in Elſaß, Bekennen öffentlich mit dieſem Brief, allen den, die ihn ſehen, leſen oder hören leſen, daß Uns die Ehrſahmen Unſers und des Reichs lieben Getreuen, Bürgermeiſter und Rahte und des heil. Reichs Stadt Lübeck, durch ihr ehrbahr Bohtſchaft haben thun anbringen, wie Sie an den Grentzen und Gemercken des heiligen Reichs gelegen ihr Stande, Weſen und Nahrunge auf Gewerbe und Handthierunge der Kaufmannſchaft geſetzt, und mit viel ſchweren Zollen auflegen, auch täglicher und mercklicher Koſte und Darlegunge zu Waſſer und zu Lande der anſtoſſende Gewalter, und Sorge halben beladen, und beforder, daß Sie und die ihrigen mercklicher und endlicher Urſach halb von Alter her gefreyet, und verſehen, daß Sie in dem* Hertzogthum zu Mecklenburg und Herrſchaft zu Roſtock *kein* Maute, Zolle, *noch* Aufſchläge *von ihren Leiben, Haben, Güter, und Kaufmannſchaften zu geben, pflichtig ſeyn, und darüber ſolch alt Herkommen Zollen, ſo allenthalben auf den Straſſen, die Sie und die Ihren zu Waſſer und zu Lande, zu Handhabung ihres Weſens und Herkommens gebrauchen müſſen, auch über die obbeſtimmt Freyheit Ihne in den obbenamten Hertzogthum zu Mecklenburg Unſer lieber Oheim und Fürſte zween neue Zölle zu* Ribnitz *und* Grevismühlen *auf alle und jeglich Guth, ſo durch daſſelb Hertzogthum und Gebiehte wird geführet und gehandelt von Uns als Römiſchen Kayſer, aufzurichten und zu haben erlangt ſoll haben, dadurch dieſelbe Unſer Stadt Lübeck an ihren Freyheiten, Stande, Weſen und löblichen Herkommen in gemeinde und ſonderheit vaſt mercklich beſchweret ihnen die Handel, Gewerbe und Kaufmannſchaft, auch damit ihre Nahrung entzogen, die Straſſen niedergeleget, und Sie dadurch zu verderblichen Abnehmen und Schaden gebracht werden; Und Uns darauf demühtiglichen anruffen und bitten laſſen, Ihnen, ihren Einwohnern und Unterthanen gegen ſolchen neuen Zollen und Auflegen von Röm. Kayſerl. Macht zu verſehen, und bey ihren hergebrachten geübten Freyheiten zu handhaben gnædiglich gereichen. Wann wir aber geneigt ſeyn, dieſelben von Lübeck, als die ſo Uns und dem heiligen Reiche am Mittel gewandt ſind, an Aufnehmung und redlichen Stande, Weſen und Herkommen, und nemlich bey den vorgemeldten Freyheiten, ſo Sie in den beſtimmten Hertzogthum zu* Mecklenburg *und Herrſchaft zu* Roſtock *von Alter hergebracht haben, zu handhaben und darum und andern mercklichen und redlichen Urſachen Uns fürgebracht, und darzu bewegende, und wohl bedachtem Mubte, zeitigem Rahte und rechten Wiſſen, ordnen, ſetzen, erklehren und wollen Wir von Röm. Kayſerl. Macht, Vollenkommenheit, in Kraft dieſes Briefes, daß die vorgemeldt Unſer Stadt Lübeck, auch alle und jegliche ihre Bürger, Einwohner und Unterthanen mit allen und jeglichen* ihren Leiben, Haabe, Gewerbe, Kaufmannſchaften und Guhten, *ſo Sie hinführo durch des gemeldten Unſers Oheims von Mecklenburg, ſeiner Erben und Nachkommen, Landſchaft und Gebiethe, fahren und handeln werden, wie ſolch Kaufmannſchaft, Haab und Guht genandt iſt nichts ausgenommen, bey der obbeſtimten* ihrer alten Freyung *bleiben, auch von ſolchen Zöllen und Auflagen, ſo der obbeſtimmt Unſer Oheim von Meckelnburg negſt und von neuen von Uns als Römiſchen Kayſer, zu* Ribbenitz *und* Grevismühlen *aufzurichten erlanget hat, gantz und gar befreyet, ausgezogen und* exemt *ſeyn, auch von demſelben Unſerm Oheim von Mecklenburg ſeinen Erben und Nachkommen, noch ſonſt jemand anders von ihrentwegen, desfalls nicht aufgehalten, bekümmert und gehemmt, ſondern ungeirret, Zollfrey und unbeſchweret gelaſſen und gehalten werden ſollen. Und gebieten darauf allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Grafen und Freyen, Herren, Richtern und Knechten, Haubt-Leuten, Ambt-Leuten, Voigten, Pflegern, Vorweſern, Bürgermeiſtern, Richtern, Rædten, Bürgern, Schultheiſſen und Gemeinden und ſonſten allen andern, Unſern und des Reichs Unterthanen und Getreuen und was Würden, Staates oder Weſens die ſeyn; und inſonderheit dem obgenannten Unſerm Oheim von Mecklenburg ſeinen Erben und Nachkommen ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Briefe, daß Sie die obgemeldten von Lübeck, ihre Einwohner und Unterthanen, an ihren vorgemeldten Freyheiten und dieſer Unſer Kayſerlichen* Declaration *nicht irren noch beleidigen, ſondern Sie bey ihren Freyheiten, getreulich handhaben, ſchützen, ſchirmen und bleiben laſſen, darwider nicht dringen, beſchweren, handeln, thun, noch ſchicken, gethan werden, in kein Weiſe als lieb euch allen und jeglichen ſey Unſers und des Reichs ſchwere Ungnade zu vermeiden, und darzu eine* Poen *nemlich 50. Marck lötiges Goldes, die ein jeglicher, ſo oft er hiewider thæte verfallen ſeyn ſoll, halb in Unſer und Unſer Nachkommen Kayſerliche Cammer und den andern halben Theil dem vorgenannten Bürgermeiſtern und Rahte zu Lübeck und ihren Nachkommen, unablæſſig zu bezahlen, und um derſelben* Poene *mögen die jetztgenanten von Lübeck einen jeglichen; der die in obbemeldte Maaſſe verwirckt hætte, und darinne verfallen erkandt, oder durch Uns oder Unſern Cammer-Gericht oder* Commiſſarien *erklæbret würde, in allen und jeglichen des heiligen Reichs Fürſtenthumen, Herrſchaften, Stædten und Gebiehten, an ſeinem Leibe, Haab und Guhte, wo Sie die ankommen mögen, aufhalten, bekümbern und damit pfænden laſſen, nach des Reichs-Rechten, ſo lang und viel, bis daß nun ſolch verfallen* Poene *begnügen und*

und Ausrichtung beſcheben iſt, daß Ihn alſo zu thuende ohne allermænniglicheſ Eintrag und Verhinderung geſtattet und gegönnet werden ſoll, alles ohn Gefehrde. Mit Uhrkund dieſes Briefes beſiegelt und Unſer Kayſerl. Majeſt. anhangenden Inſiegel geben zu Augsburg am Freytag vor dem Sonntag als man in der heiligen Kirche ſinget, Cantate, *nach Chriſti Gebuhrt Vierzehen Hundert, und im drey und Siebenzigſten, Unſer Reiche des Römiſchen im vier und dreyſsigſten des Kayſerthums in Zwey und Zwantzigſten und des Hungariſchen im Fünfzehenden Jahren.*

LXXXVI. *Executores teſtamenti Decani Brockmanni tradunt domum ejus Clerico Sverinenſi König cum commodis & incommodis realibus, accedente donatari acceptatione ex formula juris Romani.*

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem 1476. indictione nona die Mercurii viceſima tertia menſis Octobris hora nonarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini Domini *Sixti* divina providentia *Papæ quarti* anno eius ſexto, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia conſtituti perſonaliter venerabiles & circumſpecti viri domini & magiſtri Nicolaus *Wittenborch* præpoſitus, Joannes *Remmelin* Canonicus, D. Nicolaus *Vormann* vicarius eccleſiæ *Warinen*, aſſerti teſtamentarii & ultimæ voluntatis executores felicis memoriæ quondam domini *Hermanni Brockmann* Decani dictæ eccleſiæ Sverinenſis de conſenſu, ut aſſeruerunt, aliorum teſtamentariorum, meliori modo quo poterant, propter certas cauſſas ipſorum ad id momenti totam domum in civitate Sverinenſi ſuam circa *curiam canonicalem* apud horreum *præbendæ decimalis* exiſtentem ex uno & locum domus deſolutæ validorum Vaſallorum *de Sperlinge* lateribus ex alio diſcreto *Hermanno Koningk* clerico Sverinenſi ad vitam duntaxat aſſignarunt & in *ſubſidium ſtudii ſui* dederunt cum omnibus attinentiis prout jacet ſuis in finibus & limitibus; *plebicium* vero nec non cetera onera *communes cives* concernentia in *vigilando* & *porta civitatis cuſtodienda* & de *tributis Conſulatui*, quod proprie *Schot* dicitur, dandis idem Hermannus Koning de *huris* ex ipſa domo provenientibus tenere & ſolvere exſtitit obligatus. Etiam ipſam domum ſuis in ædificiis, ſtructuris, tectis, puteis, parietibus, ſepis, ſeu circumferentiis in eſſe realiter & cum effectu debeat ſervare. Eo vero naturæ ſoluto debito & ab hoc ſeculo migrato dicta domus cum ſuis attinentiis & huris pro memoria perpetua præfati domini Hermanni Brockmann Decani in *eccleſia Sverinenſi* peragenda ſingulis annis perpetuis temporibus debeat ſpectare & pertinere. Super quibus præfatus Hermannus Koningk liquidam *donationem* ACCEPTANS & præmiſſa adimplere promittens me Notarium publicum una cum inſtantia requiſivit ac petiit ſibi ſuper. unum vel plura fieri inſtrumentum & inſtrumenta. Acta ſunt hæc in *capella b. Mariæ virginis eccleſiæ Sverinenſis* ſub Anno, indictione, die, menſe, hora, Pontificatu & aliis quibus ſupra. Preſentibus honorabilibus viris Dnis: Bernardo *Schmitt* & Jacobo *Wintenborch* ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis. Et ego *Joannes Bochero* Clericus eccleſiæ Swerinenſis publicus Imperiali autoritate Notarius. Quia huiusmodi *aſſignationi*, *donationi*, *acceptationi* & *promiſſioni* omnibusque aliis & ſingulis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænotatis teſtibus interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria conſcripſi, exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi. in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

1476.

LXXXVII. *Baltaſar Epiſcop. Sverin. confirmat conſuetudines & ſtatuta Eccleſiæ Butzovienſis.*

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam *Balthaſar* Dei gratia *dux Magnopolenſis* SLAVIE INFERIORIS princeps Comes Suerinenſis Stargardie & Roſtochienſium terrarum dominus, nec non *eadem & apoſtolicæ ſedis gratia* eccleſie Suerinenſis in SPIRITUALIBUS & *temporalibus Adminiſtrator*: quanto divina clementia in ſortem ſui miniſterii tam in ſpiritualibus quam temporalibus Nos licet immeritos evocavit, tanto ſollicitius, quoad vivimus, ſolliciti eſſe cupimus ut cives debite regantur & Eccleſiaſtici viri libertatibus & tranquillitatibus ſuis debite gaudere valeant; igitur divine memorie quondam predeceſſores noſtri Epiſcopi Suerinenſes certas ordinationes *in horis decantandis & legendis* ſtatuerunt ſaluti animarum pie providendo, verum cum *Eccleſia Collegiata Butzowienſis* per pias intentiones bonorum hominum in certis ſanctorum feſtivitatibus etiam non celebribus ad inſtar conſolationum ſit dotata, ita videlicet ut in hiis *hyſtorialiter* tam in Cantu quam legendis cum honore & reverentia altiſſimi ultra ordinantiam noſtrorum predeceſſorum plus hujusmodi feſta venerantur, revera unaqueque Cathedralis & Collegiata eccleſia ſuis propriis gaudere dicitur ſtatutis, & hominum Inſtitutiones per plura tempora & multos annos in prefata Eccleſia creverunt, Nobis pro parte venerabilium dominorum Decani & Capituli Eccleſie prenominate attentius fuit ſupplicatum, omnibus preſentibus timore ſane conſcientie & bonorum mentium ſuper factis & intentis firmis inſtitutionibus hujusmodi & ſuper diſcrepantia ordinantiæ predicte eccleſie cum eis & eorum ſequacibus diſpenſare ac hujusmodi piarum mentium Inſtitutiones celebritates & alia una cum laudabilibus dicte eccleſie ſtatutis & conſuetudinibus edictis & edendis ſervatis & ſervandis favorabiliter collaudare, ratificare & confirmare ac noſtrum conſenſum & licentiam ſpecialem in hiis impertiri & noſtra ordinaria autoritate roborare dignaremur. Nos vero Balthaſar princeps & adminiſtrator ſupra dictus Divinum cultum, quantum nobis ab alto conceditur, noſtris temporibus non minorari ſed plus adaugeri cupientes ſalubritati eccleſie *Butzowienſis* ac ſaluti decani Canonicorum Vicariorum & perſonarum ejusdem eccleſie providere

1477.

videre volentes, omnes *consuetudines, Consolationes, Hystorias, Vigilias defunctorum, lectiones & Cantum* juxta Ordinarium Chori in jam dicta ecclesia hactenus observatas & observatum ac futuris temporibus per Capitulum nondum instituendas & instituendum ac etiam horas & Cantum Beate Marie Virginis nec non Institutiones festorum & Consolationum hujusmodi omniaque statuta & rationabiliter statuenda in eadem omniaque privilegia, litteras, donationes, libertates, & indulta eidem Ecclesie Capitulo & personis ejusdem per predecessores nostros concessas & concessa collaudamus, ratificamus, approbamus & confirmamus, ac quantum de *jure* aut *consuetudine* opus fuerit desuper dispensamus. Nostrumque consensum pro nobis & successoribus nostris ad id concedimus, ac easdem Institutiones *consuetudines laudabiles & statuta rationabilia* dicte ecclesie ab omnibus membris & personis ejusdem ecclesie observari demandamus sub pena ad arbitrium per Capitulum Butzowiense mulctanda. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissum sigillum nostrum presentibus nostris litteris est sub impensum. Datum in castro nostro *Butzow* sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo Die mensis Aprilis vicesima quinta. Ad mandatum prelibati Illustris Principis ac Reverendi in Christo Patris domini domini Balthasaris Ecclesie Suerinensis administratoris *Hinricus Bartboli* Notarius publicus subscripsit.

LXXXVIII. *Vergleich derer Herrn Hertzogen zu Mecklenburg mit der Stadt Lübeck wegen der Zölle in Mecklenburg.*

1478. Wy Albrecht, Magnus und Balthasar *von Gottes Gnaden, Gebröder, Hertzogen tho Mecklenburg, Förſten tho Wenden, Greven tho Schwerin, der Lande Rostock und Stargard Herren, bekennen apenbahre, betügende vor uns, unse Erven unse Nakamelinge und als weme der des Nobt und Behueff donde werth, dat wy ümme ſündergher* Gunſt, tho neghinge und Gnade willen, *darmede Wy mit den Ehrſamen und Wyſen Mannen, Bürgermeiſter und Rabtmanne der Stadt Lübecke bewandt ſyn, denſylven Bürgermeiſtern Radmannen und gemeine Borge Herren der wohlgenömten Stadt Lübecke gnädiglicken hebben vorlatten den* Tollen tho Grevismühlen und Ribbenitze, *darmede, der Allerdorchlüchtigſte, Hochgebohrne Fürſte, unſe gnædigſte Herr Römiſcher Kayſer, unſen ſeeligen leven Herrn Vader, und uns gnædiglicken, nach Inholde Syner Kayſerlicken Majeſtæten Breve begnadet beprivelegert und begiftiget hefft, alſo dat de velgenömten Mene Börgere und Inwahnere derſelben Stadt Lübeck mit eren Güderen und Kopmannsſchoppen möghen und ſchællen degher und alle qyt und Tollen fry ſin und blieven tho ewigen Thiden in den genömten Tollenſteden Grevesmöhlen und Ribbenitze, und Wy offte unſe Erven, offte Nakamelinge Ambtmanne edder de unſen eſchen laten in den vorbeſtemmenden Steeden, und ock nene ander einige Tollen, in den noch andern Steeden und unſern Herrſchoppen offte Landen, noch wy unſe Erven, offte Nakamelinge voreigen offte upſetten nah gieffte deſen unſes Breves jegben de vom Lübecke edder ere* Privilegia *und Freyheiten, und ſeggen en de vorgenömte Tollen ſo loß u. willen und ſchælen Wy und unſe Erven offte Nakæmelinge, daranne ock nener Behelpunge Brücken noch gheſtlickes, offte werlickes Rechten, wenn ſchælen davon degher und alle* eximirt *weſen, alſe vorgeſecht iſt in Kraft des unſes Breves. Ock hebben Wy erbenömten Herren und Bröderen Hertzogen &c. vor uns und unſe Erven und Nakæbmelinge den vorbenömenden Borgbermeiſtern, Rademannen, Inwahnern und der gemeinen Börgern der Stadt Lübecke ümme ſondergher Gnade Gunſt und thoneghinge, de uns darthо bewegen, Denſtes unde Willen halven, uns von Er bewieſet,* beveſtiget, beſtættiget und confirmiret, alle ere Breve, Privilegia, Vrügheiten, Rechtigheide und Wahnheyde, *welchkerleye de ſin darmede Sie von unſen Voreldern edder unſem Herrn Vader begiftiget, beprivilegert und begnadet ſin und ſchælen und willen Segerne daby ſo beholden und laten, ſo ſee darmede in unſen Herrſchoppen, Landen und Gebeden bewand und beprivilegert ſind und daran ſee und ere Güderen beſchütten und beſchirmen, gelyck den unſen und beſtedigen, beveſtigen und* confirmeren, *Ende ſo in aller Machte, ſo vorgeſegt iſt, und willen und ſchælen See darby ſo laten, und laten ſee darby, und wy offte unſe Erven, offte Nakommelinge ſchælen und willen daranne nener Behelpunge brücken, in Kraft deſſes unſes Breves, und alle vorgeſchrevene, ſo deſſe unſe Breff in allen Punčten, und Articuln ſæmtlicken und beſunderen und einen jſslicken by ſick inne holden, und beſtimmet ſin, löven und ſeggen Wy by unſen Fürſtlicken Trewen, und in guden geloven anvorbracken ſtede und vaſt woll tho holdende ſunder alle Behelpunge, geſtlickes offte wertlickes Rechtes und ane alle Geverde in Kraft dieſes ſülven unſes Breves den Wy Herren Albrecht und* Magnus, *Hertzogen &c. vorbenömt, tho Ohrbkunde, und mehrer Bewahrunge, mit unſen eigbenen Inſegelen, und Wy Balthaſar Hertzoge, abgenömt, mit unſe Broders Hertzogen* Magnuſſes *Inſegele, vor uns in unſe Stede, ümme Gebreckes willen unſeghens, des Wy bekennen und willen dat holden und dartoe doen gelick alſe wy tho unſem eigenem verpflichtet ſin vor uns unſe Erven verſegelen laten; bieran und aver ſind geweſen de werdigen Strenghe Ehrbahren und düchtigen Herren* Nicolaus Wittenborg *Dom Praveſt tho Schwerin, Herr* Matthias von Bülau *Ritter, Herr Hinrich* Bentzien *Archidiacken, Wyprath von* Pleſſe *und Herr Thomas* Rode *unſe* Canzeler *und dee* Radgevere. *Geven und geſchehen binnen der Stadt* Lübeck *na der Bordt Chriſti unſs Herrn 1478. am Mandag vor dem heiligen Pfingſten.*

LXXXIX. *Foedus Magni & Baltaſaris Ducum Megapolenſium & Bogeslai Ducis Pomeraniæ de mutuo auxilio contra rebelles civitates ferendo.*

Wy Albrecht, Magnus *und* Baltzer *van Ga-* 1481.
des Gnaden Hertbogen tho Mecklenborgh Forſten tho Wenden &c. bekennen apenbahr vor uns ſemptlicken und in beſamde und ſüs vor allen denjennen, de deſen unſen apenen Breff ſehen edder hören leſen, dat Wy mit den Hochgebohrnen Fürſten und Herren Bugislave to Stettin in Pommern, Caſſuben und Wenden Hertogen, unſen leven fründlichen Obm und Schwager ümme unſe Landes Beſte, Beſchüttunge und Beſchirmunge willen, ümme erholdinge by macht

unſes

unſes Förſtlicken Standes und Lande verdragen und vereiniget hebben, ſo hier nabgeſchreven ſteith, dat wy obgenanten Förſten und Herren ener den andern in ſinen Stöden, effte id ſo qveme, dar Gott vor ſy, dorch unſe ergenömede Underſaten, Steten binnen edder buten Landes beſeten und belegen, de ſick gegen ehre Herre ſettende würde, Wor wy vorgenandte Mecklenburgiſche Heren unſes Leven Ohms und Schwagers Hertzogs Bugislafs to eren Lieve und recht mechtigk ſin, gegen de Steden buten edder binnen ſiner Leven Lande beſeten und gelegen, de ſiener Leven Ungehorſahm und tho wedder wullen weſende, Hülpe, Rath, Troſt und Byſtand mit unſen Lauden, Lüden don willen und ſcölen. Unde wener dat wy ane alle Wierunge na der Upkundigunge in eines Mandes Tidt, effte dar idt noth ſyn würde, Hülpe und Byſtand don, ſo vorſcreven wy dar nicht affto laten. Alſo hefft uns wedderüm de genante unſe Ohm und Schwager Hertzog Bugslaff, *effte edt mit unſer und erfgeſatten edder* Steden *buten effte binnen unſen Landen beſeten edder belegen geſchæhe, ſo idt uns nun* tor tidt *von den unſen* van Roſtock *wedder fahret, de ſick wedder Uns* uth frevele und wedderwille *ſetten, in der fülven Wieſe mit vuller macht Hülpe, Rath und Byſtand tho donde mit Landen und Lüden, tho geſegt hefft na uthwiſinge ſiner Leven verdrach Breve glicke Ludes hier over gegeben. Wedder mehr hebben wy unſen Leven Ohme und Schwager togeſecht effte ſine Leven edder de Sienen, dar Gott vor ſy, gefangen würde, dat wy ſiener Leven edder de ſienen qvit, fry, leddig und loſs ſchicken willen und ſcölen, und nenen* Frede *edder Sacke upnehmen, de Gefangenen ſint den loſs edder efft ein güttlick Beſtand to elcker tidt beſpracken würde, dat de Gefangenen ſo lange Dach hebben, doch dat ſülck Frede mit Vullborth und mit willen unſers Leven Ohms und Schwagers geſchehen ſall. Wedder hebben wy unſen Ohme und Schwager to geſecht, effte wy edder de unſen van Pferden, Harniſchen edder andern Tüge, dat darto behöret, ſkaden nehmen, den ſkaden willen und ſcölen wy ſülver dragen und gelden und unſen Ohm und Schwager dar nicht ümme anlangen.* Koſt *und* Theringe *willen wy unſen Leven Ohm und Schwagere ingeſampt ſiner* Ridderſchop *na Noturfft, ſo ſine Leve uns denende, werden in unſe Lande kummen, utrichten und verſorgen. Wy vorgenante Herrn Albrecht, Magnus und Baltzer Gebrödere Hertogen tho Mecklenborg ſeggen, laven und reden bi unſen* Förſtlicken Worden und Trüwen *ſo danne Verdrag deme velgenandten unſen leven Ohm und Schwager ſtede und feſt to holdende und ſine Leve mit Landen und Lüden, Hülpe, und Biſtand to donde und dar nicht off to latende, ſündern dat ſine Leve ſick mit ſinen Wedder-Parte vereinigede oder Uns des mit ſiner Leve willen verlate. In Krafft deſſes Breves dat to wetlichkeit und Bekæntniſſe hebben wy velgedachte Herren van Mechlenborg unſer Ingeſegel mit Witſcop heten hengen hir an deſſen Bref, de gegeven und ſcreven is to* Wolgaſt *am Avende Margaretae nach Chriſti Gebort 1482.*

XC. *Epiſcopi Johannis Nocerini Literæ quibus Decanus & Capitulares eccleſiæ Sverinenſis citantur in cauſa Theſaurarii Sverinenſis.*

Venerando in Chriſto P. Dn. Epiſcopo Zverinenſi nec non illuſtribus Principibus & magnificis viris & Dominis *Magno & Balthazari Ducibus Magnopol.* eorumque *Comitibus, Vicecomitibus, Marchionibus, Baronibus, militibus, militaribus, caſtellanis, armorum conductoribus, rectoribus, gubernatoribus, advocatis, proconſulibus, magiſtris ſive Burgimagiſtris, Scabinis, civibus, oppidanis, incolis civitatum, oppidorum, caſtrorum, villarum, villagrorum, urbium ſuburbium &* aliorum locorum quorumcunque, unicuique inſolidum *Johannes Epiſcopus Nocerinus* ad infra ſcripta a Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino & hujusmodi ſanctis admonitionibus apoſtolicis firmiter obedientibus proſperitatem: Dignatus eſt Dn. Noſter Papa *Innocentius* VIII. per certum ſuum curſorem ad me mandare mihique facere notum quatenus in eccleſia Sverinenſi per Sanctas ordinationes & Conſuetudines fuit introductum, quod *Theſaurarius Sverinenſis* tertiam partem obventionis, quæ ratione *Sacramenti ſanguinis Dn. noſtri Jeſu Chriſti in eadem eccleſia reconditi exiſtit*, in poſſeſſionem & uſum ſuum recipiat, uti ſemper fecit quiete, nihilominus Decanus *Clemens Ultzen* cum *canonicis & Capitulo* dictæ eccleſiæ hanc tertiam partem per ſeptem annos & ultra dicto Theſaurario *Johanni Schütte* recuſando, ſibi illicito modo appropriarunt, inde *theſaurum eccleſiæ & Johannem* præfatum iis quæ ſua ſunt, inique deſtituentes; & cum æquum eſt ſanctas & rationabiles conſuetudines inviolabiliter ſervari, Theſaurarius prædictus, qui maximos labores, præcipue in illuminatione lampadum ſuſtinet, ad S. ſedem Domini noſtri papæ confugit, rogans enixe, ut apoſtolico more cauſæ examen & deciſionem ſubeat, quapropter de mandato Domini noſtri Papæ a *Johanne Dn. Cardinali mediolanenſi* ſubſignato nobis diſtricte præcipiendo commiſſum eſt, ut *Decanum & Capitulares Eccleſiæ Sverinenſis* citemus, audiamus petitum & Juſtitiam faciamus. Hoc itaque mandatum & commiſſorium pro ſufficienti Lege reputantes, Vos Decanum & Capitulares E. S. prima, ſec. & tertia vice peremtorie citamus, ut poſt inſinuationem hujus die LX. *mane* hora *antemeridiana conſueta ad jura reddenda* in Tribunali & in palatio Domini noſtri Papæ in virtute S. obedientiæ compareatis, & quæ veſtra intereſſe putabitis coram nobis, & ad ea commiſſis ſacri palatii apoſtolici cauſarum auditoribus & executoribus exponere non intermittatis ſub poenis canonicis & ſolitis, quas ſi vos pertinaciter ſuſtinere animum veſtrum porro inducatis, ex tunc munere eccleſiaſtico non diminuto, illas cum auxilio brachii ſecularis conjungi ſciatis, invocando & exhortando juſtitiæ in his partibus vibratores vos illuſtres Principes ac Dominos, ut jurisdictionem ſpecialem temporalem & ordinariam contra denunciatos & aggravatos per invaſionem, captionem & detentionem perſonarum rerum & bonorum, ipſi vel per alios mediate vel immediate exerceatis. Datum *Romæ* Anno 1486. d. III. Maii pontificatus Sanctiſſimi Domini Domini Innocentii papæ anno ſecundo, preſentibus diſcretis viris, magiſtris Gerardo *Oldenborgh* & Hinr. *Stene* notariis publicis

1486.

blicis *ſcribisque clericis Bremenſ. & Metropolit. dioeceſ.* ad præmiſſa ſpecialiter vocatis & rogatis.

XCI. *Innocentii VIII. Indulgentiæ pro Capella caſtri Sverinenſis, & altari ſancti ſanguinis.*

1486. INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei, Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Pro ſalute populi chriſtiani, cujus nobis meritis licet inſufficientibus ex alto cura commiſſa eſt, noſtros prout tenemur diffundentes jugiter cogitatus ea libenter exquirimus per que fidelium mentes Regni celeſtis premia valeant feliciter adipiſci, & in eccleſiis quibusliber divini cultus ſuccedat incrementum. Cum itaque ſicut accepimus *Duces Magnopolenſes* pro tempore exiſtentes *ad Capellam Caſtri Civitatis Zwerinenſis* eorum Dominii temporalis in qua pro majori parte moram trahere conſueverunt pro Miſſis & aliis divinis officiis quæ in illa continue cum magna ſolennitate celebrantur ſe conferant, ac in ea ſingulis diebus Adventus Miſſa cum introitu Rorate celi deſuper celebrari & *in eccleſia Zwerinenſi ad Altare in Capella ſanguinis Chriſti* in die Annuntiationis beate Marie una cum reliquiis ſanctorum cum decantatione Antiphone, Hec eſt Dies quam fecit Dominus & Dominica infra Octavas corporis ejusdem Domini alia ex dicta eccleſia per ipſam Civitatem Zwerinenſem, cum candelis accenſis legentibus quatuor Presbyteris evangelia cum decantatione Hymni Te Deum laudamus, & in dicta eccleſia in die nativitatis ejusdem Domini ſimiliter per circuitum eccleſie cum candelis accenſis, ac decantatione verſus. Gaude Dei genitrix Novem vicibus repetiti alia proceſſiones fieri conſueverint, ad quas magna Chriſti fidelium dicte civitatis continue devotionis cauſa confluit multitudo. Nos cupientes *ut Capella & eccleſia predicte* congruis frequententur honoribus ac Chriſti fideles ipſi *ad easdem eccleſiam Capellas proceſſiones & Miſſas celebrandas eo libentius confluant*, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi omnibus & ſingulis utriusque Sexus Chriſti fidelibus vere penitentibus & confeſſis *qui Capellam Caſtri predictam* in Die Dedicationis illius ac ſancti Georgii & Annunciationis beate Marie Virginis feſtivitatibus a Primis Veſperis usque ad ſecundas Veſperas devote viſitaverint, annuatim ſingulis videlicet dedicationis & feſtivitatum earundem Annos Viginti fidelibus vero ipſis qui Proceſſionibus cum Candelis accenſis ac Miſſis pro tempore celebrandis hujusmodi interfuerint, quotiens interfuerint *Centum Dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.* Non *obſtantibus* Conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac quibusvis ſimilium vel diſſimilium Indulgentiarum generalibus vel ſpecialibus ſuſpenſionibus limitationibus ſeu revocationibus per nos & ſedem apoſtolicam etiam ex quavis cauſa & cum quibusvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis & alias inſolitis pro tempore factis, quas etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica & expreſſa ac de verbo ad verbum mentio habenda foret ad preſentes litteras nequaquam extendi volumus ceterisque contrariis quibuscunque. Preſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Rome apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto Pridie Kalend. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XCII. *Fundatio Fraternitatis de Roſario B. Virginis in civitate Friedland.*

1489. *Buſſo* Dei gratia Eccleſiæ Havelbergenſis Epiſcopus univerſis & ſingulis utriusque ſexus præprimis fidelibus noſtræ dioeceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Quia humiliter nobis eſt ſupplicatum per *illuſtrem* principem & dominum dominum *Magnum Ducem Magnopolenſem* nec non *honorabilem* virum dominum *Nicolaum Hartzebarch* præpoſitum Fredelandenſem, ut quandam *fraternitatem* nuncupatam *de* ROSARIO *beatæ Mariæ virginis* ad laudem & honorem ejusdem glorioſæ Dei genitricis & virginis Mariæ in oppido Fredeland noſtræ dioeceſis ibidem in parochiali Eccleſia per devotos præprimis fideles ejusdem oppidi inſtauratam erectam & fundatam, cum certis orationibus dominicalibus & *angelicis ſalutationibus* etiam per adventum Domini ſingulis diebus tertiisque feriis totius anni cum officio miſſæ *beatæ coeli* nec non per totam octavam Viſitationis Mariæ cum officio feſti ſingula officia ſolenniter cum gloria in excelſis in melodiis & organorum cantibus in ſplendore quinquaginta quinque candelarum nec non duabus memoriis ad minus in anno pro defunctis fratribus & sororibus devote peragendis cum bonis redditibus rebus & obventionibus pro hujusmodi fraternitatis conſervatione jam pie donatis, datis, legatis, aſſignatis, & deputatis, ac futuris temporibus donandis, dandis, legandis, aſſignandis & deputandis, autoritate noſtra ordinaria ratificatione confirmare & approbare dignaremur; Nos igitur petitionem hujusmodi rationabilem ac rationi conſonam attendentes, conſiderantesque & ſpectantes, ſicut paſtoralis noſtri debitum officii recte exequimur, ad ea quæ noſtræ confirmationis munimine indigent, noſtris autenticis litteris ſtabilimus ac ea quæ divini cultus augmentum & incrementum conſpiciunt & concernunt pio favore proſequimur, dictam fraternitatem Roſarii beatæ Mariæ virginis cum ſuis orationibus, officiis, ſolennitatibus & meritoriis, bonis, redditibus, rebus & proventibus pie datis & aſſignatis & in futurum pro utilitate & augmento præfatæ laudis beatæ Mariæ virginis donandis, dandis & aſſignandis, autoritate noſtra ordinaria ratificamus, approbamus & Dei nomine confirmamus per præſentes. Inhibentes omnibus & ſingulis utriusque ſexus hominibus, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis fuerint, ne confirmationem noſtram hujusmodi quoquo modo infringant aut id auſu temerario corrumpere, ipſiusque fraternitatis Roſarii beatæ Mariæ virginis præfatæ redditus, bona & res quascunque alias alienare diſtrahere ſive uſurpare, aut ad uſus profanos revocare audeant vel præſumant ſub excommunicatio-

nicationis & æternæ maledictionis poenis volentesque & cupientes præprimis fideles quoslibet ad opera pietatis inducere juxta posse & ut prælibata fraternitas in suis divinis officiis & congruis honoribus frequentetur & conservetur, omnibus vere poenitentibus & confessis prædictæ fraternitatis fratribus & sororibus sine contractu eandem fraternitatem intrantibus, prædictisque officiis & memoriis devote interfuerint, orationem Dominicam quinquies & salutationem Evangelicam quinquagesies continuando adfuerint etiam imitando legendo vel ministrando & missas audierint aut pro divinorum officiorum sustentatione & conservatione aliquid pie dederint, deputaverint, assignaverint aut manus porrexerint adjutorias, quotiescunque & quicunque præmissa seu aliquod præmissorum fecerit, de omnipotentis misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum autoritate confisi, *quadraginta dies indulgentiarum* de injunctis sibi poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Indulgentes insuper præmemorato Domino *Nicolao Hartzebarch* Præposito Fredelandensi nec non nutriciis ecclesiæ beatæ Mariæ virginis dicti oppidi pro tempore existentibus & eorum successoribus onus ordinationis, procurationis, receptionis, institutionis, provisionis & dispositionis eiusdem fraternitatis ut eo melius conservatio in esse & cultus divinus non imminuatur. Datum Rostock nostro sub appenso Secreto sub anno a Nativitate Domini MCCCCLXXXIX. feria secunda post Lætare.

XCIII. *Conradus Episc. Sverin. indulgentias Cardinalium ecclesiis oppidorum Mecklenburgens. Warnæ, Svanæ cet. concessas approbat & XL. diebus auget.*

1500. *Conradus* Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Suerinensis universis & singulis Christi fidelibus præsentes nostras literas visuris, lecturis pariter & audituris, & præsentibus fidem indubiam adhibituris, cum salute sempiterna; notum facimus vobis per præsentes, quod literas Reverendissimorum in Christo Patrum & Dominorum Dominorum *Cardinalium*, in præsentibus nominatorum, cum eorum sigillis salvas, sanas & integras, omni suspicione & vitio, prout nobis apparuerunt, carentes, suscepimus, vidimus, palpavimus, legimus, admisimus, & ad publicandum juxta tenorem earundem in nostra Dioecesi Dei nomine admittimus per præsentes, volentes etiam Dominicum talentum nobis creditum, fidelibus largiter dispensare. Post apertionem hujuscemodi literarum insignium gratiosa admissione & quantum in nobis est, approbatione, gratiam nobis collatam fideliter distribuere volumus, de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritatibus confisi, omnibus & singulis Christi fidelibus vere poenitentibus & confessis, dum juxta Reverendissimorum & Dominorum Dominorum Cardinalium & Patrum literarum tenorem se exhibuerint, manus porrigendo adjutrices, nostra auctoritate *ordinaria & Episcopali quadraginta dies indulgentiarum* adjiciendo ipsis misericorditer in Domino relaxamus, perpetuis temporibus præsentibus duraturis. In quorum fidem & testimonium præsentes nostras literas nostro sigillo munitas, applicando easdem ad literas Dominorum Cardinalium roboramus. Datum *Butzow.* Anno Domini millesimo quingentesimo, Die Lunæ decima Augusti. *Oliverius* Sabinensis Episcopus, Dominicus & Sancti Clementis Ludovicus, Johannes & Sanctorum quatuor coronatorum Baptista & Sanctorum Johannis & Pauli Guilliermus, & S. Prudencianæ Presbyteri & Julianus Sanctorum Sergi & Bachi Diaconus miseratione divina Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales universis & singulis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis S. in Dno sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis incitantur, tanto salubrius eorum animarum saluti providetur; cupientes igitur, ut ecclesia parochialis oppidi *Warnæ* Zverinensis dioecesis, ad quam sicut accepimus, dilecti nobis in Christo nobiles & providi viri Arnoldus Lüe, Johannes Westfaal & Matth. Bulow ejusdem dioecesis aliique plures Laici ibidem singularem gerunt devotionem congruis frequentetur honoribus & a Christi fidelibus jugiter veneretur ac in suis structuris & ædificiis debite reparetur conservetur & manuteneatur, nec non in libris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis & rebus aliis divino cultui inibi necessariis decenter muniatur, utque Christi fideles ibi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem & ad reparationem conservationem manutentionem & munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, Nos Cardinales præfati videlicet quilibet nostrum supplicationibus dictorum virorum nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de omnipotentis Dei Misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus & singulis Christi fidelibus utriusque sexus vere poenitentibus & confessis qui dictam Ecclesiam in singulis videlicet S. Annæ, purificationis b. Mariæ Virginis, Sanctor. Simonis & Judæ nec non ipsius parochialis ecclesiæ dedicationis festivitatibus & diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive, devote visitaverint annuatim & ad premissa manus porrexerint adjutrices pro singulis festivitatibus sive diebus predictis quibus id fecerint *centum dies de injunctis eis poenitentiis* misericorditer in Domino relaxamus omnibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium fidem literas nostras hujusmodi fieri nostrorumque sigillorum fecimus appensione muniri. Datum Romæ in in domibus nostris anno nativitate Domini Millesimo quingentesimo die vero vigesima quinta mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia papæ Sexti anno Octavo.

XCIV. *Raymundi Indulgentiæ Duci Megapol. Alberto & Ducissæ Catharinæ datæ an. 1502.*

Raimundus miseratione divina Capituli sanctæ Mariæ nomine sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiter Cardinalis Gurcensis ad universam Germaniam, Daniam, Sueciam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam omnesque & singulas illarum provincias civitates terras & loca etiam sacro Rom. Imp. in 1502.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ipsa Germania subjecta & eis adjacentia, apostolicæ sedis de latere legatus universis & singulis literas inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod sanctissimus Christi pater & dominus noster dominus Alexander divina providentia Papa VI. & modernus concessit omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus pro tuitione orthodoxæ fidei contra Turcos ejusdem fidei inimicos juxta ordinationem nostram manus adjutrices porrigentibus, præter jubileum & alias indulgentias, gratias & facultates: quas Christi fideles ipsis obtinere possunt visitando ecclesias per nos aut commissarios nostros deputandas ac si visitassent Basilicas urbis tempore jubilei prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur, quod possint eligere confessorem idoneum secularem vel regularem; qui eis semel in vita ab omnibus & singulis peccatis, excessibus, criminibus, & delictis etiam sedi apostolicæ generaliter vel specialiter reservatis exceptis contentis in literis quæ in die coenæ domini legi consueverunt absolutionem plenissimam impendere. Ab aliis vero eidem sedi non reservatis vita eis comite totiens quotiens eos absolvere, & in mortis articulo ac etiam totiens quotiens de eorum morte dubitatur: etiam si tunc eos decedere non contingat, plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem eis impartiri valeat. Indulsit etiam sanctissimus dominus noster motu suo proprio omnes & singulos Christi fideles hujusmodi ac eorum parentes, & subfactores defunctos qui cum caritate discesserunt in omnibus precibus, suffragiis, missis, eleemosinis, jejuniis, orationibus, disciplinis & ceteris omnibus spiritualibus bonis quæ fiunt & fieri poterunt in tota universali SS. Christi ecclesia militante & omnibus membris ejusdem in perpetuum participes fieri. Et ne super promissis a quoquam verti possit in dubium voluit ipse sanctissimus dominus noster, quod præsentibus nostris literis tanta adhibeatur fides, quanta adhiberetur si sub bulla sua plumbea expedite forent nec non easdem sub quibuscunque generalibus & specialibus de similibus gratiis & facultatibus forsan emanandis revocationibus & suspensionibus nullatinus comprehendi debere. Cum itaque devoti in Christo dux Albertus & ducissa Catharina ad ipsius fidei piam subventionem & defensionem juxta summi pontificis intentionem & nostram ordinationem prout per presentes literas sibi in hujusmodi testimonium a nobis tradidas approbamus, de suis bonis contulerit. Ideo auctoritate Apostolica nobis commissa ipsi ut dictis gratiis & indulgentiis uti & gaudere possit & valeat concedimus pariter & indulgemus per præsentes. Datum sub sigillo nostro ad hoc ordinato die IX. Mensis Martii A. D. MDII. Sigillum: Christus portans lignum crucis.

Forma absolutionis in vita totiens quotiens.

Misereatur tui &c. Dominus noster Hiesus Christus per meritum suæ passionis te absolvat autoritate cujus & apostolica mihi in hac parte commissa & tibi concessa: ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis in nomine patris filii & spiritus S. amen.

Forma absolutionis & plenissime remissionis semel in vita & in mortis articulo.

Misereatur tui &c. Dominus noster Hiesus Christus per meritum suæ passionis te absolvat, & ego auctoritate ipsius & apostolica mihi in hac parte commissa & tibi concessa te absolvo primo ab omni sententia excommunicationis majoris vel minoris siquam incurristi. Deinde ab omnibus peccatis tuis contritis confessis & oblitis: Conferendo tibi plenissimam omnium peccatorum remissionem tuorum remittendo tibi poenas purgatorii in quantum claves sacræ matris ecclesiæ se extendunt in nomine patris filii & spiritus S. amen.

XCV. *Raymundi Cardinalis Gurtzensis Literæ centum indulgentiarum, petente Duce Magno & Conjuge ejus Sophia datæ in emolumentum capellæ curiæ castrique Sverinensis & Gustroviensis, tabulis & reliquiarum capsulis, famigeratissimæ.*

RAYMUNDUS miseratione divina sa- 1503.
crosanctæ Romanæ ecclesiæ, tunc temporis S. Mariæ novæ Presbyter cardinalis Gurcensis, ad universam *Germaniam, Daciam, Sveciam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam* omnesque & singulas illarum provincias, civitates, terras & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania subjecta ac eis adjacentia Apostolicæ sedis de latere legatus: Universis & singulis præsentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera charitatis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti providemus, cupientes igitur, ut capella sita in *curia Mecklenborg* Sverinensis dioeces. ad quam sicut accepimus, dilecti nobis in Christo illustris princeps *Magnus Dux Magnopolensis* ac *illustris Principissa Sophia* nata ex Ducibus Pomeraniæ ejus conthoralis singularum gerunt devotionis affectum, congruis frequentetur honoribus & a Christi fidelibus jugiter veneretur ac in suis structuris ac ædificiis debite conserveur, reparetur & manu teneatur, librisque, calicibus, luminaribus & aliis ornamentis ecclesiasticis pro divino cultu inibi necessariis decenter fulciatur & muniatur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Christi fideles ipsi eo lubentius devotionis causa confluant ad eandem, ac ad illius reparationem, conservationem, manutentionem, munitionem, & fulcimentum aliaque præmissa manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem doni coelestis genere uberius conspexerint se refectos, dictorum *Magni & Sophiæ* conjugum Principum devotis in hac parte supplicationibus inclinati de omnipotentis DEI misericordia ac beator. Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus & singulis Christi fidelibus vere poenitentibus & confessis, qui *dictam capellam* in singulis *nativitatis Christi, Paschæ, Pentecostes, omnibus beatissimæ virginis Mariæ ejusque genitricis, S. Annæ, omnibus Apostolorum nec non patronorum & dedicationis ejusdem capellæ festivitatibus, & diebus*, a primis vesperis, usque ad secundas vesperas inclusive, devote visitaverint, ac ad præmissa manus ut præfertur porrexerint auxiliatrices, pro singulis diebus, quibus id fecerint, *centum dies* de injunctis eis poenis misericor-

sericorditer in Domino relaxamus, & nihilominus dictæ *Sophiæ Ducissæ Magnopolensi* aliisque Christi fidelibus prædictis, ut præmittitur vere poenitentibus ac confessis, quotiescunque *coram tabula* CYPRESSINA, quam ipsa Ducissa a nobis *consecratam* habet, nec non aliis capsulis reliquiarum in *capellis* CASTRORUM *tam in* SWERIN *quam* GÜSTROW existentibus, videlicet *quatuor* aliis tabulis & duobus *argenteis cordibus* & uno *pacificali aureo* cum *ligno crucis* & *spinea corona* ac *quatuor agnis DEI* singulis cum diversis reliquiis in eis reservatis ter *orationem dominicam* & toties *salutationem angelicam* ex intima cordis devotione oraverint, pro singulis reliquiis singulis diebus *similiter centum*, qui vero in prædictis capellis *tria pater noster* & *Ave Maria!* vel, *de profundis* &c. cum *requiescant in pace*, & oratione fidelium: *Deus &c.* aut *oratione*, *avete, salvete*; pro defunctis oraverint vel ad audiendum missam aliquam vel etiam verbum DEI pro tempore convenerint aut ante missam vel post sermonem generalem confessionem cum sacerdote fecerint sive sub evangelio, dum prædicatur aut legitur, *reverenter fleterint*, seu ad verba: *ex Maria virgine Deus homo factus est*, aut: *Verbum caro factum est* genua sua flexerint vel saltem *devote inclinaverint* vel ad: *Orate fratres &c.* tria pater noster & ave Maria, ut a Deo celebrantur acceptet sacrificium, legerint, sive ad: *Sursum corda, & gratias agamus*, humiliter divina beneficia recognoverint seu cerea immissa ardere fecerint, vel sub elevatione corporis Christi tria pater noster & ave Maria dixerint, vel pacem in missa accipiendo pro ecclesia & ejus membris Da pacem Domine &c. legerint aut ad *Dominus Vobiscum*, quotiens in missa dicitur, caput inclinaverint, sive benedictionem post missam a celebrante aut post sermonem a prædicante, caput inclinando, receperint, vel ad decantationem antiphonæ: *Salve Regina!* convenerint, vel eam per se devote legerint sive quoties *aquam benedictam* a Sacerdotibus receperint aut ad nomen JESU vel MARIÆ devote inclinaverint, seu feriis sextis missam humiliter de vulneribus Christi audiverint vel legi fecerint eandem vel quamcunque aliam pro singulis diebus quibus id, vel aliquod præmissorum fecerit, similiter *centum dies* de injunctis eis poenis misericorditer in domino relaxamus, sequentibus perpetuis futuris temporibus duraturis in quorum fidem præsentes literas fieri nostrique sigilli jussimus appensione communiri. Datum *Bremis* anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio, (*) quarto Calendar. Junii. Pontificatus Sanctissimi in CHRISTO Patris & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papæ sexti, anno undecimo.

XCVI. *Duces Mecklenb. Canonicos quosdam in tutelam recipiunt & capituli Sverinensis confirmant privilegia.*

Wy Baltasar, Hinrich, Erick *und* Albrecht *Gevettere und Brüder von Gottes Gnaden Hertzogen to Mecklenburg, Fürsten tho Wenden &c. Bekennen openbar vor Uns Unse Erven unde Nakommen, in unde mede desen Unserm Breve vor als weme, de ehme sehn, hören edder lesen dat Wy mit wolbedachten Mode Gott dem Allmechtigen to Lob, Unsen Voröldern ock Uns sülvest to Seeligkeit de werdigen Unse Leve Andæchtige Eren Thomas* Hacker *Decanus und* Olvers Malechow *Doctor, und Brandanus* Danckquardi *Thesaurarius unde ehren Hermannus* Tymmerman *ietzund by Unse lovliken Karke unde Stiffte to Schwerin wesendlich sittende unde residerende und alle ere Nakomelingen mit eren Lüden unde Güdern, wo se de tho Unsen Landen unde Förstendohmen inne hebben, in* unsen Scherm, Schut und Geleide genamen hebben, *alse dat se schullen in alle Unse Steden, Sloten, Förstendohmen und Landen mid ehren Lyve und Gude* felich secker *und* geleidt *wesen, und effte se med Kriege edder* Veide *van iemandes, he worde geistlick edder weltlick angefochten, und Wy edder Unse erven erer to licke und recht mechtig syn würden, schölen und willen Wy und Unse Erven by ere Hülpe unde Recht tegen einen isslicken blyven, unde Uns van ehne* nicht dedingen laten; *ock hebben Wy ehne uth sünder Gunst unde Gnade to löffliker und stattlicker Entholdinge gemeldetes Stiffts Karken, und Personen darsülven alle ere* Privilegia. *Breve, Herrlicheide unde Schriffte, de se van unsen Voröldern, Fürsten, Graven und Herren erlanget, mit högesten u. sydesten Gerichte, wor se dat en even Güdern u. Lüden in Unse Landen van Olders, van Breven,* Privilegien *edder older Besittinge wegen gehat, unde ehme, dem Stiffte der Karcken edder Personen sammentlich edder besondern thokamen, bevestiget, voreyget, bestædiget unde* confirmiret, *bevestigen, bestættigen, vereygen solcke ere* Privilegia, *Breve, Schrifften, Herlicheide, Gerichte, Fryheide unde* lövlike Gewohnheiten, *also, dat se sick der sülven fry gebrucken möghen und gheneten, unde van Uns, Unse Erven darahne ungehindert, sünder Wy willen se darby beholden und beschermen, dat Wy ehne redden und gheloven in Crafft disses Breves, tho Uhrkunde mit Unserm* Majestætten Ingesiegel *versegelt, Gegeven unde geschreven tho* Schwerin *am Tage* Crucis anno dni nati 1505. 1505.

Auscultata atque collationata est h. copia per me Georg. Raven clericum Raceburg. publicum apostolica & imperiali autorit. notarium & concordat cum suo vero originali teste hac manu mea.

Brandanus de Schöneich Cancellarius de mandato principum praefatorum subscripsi.

(*) Eod. a Raymundus scripsit indulgentias pro *Visitantibus capellas castrorum quorundam Mecklenburgens. Cupientes*, inquit, *ut capellæ castrorum* Suane, Stavenhagen, Lüpz, Gustrau, Stargard *nec non ecclesia* monasterii & capella oppidi *Sternberg, ad quas capellas Princeps Magnus Dux Magnop. magnum devotionis affectum gerit, congruis frequentetur honoribus* &c. -- *Ducis Magni supplicationibus inclinati fidelibus, qui dictas capellas castrorum & oppidi in singulis dominicis Lætare, Octavæ Paschæ, Quasimodog. Jubilate, post Walburgis, secunda feria Trinitatis, post Martini, Nativitatis Christi, Epiphanias, Pentecostes, Patronorum & dedicationum earundem ecclesiæ & capellarum festivitatibus visitarint pro singulis diebus centum dies de pœnitentiis relaxamus. Dat. Lubeca a. incarn. Dom. 1503.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XCVII. *Institutio sigillata super vicariam beate Marie Vredeland. ad altare St. Mauritii per Dn. Gerardum Gardeleve & Arnoldum Timmerman.*

1506. *Johannes* Dei & apostolicæ sedis gratia Ecclesiæ *Havelbergensis Episcopus* honorabili viro Magistro *Johanni Havemester* Clerico Caminensis dioeceseos salutem in Domino: Vicariam perpetuam ad altare beati *Mauritii* martiris & sancte *Cecilie* virginis in ecclesia parrochiali beatissime virginis Marie oppidi *Vredelandi* dicte nostre Havelbergensis dioecesis, fundatam & erectam, & quam honorabiles viri Dni Gerardus *Gadeleve* ex una, & *Arnoldus Timmerman* presbiteri dicte nostre Havelbergensis & Brandenburgensis dioecesis parte ex altera, coram nobis & *officiali nostro* & dicte curie nostre Havelbergensis *generali* diu ab aliquibus annis retro litigarunt & in lite habuerunt, per ejusdem Dni Gerardi principalis, nec non providorum virorum Henrici Hassen & Kerstiani Voerman presbiterorum dicte nostre havelbergensis dioecesis & memorati Dni. *Arnoldi Timmerman* principalis colligatoris procuratorum, de quorum procurationis mandato fidem nobis fecerunt legitimam, liberam resignationem nec non omnibus modis eis & eorum cuilibet impertitam, de vicaria quomodolibet componendi, cessionem & renunciationem nobis factam & per nos admissam, ad presentationem honorabilium virorum Dominorum Sacerdotum & *fratrum fraternitatis sacerdotum & scholarum* dicti oppidi Vredelandi nostre dioecesis nuncupationem, nec non honestarum dominarum *Metke* Jurgens *Beguine* & Catherine, relicte bone memorie *Heynonis Ludekini* vacantem, vobis conferimus & committimus in manum vestram salubriter gubernandam. De eademque nostra autoritate ordinaria providemus ac vos instituimus & canonice investimus vicariam ad eandem in possessionemque ejusdem corporalem, realem & actualem vel quasi vos ponimus & inducimus Dei nomine, per presentes mandantes vobis Dnis. presbiteris & clericis Notariis & tabellionibus publicis in dicta nostra dioecesi havelbergensi constitutis, quorum requisitis quæritur, eundem magistrum Johannem Havemester in & ad dictam Vicariam sic & in quantum ei jucundum fuerit & oportunum ulteriorem corporalem realem & actualem dictarum possessionem, sicut & nos eundem ut premissum induximus & inducimus Dei nomine, per presentes saventesque sibi & nulli alteri de hujus vicarie fructibus reditibus proventibus & emolumentis universis integre & plenarie respondere; In cujus rei testimonium omnium & singulorum premissorum presentes literas *institutionum sive investiture*, per sigillum nostrum & dicte curie nostre havelbergensis præsentibus appensum communivimus & roboravimus. Que data & acta sunt in oppido & *castro nostro Wistock* supra dicte nostre havelbergensis dioecesis sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo sexto, Indictione nona, die vero vigesima sexta mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, *Domini Julii* divina providentia Papæ secundi, anno tertio.

Johannes Toppen Notarius subscripsi.

In dorso:

Anno & Pontificatu quibus retro, die vero vigesima nona dicti mensis Aprilis, Ego Notarius infra scriptus per venerabilem virum Dominum *Johannem Havemester* Clericum Caminensis dioeceseos principalem retro scriptum vigore earundem literarum retrodictarum debita & justa requisitione eundem Dominum Johannem, tanquam obediens filius, in possessionem realem, actualem & corporalem retroscripte vicarie intra divinarum horarum selecta suspiria per TACTUM *coram* ALTARE in Dei nomine posui & induxi, de fructibus, reditibus & proventibus ejusdem Vicarie in quantum potui respondere demandavi aliis & alia sequentia promissa venientia & oportuna. Actum ipsis temporibus, quibus dictum, presentibus testibus viris Dominis Jacobo *Kockhoff* presbitero havelbergensi & Gregorio *Philippi* Clerico brandenburgensis dioeceseos nostre ad premissa vocatis specialiter atque rogatis. Ita est ut supra: Ego *Casperus Timmermen* Clericus Havelbergensis dioeceseos, publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, ad premissa legitime requisitus manu mea propria subscripsi.

XCVIII. *Imperatoris Maximiliani Literæ Protectionis civitatibus Lubecæ, Bremæ, Hamburgo, Rostochio & Hanseaticis aliis datæ contra attentata Johannis Regis Daniæ.*

1509. Universis & singulis præsentes litteras visuris, lecturis, aut legi audituris, *Joannes Grimoldt* Decanus Ecclesiæ Lubicensis & loci ordinarius salutem in sincera in Domino charitate. Noveritis nos nonnullas in pargameno scriptas litteras gloriossimi invictissimique principis & Domini domini *Maximiliani* electi Romanorum Imperatoris atque semper Augusti, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ & Croatiæ Regis &c. nec non Austriæ Archi Ducis, Ducis Burgundiæ Brabantiæ & Palatini Secreto Suæ Majestatis Cæsareæ a tergo solito more sigillatas nobis pro parte magnificorum ac spectabilium virorum Dnn. Pro-Consulum, Consulum, ac totius *Senatus Lubicensis* exhibitas & præsentatas atque ut apparuit per Suam Majestatem his duobus verbis per Regem ac nonnulla alia verba & signa ad Cancellariæ Imperatoriæ consuetudinem subscriptas, & signatas, sanas, integras, illæsas, non vitiatas neque cancellatas, non abrasas, nec ulla sui parte suspectas, imo vero omni prorsus vitio & suspicione carentes, vidisse, recepisse, perspexisse, pariterque & auscultasse; quarum tenor sequitur de verbo ad verbum, & est talis: *Wir* Maximilian *Erwæhlter von Gottes Gnaden Römischer Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien &c. König, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund zu Brabandt und Pfaltz-Graffe &c. Entbieten Unseren und des Reichs lieben Getreuen Burgermeisteren und Ræthen der Stadt* Bremen, Hamburg, Rostock, Stralsunde, Wismar, Lünenburg, Collberge, Gryphswalde, Stettin, Camyn, Kungsperg, Riga, Derpt, Penell, *und sonst allen andern Stædten beeder* Ost-See *in* Preussen *und* Liefland *gelegen, so mit diesem Unsern Kayserlichen Brieff, oder glaubwürdiger Abschrifft davon angelangt oder ersucht, oder*

oder dem der fürkommen oder gezeigt wurde Unser Gnade und alles Gut. Lieben Getreuen: Uns haben die Ehrsamen Unser und Reichs lieben Getreuen Bürgermeistere und Rath der Stadt Lübeck mit Klag vorbringen lassen, wie der Durchlauchtige Fürst Herr Johann *König zu Dannemarck und Schweden Unser lieber Oheim und Bruder ergen Fürnehmens und Gewalts auch unerfolgt und unerlangt einig Rechtens Ihnen und den Ihren mit* Entwehrung und Entfremdung ihrer Schiff und Güther *auch Vorhaltung ihrer* jährlichen Zinss und Rent, *und Verletzung, Verkürtzung und Verhinderung* ihrer Freyheit, Privilegien, Obrigkeit, unde Gerechtigkeit *und sonst in mannigfaltiger Weis in vorgangener Zeit, mercklichen Bedrang, Beschwerung, Beschädigung und Eingriff, wider alle Billigkeit zugefügt und gestattet, auch solches alles unangesehen etlicher Verträge und Handlungen, vormahls zwischen Sr. Lbd. und Ihnen gemacht und abgeredt, wiewohl sie demselben mit schweren grossem Darstrecken ihrer Leib und Güter Vollenziehung gethan nit abgestellt noch denselben Vorträgen gelebt; sondern täglichs mehr und weiter Beschwerung zu thun und zuzufügen und etliche ander Koning und Hoche gewelt der Lande unde Gebieth sie und die ihren mit ihren Kauffmannschafften und Gewerben besuchen und brauchen mußten auch etliche aus Euch und andere zu solchem seinen unbilligen Fürnehmen zu Hülff und Beystandt zu erlangen in Ubung seyn und unterstehn solle, alles der Meynung sie dardurch jelänger je mehr zu nötten, und zu letzt von Uns, und dem heiligen Reich unter sein Gewalt und Gehorsam zu dringen das ihnen zu unüberwindlichen verderblichen Schaden und Nachtheil reiche, und Uns darauf demüthiglichen angeruffen und gebetben, ihnen hierinnen mit Unsern Kayserlichen Hülff gnädiglichen zu erscheinen: Wann Wir nun die gemeldten von Lübeck als Unser und des Reichs getreue Unterthanen bey Uns und dem heiligen Reiche zu handhaben, und vor unbilligen Beschwerungen, Gewalt, und Drang sal zu verbüten schuldig und geneigt seyn; Demnach so gebieten Wir Euch allen sammentlich und einem jeden besonder von Römischer Kayserlicher Macht bey Privirung und Entsetzung aller und jeglicher Gnaden, Privilegien, und Freyheit so ihr von weyland Unseren Vorfahren am Reich Römischen Kayssern und Königen oder Uns, oder sonst andern Fürsten und Herrschafft erworben, oder erlangt habt, und den Poenen in Unsern und des Reichs Gesetzen und ausgekunten* Land Frieden *begriffen, darzu einer Poen nehmlich Tausend Marck löthiges Goldes die ein jeder so offt er freventlich hierwider thäte, Uns halb in Unser Kayserliche Cammer, und den andern halben Theil den gedachten von Lübeck unablässlich zu bezahlen verfallen seyn soll hiemit ernstlichen und wollen, daß ihr dem obgemeldten Unsern lieben Oheim und Bruder dem* König von Dænnemarck *noch seinen Ammt-Leuten deren Unterthanen oder Verwandten zu dem vorgedachten ihren gewaltigen Vornehmen und Handlungen, und sonderlich wo sie darinnen länger beharren, und die gemeldten von Lübeck zu einigem weiteren Unwillen, Gegenwehre oder Vehd nötten oder dringen würden, kein Anhang, Hülff, Förderung, noch Beystandt thun noch Sr. Lbd. oder ihren Landen oder Leuten alsdann durch Euch selbst, nichts zu oder abführet, oder durch andere beschehen lasset, noch den euern oder andern von Eurent wegen heimlich noch öffentlich in keinen Weeg zu thun gestattend; Sondern die obbestimmten von Lübeck und die ihren dagegen von Unser und des heiligen Reichs wegen vor Gewalt schützent, schirmen, und handhaben und nicht gestatten sie wider Recht und Billigkeit, darzu Wir Ihr mächtig seyn, und des einen jeden auf gebührlich Erfordern verhelffen und gestatten wollen zu dringen oder zu beschweren, und Euch hierinn nicht anders haltet, oder beweiset; damit nicht noth werde, mit denen obbenahmten Poenen und in andere Weege um Euer Ungehorsam wider Euch fürzunehmen, und zu handeln: daran thut ihr Unser ernstliche Meynung. Gegeben in Unser Stadt* Brüssel *am zwantzigsten Tag des Monaths* Februarii *nach Christi Gebuhrt Funffzehen hundert und im Neunten. Unserer Reiche des Römischen in vier und zwantzigsten, und des Hungarischen im Neunzehenden Jahren.* Et quia Nos Decanus & loci ordinarius antedictas præinsertas Imperiales litteras in omnibus & per omnia post diligentem per Nos cum earum vero originali factam inspectionem, auscultationemque & collationem modo & forma præmissis, ac de verbo ad verbum invenimus concordare: ideoque præsentes litteras in evidens Testimonium præmissorum Nostri sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum in *Lubeca* & solitæ Nostræ habitationis Curia. Anno quo supra Millesimo quingentesimo nono.

XCIX. *Mandatum Episcopi Petri de ordine ecclesiarum in processionibus in quo ecclesia collegiata erit dignior.*

Petrus Dei & Apostolice sedis gratia *Episcopus Suerinensis* universis & singulis Dominis prepositis Decanis Scholasticis Cantoribus Thesaurariis & Sacristis Canonicis Vicariis presbyteris & Clericis nec non tabellionibus & notariis publicis quibuscunque per civitatem & dioeceses nostras Suerinenses ubilibet constitutis presentibus quomodolibet requisitis salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod jam dudum tam a gentilibus quam Christianis preceptoribus extat promulgatum tendere ad interitum quod suum non servat ordinem, quapropter naturali equitati conveniens est singula in debito ordine collocari, ut presidentes locum habeant eminentiorem, quibus non obstantibus ut accepimus quidam inferioris conditionis superbie spiritu ducti seipsos non cognoscentes quod natura & juris dispositio negat nihilominus attemptare presumunt se extollendo plus quam deceat & oportet, unde etiam proximi scandalisentur, & ut manifestius dicamus sunt nonnulli simplices sacerdotes & Clerici seu habitum Clericalem deferentes in opido Rostoch presertim in ecclesia beate Marie virginis ex sustentatione patrimonii Jesu Christi humilis magistri viventes, superbiam cadentis angeli insequentes, supra prelatos & Canonicos in ecclesia sancti Jacobi Rostociensis per sedem apostolicam constitutos se tollere audentes, neque locum ipsis debitum & a sancta sede apostolica deputa- 1512.

tum

tum atque conceſſum pacienter valeant ſuſtinere, ſed per indiſcretionem ſibi locum ſurripere & ad ſui erroris denfenſionem ut quandoque viſum eſt laicos concitare unde ſcandala non modica formidamus exoriri poſſe. Quibus quantum poſſimus & valemus occurrere intendentes in his remedium opponendum duximus oportunum, ne de cetero premiſſorum occaſionum diſplicentia aliquatenus oriatur, volentes & ſtatuentes quatenus in congregatione publica cleri Roſtochienſis prelati & Canonici eccleſie Sancti Jacobi Roſtocienſis ſummum habeant locum ob reverentiam ſedis apoſtolice cui omnes obedire tenemur. Deinde aliarum eccleſiarum juxta ſuas prerogativas in ſuo ordine permanere decernimus, & ne in publicis proceſſionibus aliquatenus a modo confuſio ingeratur, ſi religioſi interfuerint fratres Beati Franciſci ſeu ordinis minorum antecedant. & poſt eos ſancti Dominici alias ordinis predicatorum ſubſequantur, dehinc Clerici ſeculares religione ſeu ſuperplicio in duti ſuum obtineant locum quem ſeculares clerici obſervare debebunt, etiam ſi religioſi ad proceſſionem non comparuerint vel interfuerint hoc modo, quod Clerici de parrochia ſancti Petri tamquam humiliores primitus procedant, poſtea ſancti Nicolai ſubſequi non verentur, rurſus beate Marie virginis clerus proximum teneat locum. Poſtremo vero tanquam directores gubernaculi in navicula ſancti Petri in puppi conſiſtentes aliosque omnes de ſingulis eccleſiis parrochialibus antedictis clericalis cetus ſepe dicte eccleſie ſancti Jacobi concomitetur. Quem ordinem premiſſum perpetuo decernimus obſervandum ſub pena ſententie excommunicationis in contradictores & rebelles promulgandum & ferendum prout de preſenti Dei nomine ferimus in his ſcriptis contra omnes & ſingulos noſtri hujusmodi mandati tranſgreſſores, & nihilominus ſubjacere multa pro arbitrio noſtro ipſis infligenda, & ſi qui fuerint credentes habere cauſas rationabiles quare premiſſa ſubſiſtere nequeant ipſo jure poſt requiſitionem preſentium ipſis factis infra ſex dies coram nobis aut Commiſſario noſtro Butzow compareant dicant & allegent. Alioquin mandatum noſtrum ſuum ſortiri debere effectum preſenti declaramus. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum qui ſententias noſtras hujusmodi & penas alias incurrerint nobis & ſuperioribus noſtris tantummodo reſervamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum quo utimur ad cauſas preſentes literis eſt ſubimpreſſum. Datum Butzow anno Domini Milleſimo quingenteſimo duodecimo die quinto menſis Maji.

C. *Petri Epiſcopi Sverin. mandatum de feſto Matthiae apoſtoli in ſecunda feria celebrando, ſi in ſecunda & tertia vigilia carnisprivii occurrat.*

1512. Petrus Dei & apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Suerinenſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus & preſertim presbiteris & clericis quarumcunque eccleſiarum divinorum rectoribus per dioceſin Suerinenſem ubilibet conſtitutis preſentes literas viſuris lecturis ſeu audituris ſinceram charitatem & ſalutem in Domino perpetuam. Vobis per preſentes notificamus quod ſub data preſentium literarum cum eſſemus in civitate Schwerinenſi cum noſtro venerabili capittulo propter quedam ardua negotia maxime eccleſiam Suerinenſem & dioceſin tangentia congregati atque propterea reverendiſſimus in Chriſto pater & Dominus Dominus Chriſtofforus ſancte Bremenſis eccleſie archiepiſcopus electus & confirmatus cupiens ſalutem ſuorum in provincia ſua ſibi ſubditorum quoddam de ſuis prelatis probatiſſimisque viris pro conſultatione nobis aſſignavit deſtinavit & adjunxit. Preterea reverendi in Chriſto patres & Domini Domini Johannes Lubicenſis & Hinricus Ratzeburgenſis eccleſiarum domini digni antiſtites viros prudentes & conſilio pollentes de gremiis ſuorum capitulorum nobis deputaverunt, ut in negotiis tunc occurrentibus ſalubri conſilio divinandis aſſiſterent, prout fideliter fecerunt in illa eadem congregatione ſicut premittitur habita tunc per quosdam Dominos preſentes in medium omnium fuit propoſitum, quod quidam hominum timore Dei poſtpoſito in abuſum & vilipendium eccleſiaſtice diſcipline quotienscunque feſtum beati Matthie apoſtoli in diebus carnisprivii occurreret contemtis mandatis eccleſie plus ſuis vanitatibus & ſcurrilitatibus intenderent quam eccleſie catolice obedirent, unde etiam non modica ſcandala naſcerentur, ut rei experientia probavit, cum jejunantes a non jejunantibus illuderentur & ſubſannarentur, & contemnentes eccleſiaſtice diſcipline euaderent absque ulla correctione ſibi juſtiſſime imponenda. Itaque ſupradicti domini prelati nobiiſcum congregati huic morbo cum remedio oportuno occurrere cupientes cum debita prehabita deliberatione nobiſcum nemine diſcrepante ſtatuerunt atque concluſerunt & pariter concluſimus quocienscunque ut in antea feſtum beati Mathie apoſtoli & ejus vigilia in ſecunda vel tertia feriis *Carnisprivii* occurreret tunc geminum ſine vigilia cum precibus ſabbato precedente & dies feſtus ejusdem apoſtoli ſecunda feria debeant tam a clero quam a populo ſolemniter obſervari & celebrari. Quam conſtitutionem ſicut premittitur factam promulgamus & vobis dominis ſupradictis denunciandum demandandum ſit, & taliter qualiter Chriſti fideles in tempore ſatis competenti ſint deſuper aviſati ut dignum Deo famulatum & honorem ſancto apoſtolo noverint delaturi. In cujus rei teſtimonium preſentes hujusmodi literas ſigillo noſtro ad cauſas juſſimus roborari. Datum & actum in civitate Suerinenſi inibi in clauſtro ordinis fratrum minorum ſub anno a nativitate Domini Milleſimo quingenteſimo duodecimo die quinta decima menſis Januarii per manum Hermanni Melkrich ſecretarii mei preſentibus Theoderico Bukow Suerinenſi & Werner o Billyngesſchuſter Lubicenſi clericis teſtibus ad premiſſa requiſitis.

Mandat Dominus Dethlevus officialis archidiaconi Roſtocienſis premiſſa publicandum & obſervandum in gratiam dicti archiepiſcopatus ſub pena corporum & multa arbitraria.

CI. *Juramentum Ducis Hinrici præſtitum nomine Filii Ducis Magni Poſtulati.*

In nomine Domini Amen! Cum fuerit & ſit de 1516. veteri

veteri & laudabili consuetudine, more, & observantia Ecclesiæ & Capituli Suerinensis observatum, quod eadem ecclesia pastoris solatio destituta præficiendus in Episcopum seu successorem defuncti Episcopi jurare & subscribere habeat quosdam Articulos seu quædam Capitula pro conservatione tam ejusdem ecclesiæ Suerin. quam personarum & beneficiatorum, nec non jurium & pertinentiarum ejus, in dicta ecclesia Suerin. consistentium. Hinc est quod postquam divinæ voluntati ita placuit, quod post obitum felicis recordationis quondam Domini Petri dictæ Ecclesiæ Episcopi nos Præpositus, Decanus, Canonici, Capitulates & Capitulum Ecclesiæ concorditer postulare cuaverimus ex certis causis animos nostros ad hoc moventes illustrem & altigenitum Principem Dominum Dominum Magnum Ducem Magnopolensium in pastorem & successorem dicti quondam Domini Petri Episcopi nuper defuncti: Idem Dominus Magnus exemplo Salvatoris Christi veniens non ad solvendum sed ad implendum legem pari modo vult ac tenebitur infra scripta Capitula observare, subscribere & jurare. Et quia sua illustris dominatio minorennis existit, ita quod de viribus hujusmodi promissionis ac juramenti aliorumque hic contentorum dubitatur, propterea ad majorem cautelam roburque & firmitatem omnium & singulorum hic contractorum illustrissimus & altigenitus Princeps & Dominus Dominus Hinricus Dux Magnopolitanus genitor ejusdem Domini Ducis Magni Dominus noster gratiosus, motu suo proprio & ex certa ejus scientia, spontaneaque voluntate, tanquam naturalis & legitimus tutor filii sui, pro se hæredibusque & successoribus suis jurat, promittit, subscribit & approbat infrascriptos articulos, volens perficere & providere, ut omnes & singuli articuli infrascripti inviolabiliter observentur & executionem habeant realiter & cum effectu, donec ad legitimam ætatem idem noster Postulatus devenerit. Et postquam ad eandem ætatem legitimam pervenerit, quod tunc idem Dominus Dux noster Magnus Postulatus noster etiam velit ac debeat omnes & singulos infrascriptos articulos aliaque hic contenta approbare, ratificare, nec non observare manuque ejus propria subscribere, & desuper perinde, ut moris est, solenniter jurare in facie Capituli. I. Inprimis quod præfatus illustris Dominus noster, Dominus Dux Hinricus, genitor postulati nostri, promittit Ecclesiam & mensam Episcopalem & Capitularem Suerin. personasque ejusdem ecclesiæ actionis & postulationis hujus penitus tenere velle & conservare indemnes: nec non Capitulo aut personis illius aliquod unquam imputare circa negligentiam aut defectum postulationis hujus, cum ipsa sit facta ad complacendum gratiæ suæ, & eandem postulationem nec non admissionem ac dispensationem super omnibus defectibus tam juris quam facti in præmissis & infrascriptis, apud sedem Apostolicam ejus propriis nunciis & expensis procurare & expedire, ita quod propterea Ecclesia & Dioecesis Suerin. ac Personæ ecclesiasticæ in illa viventes nullam patiuntur ignominiam, damnum aut gravamen: nec incurrere possint aut debeant aliquam disgratiam aut indignationem in præmissis aut aliquorum præmissorum. II. Insuper idem Dominus noster Dominus Hinricus Dux Magnopol. vult & promisit ordinare & procurare per scripta Regum & Principum, quod talis postulatio bonum finem & effectum apud sanctissimum Dominum nostrum Papam sortiatur, & si non processerit idem effectus, quod vult ita ordinare pro sua potestate, ut facultas libere eligendi Episcopum in locum dicti Domini Petri Episcopi defuncti redeat ad Capitulum Suerinense, prout hactenus consuetum fuit, ne Ecclesia in suo jure lædatur. III. Item quod nec idem Dominus noster Dominus Hinricus Dux ejusque heredes aut successores ejus seu Domini istarum terrarum possint aut debeant quomodocunque in futurum hujusmodi postulationem seu admissionem filii sui in præjudicium dictæ Ecclesiæ Suerinensis trahere in consequentiam vel sequelam, nec sibi sumere in subsidium alicujus juris: sed quod nihilominus non obstante hac postulatione Capitulum dictæ Ecclesiæ Suerin. gaudere interea debeat & possit suo jure antiquo eligendi libere Episcopum & pastorem prout hactenus fieri consuetum est, & jura Canonica fieri debere statuerunt & decreverunt. IV. Item quod ante omnia habeatur & conservetur quotidie in castro Butzow mensa parata pro XII. pauperibus, prout consuetum est & in observantia hactenus fuit, ut Deo & pauperibus talis eleemosyna quotidie offeratur: quodque post adeptam confirmationem sive admissionem hujusmodi postulationis Capitulum Suerinum voluerit de suo gremio Canonicorum Capitularium libere deputare unum vel duos Administratorem vel Administratores vel curatores vel tutores tam dioecesi quam bonis & personæ postulati ad præessendum eisdem illasque & illa gubernanda usque ad legitimam ætatem dicti postulati, sive aliud tempus quod a sede Apostolica dispensatione impetrabitur pro eodem, & si quæ ratio administrationis fienda sit, fieri debeat postulato & Capitulo Suerinensi, ita tamen, quod ratione omni facta præsentari debeant registra perceptorum & expositorum de anno in annum ad manus postulati, ad consulendum desuper cum quibus velit: & tunc si placet ei talis ratio, quod Capitulum super illa quitet & liberet. Et si quid superfuerit, deductis oneribus & necessariis Fabricis castrorum & aliorum ædificiorum residuum, converti debeat pro studio & necessitatibus Domini nostri postulati: & quod interim provideatur de idoneo & honesto suffraganeo, ne fiat negligentia in spiritualibus & sacramentalibus, sive in his quæ sunt ordinis Episcopalis in eadem Ecclesia & dioecesiis Suerinensibus. V. Item quod præfatus Dominus noster postulatus non vult neque intendit unquam suo tempore, etiam postquam devenerit ad veram & legitimam administrationem sui Episcopatus Suerin. bonis, villis, villagiis, suburbiis subditisque Ecclesiæ Suerinensis ac sine ratione ejusdem Episcopatus novam & insolitam precariam sive collectam imponere & imponi sive exigi permittere, sive Ecclesiam Suerin. tributariam quomodolibet reddere seu facere, neque bona, villas, castra, suburbia Eccl. Suer.

Hoſpitalitatibus in bonis Eccleſiæ appellatis vulgariter Affleger, ex aliqua cauſa aut quavis affectione ſeu permiſſione conſentire, ſed omnibus ſuis viribus & poſſe contrafacientibus, ſiqui fuerint, reſiſtere, & obviare, omniaque bona, villas, caſtra, ſuburbia Eccl. Suer. in ſua libertate & immunitate tenere, & conſervare, neque quicquam ex eis diſtrahere vel minuere, imo potius diſtracta pro poſſe recuperare, Eccleſiamque ac diœceſin Suerin. contra ejus inimicos & hoſtes præſentes & futuros ac univerſum Clerum ſuum fideliter defendere, manutenere & conſervare. VI. Item non vult ſimiliter Eccleſiam Suerinenſem & ejus membra, & præſertim dominos Præpoſitum, Decanum, Archidiaconos, Canonicos ac Capitulum, Vicarios & perſonas Eccl. ſuprad. Suer. in ipſorum juribus, juris omnibus libertatibus & privilegiis, ſtatutis, conſuetudinibus, & obſervantiis, quibus vis modis, viis & mediis impedire, perturbare, ſeu inquietare, ſed ipſos & eorum quemlibet in antiquis, approbatis, & præſcriptis juribus, juris omnibus libertatibus & privilegiis, ſtatutis, conſuetudinibus & obſervantiis absque ullo juris contrarii cujuscunque auxilio manutenere & conſervare, & ipſos in præmiſſis juxta omnem poteſtatem ſuam manutenere & defendere. VII. Item non vult etiam nec debet dictus Dominus noſter dominus Magnus Dux dictam Eccleſiam Suerin. permutare, reſignare, dimittere, aut eidem renunciare, nili coram venerabili Capitulo Suerin. etiam abſentibus ad hoc vocatis legitime & congregatis, prout in Electionibus poſt obitum Epiſcoporum celebrandis fieri ſolitum eſt, & conſuetum, & tunc de ipſorum beneplacito, conſenſu ac voluntate expreſſis, petitis & obtentis. VIII. Item quod poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit idem Dominus noſter dominus Magnus vult & debet in perſona ſua propria & perſonaliter caſtra & oppida Eccl. Suerin. præfatæ regere, tenere & gubernare, neque ipſa ſeu aliquot ex eis diſtrahere, obligare, aut impignorare, neque aliquem Capitaneum vel Advocatum ſive officialem in & ad dicta caſtra & oppida ponere, niſi maxima neceſſitate ingruente: & hoc tunc de expreſſo conſenſu & voluntate Capituli memorati, & quod ſit talis, quem Capitulum tanquam utilem ad tale officium judicet & recognoſcat, quique Canonicum vel Canonicos dictæ Eccleſiæ illic venientem pro tempore venientes & applicantes etiam in ipſorum propriis cauſis & negotiis honorifice recipiat, tractet & expediat in cibo & potu pro perſonis eorum & familiarium & jumentorum ſuorum. IX. Item vult & tenebitur una ſecum in quolibet caſtro, videlicet Buzow & Warin habere unicum Canonicum ex actu reſidentibus & reſidentiam continuantibus, Capitularem dictæ Eccleſiæ Suer. quem de conſenſu & voluntate ejusdem Capituli eligere tenebitur, eosque ambos Canonicos tanquam Capellanos cum tribus & duobus familiaribus honorifice ſecum tenere & ipſis alimenta præſtare; novamque domum appellatam communiter Ravensberg ipſe Capellanus in Buzow ſecum reſidens pro ſe & uſu Canonicorum & Capituli Suerinenſis libere inhabitare & moram facere ſine quacunque contradictione & quocunque ceſſante impedimento, ita quod Canonicus Capellanus honores in Buzow, ut præfertur, cum Epiſcopo reſidens debeat habere in abſentia ſua XL. marcas Lubecenſes, exceptis panibus, diſtributionibus quotidianis & oblationibus univerſis. Canonicus vero in Warin reſidens tantummodo XX. marcas bonæ monetæ ſine corpore præbendæ & diſtributionibus, panibus & oblationibus prætactis. Et iidem Canonici debeant in abſentia dicti Domini poſtulati fidem caſtrorum ad utilitatem ipſius tantum & poſt mortem poſtulati ad utilitatem venerabilis Capituli ſupradicti tenere & obſervare. Quod etiam Canonici ad hoc aſſumendi tempore ſuæ receptionis tam dicto Domino noſtro poſtulato quam Capitulo Suerinenſi jurare tenebuntur: ſi vero idem Dominus Dux aut Capitulum præfatum dictos Canonicos aut alterum ipſorum ad officium Capellanatus & ad caſtra aſſumendos aut aſſumptos amplius in caſtris ex alia rationabili cauſa tenere & habere noluerint, tunc ſimili modo quo ſupra alium vel alios Canonicum ſeu Canonicos loco ejusdem ſeu eorundem de gremio dicti Capituli & conſimilibus conſenſu & voluntate Capituli eligere tenebuntur, prout ſuperius eſt expreſſum. X. It. ſi alicui Canonicorum per potentiam quarumcunque perſonarum tam eccleſiaſticarum quam ſecularium cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis vel conditionis exiſtant, talis aut tanta violentia ſeu injuria irrogaretur, ſine ipſius culpa, quod propter metum in Suerin. in ſua præbenda reſidere non auderet; illum debet & tenebitur idem Dominus noſter poſtulatus colligere in caſtris & ſecundum eccleſiæ omnem poteſtatem in jure aſſiſtere & defenſare ac alimenta præſtare ſibique adhærere, dummodo dictamini ipſius & Capituli S. ſtare petat & paratus ſit. XI. Item omnia ac ſingula clenodia aurea & argentea ac libros aliasque res aut bona in caſtro Buzow poſt obitum felicis recordationis dicti Domini Petri dum vixit Epiſcopi Suer. noviſſime defuncti inventos & inventa deſcriptos & deſcripta & in formam inventarii redacta fideliter conſervabit ac cuſtodiet, ſeu per dictos adminiſtratores ſive tutores conſervari ac cuſtodiri faciet, ſub dicto inventario, cujus copia ſive forma præſentabitur Domino poſtulato: nec illa donare, alienare, vendere, impignorare, diſtrahere, aut ad mundanos uſus ſive profanos quoſcunque accommodare debeat ſeu poſſit ſine conſenſu & voluntate Capituli pro libitu quoquo modo, quodque in ſingulis & omnibus clenodiis aureis & argenteis, factis & fiendis, transformandis, arma Eccleſiæ Suer. una cum armis Domini poſtulati (ſi arma ſua absque tamen prejudicio Eccleſiæ voluerit ibidem etiam apponere,) inſculpantur & apponantur. XII. Item, non vult neque poteſt Dominus Poſtulatus Decanum, Archi Diaconos & Capitulum in Collatione præbendarum & quorumcunque beneficiorum, ad ipſos in commune vel diviſim ſpectantium & pertinentium ſignanter in collatione & diſtributione Salinari & in Rubow nominatarum præbendarum inquietare, ſed ipſos in

in dispensatione hujusmodi, quemadmodum alii Episcopi & antecessores hactenus fecerunt, conservare & in nullo impedire. XIII. Item, Casu necessitatis in delictis rusticorum sive subditorum aliorumque quorumcunque delinquentium si præfatum nostrum Capitulum ac eorum nuncii eos captivare voluerint, ad carceres ac custodiam in Warin confugere sine contradictione cujuscunque libere possunt ac debent, etiam sine gravamine expensarum. Et quotiescunque aliquem Capitularem Canonicum ad Warin applicare contigerit, honorifice & decenter ibidem recipi & colligi debet, ac in esculentis & poculentis aliisque necessariis ibidem provideri. XIV. Insuper juxta Canonem, Esto subjectus, x c v. dist. cum aliis Capitulis in eadem distinctione, prout ibidem & in aliis juribus continetur, tenebitur etiam ac vult Canonicos præfatos & universum Clerum gratiose prosequi, tractare, & in charitate conservare. XV. Et non vult nec potest ac debet absque consilio, scitu, voluntate & consensu venerabilis Capituli Suerin. majores causas tractare vel diffinire, neque ullum charitativum subsidium, precarias vel exactiones quascunque exigere, petere, vel imponere, neque alia statuta synodalia vel quæcunque alia absque dicti Capituli consensu & voluntate expressa cedere, facere vel statuere. XVI. Item Recognoscit etiam, quod non habeat aliquam jurisdictionem in Canonicos Eccl. Suerin. sive residentes sive absentes in dioceси Suerinensi. XVII. Item quod ultimas voluntates decedentium aut testamentum Prælatorum nec non Canonicorum & personarum Eccl. Suer. non vult nec potest aut tractare aut de illis contra antiquas consuetudines quoque modo se intramittere vel infringere. XVIII. Item non vult vicariis & beneficiatis Eccl. & dioecesis Suerin. in præjudicium Capituli Suerin. prædicti contra justitiam & rationem quodamlibet adhærere. XIX. Item quod omnes & singulos articulos superius descriptos & quemlibet ipsorum inviolabiliter sub bona & Ducali fide tenere & observare teneatur & adstrictus existat: neque dicti juramenti relaxationem per se vel alium petet aut procurabit, aut peti ac procurare faciet: nec illis unquam utetur aut acceptabit, etiamsi Papa proprio motu hujusmodi juramentum sibi remitteret aut relaxaret: renunciando inprimis omnibus & singulis quibuscunque exceptionibus & defensionibus, nec non auxiliis juris Canonici & civilis quibus contra hujusmodi articulorum tenores in aliquo posset quodamlibet contraveniri aut opponi. In quorum omnium & singulorum fidem & robur conservationis premissorum illustrissimus Dominus Dominus Hinricus Dux Magnopolensis manu sua propria pro filio suo Domino Duce Magno præfato præsentes literas subscripsit sigillumque suum solitum & consuetum appendi fecit. Datum & actum in civitate Suerin. ibidem in loco Capituli Ecclesiæ Suerin. Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, die vero Sabbati vicesima prima mensis Junii. Ita est, ut supra, & sic servare juro & promitto Ego Hinricus Dux Magnopolensis manu propria in fidem subscripsi.

Tom. IV. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.

CII. *Privilegia civitatis Lübtz de Orbeda & exemtione ab aliis bedis & servitiis castrorum, viarum cet.*

Wir Burgermeister *un* Radtmanne, *alle med* 1516.
jungen un samt der Mannhet Lüptz, *bekennen un betügen för unsen Förſten un Herren* Hinrich, Erick *un* Albrecht, *Gebrödere, Hertogen to Mecklenborg, Förſten to Wenden, Graffen tho Schwerin, der Lande Roſtock un Stargard Heren, süſt för allen goden Chriſten Lüden, apenbar in deſen Breve, de ene ſehen, hören leſen, oder leſen laten, dat wy befriet weſen ſyn, un gegenwardig brucken na lude Inholdes des olden Breves, dörch* Gnade un Willen *unſer gnædigen Herren förbenömbt, in nach geſchræven Wyſe, dat wy geven unſen gnædigen Herren alle Jahr vam* helen Arve *enen Gulden, dat ſündt* vertig Gulden, *ane dat ener davan kamen;* viff Gulden *tho ener* Commende *in de Kercke tho Lüptze, davan ſyn wy befriet van* alle beede *nichts mehr tho gefwen, quit un fry alles* Borchdenſtes *och* Wegdenſtes *noch* Votdenſtes: *Wenn unſe gnedige Herren ſin tho Lüptze belegen, ſchælen wy unſen gnædigen Herren uthmacken enen* Wagen bet Schwerin *med* vær Perden; *förder befryet mit den* groten Brocke, *den* drüdden Penning *vam klenen Brocke halff, van dem frömden Vebe* de Zieſe *halff, davan hollen wy* den Wellen *thor Mæhlen, unde hollen den Mæhlen darbuten, un alle Umgænge der Stadt Lüptze: Förder hebben wy fry un quit de* Koppel Wiſſche *med den halffen Strome* der Elden *nedderwarts van der Brüggen, alſs ferner kebret dat Feld tho Berne ohn befryet med enen Schwine den helen Erven, den halfen Arven en halff Schwien, wann dar is maſt, un geven för dat Schwien dre* Strall Schillinge; *Förder ock befryet med dem* Holte tho Berne *mit allen* Wreckholte *un* Brenneholte *in allen Holten tho Lüptz; de Kerck ſpeck ſoferne dat Feldt tho Lüptz kohre darvan, hablen wy alle Faſtlabendt en Foder Berne holtes. Wedderumb geven unſs unſe gnedige Herren Ambtlüde Beer thom* Faſtellavendt. *Effter dieſſen Breff brockhafftig werde, edder gebrocke krege, ſchal doch veſtē med aller macht redelich beſtahn. Um mehre der Wahrhet un Wiſſenhet hebben wy mit Gnaden un Willen unſer gnædigen Herren vörberört, unſer Stadt Inſegel laten hengen bemelden an deſſen Breff, dorch welcken wy uns brucken unſen gnædigen Herren* Hövetbreffe *un* Privilegien, *un ehrer* Förſtlicken Gnaden MAYESTÆTZ - Inſegel. *Geven unde geſchreven na Chriſti Gebohrt,* anno 1516. *Jahre am Dage* Fabiani & Sebaſtiani.

Confirmatio Ducalis.

Wy Hinrich, Erich *und* Albrecht *Gebrödere von Gades Gnaden Hertogen tho Mecklenborgk, Förſten tho Wenden, Graffen tho Schwerin, Roſtock un Stargard der Lande Herren. Bekennen nademe nu alſs Uns Unſe leve getruwen Burgermeiſter, Rathmænne un Gemenhet Unſer Stadt Lüptze* Erff huldigung *gedahn, ſig abndat by Unſs, Unſe leve getrue geborſahmlich un denſtlich geholden hebben, damit dat Sie datſülve genoten empfinden, och ere Narung un Nutz deſto beth ſocken möegen, hebben Wy alle un jegliche Ehre olden Privilegien, Gerechtigkeiten, frieheten, un loſliche Gewohnheten, wor Se deſülven van Unſen*

loſligen Vörfahren erlanget, beſeten, gebrucket un genoten hebben, vörnyet, confirmeret, un beſtædiget; vörnyen, confirmeren, un beſtædtigen ene deſülvigen, ſo dat See ſolcker ehrer Privilegien, Gerechtigkeiten und Gewahnheten möegen geneten, un gebrucken, ſo vacken ehnen dat ſülvige gefællig is, van Unſs, Unſen Ambtlüden und ſünſt jedermænniglich daran unbehindert, alles in Krafft dieſes Breffes. Tho Ubrkundt hebben Wy Hinrich, Erich *Unſer* Mayeſtæts Inſegel, *des* wie ander Förſten obgenant hierto ock gebruken (*), *weterlich an diſſen Breffe hængen laten, geſchehn un geven Sonnabends nach* circumciſionis Domini A. MDXVI.

CIII. *Zutph. Wardenberg Deputati apoſtolici Ulr. Malchow & Capituli Suerinenſis Mandatum ad Clericos eccleſiarum collegiatarum, parochialium ceterarumque dioeceſeos Suerinenſ. ut uniformerituale eccleſiaſticum juxta ordinem eccleſiæ Cathedralis Suerinenſis ubique obſervent ac impreſſum librum: Ordinarium eccleſiæ Suerin. reviſum & correctum (*) emant & cuſtodiant.*

Zutpheldus Wardenberg Decretorum Doctor, 1529.
Apo-

(*) Ex quibus verbis facile colligitur, uſum ſigilli *majeſtatici* non fuiſſe indiſtinctim, ſed ſpeciatim receptum ſaltim in rebus gratiæ, in conceſſionibus immunitatum & quæ ad effectus juris majeſtatici ſeu territorialis pertinent. Cauſis enim arduis & majoribus *majus ſeu majeſtaticum ſigillum*, minoribus *minus ſubjunctum eſt*. Equidem SCHILTERUS *de jure obſid. O. 2. §. 6. n. 20.* ex uſu ſigilli *majeſtatici* ad ſignificatum imperialem ſeu ſenſum curialem vocis *Majeſtatis* argumentatus eſt; ſed *hunc ſignificatum publici juris* intuitu *Principum* ignorant hiſtoria, praxis & obſervantia imperialis, ex quibus facile reſciveris, quod olim ipſi Principes & Electores nequidem Regibus univerſim tribuerint eo ſenſu Majeſtatis compellationem, de quo argumento ex tabulis & actis publicis egit PUFENDORF *Rer. Brandenb. L. II. §. 20.* Negandum vero non eſt, quod Seculo XI. & ſqq. Majeſtatis elogium, ſenſu *litterali & privato* acceptum, paſſim delatum ſit ad Pontifices, Archiepiſcopos, Comites, Duces. Quod ſigilla ſpeciatim majeſtatica attinet, ex innumeris exemplis patet, illa a majori dignitate h. e. majeſtate ſeu ſpectabili forma & uſu appellari, adeo ut idem ſigillum, quod in altero diplomate, cui adhæret, laudatur *majeſtaticum*, in altero, cui itidem appendet, dicatur *majus*, in vernaculis vero chartarum latinarum interpretationibus mox *groſſes* vel *gröſſeres* mox *Majeſtæts-Siegel*. Teſtantur hoc chartæ, quibus ſubjuncta ſunt ſigilla majeſtatica *Comitis Holſtiæ* JOHANNIS *a. 1348. T. III. Monum. ined. Tab. I. Sigill. p. 550. n. 3.* BUROWINI Domini Megapolenſis majori grypho notata h. l. a. 1220; Ducum Megap. MAGNI & BALTHASARIS, inſignia Mecklenburgica in V. ſcuta diſtribuentium h. l. a. 1489. 1491. HINRICI Ducis h. l. a. 1456. 1460. MAGNI Ducis, qui inſignia V ducalia majora expreſſit & ornatiora reddidit. Ipſorum diplomatum pauca indicabo. A. 1264. Hermannus Epiſcopus Sverinenſis fundationem eccleſiæ Moiſallæ *ſigillo majori* corroboravit, quod in vernacula charta dicitur majeſtaticum, iterumque majus in recognitione Epiſcopi & Ducis Rudolphi h. l. ad d. a. 1369. Dux Magnopolenſis Albertus venditionem conventus Renæ, duos manſos in Martensdorff cum omni jure transferentis in dominium domus S. Spiritus Wiſmarienſis confirmavit *accedente munimine ſigilli majoris*. A. 1378. idem Dux oppido Kröpelin jura Lubecenſia & privilegia appellationis & de non evocando & confirmavit & conceſſit appenſo *ſigillo majori*. A. 1460. Hinricus Dux Megap. chartam venditionis duorum manſorum in Clütze, quos ſocietas minor Calendarum Wiſmariæ emerat, *majori ſigillo* munivit. SCHRÖDER *in Primit. Wiſm. p.* 164. Idem Dux eod. anno Academiæ Roſtochienſis Rectori & doctoribus juris pontificii & cæſarei conceſſit *tokopende erflike rente una Rente uppe Weddeſchat*, emtionem redituum irredimibilium & annuorum, clarius: *Uſuras palliatas ſub titulo emtionis*, cum jure pignorum ſeu *Weddeſchatt* vulgo *guadione*; quam chartam conſignari juſſit *mit Unſen Mayeſtæts Ingheſegele*, quod vide h. l. ad d. a. Eandem immunitatem ad palliandas, quas jus pontificium quaſi deteſtatur, uſuras inventam eod. anno contulit eccleſiæ Sverinenſi, in civitate ibidem & ubique in dominio ejusdem exercendam. A. 1476. Dux Hinricus & ejus filii literis, quibus Friderici III. privilegium de exercitio juris vectigalitii Ducibus conceſſum declararunt ad inſtantiam Roſtochienſium, majeſtaticum ſigillum addiderunt; præcipue *Magnus & Balthaſar* Duces fratres uſi ſunt elegantiori ſigillo majeſtatico, quo literas exſpectantiæ Stephano de Bulaw dynaſtæ in Wenynghem datæ in bona feudalia Hinrici Smekeri, muniverunt: *Hebben to gröter Verſekerung unſe beyde Mayeſtæten Ingeſegel mit Witſchop an diſſen Breff dohn hengen de gegeven un geſchreven to Smerin am Tage* Luciæ virginis an. 1496. Repetita & extenſa eſt hæc conceſſio Sverini an. 1500. quo iidem Duces dicto Bülovio, & in eventum deficientis maſculæ prolis, ipſius fratribus Hartwico, Joanni & Andreæ, exſpectantiam in feudum *Wuſtenfeld* ab Hinrico Smekero poſſeſſum indulſerunt, addito ſigillo eodem. A. 1515. Hinricus, Ericus & Albertus Duces fratres Megap. Dioeceſi Sverinenſi ejusque Rectoribus & Theſaurario omnia privilegia confirmarunt appenſo ſigillo *majeſtatico* & ſubſcribente Cancellario *Brandano de Schöneich* (qui ipſe a Mareſchalco Thurio excitatus, primus eſt qui archiva Mecklenburgica percontari coepit) An. 1554. Jo. Albertus Dux Megapol. jura antiqua & privilegia Wiſmariæ confirmavit novaque alia, jurisdictionem & opificia in ædibus ducalibus ibidem concernentia ſtatuit: *Und als dan dieſe unſre bewilligte Articuln alſo in eile auf Pergament nicht können ingroſſirt werden, wollen wir ſolgends dem Rath und Gemeine derſelben auf ihr unterthænig fordern und ſuchen auf* Pergament *verfertigen und mit unſerm* MAYESTÆT INSIEGEL *verſiegeln und bekræfftigen laſſen; urkundlich haben wir* unſet HANDSECRET *hierunter aufgedruckt.* Vide hanc chartam ap. SENCKENBERG. *T. II. Select. jur. & hiſtor. in manipulo diplomatum Wiſmarienſ. n. 6. p. 510.* Plura taceo. De ſigillis majeſtaticis Ducum Saxoniæ vide GLEICHMANN peculiari tr. de hoc argumento an 1725. ed. GRIBNER *in Select. opuſc. juris publ. P. II p.* 46. MULLER *Staats-Cab. IV. O. c. 5. p.* 171 *ſq.* Exempla Seculi XV. ex aliis Principatibus recenſuit LUDEWIG *ad Prooemium Inſtit. different.* I. quibus accedunt ſigilla Ducum Pomeraniæ majeſtatica a. 1357. 1373. 1382. 1390. 1560. 1569. 1626. & 1659. quorum mentionem fecit HELVIGIUS *in different. juris pomer. & Rugiani poſit. XVII* quamvis in eo fallat, quod uſum ſigillorum majeſtaticorum ducalium poſt medium Seculi XIV. rejecerit.

(**) Impreſſus eſt hic liber hodie rariſſime obvius *Roſtochii an.* 1519 per Ludovicum Dietz die XXVII. menſ. Oct. forma quæ dicitur, fol. minori. *Inſcriptio*: Ordinarius inclite eccleſie Sverinenſ innovatus & in multis purgate auctus cum ſtatutis ſynodalibus ac ſimilibus in eruditionem additis. Tabula præfixa æri inciſa repræſentat imagines *S. Mariæ, S. Joannis & S. Viti*, alteroque Latere *S. Mar. & apoſtolorum*. Sequitur prooemii loco 1. *Mandatum Wardenbergii de obſervandis ſtatutis ſynodal. & Ordinario 2. Literæ apoſtolicæ ſeu Bullæ cathedrali eccleſiæ Sverinenſi ſuper maximis gratiis & indulgentiis conceſſæ, utpote* HONORII *papæ III. a. Bonifacii IX a. Sixti IV.* 1479. *Julii II. a.* 1506. 3. *Summaria inſtructio ſuper indulgentiis per totius anni circulum ex bullis in unum collectis.* 4. *Hiſtoria de ſacro ſanguine pro eccleſia Sverin. obtento.* 5. *Inventio auvei numeri &c.* Ipſe Liber foliis CXII. conſtat ordinemque officiorum, ſolennitatum, ceremoniarum, ſuffragiorum ac precum in diebus dominicis feſtis & vigiliis ſanctorum obſervandum prolixe deſcribit. Accedunt *Caroli IV. Imperat. ſtatuta ordini clericorum indulta Pragæ an.* 1354 & *ſtatuta ſynodalia Conradi Epiſcopi Sverinenſ. de an.* 1492. *nunc innovata & confirmata a.* 1519. *d. VII. Januar.* Quæ denuo edita ſunt Roſtochii 1528. & *a Lunigio, Schröder* d. l. & alibi.

Apoſtolicæ ſedis Protonotarius Decanus & adminiſtrator in ſpiritualibus & temporalibus a ſede Apoſtolica deputatus, ac *Ulricus Malchowutriusque juris Doctor*, ſenior reſidens ceterique canonici nec non totum Capitulum eccleſiæ Swerinenſis, in Chriſto nobis dilectis venerabilibus ac honorabilibus dominis *Præpoſitis, Decanis, Canonicis ac Capitulis collegiatarum*, nec non univerſis & ſingulis dominis *Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis & non curatis, vicariis quoque perpetuis* ceterisque *presbyteris clericis* quarumcunque *parochialium ſeu aliarum eccleſiarum aut capellarum*, nec non quibuscunque aliis quos infraſcripta tangunt ſeu tangere poterint quomodolibet in futurum per dioeceſin Sverinenſem ubilibet conſtitutis, præſentibus & futuris ſalutem in Domino ſempiternam & noſtris hujusmodi firmiter obedire mandatis. Quamvis juri ac rationi conſonet uſuique non parum conveniat, quod *ordo eccleſiæ cathedralis circa obſervationem divini officii* a cæteris quoque dioeceſianis clericis æqualiter obſervetur, ut inquit *canon in C. convent de conſc. diſt.* nam etiam olim in *concilio Bracharen.* communi omnium patrum conſenſu conſtitutum fuit, ut in matutinalibus & veſpertinis officiis (hoc eſt quæ mane & veſperi perſolvuntur) unus atque idem pſallendi ordo, non autem diverſimode obſervaretur ut dicit *Textus in C. Placuit XII. Diſtinct.* licet etiam occaſione ex hymnis ſumta piæ recolendæ memoriæ quondam *Dn. Conradum epiſcopum Sverinenſem in ſtatutis ſeu conſtitutionibus ſynodalibus* pro hujus dioeceſis felici gubernatione ad perpetuam rei memoriam per eum editis & publicatis ac abinde citra pro majori eorum parte in obſervantia habitis. Quæ ſtatuta hujuscemodi nos capitulari tractatu deſuper habito tanquam valde utilia & neceſſaria autoritate noſtra ordinaria approbavimus & innovavimus ac per univerſam dioeceſin *Swerinenſem* inviolabiliter obſervari debere decrevimus, nec non ut omnibus in communi pateant, in calce præſentis operis imprimi mandavimus, prout etiam eadem ſtatuta tenore præſentium approbamus & innovamus & inviolabiliter obſervari decernimus, proinde ſtatutum & ordinatum eſt, ut omnes & ſinguli civitatis & dioeceſis Sverinenſis *beneficiati aliique clerici* de *jure* aut *conſuetudine* ad horas canonicas obligati in hujusmodi horis canonicis ſive divinis officiis perſolvendis, ſacramentisque eccleſiaſticis miniſtrandis, ac feſtivitatibus jejuniis & cerimoniis obſervandis *uniformiter* modum & *ordinem ſive ordinarium eccleſiæ* CATHEDRALIS SVERINENSIS ſub certis poenis in eodem ſtatuto expreſſis obſervare teneantur, ne inſtar *monſtri* a ſuo *capite* ipſa membra ſe *difformare* ac diſcedere viderentur, quin potius juxta ſcripturæ teſtimonia omnia membra capiti ſuo conformarentur, illudque ſequerentur, ut dicit *canon in C. non decet XII. diſt.* attamen multæ hujus dioeceſis eccleſiæ clericique apud illas reſidentes, eo quod hujusmodi libro ordinario caruerint, temporibus anteactis in obſervatione divini officii hujusmodi ſæpiſſime difformiter ſe habuerunt & ab obſervantia & ritu noſtræ Swerinenſis eccleſiæ aberrarunt, proptereaque ſtatutum ſynodale nec non autoritas juris hujusmodi, quodammodo in ludibrium vel ſaltem contemtum hactenus devenerunt, unde nos præmiſſis quantum nobis poſſibile fuerit occurrere cupientes, habitis ſuper his tractatu & conſilio inter nos maturis ad laudem & honorem Dei ac matris ejus ſemper virginis *Mariæ* ſanctique *Johannis* Apoſtoli & evangeliſtæ eccleſiæ & dioeceſis Sverinenſis *patronorum* ac decorem & venuſtatem omnium eccleſiarum nec non publicam utilitatem totius cleri ejusdem dioeceſis Sverinenſis *ordinarium dictæ eccleſiæ Swerinenſis* per quosdam doctos viros nuper *revideri* ac in aliquibus locis (ubi hoc expedire videbatur) *reformari*, & ſic reviſum & correctum impreſſoriæ arti tradi pro tot exemplis imprimendis & deinde ligandis, quot pro univerſis & ſingulis hujus dioeceſis eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis hujusmodi Ordinario indigentibus ſufficere credantur curavimus ac in ejusdem ordinarii principio litteras Apoſtolicas ſuper maximis gratiis ac indulgentiis etiam plenæ remiſſionis peccatorum per Romanos Pontifices ob *mirificum ſacramentum Domini noſtri Jeſu Chriſti in dicta eccleſia noſtra Sverinenſi reconditum* conceſſis; nec non in fine ejusdem Ordinarii dicta *ſtatuta ſynodalia* per nos innovata & approbata apponi fecimus, ut in poſterum uniformitas & concordia in divino officio per univerſam dioeceſin Sverinenſem obſervetur, dictaque ſtatuta ſynodalia ab omnibus omnis excuſationis umbra remota ad manum habeantur, & ſecundum illorum tenorem ſingula in eis contenta exequantur, volentesque dictarum *indulgentiarum* & gratiarum participes fieri, deſuper per plebanos & capellanos eccleſiarum ſeu alias *litteratas perſonas* valeant edoceri. Ne autem impreſſor ordinarii hujusmodi laborum ſuorum (quos pro commodo publico ob preces noſtras libenter ſuſcepit) ſalario defraudetur, cum os bovis triturantis ligari non debeat, mandamus omnibus & ſingulis juratis & proviſoribus quarumcunque eccleſiarum & capellarum, per hanc dioeceſin Sverinenſem ubilibet conſtitutarum in virtute ſanctæ obedientiæ & nihilominus ſub excommunicationis majoris ſententia & *quinque florenorum* fiſco ejusdem dioeceſis irremiſſibiliter applicandorum poenis canonica monitione triginta dierum præmiſſa quorum ſingulos decem dies pro ſingulis peremtoriis terminis ac monitione canonica aſſignamus eisdem; quatenus pro qualiber eccleſia & capella in qua jurati ſeu proviſores exiſtunt unum ſaltem ordinarium in *aſſeribus* ligatum, pro certo tunc per nos ſtatuendo ac moderando pretio (ne ultra debitum graventur) infra eosdem triginta dies a die publicationis completi ordinarii, ipſis per plebanos eccleſiarum fiendæ immediate ſequentes ab eodem impreſſore in communes uſus clericorum emere, & ibidem cum conſilio Rectoris ejusdem in competenti loco *per catenam ferream* firmari procurent, ut omnibus videre ordinarium hujusmodi cupientibus liber pateat aditus ad eundem. Quod ſi temere adimplere contempſerint, eosdem juratos ſive proviſores ac eorum ſingulos reſpective, ſic

negligentes vel contumaces in præmiſſis cujuscunque *ſtatus, ordinis, gradus conditionis ſeu excellentiæ* exiſtant ex nunc prout ex tunc & e contra poenas hujusmodi præfata monitione canonica præmiſſa incidiſſe, Dei nomine in his ſcriptis declaramus, & publicari pro talibus volumus & præcipimus. Quos etiam vos omnes & ſinguli Domini ſupra dicti, poſt lapſum hujusmodi triginta dierum in veſtris eccleſiis & capellis pro talibus, & ut tales, ſingulis diebus dominicis & feſtivis publice denunciare ſeu denunciari facere curetis; non ceſſando ab his donec dicti jurati & proviſores præmiſſa compleverint & meruerint a domino adminiſtratore præfato, ab hujusmodi ſententiis poenis & cenſuris, abſolutionis beneficium humiliter obtinere, & nihilominus vos eoſdem dominos ſupradictos & quoscunque alios dioeceſanos, quos ſtatuta ſynodalia hujusmodi reſpective concernunt aut concernere poſſunt quomodolibet, in futurum in domino plurimum exhortamur vobisque & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & nihilominus ſub poenis in eisdem ſtatutis contentis, ſerioſe præcipimus & mandamus, ut eadem ſtatuta ſynodalia juxta illorum tenores inviolabiliter obſervare ac obſervari facere ſtudeatis, nec non præfatas indulgentias & gratias eccleſiæ noſtræ Swerinenſis ob ſacramentum ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut præfertur, in ſalutem & in remiſſionem peccatorum Chriſti fidelium tam largiter a ſede Apoſtolica conceſſas juxta ſeriem hujusmodi *litterarum Apoſtolicarum* (quarum tenores hic impreſſi ſubſequuntur) ſeu juxta ſummariam inſtructionem poſt illos poſitam univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus utriusque ſexus per totam dioeceſin Swerinenſem tertia & ſecunda dominicis aliisque intercurrentibus feſtivis diebus, præcedentibus dies indulgentiarum hujusmodi in eccleſiis veſtris coram populi multitudine finitis ſermonibus veſtris *denunciare & publicare* curetis ut per hæc & alia charitatis & pietatis opera, tam vos ipſos quam eosdem Chriſti fideles hujusmodi ſacrarum indulgentiarum & aliorum piorum meritorum participes reddere valeatis. Datum apud eccleſiam Sverinenſem in loco noſtro *Capitulari* ſub anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono die XII. menſis Januarii, ejusdem eccleſiæ Sverinenſis ſub ſigillo præſentibus de mandato noſtro ſubimpreſſo.

CIV. *Zutph. Wardenberg, Ulr. Malchovii & Capituli Sverinenſis Recenſio caſuum Papalium & epiſcopalium reſervatorum. E tabula in loco capitulari ſervata. Exſtat etiam in Agendis Eccleſiæ Sverinenſis an. 1521. editis.*

1520. Caſus Papales ſequentes ſunt in quibus fiet remiſſio ad ſedem apoſtolicam. Primus caſus eſt in illo qui percutit enormiter Clericum, *XVII. Quæſt. IV. Si quis ſuadente.* Tamen quoniam Epiſcopus in hoc caſu abſolvere poteſt, vide ibidem in gloſſa *Verbi manus.* 2. De illo, qui comburit & effringit *eccleſiam,* aut locum religioſum vel *cemiterium,* qui poſtquam denunciatus eſt: abſolutio pertinet ad Papam. Sed ante denunciationem Epiſcopus abſolvit. Et idem eſt de quocunque alio incendiario, ſi excommunicatur & publicatur. De ſententia excommuni. *C. conqueſti. & c. tua.* 3. In illo qui *falſificat* literas apoſtolicas aut ſupplicationes ſignatas de mandato pape, vel falſis ſcienter utitur. De *cri. falſ. c. cura. & c. falſarior. & in Bulla cene Dni.* 4. De illo, qui excommunicatus eſt a Papa nominatim vel ejus delegato. 5. De illo qui ſcienter & ſponte in divinis officiis participat cum excommunicato nominatim a papa: non poteſt abſolvi; niſi per papam, ut in *C. Significavit. 7. panorm.* 6. In illo, qui participat *in oſculo ff. ibidem,* vel aliis etiam, qui excommunicatus eſt per papam cum participationibus. Quoniam talis ab illo debet abſolvi, qui ſententiam tulit, ut ſupra. 7. In Clerico, qui *ſecundas nuptias* benedixit *vid. in C. i. de ſecund. nuptiis:* tamen de iſto caſu, an ſit papalis vel Epiſcopalis aliqui dubitant. 8. In perſequutoribus Cardinalium, qui incurrunt graves & multas alias poenas *in C. ſolic. de penis Libr. VI.* 9. In eo, qui gravat vel dat licentiam gravandi eos, qui itulerunt ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, vel eos in ſuis perſonis aut bonis gravant, vel gravari procurant ut *in C. quicunque de ſent. exc. libro. VI.* 10. In eo, qui corpus defuncti *incendit* vel *decoquit* pro oſſibus transferendis. *In extravagant. Bonifacii VIII.* 11. In inquiſitoribus *ff. qui incipit Deteſtande hæretico,* qui odio, gratia, amore, vel lucro contra juſtitiam vel conſcientiam omiſerint contra quempiam procedere, vel ipſam *hereſin* alicui imponant, propter premiſſa, ut in Clementinis *de heret. C. multorum.* 12. Eſt de religioſis, qui absque ſpeciali licentia parochialis presbyteri ſolenniſat matrimonia, aut miniſtrant ſacramenta Euchariſtiæ vel extreme unctionis ut *in c. Religioſi de privilegiis in Clement.* 13. Item excommunicati ſunt etiam religioſi, qui excommunicatos a canone abſolvunt in caſibus non conceſſis aut abſolvunt a ſententiis per ſynodalia ſeu provincialia ſtatuta promulgatis, aut abſolvunt a poena & culpa. *In dicto C. Religioſi de privileg. in clement.* Quos poſſunt locorii, ordinarii, conſcito de hoc ſibi pro excommunicatis publice facere denunciati, donec de abſolutione eorum ſibi fuerit ſacra fides, nullo privilegio eis ſuper hoc ſuffragante, ut *ibidem in dicto C. Religioſi.* 14. De eo, qui perſequitur *Epiſcopum* aut percutit, capit, exulari mandat vel facit, ſeu incarcerat. & omnes premiſſa præcipientes vel ratificantes, ac ſocii, conſiliarii, fautores, & defenſores, ſingulares perſone ſunt excommunicati. Communitas vero ſubjacet interdicto ſpeciali, ut *in Clement. prima de penis. & in Bulla Cœnæ Domini.* 15. Contra Religioſos & clericos ſeculares, inducentes ad vovendum, jurandum, vel promittendum, de eligenda ſepultura apud eos: vel etiam electam ulterius non immutent. Qui incurrunt ipſo facto majorem excommunicationem, nec ab alio, quam a Papa abſolvi poſſunt. In *Clementi. ultima ff. finali de poenis,* & alias etiam penas contra eoſdem, *vide in C. primo.* 16. De his, qui cogunt Cl. §. de ſepulturis in loco interdicto, ſive ſint ſpirituales, aut temporales, vel qui aliquos excommunicatos aut interdictos vocant ad divina officia audienda, vel qui pro-

prohibent eisdem excommunicatis vel interdictis, ne moniti exeant. Et qui moniti presumunt remanere ut *in Clementin. gravis, de sentent. excommun.* 17. De his, qui deferunt arma vel ferrum seu equos, aut alia necessaria ad Christiani nominis inimicos vel transmittunt, seu etiam naves vendunt, vel in depredatoriis navibus infidelium gubernationem exercent seu impendunt consilium vel auxilium in *dispendium Terre sancte in C. Ita quorundam, & C. ad liberandum de Judeis.* Et iste casus est papalis per bullam coenæ Dni. ubi de hoc late. 18. Est in piratis, raptoribus, sive latrunculis marinis ac eorundem receptoribus: nec non auxilium, consilium, vel favorem dantibus eisdem, qui ore papali excommunicantur, ut notatur *in C. excommun. de raptoribus, incendiariis, &c.* Et continentur in Bulla Coenæ Domini, de qua infra. 19. De eo qui absolutus propter mortis articulum, vel aliud impedimentum canonicum ab eo, a quo alias cessante impedimento absolvi non potuisset, non se præsentavit, cum se commode poterat præsentare ei, a quo absolvi debebat, si non fuisset impedimentum. Ille talis in eandem sententiam excommunicationis, qua prius ligatus erat ab homine vel a jure, reincidit ipso facto, *ut in C. Eos. de sentent excommun. L. 6.* Pone exemplum ultra articulum mortis de alio impedimento, videlicet de ægritudine aut inimicitiis capitalibus, seu paupertate. Et si talis absolvendus erat a Papa, cessante impedimento, reincidit, & ibit pro absolutione ad Papam. 20. In eo quem sedes Apostolica vel ejus Legatus absolvit cum tali adjunctione, ut se debeat ordinarii vel alterius conspectui præsentare, & ab eis poenitentiam recipere ac injuriam passis vel illis quibus propter excommunicationem obligatur satisfactionem oppetentem exhibere: si hæc quoque puncta non adimpleant, absolutio evanescit, & reincidunt in priorem excommunicationem, *dicto Cap. Eos qui, §. Idem statuimus de sentent. excommunicat. Libro sexto.* 21. De eo, qui assumitur perpetuo vel ad tempus in Rectorem vel Senatorem *urbis Romæ*, ac omnes eligentes seu nominantes, aut assumentes vel consentientes in his vel consilium, auxilium vel favorem præstantes, præter Sedis Apostolicæ autoritatem tales sunt absolvendi per Papam, ut *in Cap. fundamenta militantis, de electione Libro sexto.* 22. Omnes *Hæretici*, quocunque nomine censentur, ac omnes fautores, receptores & defensores eorundem, ut patet in Bulla Papali, quæ solenniter publicatur omni anno in Die Coenæ Domini Romæ de palatio Papæ in sua & omnium Prælatorum ac universi populi præsentia. 23. De his, qui in terris suis *nova pedagia* imponunt vel prohibita exigunt, ut in eadem Bulla. 24. De his qui impediunt seu invadunt adducentes victualia seu alia necessaria ad usum Romanæ curiæ. 25. De his qui rapiunt spoliant *sanctam Bullam Coenæ Domini*, vel detinent seu ex proposito deliberato verberare, mutilare aut interficere præsumunt omnes illos qui ad Sedem Apostolicam veniunt aut recedunt ab eadem, & hoc fieri mandantes, ut patet in dicta Bulla Coenæ Domini. 26. De illis qui verberant, mutilant, vel occidunt seu bonis spoliant; per se, vel alium, quascunque personas, Ecclesiasticas vel seculares *ad Romanam curiam* super eorum causis & negotiis recurrentes, illaque in eadem curia prosequentes aut procurantes, nec non negotiorum gestores, Advocatos vel Procuratores ipsorum seu etiam auditores vel judices super dictis causis vel negotiis deputatos, uti latius in dicta Bulla. 27. Contra illos qui præsumunt mandata contra bullam coenæ Domini dare, statuere vel prohibere sub gravissimis poenis ne pareatur literis aut mandatis Apostolicæ Sedis ac Legatorum & Nunciorum, nec non Judicum Delegatorum ejusdem Sedis, gratiam vel justitiam concernentibus, decretisque super illis, etiam re judicata processibus & executorialibus, non habito prius eorum beneplacito & assensu, ut in eadem Bulla Coenæ Domini. 28. Contra illos, qui præsumunt mandare, statuere vel prohibere sub dictis poenis, ne Notarii & Tabelliones literarum, vel processuum prædictorum executiones, instrumenta vel acta conficiant aut confecta, cujus interest, tradant, ut in eadem Bulla. 29. Contra illos, qui præsumunt se *ab obedientia Papæ* sive Romani Pontificis pro tempore existentis pertinaciter subtrahere, seu quolibet recedere, ut in eadem Bulla. 30. Contra illos, qui jurisdictionem seu fructus ad Ecclesiasticas personas pertinentes usurpant vel arripiunt, & qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte prædictos casus a vicesimo sexto superius posito exequi vel procurare, aut in illis consilium, auxilium vel favorem præstare non verentur, cujuscunque præeminentiæ, Dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint, etiam si *Imperiali, Regali, Ducali*, vel alia quavis præfulgeant dignitate, ut in dicta Bulla. 31. De illis, qui *Romipetas* & *peregrinos* ad urbem Romam causa devotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes vel recedentes ab ipsa, mutilant, vulnerant, vel interficiunt, seu capiunt & detinent aut deprehenduntur in his dantibus auxilium, consilium vel favorem, ut patet in dicta Bulla Coenæ Domini. 32. Contra illos, qui per se, vel alium, vel alios, directe vel indirecte sub quocunque titulo vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruunt, vel invadunt, aut hæc facere præsumunt in totum vel in parte, civitates, terras & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam spectantia & pertinentia: nec non adhærentes ac fautores & defensores eorum, seu in his dantes eisdem consilium, auxilium vel favorem, ut in dicta Bulla. 33. Contra Presbyteros, qui contra Coenæ Domini tenorem dictæ Bullæ alicui vel aliquibus, ex prædictis, etiam prætextu quorumcunque Privilegiorum, Confessionalium, Indulgentiarum, seu Literarum Apostolicarum quovis modo concessis, absolutionis beneficium impendunt: quia talis absolvens ipso facto est innodatus sententiæ majoris excommunicationis vel anathematizationis, & absolvendus a Papa: & incurrit etiam alias poenas, videlicet suspensionis ab officio Sacerdotali, prout in dicta Bulla Coenæ Domini in ejus fine, & propterea sint confessores in his bene cauti. 34. Et in præmissis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sis casibus nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi duntaxat in mortis articulo constitutus, absolvi potest. Nec tunc, etiam prætextu privilegiorum, Facultatum seu literarum prædictarum, nisi prius præstiterit sic excommunicatus sufficientem cautionem *de stando mandatis* Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & satisfecerit de his, propter quæ sic est excommunicatus, aut super satisfactione præstanda sufficientem dederit cautionem, prout latius hæc dicuntur in eadem Bulla. 35. De illis, qui offendunt aut violant contra Coenæ Domini bullam Ecclesiasticam libertatem, aut violant interdictum a Sede Apostolica appositum, ut in *extravagante Pauli, 2. de casibus reservatis, quæ incipit: Et si Dominici.* 36. De illo qui commisit crimen *Presbytericidii*, vel offensæ personalis in Episcopum seu in alium Prælatum, ut in eadem extravagante Pauli de casibus reservatis. 37. Contra illos, qui nova onera realia vel personalia imponunt Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis, ut in dicta Bulla. 38. Contra illos, qui occulte vel manifeste committunt, vel contrahunt *Symoniam* super ordinibus vel beneficiis Ecclesiasticis assequendis, sive eadem Simonia committatur in Romana Curia, vel extra eam, seu committatur in *dando* vel *recipiendo*, ut in dicta Paulina de casibus reservatis, & etiam in alia extravagante contra Simoniacos per eundem Paulum Papam edita, ut in dicta Paulina de casibus reservatis, quæ incipit: *Cum detestabile.* 39. Contra mediatores & Procuratores, qui dictam Simoniam in dando vel recipiendo committunt: qui similiter incurrunt anathema, vel sententiam majoris excommunicationis Papalem, a qua non possunt absolvi, nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, ut supra, ut in dicta extravagante Pauli contra Symoniacos. 40. Contra *damnatum* MARTINUM LUTTER *hæreticum*, & omnes ejus *sequaces*, nec non *fautores*, *receptores*, *defensores ejusdem*, qui per nullum alium, quam Romanum Pontificem, prout in casu 34. supra absolvi debent aut possunt. Et si de facto fit, non valet absolutio, & absolvens incidit in excommunicationem & *maledictionem Papalem*, & oportet eundem absolventem a Sede Apostolica habere absolutionem suam. 41. Et similiter contra omnes & singulos Archi-Episcopos & Episcopos, Abbates & Commendatarios, eorumque Vicarios & Officiales, nec non quorumcunque Regum & Principum, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant Dignitate, ac quorumcunque Conciliorum, Parlamentorum, sive Cancellariorum, Cancellarios, Vice-Cancellarios, Ordinarios seu Extraordinarios, nec non Procuratores generales eorundem, qui per se, vel alium seu alios advocant (quamvis de facto) ab auditoribus vel Commissariis Apostolicis, causas quarumcunque exemtionum vel aliarum gratiarum, vel & Literarum Apostolicarum, nec non Decimarum Beneficialium ac alias spirituales, seu spiritualibus annexas causas. 42. Similiter contra omnes atque singulos, qui autoritate Laicali impediunt executiones monitoriorum, citationum, inhibitionum, sequestrorum, executorialium, & aliarum Literarum Apostolicarum, tam gratiam, quam justitiam concernentium, emanatarum pro tempore a Domino nostro Papa, nec non Camerario Cardinali & Præsidentibus Cameræ Apostolicæ, ac Auditoribus & Commissariis Apostolicis in causis prædictis earumque causarum cursum & audientiam, ac personas Capitula Conventus & Collegia, causas hujusmodi prosequi volentes, simili autoritate Laycali impediunt, ac Capitula, Conventus, & Collegia prædicta cogunt, intromittere se, tanquam judices, de earundem causarum cognitione, nec non partes actrices, quæ hujusmodi causas committi fecerunt, & faciunt, compellunt ad revocandum seu revocari faciunt citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eisdem causis decretas, & ad faciendum eos, (contra quos tales inhibitiones emanarunt) a censuris & poenis in illis contentis absolvi. 43. Item contra omnes illos, qui sub quibusvis poenis inhibent quibuscunque personis in genere vel in specie, ne aliquas literas Apostolicas, etiam in forma *Brevis* tam gratiam quam justitiam concernentis, etiam citationes & executoriales, quæ a Sede Apostolica emanarunt, & pro tempore emanabunt, sine eorum aut Principum beneplacito & examine, executioni demandent, ac Notarios, Executores, vel Sub-Executores Literarum Apostolicarum, Monitoriorum, citationum & inhibitionum hujusmodi, capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, incarcerari, & detineri faciunt. 44. Item contra omnes & singulos, qui ex eorum officio vel ad quorumcunque instantiam, personas Ecclesiasticas ac Capitula, Conventus & Collegia Ecclesiarum quarumcunque, coram se ad eorum Tribunal Laicale seu Audientiam, Cancellariam, Concilium, vel Parlamentum trahunt, aut præter juris communis dispositionem trahi faciunt vel procurant, directe vel indirecte quovis quæsito ingenio vel colore, & Papa in hujusmodi casibus sibi soli reservat absolutionem, ita quidem nemo in illis culpabilis, per aliquem alium, quam Romanum Pontificem, nisi duntaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc absolvi possit, nisi de stando Sanctæ Ecclesiæ Romanæ mandato, ac satisfactione vel sufficienti cautione præstitis. Ac omnes & singuli, qui tales de facto absolvunt, similiter cadunt in Excommunicationem & maledictionem Papalem, ac alias poenas, de quibus in fine dictæ Bullæ Coenæ Domini.

De *Casibus Episcopalibus*, quibus debet fieri remissio ad Episcopum loci pro Absolutione, de quibus habetur *apud Hostiensem in summa de poenitentiis & remissionibus in §. cui confitendum sit, & per Joh. Andr. in Cap. Si Episcopus, eodem tit. Libr. VI. & in Stat. Synodalibus hujus Dioecesis V. statuto. 35.* Primus casus episcopalis de illo, qui cognovit carnaliter *Monialem consecratam* vel non consecratam, virginem, vel *non virginem.* Vel si forte mulier coivit cum Religioso, dummodo non sit in *loco* sacro, quia tunc esset Papalis. 2. Est in eo, qui verberat patrem vel matrem. 3. In eo, qui defforat virginem fraudulenter. Sed si violenter & malitiose, absolutio spectat ad Papam. 4. Est in eo, qui machinatur in mortem conjugis. 5. Committens adul-

adulterium. 6. In eo, qui abutitur Chrismate, vel alio Sacramento aut re sacra, vel facit furtum in Ecclesia: Et extenditur etiam hoc ad Presbyterum aut Clericum, ex cujus negligentia hoc contingit. 7. In eo, qui baptizavit proprium filium, vel eum ad baptisma vel in confirmatione tenuit. 8. De eo, qui facit votum castitatis & post votum contrahit cum aliqua, vel aliqua cum aliquo. 9. Est in eo, qui contrahit vel continentiam vovet aut religionem intrat in vita uxoris suæ post carnalem copulam. 10. In illo malefico, qui confitetur se credidisse *Hæreticæ pravitati.* 11. De illo, qui excommunicatus celebrat in Ecclesia. Absolutio ad Episcopum, sed dispensatio super irregularitate ad solum Papam pertinet. 12. Super homicidis, dummodo non *in Clericum vel Presbyterum* commissum, quia tunc papalis. 13. De committente injuriam in Ecclesia, maxime consecrata. 14. De eo qui committit *coitum cum Judea* vel alia infideli. 15. Etiam de muliere, quæ concepit ex alio viro, & vir suus credens, eum suum proprium filium esse, instituit eum heredem in aliorum præjudicium. 16. In illo vel illa, qui vel quæ procurat abortum vel sterilitatem, ne concipere aut parere foemina possit, sive in se, sive in alia. 17. De eo qui contrahit matrimonium, post sponsalia contracta, cum alia vel juramento interposito in contractu. 18. De eo, qui scienter celebrat in loco interdicto. 18. De eo, qui est sortilegus aut maleficus, ut puta qui invocat *Dæmones* pro furtis vel mulieribus, vel aliis rebus. 20. De illo, qui scienter & publice sepelit corpus alicujus excommunicati in loco consecrato. 21. Est in illo, qui excommunicatus est a canone, in quo Episcopo reservatur absolutio. 22. De eo, qui contrahit clandestine matrimonium vel contra interdictum Ecclesiæ, quia poenitentia debet sibi imponi ab episcopo. 23. De blasphemante publice Deum vel Sanctos & qui est publicus criminosus. 24. Quando Episcopus audivit confessionem de aliquo peccato: inferior Clericus non potest talem absolvere, sed remittetur ad Episcopum. 25. De illo vel illa, qui vel quæ opprimit filios suos studiose vel negligenter, aut ex casu. 26. De eo, qui committit sacrilegium vel incendium aut fieri facit auxilio vel consilio aut mandato, antequam incendiarius publicetur, quia post publicationem est papalis, ut supra. 27. De illo, qui committit *crimen falsi* sive in literis aut instrumentis, sive in testimonio. Et quando dixi de literis intellige non Papalibus, quia ille est papalis, ut supra. 28. De eo, qui committit peccatum contra naturam, *maxime cum brutis*, vel abutitur membro ad hoc non concesso. 29. De illo, qui committit incestum, ut puta si cognoscit consangvineam suam propriam. 30. De illo, qui perjurus. 31. De Sacerdote, qui cognovit carnaliter illam, quam baptizavit, vel cujus confessionem audivit. 32. De illo, qui est excommunicatus ab Episcopo, quem inferior non potest absolvere. 33. De usurariis quibuscunque. 34. De illo, qui celebrat missam in altari non consecrato seu execrato, vel qui celebrat sine sacris indumentis, aut non jejunus. 35. De illo, qui non restituit ablata vel subtracta, vel alias illicite acquisita incerta, vel quando sunt certa, tamen non extant hi, quibus fieri debet restitutio. 36. Episcopus potest non inferior commutare vota, seu dispensare super illis. 37. Episcopus absolvit omnes publicos enormes criminosos. 38. Imponit solennem poenitentiam. 39. De illis, qui honestas mulieres violant vel opprimunt. 40. De Simoniacis cujuscunque generis præterquam in ordinibus & beneficiis, quia illi reservantur Papæ, ut supra, ac per saltum vel furtive promoti. 41. Et de illis, qui sunt *incantatores*, augures, divinatores vel intoxicatores. 42. Publicos raptores & deprædatores *stratarum* absolvit Episcopus. 43. De casibus aliis enormibus, qui per statuta Synodalia aut consuetudines locorum, tam generales, quam speciales reservantur, advertant singulariter confessores, ut remittant, nam & ipsi Episcopi juxta doctrinam Hostiensis, uti supra, etiam aliquotiens remittunt ipsos peccatores ad Sedem Apostolicam propter enormitatem criminum, & aliquoties ad majorem terrorem. Tanto autem magis inferiores sub Episcopis ad eos remittere debent, maxime si videant expedire saluti animæ confitentis, ut dicit Apostolus *2. ad Corinth. 13. Potestatem dedit Deus in ædificationem, non in destructionem.* Actum apud *Ecclesiam Sverin. in loco Capituli A. 1520. d. X. Apr.*

CV. *Eorundem Declaratio & Supplementa statutorum synodalium Episcopi Conradi, speciatim articulorum 20. & 50. Inscriptio: Mandata Dn. Administratoris Decani & Capituli, Prædicatorum ad omnes Curatos eorumque Capellanos ac Sacristas seu alias personas, quas infrascripta concernunt per civitatem & totam dioecesin Swerinensem.*

Universis & singulis Dominis curatis eorum- 1520.
que vices gerentibus Capellanis & sacristis seu aliis ecclesiasticis personis quas infrascripta concernunt seu concernere possunt conjunctim vel divisim districte præcipiendo mandatur in virtute sanctæ obedientiæ per dominos *administratorem, Decanum & capitulum ecclesiæ Swerinensis* eorum auctoritate ordinaria, ut statuta synodalia signanter art. XX. & LVII. nuper cum novo ordinario publicata ad officium curatorum præcipue spectantia observare & opere adimplere cum omni vigilantia studeant, sub poenis in eisdem statutis nec non in sacris canonibus cum hujusmodi statutis se confirmantibus respective contentis, uti inter cætera habent infra scripta. *De custodia eucharistiæ & aliorum sacramentorum.* Et primo quod in cunctis ecclesiis sacro-sancta eucharistiæ chrismatis & alia sacramenta ecclesiastica cum omni reverentia accendantur, tractentur ac etiam in vasculis seu *tabernaculis* non vacillantibus, non ruptis, neque perforatis, sed omnino integris, mundis, nitidis, subque fideli custodia clausura per sacerdotes ipsos seu sacristas ad minus aliquem ordinem sacrum habentes, custodiantur & conserventur ac nullis aliis quam in *Sacerdotio* constitutis, nova sacramenta post sacrum pascha singulis annis distribuant, vel præsentur ne temeraria manus (propter

pter aliqua *horrenda & nefaria* exercenda) poſſit ad illa extendi, contra facientes, officialis loci, graviter puniri curabit aliis in exemplum.

De mundificatione veſtium aliarumque rerum ſacrarum ad minus ſemel in anno.

Præterea quod calices, patinas, corporalia, pallas amictas albas, abſterſoria ſive mundificatoria ac pannos lineos, quibus calices involvuntur mundant, aliaque ſacerdotalia miſſarum & altarium veſtimenta & ornamenta lavari conſveta etiam ampullas & candelabra (quæ interdum ita immunda apud aliquos reperiuntur ſicut etiam canon teſtatur & experientia ocularitер demonſtrat, quod inſpicientibus ſint horrori) munda & pura habeant & conſervent. Nec non quoties neceſſitas, imo DEI reverentia, ſacrorum honeſtas hoc exigit, non per *feminas* (quibus hoc de jure prohibetur) ſed per ſacratos *dominoque dicatos* homines, ſicut docet *C. in ſancta de conſ. diſt. I.* & ſaltem quolibet anno ſemel, videlicet ante ſacrum paſcha (quando etiam alia levioris momenti in ſacris eccleſiis renovari & expurgari ſolent hujusmodi bono provocati exemplo) purificari & mundari faciant, ne pro talibus negligentiis iratus dominus (teſte ſcriptura) plagas majores, illis, quas quotidie experimur, populo ſuo imponat, & juſti qui in hoc forte non peccaverunt, pereant cum impiis. Quod ornamenta ſacra ad uſum profanum non accommodent: hujusmodi quoque ac alia quæcunque eccleſiaſtica ornamenta ſecundum ſanctorum patrum præcepta, nullis aliis quam DEO deputatis & eccleſiaſticis officiis accommodent ſeu applicentur: licet de quibusdam ſceleratis aliter quandoque auditum ſit contigiſſe: qui videant, ne ultio, quæ *Balthaſarem* regem percuſſit, ſuper eos & alios præmiſſorum transgreſſores veniat.

De veſtibus aut rebus ſacris, uſu aut vetuſtate conſumtis, quid fieri debeat?

Si vero præfata ornamenta ſeu alia ad ſacrum miniſterium accommodata, uſu aut vetuſtate fuerint conſumta, *incinerari* debent, quæ fuerint ad incinerandum apta, & hujusmodi cineres ſub *baptiſterio*, aut in *foſſis ſub altaribus* inferri, ſed ſi trabes, ligna, lapides, aut metalla fuerint, ad alium ejusdem eccleſiæ, de qua proveniunt uſum, prout commodius fieri poterit, converti debent; quia non licet ea, quæ in ſacrario fuerunt male tractari aut pedibus coinquinari.

De cemiteriorum clauſura, & quod nundinæ ſeu negotiationes inibi poſthæc nequaquam fiant.

Denique ne ſacrata ac religioſa loca vel corpora ſepultorum injuriam, prout hactenus patiantur, præfati curati præcipuam eccleſiarum ac cemeteriorum eccleſiaſticorum curam gerant, (ut juxta ſtatutum ſynodale XVI.) cemiteria prædicta undique circum *muris*, *aggeribus* aut *ſepibus* clauſa teneantur, demtis introitibus per crates vel alias opportune providendis, ne loca aut oſſa forſan etiam ſanctorum ibi quieſcentium a beſtiis conculcentur, vel ſtercoribus coinquinentur aut dictarum beſtiarum dentibus lacerentur. Provideant quoque, ne nundinæ vel forum rerum venalium ſeu negotiationes in eisdem eccleſiis aut cemiteriis (ſicut Suerini & in aliquibus aliis hactenus factum eſt) inpoſterum exerceantur, eo, quod hujusmodi conſecrata loca dominus JESUS in evangelio S. Joannis Apoſtoli C. II. quod in aliis actibus feciſſe non legitur, cum verberibus docuerit eſſe orationis & non negotiationis loca: Et idem Dominus poſt everſas numulariorum menſas & vendentium cathedras cum flagellis tunc ejecerit omnes vendentes & ementes, neque permiſerit, ut quisquam transferret vas per templum: Gravi quoque poena ſacrum *Lugdunenſe concilium* (in C. decet domum Domini de inm. eccleſ. L. VI.) per ordinarios locorum præcipit transgreſſores hujusmodi puniendos, quos ultra poenas prædictas etiam alia poena, videlicet ad minus *quadrupli ejus* quod ipſi plebani vel curati aut alii eorum nomine receperunt qui hujuſmodi ſacra loca tanquam venalia expoſuerunt, Ordinarius loci irremiſſibiliter puniri curabit, & nihilominus tam dantes mercatores, quam recipientes plebani aut viceplebani ſive proviſores vel alii qui eorum nomine hoc fecerint, *excommunicationi ſubjaceant* ipſo facto per ſolum ordinarium præfatum (poſt poenas prædictas ſolutas & non ante abſolvendi) ſtatutum de confeſſoribus ne ſedes confeſſionum ſervent in domo dotis, ſed in eccleſia & nepro poenitentiis injunctis, quicquam a confitentibus ſub ſpecie miſſarum vel vigiliarum ſeu alterius pii operis pro ſe ipſis exigant, ſub poenis infraſcriptis. Etſi ſacri canones ſatis prohibuerunt cum magnis poenarum adjectionibus, ne verbo aut ſigno, aut alio quovis modo quicunque Sacerdos audeat prodere aliquatenus poenitentem: & quod confeſſiones & poenitentiæ præſertim ſanorum hominum, in locis Domino conſecratis, propter ſacramenti reverentiam expediantur, tamen prout multorum relatu veridico, non ſine gravi animi diſplicentia percepimus, nonnulli plebanorum & ſacerdotum præſertim *ruralium* neſcitur an ex malignitate aut ſimplicitate hoc faciant tempore quadrageſimali aut in adventu Domini vel aliis ſacris temporibus, quibus Chriſti fideles ad forum poenitentiæ communiter recurrunt, relictis eorum eccleſiis ad peccatorum veniam impetrandam dedicatis recurrunt cum poenitentibus ad domos habitationum ſuarum ac loca profana, in quibus audiunt poenitentium confeſſiones, & tandem poſt datam abſolutionem ipſi confitentes in hujusmodi domibus plebanorum nonnunquam permanentes & bibentes ibidem, poſt factam confeſſionem *inebriantur*, & forſan in majora peccata relabuntur, penitus paulo anteactæ poenitentiæ obliti, in gravem injuriam & ſcandalum *clavium eccleſiæ & ſacramentorum eccleſiaſticorum*, præſertim *fori poenitentialis*; ſunt etiam nonnulli ex dictis Sacerdotibus qui in perpetuam damnationem animarum ſuarum hujusmodi ſibi confitentibus loco poenitentiæ imponunt certas miſſas aut *vigilias defunctorum*, vel his ſimilia, quæ dici facere per eosdem confeſſores, qui pro illis ſtatuunt *certam menſuram pretii*, per ipſos poenitentes infra certum tempus eisdem confeſſoribus ſolvendi, & dicti ſacerdotes hujusmodi pretia, tanquam alia

eorum

eorum debita in regiſtris conſcribunt, ac audent quandoque privatim quenquam publice etiam de *umbone* tanquam rite debita emonere & ipſos pro talibus miſſis aut vigiliis debitores, ad ſolvendum coarctare, facientes de *donis DEI gratuitis* & Sacramentis eccleſiæ *menſas nummulariorum* & *ſpeluncas Latronum*, imitantes iſtum *Simonem Magum* de quo in Actis Apoſtol. unde tam horrendum ſcelus & abominabilem nequitiam hujusmodi Satanæ filiorum penitus execrantes & conſiderantes, quod per præmiſſa contra prohibitiones canonis omnis utriusque de poenitentia & remiſſione, ipſi poenitentes ſaltem implicite prodantur & manifeſtentur, quodque hoc valde ſcandaloſum in eccleſia DEI exiſtat ideoque præmiſſa omnia & ſingula perpetuo ſtatuto hujusmodi ſub poena perpetuæ ſuſpenſionis a ſacerdotali officio & intruſionis in arctum monaſterium aut proſcriptionis ſeu perpetuæ relegationis & excluſionis *extra civitatem & dioeceſin Sverinenſem ac ejus fines* juxta eundem canonem, id quoque de cætero fieri penitus prohibemus & quod a nullo confitente quicunque ſacerdos ſecularis aut regularis in foro poenitentiali pro hujusmodi confeſſione aut poenitentiæ ſatisfactione quicquam ſive in pecunia ſive alia quacunque re pro ſuo commodo aut lucro privato imponat vel petat, ſeu impoſitum & petitum exigat aut recipiat palam vel occulte quia Simonia eſt & diabolicum, ac Sacramentum venditur, & hoc ſub præmiſſis nec non aliis, quæ jura contra Simoniacos ſtatuerunt poenis decernimus & ſimpliciter inhibemus, ſi tamen pro eleemoſyna gratis aliquid non petitum nec impoſitum ipſi confeſſori per poenitentem oblatum fuerit, poſt poenitentiam & abſolutionem peractam, ut pro hujusmodi eleemoſyna miſſæ aut vigiliæ ſeu alia pia opera ab eccleſia DEI approbata fiant, videat confeſſor, qua intentione recipiat, & ut pro recepto ſatisfaciat, in quo ejus conſcientiam omnino oneramus in diſtricto examine judicis juſti rationem deſuper redditurus. Exhortantes in Domino tenore præſentium quoscunque *prælatos civitatis & dioeceſis Sverinenſis* prædictarum & earum Officiales ut quilibet in ſuo diſtrictu ſuper præmiſſis erroribus tanquam bonus paſtor vigilem oculum adhibeat, ut hujusmodi horrenda ſcelera in eccleſia DEI & præſertim *in hac dioeceſi* quantocius exſtirpentur & ſuccreſcere prohibeantur & ut præfati Simoniaci & ſceleratí digna poena etiam confiſcationis omnium bonorum ſuorum puniantur, pro quo hujusmodi prælati aut officiales ab immortali DEO coronam recipient ſempiternam. Inſuper præmiſſis adjicimus tam pro confeſſorum quam poenitentium commoditate, ſalute, ut ipſi plebani præſertim rurales ſeu etiam Capellani vel ſacerdotes confeſſores prædicti a principio quadrageſimæ in eorum ſermonibus ſingulis dominicis & aliis feſtivis diebus exhortentur, quilibet in parochia ſua ſuos parochianos, ne exſpectent cum confeſſione usque ad ſeptimanam ſanctam, vel ſicut conſveverunt uſque ad unum vel duos dies ante paſcha, ſed quod in tempore per ipſam quadrageſimam dictis dominicis & aliis feſtivis diebus ſe faciant in confeſſione congruo ordine & tempore expediri, ne omnes inſimul confluant, ad confeſſionem uno eodem die, prout hactenus de mala conſvetudine fuit obſervatum. Datum ap. Eccleſiam Sverinenſem in loco capitulari A. 1520. die XV. M. Jun.

CVI. *Ejusd. Wardenberch, Nic. Franck Præpoſiti Canonicorum & totius Capituli Ordinatio de abolendis veteribus & corruptis ac comparandis novis & caſtigatis agendis (*) eccleſiarum dioeceſeos Sverinenſis.*

Zutpheldus Wardenberch Decretorum Doctor 1521.
Apoſtolicæ Sedis Protonotarius ac Decanus & adminiſtrator in ſpiritualibus & temporalibus eccleſiæ & dioeceſis Sverinenſis dicta a ſede Apoſtolica deputatus: *Nicolaus Francke* Præpoſitus *Roſtoccenſis* ſenior & *Ulricus Malchow juris utriusque Doctor* ceterique canonici nec non capitulum ejusdem eccleſiæ Sverinenſis, dilectis in Chriſto nobis venerabilibus & honorabilibus Dominis, præpoſitis Decanis canonicisque & capellanis *collegiatarum* eccleſiarum etiam *non ſeniorum* reſpective Decano univerſis & ſingulis aliis quos infraſcripta tangunt ſeu tangere poterunt quomodolibet in futurum per dictas *civitatem & dioeceſin Sverinenſem* ubilibet conſtitutis præſentibus & futuris ad perpetuam rei memoriam Salutem in Domino æternis hujusmodi firmiter obedire mandatis. Cum ſuperiori anno NOVUM ORDINARIUM *ſuper divino officio uniformiter in hac dioeceſi obſervando*, juribus communibus & rationibus bonis hoc ſvadentibus (prout in prohemio ejusdem ordinarii latius videre licet) per univerſas ejusdem dioeceſis eccleſias diſtribui curaviſſemus, poſtmodum invenimus circa *gendam ritusque ſcrorum ac ceremoniis benedictionum* multas eſſe *varietates ac varias obſervantias*: ita, quod fere quævis parochialis eccleſia in his ſuo abundet ſenſu & quod magis eſt *pudendum*, ipſæ Agendæ (quæ in aliquibus habentur eccleſiis,) ita ſenſu & verbis depravatæ nonnullisque ſic ſuperfluæ aut diminutæ reperiuntur, quod aliquis ſenſus etiam *per peritos* deinde vix elici poſſit; Dedimus igitur operam ut non parvo labore & cura *eruditorum & literatorum virorum* agenda hujusmodi juxta ritum dictæ eccleſiæ noſtræ Sverinenſis emendaretur, & ex *veteri corrupta* fieret *nova & perfecta*; multa quoque in DEI eccleſia utilia, quin potius neceſſaria adjicerentur: itaque eandem *novam ac caſtigatam agendam* per venerabilem *patrem* dominum *Martinum* ac religioſos *fratres* apud *St. Michaëlem in Roſtock* in tot exemplaribus quot ſufficere valeant pro hac tota dioeceſi (ad DEI laudem eccleſiarum profectum & communem utilitatem) inprimi fecimus, pretiumque cujuslibet ligatæ ac cum regiſtris ac aliis corre-

(*) Inſcriptio eſt: *Agenda ſecundum ritum eccleſiæ Sverinenſis correcta MDXXI. die 23. Marcii* Et finis: *Roſtochii apud divinum* MICHAELEM *ex Fratrum chalcotypa officina hæc Agenda impreſſa fauſte finem accepit anno a Chriſto nat. MDXXI. vigeſimo octavo Auguſti.* Liber hodie inter rariſſime obvios reponendus quarta forma impreſſus abſolvitur CXI foliis & continet ſequentia argumenta: *Benedictiones ſalis & aquæ. Notabile de illis qui non*

correquisitis bene absolutæ agendæ hujusmodi ad *undecim solidos Lubicenses* duntaxat (ne quisquam gravari possit) taxavimus. Cum in eadem agenda sint plurima folia de charta pergameni præsertim quoad materias, quæ frequenter per anni circulum curatis iteranda occurrunt, quapropter ut errores veteres cum veteribus agendis eliminentur, ac in *ecclesia DEI* quod *perfectum & castigatum sit* habeatur; volumus & in virtute sanctæ obedientiæ vobis omnibus & singulis Dominis supradictis ubilibet per dictam Sverinensem dioecesin constitutis præsertim *curata beneficia* aut *capellas* seu *hospitalia* in quibus sacramenta ecclesiastica ministrari aut benedictiones hujusmodi fieri consueverunt habentibus vel aliorum loco gubernantibus districte præcipientes mandamus, ut quilibet plebanus aut vice-plebanus expensis principalis plebani sui, pro ejus memoria ut sequitur perpetuanda *agendam novam* hujusmodi a dictis patre & fratribus apud Sanctum Michaelem in Rostock vel eorum procuratoribus in quolibet districtu hujus dioecesis emat, ac illa, & non alia, in suis agendis in DEI ecclesia, tam per se, quam capellanos suos posthac utatur: *veteremque agendam* Ordinario loci sui effectualiter præsentet & dimittat & hoc quoad omnia & singula præmissa infra unius mensis spatium ab intimatione seu notificatione præsentium immediate proximum, sub poena *unius dimidii floreni*, qui post lapsum hujusmodi mensis debet applicari fisco illius prælati sive officialis sub cujus districtu ac jurisdictione sic negligens habitat, ut idem Ordinarius eo diligentius in hoc advertat: ita tamen quod tali poena soluta nihilominus teneatur ad emendum hujusmodi *agendam*, sub alia poena & termino supra dictis, quæ continuabunt donec paritum fuerit præmissis: & hujusmodi emens agendam pro sua ecclesia repetere potest, a *suo successore* pretium ejusdem agendæ quod exposuit, aut de illo sic disponere in suo *testamento*, quod suis testamentariis restituatur. Si vero aliquis pro testamento & memoria suis in sua ecclesia gratis talem agendam a se emtam reliquerit, volumus & mandamus in virtute ac sub poenis præmissis, quod ejusdem plebani ementis & donantis nomen & cognomen *debeat inscribi* per successorem ejus, aut suos vice-plebanum vel capellanum

non possunt stare pro patrinis, quales sunt Abbas, monachus, moniales, religiosi, infideles, nondum confirmati, vir & uxor simul, parentes infantis ne puritas spiritualis paternitatis contaminetur, ignorantes dominicam orationem & credo. Ordo agendi circa masculum catechuminum & circa foeminam talem. Ordo baptizandi, dationis salis in os infantis & abrenuntiationis Satanæ. De baptismo quando dubitant si infans sit baptizatus. Ordo baptismi in articulo necessitatis. Ordo super contractum matrimonii in facie ecclesiæ. Benedictio Sponsi & Sponsæ. Modus introducendi mulierem altera die post nuptias. Item post partum. Item defunctam in puerperio. Ordo visitandi infirmum cum sacra Eucharistia. Quando infirmus propter impedimentum non potest communicari. Ordo visitandi infirmum cum extrema unctione Commendatio Episcoporum, Ducum, Comitum & Præpositorum mortuorum. Commendatio generalis mortuorum. Benedictiones in die Purificationis Mariæ super cereos. Benedictiones in capite Quadragesimæ super cineres. Ordo imponendi cineres. Benedictiones in die Palmarum super ramos cum cantu ad Procef. Benedictiones in die coenæ Domini super panibus. Antiphonon: populo meus &c. in die Parasceves Benedictiones ignis, incensi &c. in Vigilia Paschæ. Benedictio fontis, cum suis temporibus non fuerit benedictus vel propter casus incidentes innovandus. Benedictio Agni Paschalis, item fontis in Vigilia Pentecostes, herbarum in die assumptionis beatæ Mariæ Benedictio Generalis ad omnia, quæ voluerit. Benedictio vini pro amore Joannis Evangelistæ Patroni Diœcef. Sver. Initia IV Evangeliorum IV Evangelistarum. Responsorium: revelabunt cœli cum Psalmo: Deus laudem, & aliis contra censuratos seu aggravatos. Præceptum super dominica oratione divisa in VII partibus. De Symbolo XII Apostolorum cum XII Articulis fidei docendis populo. Decem præcepta Domini. Confessio in Vulgari. Modus absolvendi in foro pœnitentiali. Modus & forma absolvendi in foro contentioso solenniter. Casus reservati papales & episcopales. Doctrina concludendi Collectas ex Guilhelmio in rationali divinorum. De conclusione Missæ per: ite, Missa est, vel alias. De Benedictione populi post finem Missæ & Duplici benedictione. Ante principium Missæ: Alma Redemptoris &c. cum versu & Collecta. Post Missam: Regina cœli &c. vel Recordare cum vers. & Collecta. Conclusio Missæ cum Initio Evangelii Joannis & Antiph. Te invocamus & Collecta: Protector! in te speramus &c. Statutum de custodia Eucharistiæ & aliorum Sacramentorum. De mundificatione vestium aliarumque rerum sacrarum. Quando ornamenta sacra ad usum profanum non accommodentur. De Vestibus & rebus sacris usu aut vetustate consumtis quid fieri debet. De cemiteriorum clausura & quod nundinæ seu negotiationes inibi posthac nequaquam fiant. Statutum de Confessoribus. CONCLUSIO *Agendorum. Deus Protector in Te sperantium, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam, ut te rectore, te Duce sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna propter Christum Dn nostrum.* Annexa est Bulla Leonis X. pontificis, data Romæ 1521. & publicata Sverini in die Cœnæ Domini e. a. quam subjunctam vide *Chronico Sverinensi* Tomo III. Monument. ined. inserto. Finis agendarum instar coronidis ornatur *emblemate typographiæ Fratrum S. Michaelis Rostochii*, quo repræsentatur S Michael alatus pedibus draconem calcans, dextra gladium, sinistra non solum librile tenens in cujus dextra lance stat puerulus (Christum adumbrans) pondere longe superans alteram lancem veneno draconis refertam; sed & attingens baculum humero sinistro impositum, cujus suprema pars crucis formam ostendit, inferiorque infixa est ori draconis. Non adnotavit hoc symbolum typographicum ROTHSCHOLTZIUS *in thesauro insignium bibliopolar. & typograph. ab incunabulis typographiæ ed. Norimb. 1728. sqq.* Multa fateor in his *agendis* æque ac in *Ordinario & Breviario ecclesiæ Sverinensis*, ob periculum glisscentis reformationis evangelicæ cum cura emendatis, reperiuntur, quæ pietati, amori cultuique divino omnino conveniunt; omissa etiam sunt nonnulla crassiora superstitionis & errorum vestigia, quæ in *Missalibus antiquioris ævi*, in *Scala cœli ed.* Lubecæ a. 1476. *in summa Johannis ibid. ed. 1487 cap. 7. de baptismo &c.* in *Libro horarum canonicar. secundum Lubicens. dioecesin ed. Norib. 1513 Rostochii 1514. & in M. Cornelii de Snecki Rosario Mariæ ed. Rostoch. 1517.* alibique copiose exstant. Nonnullæ quoque preces & cerimoniarum descriptiones ex his agendis germanice redditæ adoptatæ sunt in agendis Mecklenburgicis evangelicis a JO. RIBLINGIO *Superint. parchimensi* conscriptis, editis *Rostoch per Lud. Dietz* a. 1540. 8 aliisque ibid. editis a. 1545 d. 15. Jun. ut & in agendis Ducis *Jo. Alberti* a D. JO. AURIFABRO consignatis & a *Philippo* MELANCHTONE revisis *ed. Wittebergæ per Jo. Lufft 1552. 4* ac denuo sub Auspiciis Ducum *Jo. Alb.* & *Ulrici Rostochii* per Diezium a. 1557. iterumque revisis Ducis *Ulrici* jussu ac cum præfatione *David.* CHYTRÆI editis *Rost 1602.* Adde ipsam Ordinationem ecclesiasticam recentiorem revisam Ducis *Adolphi Friderici*, præfatione *M. Henr.* PRENGERI instructam editamque *Luneburgi* 1650. 4. qua hodieque utuntur. Inter preces ibidem p. 176. reperitur ipsa oratio: *Deus protector*, qua finiuntur ipsa Agenda a. 1521, cet.

lanum ad librum mortuorum & *benefactorum ecclesiæ*, ut post finem cujuslibet sermonis cum aliis benefactoribus perpetuo denuncietur ac *pro ejus anima oretur*, quodque etiam sic gratis relinquens inscribat nomen suum in tali agenda, ut successoribus innotescat, quia ipse eandem agendam pro sua memoria ecclesiæ suæ emerit & gratis reliquerit, & per hoc ibidem ejus post mortem memoria vigeat. Quicunque vero *hujusmodi agendam vel dictum ordinarium nuper impressum*, & sicut præfertur, distributum ab ecclesia in qua distributa sunt subtraxerit, alienaverit *dolove malo* quid perperam in iis fecerit, eundem trium dierum canonica monitione præmissa in his scriptis excommunicamus & tanquam sacrilegum declaramus volumusque ac sub dictis & confiscationis poenis serioſe præcipimus, quod antequam omnia hujusmodi agendæ exemplaria in totum fuerint divendita per patrem & fratres prædictos aut ab illis deputatos nullus omnino venditor librorum in hac dioecesi debeat ac possit quamcunque aliam agendam venalem exhibere. *Datum & actum* apud ecclesiam Sverinensem, in loco nostro Capitulari sub anno a nativitate Domini M. D. XXI. d. XXIII. mensis Martii. sub sigillo dioecesis Sverinensis ad causas, de mandato & consensu omnium nostro presentibus impresso.

CVII. *Hinricus Bantzkow & Ulr. Malchow collectoribus Decimarum Capituli Sver. adsignat decimas agnorum, lini, apum & pullos vulgo fumosos.*

1522. *Wie Hinricus* Bantzkow *to Swerin Prowist vnnd Hamborch der Karcken Schol sicus vnnd* Vlricus Malchow *beyder rechte* Doctores *der vpgemelten Karcken tor Szwerin Domhern vnnd des gantzenn Stichtes* Administratores *bekennen vnnd betügen apenbar in Krafft und Macht düsses vnses openbaren Breues, dat Wy dem Erbafftigen Her Dirick Michaelis*, Collectoren der Decimation *Gebedes* to Tributzes, *vnnd dem Erbarn* Vitt van Reten Erffiseten to Trobow *to vorweſser vnnd Beuelhebber æver vnderschruen Dörper, genömbt* Exen, Bistorp, Wos *vnnd Schickerstorpe dorch vns angbenamen yn namen des erbaren Stiffts vor ere moege vnnd arbeyt vorgunt vnnd auergheuen hebben to brucken alsse* theget Flas, teghet Lammer *vnnd* visscherigen *beyder dike* Lüttken *vnnd* groten dikes *by* Exen *vnnd* Bistorpe *belegen vnnd ock de* Rockhoner *en beyden Her* Dirick *vnnd* Vitt *samptlich tobruken; ouerst* ymmetegeden, wedde schat *vnnd den* Ringhesten Woke *sal vorgemelt* Vitt *alleyne byholden vnnd hebben. Düsses to mberer Kuntschop hebbe wy vorgedachte Hinricus vnnd Vlricus unser Insegell wittlick don hangen benedden an dessen Breff. De gegeuen ys im Jar nha Christi Vnses Hern Ghebort MDXXII. am Mandage nha* Mathei Apostoli.

CVIII. *Summa breviarii dioecesis Sverinensis in plerisque locis usque modo vulgariter observati, vigilantius per doctos viros nunc emendati, ubi si quid inventum fuerit quod* ORDINARIO *memoratæ dioecesis per omnia non quadraverit illud de breviario exactius correcto emendetur, nec offendat pium ac devotum precatorem varietas ista, quæ scienter & certis locis psalmorum & aliorum contra vulgatam lectionem facta est; sed eandem pie & fideliter secum revolvat antequam mordaciter corrigat & condemnet. MDXXIX. E chartis Capituli.*

1529. *Illustris & altegenitus* Princeps ac Dominus *Dn. Magnus* insignis ecclesiæ Swerinensis *postulatus* ac administrator *confirmatus*, Dux Megapolitanus, *Princeps Slaviæ*, Comes Swerin, Rostochii & Stargardiæ terrarum dominus, animadvertens cum suo *venerabili Capitulo* hoc Christi verbum Matth. VI. Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, & reliqua decrevit consurgentem circa hæc verba hæresin & perversum *philosophorum* dogma dicentium: Si novit DEus quid oremus & antequam petimus scit quibus indigemus, frustra scienti loquimur, modestissime cum b. Hieronymo elidere, ne christianorum preces relati supervacaneæ in totum aspernantur. Nos equidem non narratores sumus sed rogatores: aliud enim est narrare ignoranti aliud scientem petere, in illo judicium est, hic obsequium, ibi fideliter indicamus, hic miserabiliter obsecramus, non in multiloquio sed ex cordis integritate. Noster Deus non verborum sed cordis auditor est, nec verborum multitudine flectitur Deus, ut homo, non ergo verbis tantum sed corde orandus est Deus. Et melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate & serenitate spiritualique hilaritate, quam totius Psalterii modulatio cum anxietate cordis & tristitia. Augustinus idem confirmans, inquit, non omnis qui labiis personat, canticat canticum novum sed qui eo modo cantat ut Apostolus admonens dicit: Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, intus enim est hoc gaudium ubi vox laudis & canitur & auditur, qua voce laudatur qui gratis amandus toto corde, tota anima, tota mente, amatoremque suum accendit in se, gratia sancti spiritus sui. Proinde in foecundam & sanctam evangelii evectionem voluit celsiss. Princeps publicas preces moderatus adversus PSALLIANOS qui totos dies otiosi preculas emurmurant non tam corde, quam mira linguæ volubilitate, docens & commonens cum apostolo universos & singulos dioecesis clericos subficiatos aut sacris ordinibus initiatos, *ut* QUOTANNIS *Lectio Biblio-* N. T. BIBLIORUM *studiose perlegant*, quocun- *rum annua.* que tempore & modo placuerit, ad sanctificandum dominum Christum in cordibus suis, & ad respondendum cuilibet petenti rationem de vera fide, spe, & charitate, his sacris commonitionibus semper salvis, ORTHODOXUS *Princeps* cum *consensu sui Capituli* constituit gratiosam emendationem & moderationem ORDINARII *in horis Canonicis* devotius exorandis juxta *compendium seu breviarium, cujus Contenta* hæc sunt: Primo sequuntur XII. menses cum appositis indicibus quid orandum & legendum ex Breviario diebus ferialibus & hebdomadariis *diurno* & *nocturno* tempore & tabula venerabilis *Bedæ* presbyteri de aureo numero & litera Dominicali. Constitutio de precibus observandis quando preces geniculando dicendæ sunt, tunc secundum b. Hieronymum fiat præcipue mentis inclinatio, & animi pura intelligentia, ad simplicium quoque ædificationem, corporalis geniculatio præcipitur dum commode & utiliter fieri potest. Sequitur ob-

Weslingi Profeſſ. Hebr. linguæ Grammaticam, nominat virum recte doctum fidelem & candidum. 59. A. 1556. d. 9. Dec. Philipp. Melancht. ad Jo. Alb. in cauſa Flacii: S. D. Illuſtriſſime & clementiſſime Princeps. Quod Celſitudo Veſtra & eccleſiæ & meis vulneribus mederi conatur, gratiam habeo Celſitudini Veſtræ, atque utinam ita felix ſit medicatio ut eſt illa Samaritani in Evangelio recitata. Nec vero tam ignarus ſum communis vitæ aut hiſtoriarum, ut non ſciam in diſſenſionibus civilibus exſpectandos eſſe varios caſus, iis qui ad negotia adhibentur, ut in acie, & varias eſſe vices ac ſæpe ante 20. annos hæc mihi fata cecini, fore, ut aliquando a collegis opprimerer, ut Theramenes in hiſtoria Attica. Feram igitur DEO juvante quicquid accidit. Etſi autem ſcio me non ἀναμάρτητον eſſe, tamen meos labores ſpero multis prudentibus & bonis viris notos & probatos eſſe. Et filium DEI quotidie oro, ut me σκεῦ& ἐλέᾳ& & organum ipſi gratum faciat. Scripſi pene ſupplicem epiſtolam ad Illyricum. Hæc adeo non placavit eum ut reſcripſerit longe atrocius, ſive aut papiſmorum ſive aliorum, mihi ſævicia ſubeunda erit, DEO me commendo. Sed ſi Celſitudo V. dirimere controverſias noſtras volet, ſcribat conditiones & in his pro ſua excellenti ſapientia ἐπιείκειαν adhibeat, quam profuturam paci exiſtimabit nec recuſo parere Celſitudini Veſtræ. Sed velim de toto doctrinæ corpore explicatas utriusque ſententias inquiri. Nam ipſe quid ſentiat de multis magnis rebus ignoratur. Mea ſcripta exſtant & propemodum totum doctrinæ corpus in examine quod exſtat titulo eccleſiarum V. complexus ſum. Inde quid ſentiam intelligi poteſt. Commendo DEO & Celſitud. Veſtræ totam hanc cauſam & me ipſum. Mitto Celſitudini Veſtræ pagellas, quæ etiam ſunt teſtes & laborum meorum & meæ ſententiæ. Bene & feliciter valeat Celſitudo Veſtra. die 9. Decembr. 1556. Celſitud. Veſtræ addictus ſervus Philippus Melanchthon. 60. Idem Tilem. Stellam commendat laudatque ſtudia Adami Siberi qui librum carminum Celſitudini miſit, *Mylio* notiſſimi. 61. Idem diem nuptiarum gratulatur & commendat Valentinum Curtium Roſtochienſem qui in Sereniſſimi nuptias carmen compoſuerat d. 17. Febr. 62. Ejusdem commendatio Tilemanni: Teſtimonium meum Celſitudini Veſtræ de Tilemanno non ingratum erit: hic vivit in academia ut & morum integritate aliis ſit exemplo virtutis, & eorum opera ornat artes & diſcentium ſtudia juvat. Talis vir certe publicum bonum eſt, & dignus ſapientum Principum benevolentia. Oro igitur Celſitud. Veſtram ut & propter ipſarum artium, quas illuſtrat, bonitatem eum ornare non deſinat. 63. Idem a. 1542. Duci Hinrico commendat M. Hinricum Luneburgenſem ut illum Profeſſorem Roſtoch. conſtituat & ſine ſumtibus Doctoris gradu ornari ſinat. 64. Idem a. 1548. commendat Simonem Pauli: *Illuſtriſſime & clementiſſime Princeps. Scio Celſitudini Veſtræ notum eſſe veterem verſum: Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos. Quem verſum tamen Stigelius recte emendat hoc modo: Principis eſt virtus maxima noſſe demum: adde Principis eſt virtus altera noſſe ſuos. Eſt autem in academia noſtra Simon Pauli, natus in oppido Sverino ex honeſtis Parentibus qui multos hic utiliter docet, & publice Philoſophiæ tum & eccleſiæ doctrinam recte tradit. Hic Simon cum intellexiſſet Celſitudinem Veſtram flagitare ut aliquis iſthuc mittatur ad docendum idoneus, mihi expoſuit ſe in hac tanta confuſione, nuſquam vivere malle quam in patria & ſub eo Principe, in quo excellens ſapientia cum juſtitia & pietate conjuncta eſt, ſed tamen optare ſe, ut in academia ſibi locus docendi tribuatur, ſicut vir doctiſſimus David ſignificavit quæri non concionatorem aulicum, ſed qui Roſtochii in templo & academia doceat.* Non dubito Celſitudinem Veſtram hujus Simonis eruditionem & judicium, ubi eum audiverit, probaturam eſſe. Ideo Celſitud. Veſtram reverenter oro, ut eum cum & ſubditus ſit & doctrina inſtructus & modeſtus clementer ornet. 65. Idem a. 1558. d. 7. Dec. Illuſtriſſime & clementiſſime Princeps. Non interpono meum judicium Celſitudinis Veſtræ judicio quod ſcio rectiſſimum & graviſſimum eſſe. Formam igitur doctrinæ Simonis Pauli Celſit Veſtra conſiderabit, mores mihi propter familiaritatem ita noti ſunt, ut adfirmare poſſim honeſtos & pios eſſe; ætas & ſtudia & vere diſcendi cupiditas magis congruunt academiæ quam aulæ. Ideo quod antea petivit adhuc reverenter petit, ut in academia ubi ſuas cogitationes de doctrinis conferre cum aliorum eruditorum & ſeniorum ſententiis poſſit, locus ſibi tribuatur. Et profecto poſteritatis cauſa, hæc cura neceſſaria eſt, ut in academiis collocentur *vere pii & recte eruditi, qui non rixas, ſed perſpicuitatem in docendo* amant. Hæc ad Celſitudinem Veſtram ſimpliciſſimo ſtudio ſcribo, ac oro ut meas litteras boni conſulat. Bene & feliciter valeat Celſit. Veſtra. Celſit. veſtræ ſervus Melanchthon. 66. *Literæ Jürgen Weſtphal* primi cum *Martino Oberlander*, V. D. M. Evangelici apud Sueri- 1530.
nenſes ad Ducem Albertum Pulchrum: Si eum volo manere tu me ſequere *So ick wil dat he ſo blive, aver volge du mir. Diſſe Wort ſaghet der Herre to alle den gheſtenden de he gheſtedighet hath, dat ſe ſo bliven ſcholden unde ein jeder jmer Eſchinghe ghenog ſchole don. Diſſeth over nicht geſprocken von Mönchen unde Nonnen wente ere gheſtende jyn Secten des Erdoms dorch den Düvel gheſtedighet, darum mothen ſe ere Geſtende und de düveliſchen Secten. idt is over geſecht von allen andern Gheſtanden der van Ghodt geſettet jyn. Wortho jyn Herren und FF. gheſetteth? dat ſe vrighe Straten ſollen holden, und den, de ſo Vryheyt breken dat ſwert ſcholen dorch den Hals ten laten. Och! wo deyſtu dat lever wo deiſtu diner Eſchungh genoch? ſicht frylich, frylich, dorch de Finger, leſt man ſcheen wat ſcheen will? melnſtdu wenn dy Goth nicht ſüth? ja früglick ſüth he dy! So gheyſtdu denn hen und læſt dy en Hüchel Miſſe leſen, weiſt doch wol idt lüdter bovery unde Schalcheit is, menſt wulth Gade darmit ſönen dat du unrichtige Bevoninghe des Armodes tho leſt in dinem Lande. Och! lever Fürſt! dat will dar nichts halen, idt is man gar um nicht, dat du doſt, lever Fürſt, ja ſo gheſt du den hen maghest en Spegheliverck leydeſt den Papen midt um de Kercken,*

eken, dat ein Laſtringe Gades ys dy ock Gade nicht gebaden hefft. Dat ghlitehth ock gar wohl und is doch im Grunde ein Grüwel vor God. Lever Fürſt du deiſt ock denen Eſching dar nicht gnog mit. Vpp dat du ſo wider von dyner Eyſchunghe treden magſt willt ock en Kopmann werden, koffiſt up dat Korne wilt ſchepen tor See wath entbüſt dem Armode und dinem Underſaten ere Neringhe, glitzeſt den hen und horeſt en Miſſe, wilt den darmed jegen Godt verſöhnen. Och! dat will den Wech nicht hinuth das is ein glitzend und ein luter Spegelfechting dat Brodt und Wyn ys uns gegeven dat wys bruken ſcholen, nich umdragben. De Tydt werd kamende dat dut verantworden motheſt &c. Och wo blivſt du im diner Eſchinge &c. Nu leyben Ghelovigen blivet gy gar vaſt in juwer Eſchinge daſſe dinick willen hier gar nich hollen Martinus (*) *hefft deſſe ſülven Wort ſchier ock ghefegt wente ſie werdens uns de Lutheriſche Prediger wat ſe ſogghen willen und wat Stanth ſy vorachten willen er lauen it. hefft mangk andern Worden geſecht de Vorſten beghinnen ock markligh to wankeln, worum? ſe förchten den Kayſer* Carolum V. *alſe Pilatus dede do he Chriſtum ledte döden doehnde dem Wort Gades nicht byplichten. Ock Durchluchtede Gnædige Herre Hochgebohrner Fürſt vorwundern ſick etlicke ſchmucke Lüde ghans ſere (un ick vorſta idt ock) binnen Rades ſcholle gehandelt ſyn dat I. F. G. ſamt I. F. G. Herren Sohne ſo herrliken den Preſter de den Vronen Lichnam Unſes Herren um Hof drog gheleideth hædden ſo Fürſtlicken dat dar gar mannig genich Herte inne geführet wurdt und ock mannige Thrane gegoten von denſülven de dat ſeggen von I. F. G. Herrn Sohne vele Gudes ghebeden, wurth und lanch und luchſelig Regimente laben ſick duncken dat I. F. G. nicht geloveth hedde dat dar de wahre Lychnam Chriſti nicht geweſt wære I. F. G. hadde enem Stücke Brodts grote Ebre nicht gebaden, und vrowen ſick des gans ſere, wenn I. F. G. noch mit in den rechten Löven is, und bidden Godt he I. F. G. in ſo danen Lowen ſtærcken möghe. Over etlicke konnen ſyck det nicht vorſynnen dat darna I. F. G. ſchallen in einem Sermon gheweſt hebben, den I. F. G. Capellan ſcholle gedahn hebben in I. F. G. Jegenwardichkeit, dar he merckliken ſchulle up dat Sacrament geſchulden hebben ock ſo ſehr dat vele ſcholen de Ohren to geholden hebben, und ſyn uth der Kirchen geghan, troſten ſick aver darane dat ſick dar ſülveſt I. F. G. ſcholle umgekehrt hebben und dar nicht mehr von hören willen, bedroven ſick over dat I. F. G. mit ringern dingern wol betern konde und doch daſſülve ſo nich doen verwunderen ſick dat I. F. G. in etlicken Jahren nene Capellane gheholden hefft, den meyneidige verlopenen Möncke angheſehn I. F. G. ſo ſchycklyke Förſt ſy un ſo ingebahrner Frommigkeit von Schlechten to Schlechten, dat I. F. G. wohl könne Diener kregen, und ſo geſchickt ſy dat I. F. G. dar idt möglick wære alle de Werlde wol denede dat I. F. G. ſone Diener nicht holden dorffte. Bedde I. F. G. mich nicht vordencken möghe ick ſchrive wat* rumors *van I. F. G. is in dem gheweinen Volcke ick hebbe I. F. G. nicht vorſchwiegen mögen, nachdem ick weth I. F. G. ein ſynnerick Fürſt iſs un uth ſo danigen Beginge wol vele Gudes nehmen kann. Ock Gnædige Herre bidde ick I. F. G. demodigben I. F. G. wilt ſchriven an Herr Hinriches (**) den to Sunte Jürgen dat he uns doch mochte unſchampert laten up dem Predigtſtole, wente in Sondage na nige Jahre hefft he Uns marcklich ſchamfehrt und apens Mundes gheſecht wy I. F. G. grodt Gheld ſchollen ghegeven hebben, dat Uns I. F. G. bantbauen ſchollen dat I. F. G. doch wohl webt dat idt ſo nich iſs, ock ſunder dat I. F. G. uns vaken und mennich Werv ghegeven hefft dar wy ſüſt grote Noth moſten gheleden hebben. Am Sunte Johannis Dage geſchreven. 67. Confeſſio Miniſtrorum Eccleſiæ Suerinenſis de S. Coena An. 1556.* Nulla unquam ardentior exaudita vox eſt, hac Filii Dei: Oro te Pater ut quos dediſti mihi unum ſint, ſicut tu & ego unum ſumus. Quis dubitat, Saxonicas Eccleſias hac precatione Domini noſtri J. C. a corruptelis Sacramentariorum horrendi monſtri *Interim* Adiaphoriſtarum & aliorum phanaticorum hominum hactenus ſervatas eſſe? Et quanquam nonnulli venenatis odiis & privatis accenſi cupiditatibus atque adfectibus bonis & piis Viris alicubi ægre fecerint; tamen oratio filii Dei fecit ut ipſa doctrina incorrupta permanſerit, ac veri doctores uno ore eam ſonuerint. Nec logomachias finxerunt, neque eccleſias turbarunt, ſed Sectarii novas opiniones & commenta excogitarunt, atque eccleſiis obtrudunt voluntque aliis non ſolum perſuadere ſed eos etiam tanquam turbatores publicæ pacis cogere, ut repudiatis manifeſtis verbis Chriſti ſubſcribant rationi & ſapientiæ humanæ. Porro conſenſionem Eccleſiarum Saxonicarum in doctrina & animo veneror atque omni ſtudio amplector, nec velim unquam, Deo favente, ab ea diſſentire; cum qua ingenue fateor in Coena Domini materialem eſſe panem & vinum. Non ſolum autem panem & vinum, nec tantum ſymbolicum ac typicum panem & vinum, ſed panem & vinum qui eſt corpus & ſanguis Chriſti, juxta omnipotentis filii Dei verbum: hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: hic eſt ſanguis meus qui pro multis effunditur, in remiſſionem peccatorum. Hanc doctrinam in Orientali Friſia cum D. Guilielmo Antwerpiano & paucis aliis (major enim pars erant Sacramentarii & Anabaptiſtæ) ad triennium etiam cum periculo vitæ contra Sacramentarios ſanguinarios defendi. Ad hæc juſtum Dei judicium contra Rhodium tum temporis anteſignanum Sacramentariorum, & ſui erroris aſſeclas vidi. Rhodius cum juſſu Comitis pararet abitum, illico collapſus interiit. Quidam attoniti cum ſanguine & horrendo boatu evomuerunt animam. Hujusmodi exemplis Deus declaravit, quam deteſtetur Sacramentariorum perverſam doctrinam. Habes breviter meam de Coena Domini confeſſionem & deteſtationem Berengariæ hæreſis. Vale. Eccleſiarum noſtrarum conſenſum de Sacramento Euchariſtiæ judico eſſe Biblicæ veritati conſentaneum, quem toto pectore amplector ſemper. Mag. Chriſtophorus Langner, aulicus Concionator. Joachimus*

(*) *Dictus der Oberlander in literis Capellani a.* 1531.

(**) Capellanus cognomine *Koning* an. 1531. Lutheranæ enim religionis profeſſio primordium coepit Sverini die S. Nicolai an. 1529.

chimus Nossiophagus & Ernestus Rothmannus manu propria subscripserunt. 68. Christophori Langneri Literæ! Illustrissime Princeps
1557. ac Domine integerrime. Ipsa Pentecostes die qua N. T. tempore in Apostolos luculenter effusus est S. Spiritus ante annos in hunc præsentem 1543. ab Illyrico fideli ministro Christi accepi litteras quibus simul adjunctæ erant ad T. C. itidem Joachimum Nossiophagum quas nunc transmitto. Ceterum in meis continentur querelæ justissimæ cessationis perniciosæ toti ecclesiæ quorundam in congreganda synodo hac in vicinia per quam posteritas cognoscat penes quem steterit, quo minus tentatæ pacificationis actiones ratæ esse potuerint Miseræ enim laborantique veritati testimonium perhibere est quasi lumine ac lychno in domo Domini (quæ est ecclesia) accenso monstrare pusillo gregi Christi quod verum, quod falsum, quod sequendum, quod fugiendum &c. sin minus publica causa deseritur, errores stabiliuntur ægyptiæ tenebræ condensantur ac ipse miror quid tandem exspectem postquam luce meridiana clarius adversam partem nec austera nec blanda cantione (ut Christus ait) permoveri posse. Satis scriptum dictum & clamatum, executio autem ubi? ecclesiæ juniorum Ducum Saxoniæ cupiunt adjungi hisce nostris. Elector Otto Henricus & Dux Wirtenbergicus denuo synodum convocare decreverunt, ut spiritu ore manuque consentienti approbetur Augustana Confessio. Tuæ quoque Celsitud. laudanda est rectitudo ac congruentia voluntatis & judicii quod nuper admodum benigne auditi sint Theologi harum civitatum ac adjuti consilio auctoritateque tua cum illo Durimontano Bremensi imo monstro septemcipiti confligere ut velint. Magna profecto hominis scelerati impudentia & blasphemia detestanda negare omnipotentiam Christi sedentis ad dextram virtutis regnantis æquali potentia cum Patre cui data est a patre omnis potestas & in coelo & in terra. Ad diem 11. Julii convenient Hamburgi ii, mittendi qui sunt faxit DEVS ut eorum conatus sint ecclesiæ salutares. Hactenus Theologica. Nunc ad civilia venio quæ non minus tristia sunt. Junii 12. Legati Danici erant Rostochii ac narrarunt fide bona omnem spem pacis inter Livonos incoctos & Borussum penitus intercidisse ac Poloniæ Regentem in formula a mediatoribus proposita mutasse improbavisseque multa paucarum admodum septimanarum inducias esse reliquas &c. D. Jonas sancte per litteras affirmat horribile prodigium Kal. Martii a. h. Wendiæ in Livonia Magister ordinis, ordinaria (inordinata pene dixissem) aulæ sedes ubi est conspectam esse de nocte coelo sereno ac translucido magnam nimirum molem flammarum inter ortum & septentrionem impetu vehementi erupisse ac veluti certatim in isto fulgore nihil aciem oculorum tamen lædente hastas ignitas prosiliisse, miranda velocitate hinc inde disjectas, cumulatim quoque hoc incendium simul cum alta densaque caligine instar fumi convoluti ad horam fere matutinam tertiam a prima noctis in medio coeli constitisse, modo tremulum modo micans, quasique ruinam minitans. DEVS clementer mitiget mala impendentia, neque accendat totam iram suam, misericordiæque in ira recordetur. Ex aula Vinarensi ad nos perscribitur Ducem Albanum feliciter pugnasse, modo in Italia contra Gallum 3000. caesa esse ac in isto conflictu occubuisse Primarium virum quondam ab Alberto Marchione piæ memoriæ captum. Bella quæ nunc geruntur parum habent ingenuitatis avitæ, plurimum vero sceleris, felicitatis nihil. Dissipa o DEVS gentes quæ bella volunt. Postremo clementissime Princeps T. Celsit. maximopere oro ut hanc moram intermissi hactenus officii mei propter morbi magnitudinem ferat clementer, quamprimum crus meum consolidatum fuerit veniam ex tempore ac abunde quod neglectum est compensabo. Meminerit quoque Celsitudo TVA me hinc non posse commode avelli nisi prius ære alieno soluto, ad quam rem opus mihi est Tuæ Celsitudinis liberalitate ac benevolentia quemadmodum per amicum meum D. Drachstedt significatum est T. C. quam Deus æternus pater Domini nostri Jesu Christi diu incolumem conservet ad ecclesiæ & rei publicæ emolumentum. Amen. Lunæburgi ex Pathmo 15. Junii 1557. Tuæ Celsitud. addictissimus S. Christophorus Langner. 69. *Gratiam, pacem, ac robur constantiæ per Christum.* Quam possum reverenter, Princeps integerrime, ago gratias, pro missa pecunia in sumtus mihi necessaria. Drachstedt LL.D. a consiliis qui non male est apud Tuam Celsitudinem illustrem, eam mihi reddidit per Wolffgangum N. ipsum qui semper comitari consuevit. Coeterum nec Doctorem, nec literas vidi ullas. O me infelicem, qui toto tempore Pathmi mei, ne unicum quidem, manu Tuæ Celsitudinis pictum, videre potui, fuisset aliquod saltem levamen dolorum ac miseriæ &c. Sed facessant ista procul ad Antipodes. Celsitudo Tua dulcissimam promissionem Christi assidue cogitet: quicquid uni ex minimis &c. quæ acres quasi stimulos ad munificentiam, imo dissolutiorem aliquo modo liberalitatem erga pauperes, addere Principi debet. Neque dubium est ullum, Filium Dei non parva adfectum lætitia, quod hactenus tam benigne adjutus sim a Tua Celsitudine. Ac hujus hilaritatis Christi & Angelorum, manifesta signa brevi conspiciet Celsitudo Tua, centecupla remuneratione accepta. Miseram nuper libellum vere aulicum ad Celsitudinem Tuam, cujus authorem necesse est hominem fuisse solertem, emunctæque naris, non adversæ sed partis nostræ. Miserum deridendum propinat Pontificem, cujus artus ac nervos conqueritur ita misere incisos esse per Lutherum, ut corpus habeat sine anima, neutiquam quod diu possit consistere. 1) Odio Vatiniano Papam omnes prosequi. 2) Potentatus imperii contra ipsum explicare signa. 3) Formam Recessus seu statutorum in Comitiis Protestantium, unius scilicet ejusdemque causæ religionis, alteram tantum esse partem adversarios seu Pontificios, ideoque non solos posse esse Judices Arbitrosque idoneos, præsertim cum sint rudes literarum & de Tribu Levi. 4) Ac pro sufficienti necessitate Lutheranos audiendos esse in Concilio &c. ab ipso Pontifice Julio III. & subsequentibus, esse comprobatam. Qua tempestate nil possit Papatui contin-

contingere damnosius. 5) Nostros solide doctos in Bibliæ, linguarum, patrumque fontibus, ad normam sacræ scripturæ veluti ad Lydium lapidem omnia decreta Concilii probaturos. Summa summarum. Adeo implicitam desperatamque Romanæ Ecclesiæ de instauranda absolvendaque Tridentina Synodo intentionem esse, ut satius sit in totum abstinuisse. Puto Tuam Celsitudinem accepisse imo perlegisse dudum hoc scriptum, per quod multæ practicæ, multique cuniculi subterranei impiorum proponuntur attento lectori. Verum Princeps Illustrissime nihil ad Thaidem hanc, recens quæ in publicum emissa est a Vitebergensibus patribus & prælatis; Synodus avium depingens miseram faciem Ecclesiæ, propter certamina quorundam, qui de primatu contendunt, cum oppressione recte meritorum. hæc enim est pestifera illius maledici carminis inscriptio. Argumentum est tale. Suggillantur ac arroduntur sine discrimine summi seu inferioris status omnes, qui providenti ausu & circumspecto zelo, Interimistarum, Adiaphoristarum, Majoristarum, &c. subverterunt Altaria, haud secus ac Jehu idolatricum cultum Baal, Ezechias æneum serpentem, &c. quorum uterque strenuus ac fidelis præcepti divini executor fuit. Pro hoc labore pientissimo, ac ingenti in Ecclesiam collato beneficio, convitia plus quam scurrilia reportant miseri. cognominantur Cuculi, Galli, Corvi, Turdi, Mergi Fulicæque Marinæ; Bubones, Gryphes, Ranæ, Ululæ, Merulæ Picæ, Vpupæque &c. Illyricus primas tenet ingratus Cuculus scilicet, *Nicolaus Gallus* secundum attinet locum, seditiosus clamator nempe, denique *Amsdorffius* emeritus veteranus & venerandus senex subsequitur &c. Egregiam vero laudem & spolia ampla! &c. Imo quod magis detestandum, non erubescunt sepulchra dealbata, Tuæ Celsitudini male loqui, cum Tu tamen nulla unquam impendii habita ratione, prudens & oportunus in proxima ad ipsos legatione, pietatis & concordiæ fueris readsertor:

Cum Scythiæ populis ineat certamina Gryphes
Et cesset putres avibus componere pisces.
Nec volucrum certet linguis velut æmula Rana
Quæ cum sit sub aqua, sub aqua maledicta refundit.

Si hæc non est, quæ unquam erit alia virulentia? Pulcherrimum profecto imperium Ecclesiasticum transmittemus ad posteros, tanta licentia impune concessa adolescentiæ. Constat *Peutzerum*, alterum illum Ter Maximum &c. ad ipsum prælum Viti Creutzers correxisse errata typographica. Constat tertio nunc iteratam evulgationem hujus famosi libelli, siquidem author tam scripti quam officinæ suum dissimulat nomen. Constat plures contulisse operas, quorum e numero & Slesitam Illyrici Architectum mendaciorum &c. aucupantur fuisse plurimi, aliquid enim succi reliquum est venæ ipsius, ex Asinina Melancholia &c. Siquidem ex hac sentina synodica, Orationi habitæ & impressæ Vitebergæ. Authenticum quasi versiculum non veretur in ferere: Fallitur, & fallit vulgi qui pendet ab ore. Scio hunc ingratum hospitem, novi auri aliquam summulam, cum transiret Suerinum, a Tua accepisse Celsitudine &c. Apex nunc omnium rerum est, quacunque inspexeris, Ingratitudo. Verum ut fulmina summos montes, ita ultio divina summam hominum talium ingratitudinem ferire solet indelebili charactere. Summa. Tradidit ipsos Deus in mentem reprobam, Rom. I. ut amentes ruant in omnem coecitatem, sua voluntate & impulsione Diaboli. Neque enim Deus peccati author est. Hebræa phrasis est. Tradidit, tradi permisit, non amplius regit, permisit ruere &c. *Sie wolten gern dieſem Huren-Kindt einen Vater machen und auſſagen:* Magistrum Majorem N. ex valle Joachimica oriundum. *Aber es iſt ein groß mercklich Unterſcheidt zwiſchen der Pfeiffen und dem Einblaſen.* Inventio, dispositio, denique elocutio diversum sapit. *Wollan ſie fahren auff eitel Wolcken, urtheilen und richten, ſchlieſſen und machen alles nach ihren Muthwillen, laſſen ſich düncken, ſie haben den heiligen Geiſt mit Federn und mittall aufgefreſſen, und führen doch der Narren Reim: Ich acht ſein nicht. Es wird aber einer zu gelegener Zeit kommen und zu ihnen ſagen: Es iſt mein Ernſt, und wird mit Büchſen und Cartbaunen ſchelten und donnern. Denn ſolche ungegründete Farben-Hændel, und erſuchte Rænckekan Gott nicht lang vertragen. Es iſt auch, Herr Gott, ein ungleicher Krieg, wenn alte Krüge und Töpfe wollen ſtreiten wieder die Berge und hohen Felſen. Darumb mügen ſie ſich woll fürſehen.* Quæstionum usitatarum in promotionibus liber unus a Paulo Ebero modo editus est, Deus bone, quanta κακία & κακοήθεια in ipsa præfatione emicat, ut facile appareat odium conceptum nunquam ipsos velle nec posse deponere. Falso nos insimulant Antinomi qui Legem Dei penitus pellamus ex Ecclesiis nostris, Philippum cogitemus interficere, & nescio quæ alia plus quam anilia sibi somniat pumilio. Victa nescit quiescere impietas. Missem synodum & quæstiones, nisi scirem dudum ista apud Tuam Celsitudinem esse obsoleta. Præterea moles negotiorum obstat semper, quo minus talia perlegi possint a Tua Celsitudine. Imo certo scio vix tantillum supereſſe temporis, ad has meas (ineptas sane) perlustrandas, quæ ad mensem unum & item alterum in aliquo angulo delitescent non resignatæ &c. D. Moerlin, & præterea nullus ex hac vicinia abiit ad colloquium, seu potius consultationem, *Bedencken* Wormatiense. Augusto Electori a Palatino & Wirtebergensi fuit significatum per literas, ut quælibet harum civitatum mitteret unum Theologum, id quod ab ipso intermissum est, non sine mysterio magno. *Behüt Gott vor einen neuen weltweiſen* Interim. Lanienæ, direptiones, exustionesque inter Gallum & Hispanum innotuerunt dudum Tuæ Celsitudini, sed parvi ponderis esse judico, Triumphos canere excisa tantum si arbor est non avulsa. Egregium monumentum crudelitatis est, militem Germanicum necare, Franciæ vero captivare tantum. *Wir werden über Unſern &c. ein Ruthe machen,* pugnantibus inter se rana & mure de paludis imperio, aderit Milvus devorans utrumque. Deus Celsitudini Tuæ Nestoreos annos tribuat. Luneburg. 1557. Tuæ Celsitudinis addictissimus Christophor. Langner. 70. Contra opi-

opinionem errorum Justi Jonæ in re sacramentaria judicium Theologorum Sverinensium: Gratiam & pacem a DEO Patre per Jesum Christum Dominum nostrum. Cum V. C. clariss. & dilectiss. viri Dni. Justi Jonæ dialogum de coena Dominica nobis obtulerit ea ratione ut nostram sententiam & judicium de eo exponeremus, nos Vestræ Celsitudinis voluntati omni obedientia quam debemus obsequentes, dialogum qua potuimus diligentia legimus & relegimus. Et habita matura deliberatione ingenue profitemur Jonæ opinionem de coena Domini ex diametro pugnare cum confessione nostrarum ecclesiarum quæ habet testimonia Christi, Apostolorum veteris ecclesiæ Augustanæ confessionis & S. viri D. Lutheri postremsi ætatis Heliæ. Ab hac unitate & consensu Scripturæ & ecclesiarum dissentire valde absurdum esse judicamus. Nec est quod quidam mediam sententiam inter D. Lutherum & Zwinglium quærunt affirmantes idem verbis, quod nos sed revera multum discrepantes. Simi lis fuit olim fraus Arrianorum qui cum orthodoxis τῦ ὁμοσσίε titulo Christum venerantes sententia & corde blasphemabant propagandique blasphemiam occasionem captabant. Contra quos hæreticos prudenter monet D. Irenæus, similia, inquit, cum orthodoxis loquuntur & dissimilia sentiunt. In eandem sententiam & D. Hilarius: Incredibilibus, inquit, ingenii artibus se hæretica subtilitas circumagit. Item D. Ambrosius: venenatæ sunt blanditiæ perfidorum tunc cavendæ cum id quod negant prædicare simulant sic decepti sunt & ante qui facile crediderunt ut ibi perfidiæ laqueos inciderint, ubi fidem esse credebant. Et post pauca: Cur bono confessionis Arriani venena permisces ut totum corpus contamines? eadem astutia Calvinus cum suis asseclis D. Philippum in suis scriptis contaminat. In uno enim scripto bis provocat ad D. Philippum promittens se velle desistere si ille declaret uno verbo se ab ipso in re sacramentaria dissentire sed facit sicut & D. Jonas optimo viro insignem injuriam. Mirum sane est eo audaciæ istos nunc m um progredi & in publicis scriptis D. Philippum erroris sui Patronum facere, cui a principio statim restitit. Edidit enim suam confessionem in libello quodam ubi sententias veterum scriptorum de coena Dominica bona fide collegit. Ideo non est facile credendum vanis illis rumoribus & obscuris suspicionibus quæ de D. Philippo sparguntur. Hactenus diximus breviter quare in nostra sententia de sacramento corporis & sanguinis Christi persistere & ab adversariis dissentire statuerimus. Nunc quæ in dialogo rejicienda animadvertimus adjiciemus: *folio 1.* quod ait quosdam concionatores coenam Domini miraculum appellare, id a nobis non esse factum affirmamus, non autem negamus ab orthodoxis Patribus mysterium vocari. *fol. 2.* cupimus, ut se explicet quos appellet hæreticos. *fol. 15.* Vtitur blasphema voce de coena Dominica. Hæc enim sunt ipsius verba: *Mein Mage verdeuet nichts anders denn Brodt und Wein.* Piorum autes graviter hac forma loquendi offenduntur. Eodem folio requirimus clariorem interpretationem definitionis coenæ Domini affirmat quidem cum pane sed non in pane porrigi corpus Christi, cur autem veremur dicere: panis est corpus Christi & vinum est sanguis Christi? *fol. 16.* Loquitur quidem de naturali corpore Christi sed valde obscure & insidiose miscet causam materialem cum finali. *fol. 17.* Errat in recitatione historiæ: nam Christus anno integro ante institutionem coenæ istis verbis usus est, Jonas vero dicit: *Kurtz für seinen Leiden* hic quoque miscet corporalem manducationem cum spirituali detorquens sextum caput Joannis Evangelistæ ad institutionem coenæ Dominicæ. Ideo toto coelo errat in institutione sacramenti altaris. *fol. 18.* Utitur inusitato verbo *vornehmlich:* cum nos dicamus nullam mentionem fieri sacramenti corporis & sanguinis Christi Joh. VI. *fol. 20.* Iterum confundit institutionem Christi cum 6. capite Joannis detorquens D. Pauli verba ad VI. cap. Johannis. *fol. 23.* Dicit pugnantia utitur enim vocabulo *leiblich* cum fol. 18. negaverit esse naturale corpus. Eodem folio appellat *natürlichen Leib* item fol. 30. *fol. 24.* Iterum affirmat in coena Domini accipi verum DEUM & hominem. *fol. 26.* Ponit alias contradictiones, non inquirendum: *Ob es natürlich oder geistlich sey, ob der Leib Christi in dem Brodte mit dem Brodte oder unter dem Brodte sey?* cum ipse antea fol. 15. usus sit hac forma loquendi cum pane. *fol. 27.* Hic multum tribuit verbis CHRISTI *Sieh alleine die Wort an glaub den &c.* cum postea fol. 29. ex Augustino contrarium inferre conetur qui ait: Non quia dicitur, sed quia creditur. *fol. 28.* Consideretur diligenter iste locus cum sequentibus: *So merck ich wohl daß alle der Zwiespalt so sich über diesem Geheimniß erregt. fol. 31.* Rejicit hæc verba, spiritualiter, corporaliter, naturaliter cum tamen antea fol. 23. dixerit *leiblich. fol. 32.* Miscet hæc duo corpus Domini edere & commemorare mortem Domini: cum sint diversa: aliud enim est edere aliud commemorare mortem Domini. *fol. 34.* Iterum rejicit illam loquendi formam naturale corpus ac sibi persuadet se fore conciliatorem inter nostros & sacramentarios, imo prodit se esse sacramentarium cum se palam profiteatur esse discipulum Calvini, quem pium doctorem appellat. Breviter toto hoc scripto nullam facit mentionem principalis finis & usus coenæ Dominicæ scilicet remissionis peccatorum. Hic omittimus blasphemas voces: quæ ex ipso auditæ sunt. Quanquam Jonas multa de manducatione corporis & sanguinis Christi dicit, tamen aliud occultat callide ita sermonem ambiguum attemperans, ut etiamsi re ipsa sentiat cum Calvino non distribui in sacra coena verum corpus & sanguinem Christi, sed panem & vinum, videri tamen velit eandem cum ecclesiis Christi doctrinam profiteri & sonare. Quare V. C. persuadere conatur se si meliora audierit, unam veram & concordem sententiam nobiscum amplecti velle, quod ut ex animo fiat DEum precamur. Exigamus autem nostram confessionem de coena Dominica ad omnes causas. Quidam enim non bona fide disputant nec recte sentiunt de coena Domini, cum finalem tantum causam considerant. Efficientem igitur causam coenæ Dominicæ docemus esse JEsum CHristum verum DEUM & homi-

hominem. Materialem docemus esse panem & vinum, non solum autem panem & vinum nec tantum symbolicum panem & vinum sed panem & vinum qui & quod est corpus & sanguis Domini nostri Jesu Christi juxta omnipotentis filii DEI verbum: hoc est corpus meum quod pro vobis datur & ut Paulus ait quod pro vobis frangitur: hic est sanguis novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Quod vero totam actionem coenæ domini dicit vocari corpus & sanguinem Christi non solum ridiculum est, sed etiam manifeste falsum. Nam actio coenæ nec est pro nobis data nec effusa in remissionem peccatorum sed corpus & sanguis Christi; quæ DEus distribuere, edere, & bibere jubet in sacrosancta sua coena. Actio autem coenæ sita est in his verbis, gratias egit fregit dedit discipulis, accipite comedite bibite ex hoc omnes, non in illis verbis hoc est corpus meum & hic est sanguis meus, quæ verba nobis materialem non formalem causam exhibent. Absurdum sane est corpus & sanguinem Domini definire quod sit actio coenæ Dominicæ & verba Christi: hoc est corpus meum & hic est sanguis meus novi Testamenti (quibus Dominus indicat quid hic distribuatur) detorqueri ad totam actionem. Nec est obscurum indicium manifestæ impostoræ materialem & formalem causam in coena Domini silentio præterire & tantum finalem urgere. Finalem autem causam nos non segnius si non diligentius urgemus, quam sacramentarii non tamen confundimus causas ut ipsi, sed quæque verba Christi ad suas causas referimus, nihil callide supprimimus. Ad finalem autem causam referimus hæc Christi & Apostoli verba: quod pro vobis datur, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum: hoc facite in mei commemorationem, item: mortem Domini annunciate donec venerit. item: quoniam unus panis unum corpus multi sumus nam omnes de eodem pane participamus. Addimus etiam esse eucharistiam atque gratum laudis sacrificium esse signum fraternæ dilectionis & societatis inter christianos: esse publicæ confessionis seu christianæ professionis tesseram. Qui ea, quæ juxta causarum ordinem, de efficiente, materiali, formali & finali causa in coena Domini docentur, nec credit, nec observat, profanat coenam Domini, non probat se ipsum, non dijudicat corpus Domini, edit & bibit indigne, reus fit corporis & sanguinis Christi, edit & bibit sibi ipsi judicium. Hac methodo utimur cum ecclesiam de coena Domini instituimus. In summa docemus secundum verissima verba Christi quod nobis det corpus & sanguinem suum in communione coenæ, ubicunque rite ex mandato ejus peragitur, nec tantum spiritualiter nec sola divinitate sed etiam corpore & sanguine suo adesse & pascere suam ecclesiam. Sic sentit nobiscum Cyrillus nos non sola fide & charitate Christo spiritualiter conjungi, sed corporaliter quoque communione carnis suæ Christum in nobis habitare: item Christum in nobis esse participatione naturali. Sic D. Lutherus, hæreticos, inquit, serio censemus & alienos ab ecclesia DEI Zwinglianos & omnes Sacramentarios qui negant corpus & sanguinem Christi ore carnali sumi in venerabili eucharistia; sunt Satanæ ministri mendaces imo ipsum mendacium fucus & simulatio. Idem *im dritten Theil seiner Bücher: Ich muß sie fahren lassen und meyden als die Autokatakritos die wissentlich und muthwilliglich verdammt seyn wollen, und mit ihrer keinem einigerley Gemeinschafft haben, weder mit Brieffen, Schrifften, Worten noch Wercken, wie der HErre gebeut* Matth XVIII. *Er heisse Schwenckfeldt, Zwingel, oder wie er wolle, denn ich rechne sie alle in eine Kirchen, wie sie auch seind, die nicht glæuben wollen, daß des HErren Brodt in Abendmal sey sein rechter natürlicher Leib, welchen der Gottlose oder Judas eben so wohl mündlich empfahet als St. Petrus und alle Heiligen. Wer das (sage ich) nicht will glauben, der lasse mich nur zu Frieden, mit Brieffen Schrifften und Worten, und hoffe bey mir keine Gemeinschafft, da wird nichts anders aus.* Et post pauca: *Denn solch verdammt Læstermaul soll (ob Gott will) nicht werth bey mir seyn, daß ich einen Buchstaben ihm zuschreiben oder mit ihm reden noch ihn sehen oder hören wolle.* Porro cum audiamus Jonam impudenter effutire D. Lutherum toto coelo errare in hoc, quod doceat impios, indignos, & Judam corpus & sanguinem Christi manducare, adjiciemus præter sancti viri, etiam aliorum orthodoxorum sententias. Lutherus *in den Predigten von der heiligen Tauffe: So darff ich auch nicht sagen daß das* Evangelion *nicht das rechte Gottes Wort sey, ob gleich der es prediget oder höret ein Schalck ist, wie auch das rechte hochwürdige Sacrament des Leibes und Blutes Christi eben so wohl empfangen wird von dem Verræther Juda als von St. Petro. Denn Gott wird um Unsert willen nicht anders, und will durch Unsern Glauben sein Wort und Werck nicht ændern noch schwæchen lassen.* D. Brentius in passione Domini: Lavit Judæ pedes, admonet eum sceleris, sed ita, ut tamen non traducat ipsum nominatim, offert quoque ei in testamento bona sua, distribuit ipsi tanquam hæredi corpus & sanguinem suum, & iterum eum sceleris ac immanitatis suæ admonet. Apud D. Augustinum plurima sunt testimonia epist. 152. Tolerat ipse Dominus Judam, diabolum, furem & traditorem suum, finit accipere inter innocentes discipulos, quod fideles norunt pretium nostrum, quod illud est pretium? nisi corpus datum pro nobis, & sanguis redemtoris nostri, effusus in remissionem peccatorum, item lib. 2. contra epistolam Petiliani: Quis nostrum dicit esse participationem justitiæ cum iniquitate, etiamsi justus & iniquus sicut Judas & Petrus pariter sacramenta communicent? Ex una quippe re sancta Judas sibi sumebat judicium, Petrus salutem. Res illa sancta non potest intelligi spiritualis communio cum Christo, cum nulli impii spiritualiter participent cum Christo, sed rem sanctam dixit sanctum Christi corpus & sanguinem. Item contra Donatistas: de ipso quippe pane & de ipsa divina manu & Judas partem & Petrus accepit; & tamen quæ societas, qualis consonantia Petro cum Juda? ibidem: cum boni & mali idem verbum DEI simul audiunt, & simul DEI sacramenta percipiunt, & tamen habent dissimiles actuum

causas & dissimiles gerunt voluntatis diversitate personas eundem cibum sanctum aliis manducantibus digne aliis indigne, nec causa causæ nec persona personæ præjudicat. Idem in Johann. tract. 1. qui aliquid de ecclesia furatur Judæ proditori comparatur. Talis erat iste Judas & cum sanctis discipulis undecim intrabat & exibat, ad ipsam dominicam coenam pariter accessit, conversari cum eis potuit: de uno pane & Petrus & Judas accepit, & tamen quæ pars fideli cum infideli, Petrus enim accepit ad vitam, Judas ad mortem. Hæc breviter de vera naturali & corporali manducatione cœnæ Dominicæ ac quod impii indigni ac Judas, vere participent sacramento corporis & sanguinis Christi diximus. Ad extremum V. C. obsecramus ut non solum in uno spiritu & una mente cum sacræ scripturæ ac puræ ecclesiæ consensu stet, sed etiam sacrilegum illud dogma Sacramentariorum tanquam Satanam fugiat & ex Vestræ Celsitudinis laudatissimo regno explodat. Nisi enim principiis statim & prudenter occurratur, timendum est ne hic error latius serpat. Sic David Psalmo 101. ait: mane deleo omnes impios hujus terræ id est mox ubi resciscо non differo ad vesperam usque diu ferens, donec multis noceant. Triplici namque modo contra Fanaticos Spiritus pugnandum est acerrime, precibus scilicet doctrina & legibus hæc sunt vera præsidia adversus diaboli organa quæ veritati adversantur & exitio sunt ecclesiæ & reipublicæ, in eandem sententiam inquit D. Augustinus: Pertinet ad religiosos reges terræ non solum adulteria vel homicidia vel hujusmodi alia flagitia seu facinora verum etiam sacrilegia severitate congrua cohibere, alioqui quanam in re servient Christo Domino Reges terræ, & magistratus gladium gerentes nisi ad ipsos pertineant quæ manifeste contra divini nominis gloriam & Evangelii veritatem committuntur potestate divinitus accepta cohibere ac tollere. Idem. Mirantur autem quia commoventur potestates christianæ adversus detestandos dissipatores ecclesiæ. Si non moverentur, quomodo redderent rationem de Imperio suo DEO? quia pertinet hoc ad Reges seculi christianos ut temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam unde spiritualiter nati sunt. D. Lutherus *an Herren Albrechten Hertzogen zu Preussen: Ich vermahne und bitte Ew. Fürstlichen Gnaden wolten solche Leute meyden, und sie im Lande da nicht leyden, nach dem Rath S. Pauli und des heiligen Geistes zum Tito am andern Capitul. Denn Ew. Fürstl. Gnaden müssen bedencken, wo Sie solche Rotten-Geister werden zulassen und leyden, so Sie es doch wehren und vorkommen kunnte, würde Sie Ihr Gewissen grœulich beschweren, und vielleicht nimmer wieder stillen können, nicht allein der Seelen halb die dadurch verführet und verdambt würden, welche Ew. Fürstl. Gnaden wohl hatten erhalten können, sondern auch der gantzen heiligen Kirchen halben, wieder welcher so lange hergebrachten und allenthalben gehalten Glauben und eintrœchtig Zeugniß etwas zu lehren gestatten, so mans wohl kunte wehren ein untrœgliche Last ist des Gewissens. Ich wollt lieber nicht alleine aller Rotten-Geister sondern aller Kayser König und Fürsten Weisheit und Recht wieder mich lassen zeugen, denn ein Jota oder ein Titul der gantzen heiligen Christlichen Kirchen wieder mich hören oder sehen. Denn es ist ja nicht zu schertzen mit Artickuln des Glaubens die von Anfang her und so weit die Christenheit ist eintrœchtiglich gehalten, wie man schertzen mag mit Pœbstlichen oder Kayserlichen Rechten oder andern menschlichen tradition der Vœter oder Concilien. Item an denselbigen Hertzogen: Ich habe droben gesagt und vormals mehr dass ich der Schwermer hinfort müssig gehn will, und sie dem Urtheil Gottes befohlen lassen seyn. Denn ich und viel andere diese Sache vom Sacrament so gründlich und gewaltig getrieben haben und ihr faul Geschwatz so klarlich vorlegt, dass sie selber gar viel Sprüche und Stücke haben müssen nachgeben und einrœumen darauf sie doch am ersten gantz halsstarrig bestunden. Item ist doch ie keiner funden unter ihnen allen, der da rechtlich und deutlich definiren oder hœtte sagen können, was geistlich Essen sey, oder wie es doch mit dem Glauben ein Gestalt habe, sondern plaudern immer von Geistlichen Essen und wissen nicht was sie sagen* 1. Timoth. 1. *Item im Buche das diese Wort: Das ist mein Leib noch veste stehen: Ihr lieben Rath Herren zu Basel, Strassburg und alle die ihr solche Sacramenten-Rotter bey euch habt, mögt euch solche ihre Rede wohl warnen lassen, dass ihr die Augen nicht in den Beutel stecket, sondern des Spiels wohl Acht habet, der Müntzer ist todt aber sein Geist ist noch nicht ausgerottet.* Vitus Diederich: *Jedermann hütte sich vor der Zwingelschen Lehre, Irrthumb Lügen und Gottes Lœsterung. Man soll diese Rotten und Schwermer fliehen als den Teuffel selbst. Es sind Wölffe falsche Lehrer und Verführer, Sie lügen straffen Christum und verkehren ihm sein Wort.* Item D. Philippus de Legibus academiæ Wittebergensis: Severissime prohibemus spargi & defendi ullas opiniones pugnantes cum catholicæ fidei consensu & confessione nostrarum ecclesiarum Augustæ exhibita. Audivimus etiam Jonam Halæ Saxonum errorem de coena Domini quem in Anglia amplexus est revocasse, ceterum quis non videt ex dialogo eum a Sacramentariorum opinione parum dissentire imo mordicus priorem sententiam retinere & propugnare. Hanc nostram confessionem de coena Dominica & quorundam locorum dialogi refutationem cum testimoniis summorum Theologorum de manducatione corporis & sanguinis Christi piorum & impiorum quod ad materialem & formalem causam attinet Vestræ Celsitudini obedienter ac reverenter juxta Vestræ Celsitudinis mandatum exhibere voluimus suppliciter orantes V. C. nostram rationem judicium atque consilium christiane & clementer expendere velit. Dominus noster JESUS CHRISTUS VESTRAM CELSITVDINEM diutissime incolumem ad gloriam Nominis sui & ecclesiæ utilitatem conservet. Sverini XX. April LVIII. Vestræ Celsitudinis addictissimi, *Joannes Halbrodt, Joachimus Nossiophagus, Ernestus Rothmann, Matthias Dabercusius* Scholæ Rector. *72. M. Christ. Langneri ernste und treue Warnung an den*

Durch-

Durchlauchtigen hochgebohrnen löblichen Fürsten und Herrn Herrn Johann Albrecht Hertzogen zu Mecklenburg wegen Justi Jonæ Neuerung de re Sacramentaria anno 1558. d. 4. Maji. Durch Jesum Christum unsern lieben Herrn, Heyland, Gerechtmacher, Mittler, Hohenpriester, Seeligmacher, Erlöser, Versühner, Fürsprecher, Helffer und Erhörer, Gnad, Fried, Freud, Trost, Licht, Erkænntniß, Gerechtigkeit und Seeligkeit zuvor. Durchlauchter Hochgebohrner Fürst, gnædiger Fürst. Es ist ein altes Sprichwort: Error est foecundus, ein Irrthumb gebiehret immerdar den andern. Dieweil dann mir von E. F. G. Theologis allhier zu Schwerin Justi Jonæ dialogus und Gespræch von hochwürdigen Sacrament des wahren Leibs und Bluts Jesu Christi in der Eile zu übersehen zugestellet, will es in dieser meiner ungeschickter vordrießlicher Schrifft nicht von Punct zu Punct Articuls weise alles wiederhohlen, und vorlegen, sondern dasselbige fürsetzlich und gerne fürüber geben und passieren lassen, nachdem mir solches zu thuen von meinen Mitbrüdern nicht auferleget, auch von ihnen wie ich verhoffe mit guten Grund dieses schon geschehen, Damit aber E. F. Gn. vor dem Gifft oder Sacrament Schwærmen gewarnet seyn, will ich insgemein diese Erinnerung darvor thuen, bittende E. F. G. wollen Ihr gesagt lassen seyn, daß es nicht geringschætzige Sachen sind, und aus einen kleinen Fünclein kann ein gantzer Wald angefeuret und verbrannt werden, wie denn das traurige Bildt zu Land zu Preussen gnugsam erweiset, welche E. F. G. soll ermuntern desto schleuniger diesen geringen Anwurff des Teuffels zu wehren und Jonam als einen Flader-Geist mit dwersten in E. F. G. Fürstenthumb und Landen nicht feste machen, denn unnötbig ist es lose in den Peltz zu setzen, und den Teufel zu Gevattern bitten, so er wohl kumpt ungeladen. Und mir erstlich nur aufs allergewisseste und weise, daß derselbe geflickte und bekleckte Dialogus eine zubereitete Osiandrische Tinctur ist der einfæltigen Augen andere Farben-Handel ferner anzustreichen. Und ob wohl Jonas oder meines Erachtens der Preussische Vogel &c. nicht durchaus einerley Wort und Rede führet mit dem Rabbi Osiander und seinen Ottern Gezücht, so ist er doch zu Sinn und Meynung fast mit ihm einig, daß sie beyde also zugleich zu einem Ziel schiessen und mit einander einen Zweck treffen, wiewohl die Boltzlein ins Jonæ Köcher nicht gewachsen, auch ein ander sie gefordert hat. Es scheinet auch wohl in ersten Anblick und Eingang dieses untreuen selber gefundenen Geplerrs gleich als wære es in mässen wie sonst der heiligen Schrifft und Wahrheit des Evangelii allerdings gantz gemæss und gleichförmig, aber im Auskericht da findet sich der erspurtisirte eigendume Koth so zuvoren mit halben Munde gemummelt und geredt ist worden, und ist gantz vormuthlich, daß Jonas etwan besondere Englische Tauben (Jona sive Jonas enim columbam significat aut potius depopulantem) und etzliche sonderliche Calvinische Kermitzer u. Hæuer-Mülere hat, welche er zu gelegener Zeit und Raum letzlich auffliegen wird lassen, und mit Hauffen seiner verborgenen Grillen ausschütten, daß er aber noch zur Zeit hindern Berg hælt und beimlich viell Alfenzerey vorbeisset, geschicht nicht ohn Ursach, daraus denn sein Geist und ungereimtes Verfahren leicht zu erkennen und zu urtheilen, und zwar so grob vorstandig ist keiner auch einfæltige Kinder und Layen der nicht komte mercken, daß allein der Meister dieser ertichteten Fantasey seinen Ruhm und Nahmen dadurch zu erheben bey E. F. G. suchet und gesinnet ist. Dagegen Lutherum und andere gute ehrliche fürtreffliche Gelehrte wolte zu vorkleinern und zu vornichten, so mit solchen Luthero gleichlautend von Sacrament predigen und bekennen mit Hertzen Mund und Hand. Darmit jedermann der solche neue Gloßleins und frembde Fündlein höret, dencken und sagen soll: Trauen! daß ist der Mann der alles so bis daher in der Kirchen gelehret, geschrieben und geprediget ist, weiß er vor straffen und ændern kann. Mit diesem Zweck der Hoffart ward Osiander sehr geplaget, und leyt alda mit dem Jona der Pawr gleichfalls gantz und gar an der Sonne, ist auch aller Ketzer und Schwermer eigentliche Hoff-Farbe und Eigenschafft, nicht gleich einher gehen mit andern, sondern obs alles stuncke und gar nichts tochte. Was andere Lehrer sagen und schreiben, die Nase dagegen zustopffen, sich davon abwenden und auf einige eigne sonderliche Lahr bey seit auslauffen, die einmal erkannte Wahrheit zu martern und mit verdeckten Geplauder zuvor gauckelen. Aber endlich müssen solche hochsprechende irrige Ausbünde mit ihrer sonderlichen weise oder phrasi zu reden und irrigen darthun, dann es an ihm selbst ist gar redlich anlauffen und mit ihren vermeynten Herfürthun für aller Welt zu Schanden werden. Exempla sunt odiosa &c wie ich denn nach der Lange konnte thun so ich mich wieder den Injustum Jonam mit öffentlichen Schrifft-Kampff wolte einlassen, ehe aber solch geschehen nützte rathe ich diesem Legulejo er wolte sich mit dem Bartholo und Baldo zuvor versprechen, und die Brillen anders auf die Nasen setzen; alsdenn wird er sich billig anheben zu schæmen solcher seiner Geitzerey, vorwissentliches trutziges, leichtfertiges Fürwitzes und seines Bedenckens nach diese angebefftete Calvinische und zum Theil Zwinglianische Subtilitæt war, so doch wenn mans beym Licht ansehen will gantz toelpisch beruhen lassen. Der liebe fromme Gott erleuchte ihm und bekehre so ers begehrt, und verzeihe ihm seine grobliche Verfahrunge und schwerliche Aergerniß so es ihm leyd ist, damit er zu besseren Verstande kommen, diesen seinen Irrthumb mit richtiger Erklærung und Wiederruff zu corrigiren und zu bessern, wiewohl es hart halten wird und schwerlich zugehen, sintemahl der böse Geist zuvor mit Ehrgeitz geblendet, solche fælschliche und verkehrliche Schrifften und Læsterungen zu Dobberan auszustreuen; Auch man selten in Historien und Geschichten Exempel befindet, daß ein abtrünniger Ketzer-Meister wiederum zu recht gebracht worden, so doch sonst viel der Kirchen ærgeste Feinde bekebret sind. Zum andern damit Ketzere sich wie zum Anfang vormeldet, mehr als gewiß, und auch Wohlgemuth E. F. G. werden seyn und bleiben für und für ein Liebhaber Lutheri und aller seiner treuen Lehr, Mühe, Arbeit und Fleiß, durch welche der ewige Gott E. F. G. jemal samt Landen und Leuten erleuchtet hat auch Trost giebt, und diesen Her-

Hertzogthum Mecklenburg ja der gantzen Christenheit zum besten Tag und tæglich weiter ausweidet deme treue Diener des Worts und Christliche Obrigkeit. Es sind auch E. F. G. Kirchen und Schulen der Augspurgischen Confession *einverleibt und verwandt, darbey sie auch mit Hülff des Allmæchtigen gedencken zu verbleiben. Mit Danckſagung vor solche grosse Gnade Gottes, wollen und sollen also mit diesem Calvinischen Feld-Geschrey darzu sich Jonas selbst geführet reden, als ein hochrhumwürdiger Christ, welche ihre Muſter-Wagt zarterer weise auf die Wage legen, gantz und gar zu frieden seyn, was meine Persohn und Ambt betrifft, richtet* Jonas *mit diesem* Dialogo *so viel aus bey mir als Anfechter und vergeblicher Lufftstreicher als auch bey allen Christlichen und verstændigen Hertzen, unter welche ich E. F. G. vornehmlich will gezæhlet haben. So thuen derohalben E. F. G. am besten und sicherſten, daſs Sie dieſes Mannes gantz müſſig gehen, und hören, folgen auch meiner Verwarnung, und wiewohl dieſe meine Ermahnunge, E. F. G. als einen löblichen gelahrten Herrn unnötig ist ſie mir doch zu thun nöthig gewesen, Pflichtiger Dienſt aus Erforderunge meines Amts E. F. G. zu leiſten, und durch Stillschweigen mein Gewiſſen nicht zu beschweren. Kann auch im Fall überflüſſiges und verpflichtes Warnen, Flehen und Bitten, ſunderlich zu Hof da der Hoffarts-Teufel mit ſeinen ſcharpen Verfalſchen Ohrenblaſern und Schmeichlern mehr als ſonſt an Privat-Orten zu* practiciren *hat, nicht schaden, und kann sich gar leichte zutragen, daſs auch grosse Fürſten und Herren durch die Fuchsschwæntzerische Kunſt ſo schön gleiſſet betrogen werden. An David war alles fromm, aufrichtig und löblich, noch ward er von dem verkehrten und Zungendreſcher Siba von der Wahrheit abgekehret, 2. Samuelis 16. und ware dieſs nur weltliche Hader was ſollte denn wohl geſchehen in geiſtlicher. Darzu Meiſter Hammerlein ein erzæhlt des Lehrers seyn will und kann. Joſaphat der gottſelige Konning lieſs ſich auch das grosſe Anſehen der Arbabiliſchen Propheten bewegen dem frommen Micha nicht zu folgen, E. F. G. mag leſen das letzte Capitel im erſten Buch der Könige. Letzlich und zum Beſchluſs will ich zu mehrerer Beſtættigung dieſer meiner an E. F. G. gethanen Warnung was hochgelahrter und vortrefflicher Mænner Zeugniſs von dieſem Jona anhængig machen, daraus drücklich zu verſtehen, daſs dieſer Verhæurer dem Hertzogen aus Preuſſen liebkoſet in ſolcher ſeiner Schrifft und allen andern vornehmen Brauch erbötig E. F. G.* manum propriam cum ſigillo *aufzulegen.* Verba hæc ſunt: Miror Veſtrum uti opera nunc iſtius qui jam legatione hic fungitur hominis minime tantis negotiis idonei & multis nominibus ſuſpecti. Plurimum hic officit nobis quod plauſum captat ex approbatione furoris Oliandrinæ partis. Vellem te Veſtrum admonere ut ſibi rectius proſpiciat nec te mere ejusmodi hominibus fidem habeat aut negotia ſua concredat. *Ob ich Nutzen, damit Gnade oder Ungnade, Danck oder Undanck, Zorn oder Unzorn, Lieb oder Leyd bey E. F. G. erlangen werde, kann ich nicht wiſſen, ich laſs mir gnügen an dem das mir Gott verſprochen hat Zach. 2. Wer euch anrühret, der rühret meinen Aug-Apffel an, auch giebt mir groſſe Zuverſicht, daſs E. F. G. kein unchriſtlicher Fürſt iſt, der allzeit die Wahrheit gehöret und leyden kann, und niemand vorſichtig und freventlich zu kurtz thut oder richtet, und hat darüber E. F. G. die Zeit meines Dienſtes mein Hertz wohl beſſer erkennet als ich ſagen oder ſchreiben kann, welches je und allewege ohn alles Heucheln richtig, ſchlecht und recht bebüt mich Gott geweſen, und noch iſt auch bleiben wird, trotz gebothen dem Juncker Neidhardt. Wann er auch ſo wohl das* A. b. c. *hatte buchſtabieren gelernet biſs aufs* O. *Gott ein einiger Vater unſers Herrn Jeſu Chriſti ſamt dem heiligen Geiſt verleihe E. F. G. Verſtand treuen Rath und geneigten Willen nutzbarlich und friedlich zu regieren zu Troſt und Nutz der unterdruckten Kirchen und zu Wohlfahrt der armen Unterthanen ſo viel zu Land zu Mecklenburg ſeyn an Pfarrherren, Bürgeren und Bauren, gebe auch Gnade, Geiſt und Stærcke daſs E. F. G. möge wiederſtehen aller Anfechtung und Verfolgung bis zu Ende dieſes elenden Lebens in beſtændiger Erkanntniſs und Bekanntniſs göttlicher Wahrheit.* Amen. Veni bone Jeſu veni! Datum *aus meinem* Ergaſtulo *zu Schloſs* 1558. Calend. Maji. (d. 4. Maji) *Ew. F. G. gehorſamer unterthæniger,* M. Chriſtian Langner, D. Lutheri *treugeſinnter* Diſcipulus. Hoff mp. 73. Illuſtriſſime Princeps Duæ nos cauſæ impulerunt ut ad Celſitudinem Veſtram hoc tempore ſcriberemus, quas ut Celſitudo Veſtra pro ſumma ſua bonitate clementer cognoſcat ſupplices rogamus. Prima eſt quod huic honeſto & erudito viro M. Simon Pauli Suerin. teſtimonium dare ſtudiorum ſuorum voluimus qui etſi haud dubie propter ſuam conditionem & virtutem Celſ. V. jam ante eſt commendatiſſimus, tamen ita de hac ſchola & nobis privatim eſt meritus, ut illi omnia humanitatis officia nos viciſſim debere agnoſcamus, nam aliquot jam annos hic vixit cum ſingulari modeſtia & diligentiæ laude in omni virtutum genere & cum in artium Philoſophicarum & linguarum ſtudio egregie profeciſſet, & integrum doctrinæ coeleſtis corpus cognoviſſet docere alios coepit, ut repetendo & tradendo aliis, ea, quæ ipſe a Præceptoribus hauſiſſet inchoatam eruditionem augeret & confirmaret, quæ diſcendi ratio optuma eſt. Ut enim ſignum ſcientis rectiſſimum eſt, poſſe docere, ita non dubium eſt docendo multa ſimul addiſci. Cum igitur mox induſtria ejus & fidelitas in tradendis artium rudimentis perſpiceretur, tantus diſcentium ad eum concurſus factus eſt ut jam ad aliquot annos ſcholam ipſe habuerit inter omnes privatim legentes frequentiſſimam, cum igitur facultatem dicendi & docendi longam uſu confirmarit, exiſtimamus eum utiliter in academia Celſitudinis Veſtræ ſervire poſſe, ad quod genus functionis etiam natura videtur aptiſſimus. Hoc noſtrum de iſto M. Simone judicium reverenter non aliam ob cauſam Celſitudini Veſtræ exponere voluimus, quam quod judicavimus nos illi hoc officium pro ſuis in ſcholam hanc meritis & erga nos benevolentia debere, quamvis ſciremus illi apud Celſit. V. hanc commemorationem noſtram de virtutibus ipſius minime neceſſariam futuram eſſe, quam ut clementiſſime accipiat Celſit. V. humiliter oramus. Altera cauſa eſt quæ nos*

1558.

nos ad scribendum impulit, pietatis ratio quam debemus viduæ & orphanis, viri pietate & doctrina præstantis Doct. Johannis Forsteri Professoris Ebreæ linguæ & Theologiæ in hac academia qui moriens nobis tutelam liberorum suorum cum singularibus obtestationibus commendavit. Is paulo ante mortem absolverat lexicon Ebraicum tale, quale hactenus nullum exstitit, id quod fatebuntur linguæ Ebreæ peritiores & id suo quodam consilio dedicaverat inclyto Regi Sueciæ, sed morte præventus nec absolutum opus videre nec fructum aliquem ejus ex dedicatione percipere potuit, quem tantum fore sperabat ut æs alienum quod hoc difficillimo tempore contraxerat & liberis suis relicturus erat inde solvi possit, sed ipsius spei eventus non respondit. Nos igitur Tutores commiseratione egentis & orbæ familiæ moti aliquot paucis principibus exempla illius Lexici obtulimus, quorum munificentia tamen orphanorum & viduæ inopiam nonnihil levavit. Cum autem V. C. sciremus eruditione multiplici instructam & amare litteras & præcipue magni facere & juvare magnis impensis doctrinæ coelestis illustrationem & propagationem, ad quam hæ lucubrationes Forsteri profecto plurimum prodesse ad omnem posteritatem poterunt, impulsi sumus ut Vestræ quoque Celsitudini exemplum Lexici per hunc M. Sim. Pauli nomine viduæ & orphanorum Doct. Forsteri mitteremus ac supplices rogamus ut C. V. hoc nostrum factum clementissime accipiat & sibi hanc miseram & egentem familiam commendatam habeat cui si quid C. V. benefecerit haud dubie id Deus summus & fidelis curator imo Pater viduarum & orphanorum largo cum foenore C. Vestræ est redditurus, quem oramus, ut Celsit. Vestræ hunc ineuntem annum faxit esse lætum, tranquillum, felicem & foecundum. V. C. nos quoque ad omnia debita obsequia reverenter subjicimus & offerimus. Datæ Wittebergæ die Nicolai an. 1558. Celsit. V. deditiss. Tutores hæredum Doct. Johannis Forsteri, Paulus Eberus, M. Sebastianus Theodoricus Mathem. Profess. 74. Mylii Cancellarii literæ de incendio Suerinensi: Etsi illustrissime princeps
1558. domine clementissime nihil erat quod quidem Celsitudinem Tuam putarem scire oportere, tamen pro mea erga Celsit. Tuam observantia, hunc, sine meis litteris isthuc nolui proficisci, non tam ut Celsit. Tua dignum aliquid scriberem sed ut Celsit. Tuæ litteras humanissimas elicerem. Quanta Suerinenses affixerit calamitas, quantus DEI erga nos amor fuerit, quum in mediis flammis nos paterne tutatus est illum nuncium jam dudum ad Celsit. Tuam scio esse perlatum. Vix auditus est horribilior illius fulminis ictus neque unquam citius exarsit incendium aut difficilius exstinctum est, ut a Deo domum meretriciam coelo tactam esse omnes agnoscant. Mea autem domus neque longe ab incendio distans, neque mihi tuta etsi divinitus cum tota illa platea servabatur, tamen in transferendis libris & suppellectili, non parum damni sustinuit. Sed tamen Deo agere non desino gratias qui me leviss ima poena in tanta ira sua, discedere passus est. Misissem Celsit. Tuæ Psalmos & Evangelia, sed nihil eorum domi est meæ omnia propter metum ingravescentis incendii (nondum enim totum restinctum est) in cellis custodiuntur. Literas Celsitudinis Tuæ expecto ex quibus non solum de Celsit. Tuæ rebus cognoscere cupio, sed nonnihil capere aveo consolationis. Post illam enim magnam incendii poenam varia in sole & coelo his noctibus superioribus visa sunt prodigia, ut nescio quid novæ metuam calamitatis. DEus autem quicquid est mali sui filii & ecclesiæ ergo clementer averruncet. Thomas Ellingus qui quidem his diebus ad nos æger venit navem nunciat abiisse, idemque Gustrovium ad Medicum profectus est. Cum quid rei agatur quid mihi Celsit. Tua imperet ex Celsit. Tuæ litteris cognoro ut omnibus rebus Celsit. antepono Tuam efficiam ut dicto fuisse audiens existimer. Deus saltem Celsit. Tuam paterne custodiat & ornet. Dat. Suerini XXIX. Augusti Anno M. D. LVIII. Celsit. Tuæ famulus Andreas Mylius. 75. Epistola responsoria Ducis Joh. Alberti: S. Accepi aliquot epistolas tuas: ex quibus intellexi quam suspenso animo & solicito scire averes quid esset novi, neque id solum, 1558.
sed etiam ut meas eliceres litteras, te cupere arbitror. Quanquam profecto res haberem multas atque gravissimas ad te scribere, sed tamen eas litteris committere consultum non, neque tutum est. & sunt huiusmodi res quæ in magna deliberatione sunt & in tanta etiam celeritate posita, ut plane nullam ferre possint moram ne dicam quidem unam neque horam. Quapropter advola, ut primo quoque tempore apud me Strelitzium sis; hoc pergratum mihi feceris & necessitas id postulat: nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum qui cum omnia quæ me cura aliqua afficiunt una communicem, qui me amet, qui cum loquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam &c. De incendio quod scribis ante ab aliis audivi & non sine dolore, dubium certe non est, quin poena sit Dei qui talia vitia inprimis odio prosequitur & punire solet, ergo Magistratus officium est non delectum habere earum personarum quæcunque se talibus vitiis contaminant neque favore amicorum permoveri licet &c. Quando Magistratus suum non vult facere officium, facit Deus suum. Ideo Tuæ erunt inposterum partes me monere indicare etiam atque adhortari, & meæ erunt castigare ut ira DEI a nobis amoveatur, ipse etiam poenas dedi meæ negligentiæ & horrea mea decima cum fructibus quoque est combusta. Reliquum est quod Deum altissimum oramus, ut propter filium suum dominum nostrum Jesum Christum nos oculis suæ misericordiæ aspiciat & omne malum quod astra & prodigia nobis minantur paterne avertere & in bonum commutare velit, id ex animo a Deo in Salvatoris nostri nomine precor & opto. Domum tuam exterorumque proborum non incendisse a flamma igne coelesti lætor: Quanquam Dominus Sodomam etiam propter vitia atque peccata punivit tamen familiam Lothis pepercit. Quapropter bono es animo & infracto & mecum adventum atque auxilium domini magna cum spe expecta: in eius enim miserentis Dei manu sumus. Etsi enim omnipotentem Dominum nos longe abesse gentium putamus, tamen eum prope adesse certo scio. Te rogo colligas vicissim & affer

Evangelia & psalmos: cura ut Wolfgangus de Bambergo ad me veniat, a meo præfecto accipies 25. thaleros pro vino emendo. Saluta meis verbis & consolare Matthiam nostrum. Si Samuel amplius quod ut spero descripserit fac ut ad manus perveniat meas; te multum amamus. Vale datæ properatim Furstenbergæ in venatione 4 Septembr. Anno 1558. Inscriptio: Humanissimo & doctissimo Viro A. Mylio consiliario meo inprimis charo.

76. *Der Gemeine und gantzen Bürgerschafft zu*
1563. *Rostock den 11. May Anno 1563. an die Herrn Hertzogen zu Mecklenburg abgegangenes Schreiben, darin Sie Ihro Durchl. danckſagen, daß Sie die Universitæt ſo wohl begabet: Durchleuchtige Hochgebohrne Fürſten. E. F. G. ſeind Unſere unterthænige verpflichte Dienſte in treuen Fleiß gantz williglſt bevorn, Gnædige Fürſten und Herren, daß E. F. G. Hochfürſtlichen, Chriſtlichen Schulen und der Kirchen gnædig gewogen, auch zu Beforderung derſelben heilſames Auffnehmen und Verbeſſerung mit rühmlichen Beſchenckung der löblichen Univerſitæt einkommen, andere gnædiger Erhaltung und Beſoldung vieler gelehrter trefflicher und berühmbter Leuthe, ſo bey der Kirchen und weltlichem Ambt, ſonderlichen dienſtlichen ſeyn, alſo denſelbigen gnædiglich troſtwerdig und beſtændig ſeyn, wird dardurch E. F. G. Hochfürſtliches Chriſtliches Gemüt überflüſſig vermerckt, und über daß, daß ſolches ſonderlichen zu Beförderung Gottes und Erbreittung ſeiner göttlichen Allmacht, ſeeligmachendes theures Worts gereichet, ſo müſſen doch dieſe E. F. G. Lande und Stædte, auch ſonſten mænniglichen dis offentlichen bekennen, daß ſolches zu Ihrer eigen nützlichen Wolfart und Gedeyen, ja zu eines jeden inſonderheit beſtes hochbefürderlichen iſt. Darum billig beide derhalben E. F. G. des reichliche und ewige Belohnung von Gott zu gewartten, auch deßhalben derſelben unſterblicher Ruhm und die höchſte Danckſagung von dieſen und andern Landen, ja allen Stædten und Flecken Jedermænniglichen, auch von vielen Predigtſtülen und jeder Kirchen demüthigſt zu geben und außzukündigen gebürt und wir ſolten nichts liebers wünſchen, und længſt gewünſchet haben, denn daß bey E. F. G. eine ſolche chriſtliche hochrühmliche fürſtliche Zuneigung zu erhalten wer worden, und weil dann nun dieſelb ſich ſelbſten alſo auf eingepflantzter Fürſtlichen Tugend reich und überflüſſig erbrochen, kan und muß mænniglichen anders nicht bekennen, denn daß dieſe Leuthe, ſo da bißhero zu uf halt entlicher Concordien der Univerſitæt Sache belangende, dieſe længſt vorgeſtandene ſchædliche Hinderung gefunden, Göttlicher Ehr, eigener Wohlfahrt und gemeinen Nutz unbeſonnen, aber erblindet entgegen gelauffen, Wir dancken aber dem Allmechtigen Gott, beide für E. F. G. gnædige, milde, Chriſtliche Zuneigung, auch reicher Fürſtlicher Begabung erwehnter Univerſitæt allhier zugewant, und dann daß zu Behandlung erwehnter ſchædlich zweiſpaltig geſtandener Sachen, dieſe fröbliche Stunde kommen, in der durch E. F. G. gnædigem Befehl wir die gehorſame Gemein zu Berathſchlagung derſelben gezogen, und darinnen im Werck eins nunmehr einen nützlichen und fruchtbarlichen Ort getroffen, wie E. F. G. wir denn in Unterthænigkeit nicht verbergen mögen, daß nach gnugſamer Erwegung aller Umbſtænde und einmüthigem gefundenem Rath, darvon E. F. G. hiermit weitlæufftige undienſtliche Bericht zu thun wir von Unnot unterthænig achten, erwehnter Univerſitæt Sachen halben Wir entlichen uns mit einem Rath vereiniget und verglichen, und alſo auff E. F. G. vielfæltiges gnædiges Begehren reſolvirt, wie E. F. G. verordneten Profeſſorn, Unſern günſtigen Herrn und guten Freunden des heute dato in der Kirchen allhier zu Unſerer lieben Frauen genant, angemeldet, auch hiebey E. F. G. dieſelb gnædig zu verleſen, unterthænig überſchicken, unterthænig nicht zweiffelnde, Dieſelben werden mit dieſer unſerer unterthænigen Erklærung gnædig zufrieden ſeyn, und dieſelbe in beſten auffnehmen, und daß von Uns alß der Gemein der hiebevorn weinig von der Handlung etwas gründliches wiſſen mit Gemacht zeitlicher E. F. G. unterthænig reſolution nicht zugeſchicket, ungnædig nicht vermercken, mit unterthænigem hochfleiſſigen Bitten E. F. G. wollen ſich hierauff gnædig in derſelben Erklærung erzeigen. Auch dieweil* Doctor Kittley *halben, daß derſelbe enturleubet werden ſolte von E. F. G. in dem gegebenen Abſcheide hiebevorn gnædig begert, und aber derſelbe in dieſer getroffener Concordien außgelaſſen, auß deme daß ſeine Perſohn die Univerſitæt nicht angebet, wollen E. F. G. darob ungnædig Mißfallen auch nicht tragen, und dabei E. F. G. daß zu erhalten denſelb* Kittelium *nochmals hierinnen zu Roſtock als einen des Raths beſtalten Profeſſoren in der Schulen gnædig gedulden, zu Gemüt gnædiglichen holende, die Nachſage, damit gemeine Stadt, ſo der von uns erleubet, ſonſten belegt, und durch ſein enturleuben uns groſſe Bequemigkeit mehr gelehrter Leute anhero zu bekommen, abgeſchnitten werden möge, deſſen E. F. Gn. je uns gnedig nicht gönnen. Ferner auch derſelben gnædigen Vertröſtungen nach die arreſtirten Güter und angehaltenen Raths und andere Perſohnen ohne Entgeltnis zu erledigen, hiemit Uns in Gnaden auffnehmen, und weßhalben dieſelbe hiebevorn zu Ungnaden beweget, davon Uns doch nicht viel Berichts zukommen dieſelbe gnædig auß Fürſtlicher milder Tugend abzulegen, und Unſere gnædige Herrn und Landesfürſten ſeyn, erkennen E. F. G. wir hinwieder in aller Unterthænigkeit treue gehorſame Dienſte willigſt zu erzeigen, in deſſen gnædigen Schutz und Enthaltung Wir Uns hiemit denn auch unterthænig befehlen. Geben Roſtock den 11. May Anno 63. E. F. G. unterthænige gehorſame Gemeine u. gantze Bürgerſchaft zu Roſtock.*

77. D. Simonis Muſæi primæ literæ ad 1565.
Ducem Megap. Jo. Albertum. Gratiam ac pacem ab æterno Patre per ejus coæternum filium Dominum & Salvatorem noſtrum. Illuſtriſſime Princeps Domine clementiſſime. Non ſum immemor meæ obligationis qua me ad quinquennium T. C. obſtrinxi, neque committam ut juſte violatæ fidei & pacti non ſervati accuſari queam niſi quantum bona venia Tuæ Celſitudinis fieri poteſt; verum tamen viciſſim tantum clementiæ & bonitatis de T. C. mihi polliceor ut propter graves & honeſtas cauſas, quas cum debita mei ſubmiſſione T. C. recenſebo, reſiduum obligationis tempus clementer mihi ſit laxatura & ad futurum diem Michaelis benignam dimiſſionem largitura. Prima

eſt

est quod ecclesiæ hujus oppidi ad cujus administrationem expresse sum vocatus, mihi sit erepta. Cumque hæc mutatio præter utriusque nostrum expectationem evenerit, neutri vitio verti potest neque T. C. sime dimittet, neque mihi quod dimissionem petam. Quis enim Pastori orbato suis oviculis prohibeat, quo minus alium gregem sibi pascendum quærat, cumque alia honesta vocatio mihi offeratur omnino statuendum est non casu fortuito id accidere sed peculiari gubernatione & providentia Spiritus S. qui certo consilio curricula vocationum determinat, & mirabili occasione ministros ecclesiæ hinc inde transfert & in ea loca vineæ Domini collocat ubi plurimum fructus eos adferre posse pro infinita sua sapientia prospicit. Huic divinæ voluntati Tuam Celsitudinem promte acquieturam & non reluctaturam esse plane mihi persuadeo. Secunda causa est quod præsertim T. C. absente & peregrinante nihil habeam quod agam, sed tempus ignavo otio perdam, quod tamen ecclesiæ alicui inserviendo utiliter impendere possem. Quemadmodum igitur T. C. participem se reddet omnium fructuum, quos regendo alibi ecclesiam benedictione Domini producere possem si me benigne dimitteret. Ita vicissim tristi culpa impediti publici boni se contaminabit, si me hic otiantem & parum laborantem detinuerit. Tertia causa est, quod stipendium meum ad nutritionem mei meorumque minime sufficit. Ausim enim vere affirmare quod per hoc tempus quod hactenus hic transegi, frugalissime victitando supra centum aureos de meo decerpserim. Neque id mirum cum benedictione DEI numerosam habeam familiam & præter nudum stipendium, nulla prorsus accidentia contingant, quæ in aliis ecclesiis dimidiam stipendii mei partem æquarunt, ut interim taceam quod labores opificum majore mercede constent quam uspiam alibi. Cum igitur Christus Doctoribus ecclesiæ suæ præsertim veteranis & benemeritis hoc juris tribuat ut mercedem dignam opere suo poscant, non puto T. C. me hoc jure defraudaturam esse & mihi necessitatem impositurum ut exiguum hoc viaticum quod alibi benedictione Domini comparsi & reliquum feci hic consumam & ita me meosque parvos liberos ad extremam egestatem & mendicitatem redigam. Quarta causa est quod nullo momento de præsenti domicilio certus sum licet per se satis ruinoso & incommodo sed cotidie extrusionem exspectare cogor, & certo scio me jam dudum coactum fuisse nisi Doctor Conradus Beker sua intercessione saltem usque ad festum Michaelis mansionem mihi impetrasset. Quam enim vehemens & violentus sit Dux Ulricus, satis in Halbrodio piæ memoriæ declaravit & mihi scriptis minarum fulminibus non obscure significavit. Exploravi etiam totum oppidum an hospitium aliquod conducere possem, sed frustra. Ideo nullum medium video nisi aut domus ematur aut ego dimittar. Quinta causa est quod obligatio mea prorsus gratuita est sine ulla compensatione. Ideo T. C. ex decurtatione ipsius nihil prorsus damni patietur sed sequetur illam regulam Esaiæ LII. Gratis venundati estis & sine argento redimemini. Intelligit etiam T. Cels. ingens esse discrimen inter mancipationem & inter simplicem obligationem. Mancipatio durat perpetuo, nulla habita ratione mutati operis loci & temporis, sed simplex obligatio cessat ademto & mutato opere & loco cui expresse destinata & directa fuit. Æquitas igitur postulat ut T. C. aut ereptam mihi ecclesiam restituat, id quod fieri posse arbitror aut me vinculo obligationis solutum agnoscat, quod facile & sine ullo gravamine a T. C. præstari potest. Sicut præter cetera vel hoc liquido testatur quod mihi translationem Rostochium sua sponte obtulit, ut interim dissimulem quod tot hactenus sollicitationibus nullum tamen certum Responsum a T. C. extorquere potui, quid tandem in posterum meum debeat esse officium. Essent & non minoris ponderis causæ quas in medium proferre possem; sed nolo T. C. aliis negotiis occupatam, prolixitate mea obruere. Cum itaque T. C. videat me habere pias necessarias & sufficientes causas petendæ & impetrandæ dimissionis rogo T. C. suppliciter propter Christum ut Spiritui Sancto vocanti me alio æquo animo se subjiciat & mihi benignam dimissionem ad festum Michaelis largiatur una cum testimonio de mea doctrina & vita. Pro quo beneficio T. C. me per omnem vitam gratum & devinctum habebit & ipsa quoque ecclesia quæ meam operam expetit hanc T. Cels pietatem celebrabit, & grata mente amplectetur. Christus æternus filius Dei Spiritu S. Tuam Cels. in regia salutis via gubernet & una cum pientissima conjuge ac liberis diu incolumem ac florentem conservet ad Nominis sui gloriam & subditorum salutem. Amen. Amen. Swerini 23. Junii. An. 1565. T. C. deditissimus, Simon Musæus. 78. Ejusdem: Gratiam ac pacem a DEO per Christum, una cum humili obsequiorum meorum oblatione, illustrissime Princeps Domine clementissime. Cum habeam pias honestas & necessarias causas petendæ dimissionis nihil gratius & optatius mihi esset, quam si præsentibus verbis Tuam Celsitudinem compellare possem. Verum cum id fieri nequeat, exoravi proxime Dn. D. Goldstenium ut supplicationem meam Tuæ Celsitudini offerret cum humili petitione benignæ & maturæ responsionis, id etsi fortunæ minime diffido, in tanta occupationum mole vereor oblivioni traditum & in longum protractum iri. Visum est igitur denuo meam petitionem repetere, & descriptum exemplar prædictæ supplicationis una mittere, quæ, si recitatæ causæ Tuæ Celsitudini non satisfecerint non gravabor addere plures & graviores quibus omnino spero Tuam Celsitudinem flexum iri ut pro ingenita sua clementia benevolam & propitiam se mihi exhibeat & non tam mihi quam consilio Dei obsecundet, qui privatione hujus ecclesiæ & vocatione ad aliam satis perspicue suam voluntatem ostendit, quod me aliorsum transferri decreverit. Obsecro igitur Tuam Celsitud. per Christum ne hoc tam arduum negotium spectans ad gloriam DEI & ecclesiæ salutem diutius suspendat, sed promte & benigne promoveat idque tanto magis quanto diutius audio Tuam Celsitudinem peregrinaturam & hinc abfuturam esse. Quid enim juvat T. C. me in ocioso degere. Ut interim taceam uxorem

1565.

&

&omnes meos liberos periculosissima tussi correptos esse, quos sperarem mutatione aeris, vel auxilio medicorum revalituros esse. Id beneficium tum precibus meis erga Deum pro T. C. incolumitate tum omnibus obsequiis saltem in viribus meis positis per omnem vitam studiosissime erga T. C. promereri conabor. Clementissimus Pater Domini nostri Jesu Christi T. C. benedicat & sub umbra alarum suarum exceptam protegat contra omnia pericula animæ & corporis. Amen. Swerini die Petri & Pauli Anno 1565. T. Celsit. subjectissimus, Simon Musæus D.
1565. 79. Illustrissime Princeps Domine clementissime. Toties hactenus cum summa reverentia meique submissione apud Tuam Celsitudinem sollicitavi de claro & diserto responso, quid tandem in præsenti mutatione hujus ecclesiæ de me statuerit. An me hic retinere an vero alibi ad commodam vocationem promovere clementer velit. Verum nihil dum certi elicere possum & ita in ancipiti sollicitudine anxius relinquor. Unde aliud nihil colligere possum quam Tuæ Celsitudinis prorsus pium per se & paterno erga me amore affectum ab aliquo malevolo oppugnari & sauciari, mihique ita difficile & inexorabile reddi. Alioquin fieri haud posset, quin Tua Celsitudo saltim alio commodo loco, mihi adjumento foret, si omnino hic me amplius fovere meaque opera uti gravaretur. Licet autem Tuæ Celsitudini servire præ omnibus aliis sim paratissimus præsertim usque ad terminum meæ obligationis, tamen nimis esset inverecundum si me Tuæ Celsitudini invitæ obtruderem & ingererem. Ideo si non diuturniorem mansionem saltem benignam promotionem aliorsum juste mereri videor. Meminit Tua Celsitudo quod cum ante biennium plures easque non viles vocationes in promtu haberem; tamen in gratiam Tuæ Celsitud. repudiatis omnibus, solam præsentem amplexus sim. Hujusmodi obsequium meum beneficio potius & commodæ vocationis restitutione quam damno & desertione mei compensari renuerit. Habeo benedictione Domini ecclesiam domesticam novem liberis constantem & cotidianæ invocationi assvefactam. Hanc sine dubio TVA Celsitudo magis excitabit beneficentia ad pia vota facienda, pro sua incolumitate, quam dura pressione impellet ad tristes gemitus quos, teste Syrach, DEVS surda aure præterire non potest. Obtulit Tua Celsitudo Joanni Wencelio collegæ meo benignam promotionem in Borussiam, miror si eandem manum mihi porrigere recusaverit, præsertim cum me (ut salva modestia & citra jactantiam dicam) neque puritate doctrinæ neque honestate vitæ, neque sedulitate in officio inferiorem agnoscat. Minime etiam suspicor Tuam Celsitudinem mihi vitio vertere, quod in societate Flacianorum hoc est contradicentium corruptelis sim. Id enim tametsi multi Epicuræi & athei tetri probri loco habent & tanquam piaculum detestantur, tamen Tuam Celsitudinem ab hoc impio & bruto judicio longe dissentire, & propugnatoribus veritatis ex animo suffragari & patrocinari certo persvasum habeo. Forsitan inclitus Dux Borussiæ, ad quem animus meus præcipue maxime propendet, propter Adiaphoristarum calumnias a nobis est alienior. At Tuæ Celsitud. monitis, veroque de nostra innocentia testimonio facile sanari ad æquioremque mentem perduci posset. Non latet etiam me quosdam Tuam Celsitudinem a me promovendo retrahere exaggeratione mei rigoris & tumultuum quos profitendo veritatem & infestando corruptelas illis essem moturus. Verum quantopere studeam piæ tranquillitati & abhorream non necessariis contentionibus testatur mea patientia & modestia in præsenti mutatione hujus ecclesiæ. Neque desperandum est de contrario eventu, ut ex placida collatione loco tumultuum pia potius tranquillitas constituatur veritas patefiat & multi erroribus fascinati impliciti lucrificentur. Qua igitur conscientia hoc sanctum opus impediri queat non video. Male etiam consulitur senis & moribundi Ducis saluti si ab ejus colloquio & conspectu arcentur sani & orthodoxi Doctores & nonnisi vel adiaphoristici vel Osiandrici admittuntur. Quid si etiam hoc nomine Tuæ Celsitud prodesset me in Borussiam transferre quod in illa parte Livoniæ quæ Tuæ Celsitudini dono data esse dicitur ecclesias & scholas constituere & inspicere possem. Postremo ne quid omnino desit, porrigit ipse DEVS ad hanc rem Tuæ Celsitudini amplissimam occasionem. Feruntur enim nunc duæ illustres sedes ibidem vacare, una Sciuri defuncti, altera D. Draconitis qui deserta vocatione Wittebergam demigravit. Cum itaque illustrissime Princeps, omnia mirifice & pulcherrime congruant rogo Tuam Celsitudin. propter Christum ut negotium hoc spectans ad gloriam DEI & ecclesiæ ædificationem pro sua pietate & prudentia diligenter expendat, meique benignam rationem habeat, neque tot hactenus exiliis exhaustum tantoque liberorum grege onustum in graviores ærumnas præcipitari sinat, sed potius paterne & benigne in tam ampla occasione sublevet & promoveat. Id ubi fecerit mei viciissim muneris erit præter alia gratitudinis officia etiam coelestem patrem indesinentibus votis ac precibus sollicitare, ut Tuæ Celsitud. hoc tam insigne beneficium largiter remuneretur spirituali & corporali benedictione. Sicut ipse filius DEI Matth. X. sancte affirmans, inquit: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, prophetæ mercedem accipiet, & quicunque ad bibendum dederit uni ex pusillis his poculum aquæ frigidæ, tantum nomine discipuli, Amen dico vobis non perditurus est mercedem suam. Huic æterno filio commendo T. Celsitud. ut eam Spiritu S. in regia salutis via gubernet, in politica administratione fortunet & una cum sanctissima conjuge, pientissima sorore & dulcissimis filiolis. diu incolumem florentem & tam ecclesiæ quam politiæ salutarem conservet Amen Amen. Tuæ Cels. reverenter & humiliter subjectus Simon Musæus. 80. Literæ Ducis Jo. Alberti ad Junium. JOHANNES ALBERTUS DEI gratia Dux Megapolensis, Princeps Vandalorum Hadriano Junio Hornano Medic. Doctori. Quam præclare illi sapienterque fecerint, qui, in promovendis rebus omnibus ad DEI gloriam communeque humani generis emolumentum pertinentibus, neque ullis laboribus neque sumtibus

peper-

pepercere, quantamque sibi laudem apud omnes peperere, id non modo per se manifestum erit verum etiam a quovis magnopere prædicatur. Qua quidem in re cum majores etiam nostri in erigenda & constituenda Academia Rostockensi non exiguam sibi laudem ac nullis seculis interituram memoriam comparaverint: non minus curæ & cogitationis ea de re nobis quoque suscipiendum esse arbitramur. Itaque cum Academia nostra Rostochiensis anno superiore perniciosissima lue hanc nostram provinciam infestante, non paucis & virtute & doctrina præstantibus viris cum ingenti deplorandaque studiosæ Juventutis jactura orbata sit, omnem operam navavimus, ut honestis stipendiis conductos excellentes viros, qui Juventutem optimis artibus informarent, in demortuorum loca surrogaremus. Quare cum de tuo præstanti ingenio, & qua in arte Medica excellis peritia nonnulla ex quibusdam qui Te nobis diligentissime commendarunt cognoverimus ab eisdemque nobis ostensum sit, haud ægre Te persvasum iri, ut Te isthinc in Academiam nostram, ubi Medicam facultatem publice profiterere, honesto accersitus stipendio conferas: gratum nobis feceris, si non modo hac in re quæ Tibi magno honori, Scholæ nostræ magno emolumento futura, communi autem studiosorum coetui non leve emolumentum allatura est nobis gratificatus fueris, sed &, quæ hæc sententia sit, vel Bartholomæo Gryphio nostro cui mandavimus, ut nostro nomine de his rebus quam diligentissime Tecum agat, exposueris, vel quod primum ad Nos perscripseris; quin potius si apud nos commorari volueris domoque abesse poteris, rectius feceris si nostris sumptibus primo quoque tempore ad nos veneris ubi de toto hoc negotio accuratius Tecum sumus acturi, daturique operam, ut si quid ad dignitatem Tuam augendam ornamenti a Nobis addi poterit, in eo nobis nihil prætermissum esse videatur. Vale. Dat Güstrowii III. Non. Februar. Anno salutis MDLXVII. manu propria. 81. Responsio Junii. O! incredibilem sapientissimi & a cæterorum genio non infeliciter alieni Principis prudentiam! qui, ubi alii terrarum orbem bellis exhauriunt, latrociniis funestant, exactionibus inaniunt, solus ferme in utilissimam publicæ salutis curam & cogitationem incumbis, quando sanandæ jam affectæ scholæ, reparandisque luxatæ artubus Pæonias manus adhibes & fulciendæ quæ labant Atlantem quendam Te præstas dum ab ingenii eloquentiæque fama celebratissimum quemque evocas, conquiris, conquisitos non poenitendis stipendiis liberaliter foves: Quæ res summam Tibi dignitatem & solidam nulloque seculo morituram gloriam allatura est. Cujus certe singularis Tuæ industriæ ac præclaræ voluntatis in accipiendo Reipublicæ ornamento pariter & emolumento locuples mihi testimonium tribuunt honorifice a te Princeps illustriss. scriptæ quas docti atque elegantis ingenii cliens Tuus Gryphius attulit, iisque equidem non invitus acquiescerem Tuæque voluntati mos a me gereretur ni dissvaderet declivior paullo ætas (cui parendum esse vetus proverbii religio monet) ni etiam longa otii assvetudo postquam laboris scholastici impatientiorem effecit me deterreret. Nominavi tamen unum aut alterum muneri isti accommodum ac parem Gryphio tuo, si forte manus darent eoque pertrahi possent in quibus erat & Bambertius noster Medicinæ Doctor, quem votis Tuis responsurum confido, si ad conditionem descendere minime omnium repudiandam (id quod futurum auguror) velit, DEumque opt. maxim. precor ut reipublicæ prospere ac feliciter, ea res eveniat. Nolim interim laudatissimi principis voluntatem a me alienatam aut immutatam, si dum ingenii imbecillioris modulum animo metior & valetudinis in hac ætate infirmitatem mecum reputo suscipere provinciam honorificam reformidem, quando vel ad irrependum in opinionem hominum beneque de humano genere merendum vel extendendam longissime nominis memoriam accommodatius quam hoc munus nihil inveniri posse existimem: Jucundissima tamen semper erit & regum fortunis anteponetur a me dum vivam perhonorifici ac liberalis judicii de me Tui recordatio. Vale princeps illustrissime quem nobis Musis ac Reipublicæ diutissime incolumem superi conservent. Post exaratas ad TE litteras opportuno importuno tempore quippe bidui intervallo incidi in eruditissimum Medicum Memmium, quem virum rara ejus doctrina, singularis virtus rerum & altioris Philosophiæ cognitio penitior & modestia facile TIBI probare & unice commendare poterant nisi prioris commendationis revocatio aut retractatio potius levitatis cujusdam notam adspersura mihi fuerit; qui tamen ipse eo æquior videri debet, quo certius Tuæ voluntati consultum expetiverim, tum etiam quod virum istum & coram sermonibus eruditis & a scriptis orbi publicatis arctius norim quippe qui omnes apiculæ in morem pervolitet auctores, quos sequendos sibi arbitretur combibat. Sed quid ingeniosus esse apud te insisto quidque sus Minervam. Vale vir eximie & Junio uti coepisti patrocinare.

82. *M. Hoffmannus ad Ducem Jo. Albertum:* Illustrissime Princeps Domine clementissime, Amplissimi Viri, nobilitate generis, eruditione, pia prudentia & virtutibus ornatissimi Domini Consiliarii. Etsi intellexi & cum lætitia percepi, quod Celsitudo Vestra cum illustrissimo Domino fratre Duce Udalrico, & cum Vestra pia prudentia tam pium & salutare consilium ceperint in controversia ista orta inter Ministros Rostochienses ut pro eo merito gratias DEO agam maximas. Cum non dubitem ipsum ejus esse autorem, & simul eundem ardentissimis precibus invocem ut Celsitudines Vestras & piam prudentiam in eodem confirmet, conservet & gubernet, contra omnes technas artes & potentiam diaboli, sicut firmiter spero, ut ideo non necessarium videatur Vestræ Celsitudini & piæ prudentiæ, alias occupatissimis peculiaribus litteris plura subjicere: tamen spero meam piam sollicitudinem, quam puto ratione mei muneris pro veritate conservanda & Tua Celsitudine & pia prudentia confirmandis debere me veniam facile impetraturum. Veriissimum quidem esse quod filius DEI in lectione Evangelica ante octiduum ecclesiæ proposita asseruit de necessitate concordiæ eorum, qui cum quocunque poli- 1569.

tevma tum vero præcipue eccleſiam ſalutariter gubernare & conſervare volunt publica teſtatur experientia. Omne enim regnum inter ſe diviſum deſolabitur inquit Chriſtus. Inde omnes qui membra vera regni Chriſti eſſe volumus in eam curam incumbere debemus ut hoc ſalutare medium tueamur, & ſanctum inviolatumque retineamus. Econtra merito omnes ingentem dolorem omnino concipere debemus, ubi videmus hos nervos felicis gubernationis incidi. Sed, cum hoc idem Salvator noſſet, eodem in loco fideliter & ſerio monet etiam ne patiamur nos decipi falli & ſeduci dulciſſima voce pacis & concordiæ. Vt enim illud verum eſt nihil perniciosius eſſe in uno & eodem regno & politevmate gubernatorum & civium inter ſe diſſenſione diſcordia & λογομαχία: ita non ſolum nihil perniciosius, ſed etiam omni maledictione & execratione dignius eſt ea concordia quæ inter ea regna conſtituitur colitur & defenditur quæ ex conſtanti mandato DEI ſibi mutuo adverſantur, ut cum capita vel reges neceſſe habeant tum populi & omnia membra, ea neceſſitate cui ne Deus quidem reſiſtit ut ad conſervationem incolumitatem & felicitatem ſui non ſolum diſſideant, ſed etiam omnes cogitationes conatus ſtudia & labores dirigant ad deletionem & e medio ſublationem alterius, id quod Chriſtus perſpicuis verbis ad ſe & ſuum hoſtem applicans aſſerit inquiens: cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt ea quæ poſſidet; ubi vero fortior eo ſuperveniens vicerit eum univerſa ejus arma aufert in quibus confidebat & ſpolia ejus diſtribuit item qui non eſt mecum contra me eſt. Eſt autem ex ſtratagematis diaboli hoc non poſtremum, ut videat quomodo ex ſuo regno quaſi exploratores emittat, qui ſe immiſceant membris regni filii Dei ut ſe pro civibus ejusdem venditent aut ſuo fermento etiam vera membra Chriſti inficiant, qui pro regno diaboli magis quam pro regno Chriſti ſedulo omnia faciant, ſi non acrius ſaltem ut curſum evangelii impediant ſeu nati carduj ex zizaniis triticum in agro ſupprimant & ſuffocent de quo ſi reprehendantur artificio ſui ſatoris clamores attollunt de concordia & dilectione, non quod concordia eccleſiæ tantæ eis curæ & cordi ſit, ſed quod ut de Juda proditore Evangeliſta ait, fures, lupi & latrones ſint, quibus cuſtodibus & vigiliis Paſtorum ad greges ſunt odio & execrationi cum iis impediantur in furandi & rapiendi ſtudio. Sic videmus etiam hoc tempore multos autores & patronos errorum receptum habere ſi arguantur & damnentur ad concordiam & dilectionem proximi, ut etiam eo nomine non vereantur quidam frui ſecuritate & pace ſub nomine Auguſtanæ confeſſionis, quam tamen ab initio repudiarunt, ne ſua falſa dogmata graviter in ea confutentur. Quare Celſitudo Tua illuſtriſſime Princeps & pia prudentia Veſtra domini conſiliarii in iſta perturbatione Veſtra & dolore animi propter diſcordiam Roſtochienſem & poſito ſuaviſſimo cantu Sirenum, de concordia etiam atque etiam cogitent de bello hoc ſacro inter Chriſtum filium DEI & diabolum veterem ſerpentem & de proprietatibus ejus, ne dulciſſimis vocibus concordiæ ſopiti & blandiſſimis & facundiſſimis illecebris capti moroſius quid cenſeant & judicent de militia filii DEI aut ejo caſtra relinquere ſtatuant, ut nunc multis militibus familiare eſt ut pertæſi inopiæ etiam juſtiſſimorum Ducum caſtra relinquant. Ad eam prudentiam piam etiam exiſtimem valde conducere ipſum caput controverſiæ & quasdam ejus circumſtantias in conſpectu habere operæ pretium eſſe judicavi Veſtræ Celſitudini & piæ prudentiæ communicare meam ſententiam, cum debitor veſter ſim. Eſt ergo caput controverſiæ quæſtio de veritate verborum filii DEI quibus affirmat in inſtitutione primæ & celebratione ex ſuo mandato & inſtitutione coenæ in eccleſia per miniſtrum de porrecto pane: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis traditur, & de poculo quod tenet in manibus: hic calix Novi Teſtamenti eſt in meo ſanguine qui pro vobis effunditur, An inquam hæc vera ſint ut verba ſonant verum ſcilicet corpus Chriſti tum adeſſe & exhiberi veſcentibus priusquam in os accipiant, & verum ſanguinem adeſſe ut verba ſonant antequam in os infundatur & ab utentibus bibatur? An vero tum adſint primum verum corpus & verus ſanguis quando in os ponuntur elementa & aſſumuntur, atque ſic an ex vi & efficacia verborum Chriſti & benedictione ut Paulus vocat adſit verum corpus & ſanguis Chriſti, an vero vi & efficacia aliqua utentium? hanc diſputationem movit diabolus per quosdam Sacramentarios ſubtiliores, qui etſi pro eis haberi non volunt eos tamen tandem finis & cauda prodit, & cum illis conjungit. Veritatem certam & immotam horum verborum aſſerit dominus Beatus ut credat & doceat revera adeſſe corpus & ſanguinem Chriſti vi & efficacia verborum Chriſti id affirmantis ante uſum ſed eo non excluſo cum ad eum uſum adſint ut comedatur corpus, & ut bibatur ſanguis. Hujus aſſertionis ſunt quatuor graviſſimæ cauſæ 1, ut filio DEI gloria & laus tribuatur veritatis & omnipotentiæ 2) ne cogamur figuras & tropos ponere quod fuit prima origo erroris ſacramentarii: Si tamen non ita eſt ut verba ſonant, & poſtea fit aut adeſt verum corpus & ſanguis ex uſu. EST *hic* pro erit ponitur ut ſic exponi neceſſe ſit *hoc eſt* id eſt ERIT meum corpus, hic *eſt* calix pro erit calix. hoc Sacramentarium eſt. 3) Ne ſic extenuentur verba Chriſti in coena & benedictione ut multi faciunt non neceſſaria videantur ut Lubecenſes & Dantiſcani arbitrantur. 4) Ne incidamus in hanc impiam & blaſphemam opinionem quod ex efficacia aliqua utentium ſacramenta eſſe & fieri poſſunt, quod ſi conceditur facile obtineri poſſet a Sacramentariis impios tum accipere & edere verum corpus & bibere ſanguinem verum. Quid tamen abſurdius eſſet quam quod impii ſuo abuſu efficere debeant ut adſit verum corpus & verus ſanguis, efficeretur igitur ea ratione ut impii tantum panem & vinum acciperent in ſacramento & non verum corpus & ſanguinem verum Chriſti. Hoc diabolus quærit. Quod autem Dn. Beatus non ſolum privatim ſic ſenſerit ſed etiam publice ſic docuerit & modeſtia digna miniſtro verbi quærente gloriam DEI & ſpectante ſalutem animarum veritatem aſſeruerit & defenderit graviſſimas habuit cauſas quarum prima eſt liber Dantiſcanus, qui circa

circa mare Balticum in multorum manibus versatur, & suos habet fortassis plures occultos quam apertos Patronos. Altera fuit Lubecensium concionatorum clamores quibus non tam extenuant quam criminantur verba Christi & Paulinam benedictionem in coena & damnatione tristi infectantur & adhuc prosequuntur Beatum & Symmachum suum quos injuste & impie expulerunt, qua arte & Rostochii eius ministerium damnare & auditores ab eis abalienare conantur. Denique quod etiam inter studiosos & cives Rostochii sermones edi & disputationes institui coepit, in quibus non solum impiæ & injustæ censuræ & damnationes de ministerio & doctrina Beati sed etiam blasphemæ opiniones de veritate verborum Christi auditæ sunt. An nunc huc pio Pastori vitio verti & crimini dari debeat, si hæc animadvertens veram apologiam modeste opponat in qua ministerium suum asserat & veritatem contra calumnias & blasphemias defendat, denique suam animam liberet pie eruditus præmuniens & monens suæ fidei commissos auditores, ego intelligere non possum. Quare consideretur nunc quod Domino Beato acciderit. Quis piorum non agnoscit eum ideo laudandum, fovendum, excusandum, defendendum & ab omnibus inimicis vindicandum & ei auxiliatrices manus a collegis in uno & eodem ministerio versantibus porrigendas fuisse, sed ecce protrahitur in judicium a reliquis & graviter cum eo expostulatur, tandem accusatur quod inutilia non necessaria nova docendo perturbet ecclesiæ concordiam & auditorum animos, cum tamen ex verbo DEI non demonstrarint quod falsa impia & a verbo DEI aliena, multo minus contraria docuerit. Quam autem pie veritati adscribatur, quod sit inutilis non necessaria turbarum causa, habent quod respondeant Luthero in illo die, quem habent in hac causa adversarium. Nec justa hæc oratio est in ecclesia, inusitata hæc propositio est, ideo non docenda. Quemadmodum tamen Christus adiens inusitata loca templi & altissimi montis ductu Diaboli non ut obsequatur ei, sed ut refutet & confundat eum, non peccavit: ita etiam non peccant pii doctores si diaboli præstigiis quibus doctrinam coelestem obscurare & eripere ex oculis piorum conatur adacti cogantur propter veritatis defensionem & diaboli confutationem & confusionem inusitatis verbis & formulis uti, quæ non impiæ non falsæ nec a scriptura alienæ multo minus contrariæ sunt. Igitur metuendum ne aliud subsit αἴτιον & hic quoque verum sit illud poetæ: manet alta mente repostum: Judicium Celsitudinis Tuæ &c. Sic denique consideratur postremus articulus ex circumstantia actionis cum Beato: An impie fecerit & obedientiæ debitæ accusari possit Beatus, quod cum ei a ministerio silentium imponeretur solum autoritate sine ullo verbo DEI talem servitutem recusans non obtemperaverit sed cogitarit sibi tam esse mandatum a DEO ut aliis docendi Evangelii arguendi & monendi datum: & ideo DEo magis obtemperandum quam hominibus & magis conscientiæ rationem quæ soli verbo DEI innititur habendam quam commodi sui ex gratia & obsequio tantorum amicorum. Lutherus eum absolvit inquiens: Dominus non judicabit hominem ex aliorum fide sive pauci sint sive plures, sed ex propria conscientia ut ea in suo verbo credit instituta & convicta est. Ex his spero Celsitudinem Tuam & piam prudentiam Vestram non solum statum controversiæ intelligere, sed etiam pro sua pia prudentia controversiam ipsam dijudicare posse & simul se munire contra omnem speciem & fucum ad perstringendos oculos judicii compositos. Non autem offendat V. Celsitudinem & p. p. quod a pluribus eruditione autoritate præstantibus & magnis donis ornatis solus oppugnatur Beatus: Hæc enim omnia non patrocinantur injustitiæ & erroribus, nec minus damnant virum, quam ea Christum Salvatorem nostrum damnarunt. Nec cogitare V. Celf. & p. p. debent, eum in veritatis confessione ita unum & solum esse, ut fuit persona solus coram Commissariis. Reservavit enim sibi DEUS multos doctissimos & præstantissimos Theologos & viros, qui non curvarunt genua sua coram Baalim sacramentario & inique egerunt in testamento filii DEI, sed zelo ardenti flagrant pro eo multi quorum non postremi sunt clariss. & sancti viri & domini D. David Chytræus & Johannes Wigandus quorum sententia publice constat contra librum Dantiscanorum ministrorum congruens cum sententia Beati. Horum & aliorum ratio habenda est ne damnati in Beato causam habeant huc non revertendi & causæ patrocinium suscipiendi contra Ministerium Rostochianum. Audio quidem prætendi quod Beato in introductione sit serio interdictum nomine Celsitudinis Vestræ ne faceret publice pro concione causæ Lubecensis mentionem, id, primum ut credam adduci non possum cum sciam a Celsitudine Vestra alienum esse præscribere Spiritui S. modum quo uti debeat in veritatis professione, deinde si sane aliquod hujus factum sit, arbitror concernere temeritatem levitatem & studium provocandi alios & ferendi lites non necessarias, nullo autem modo intelligendum esse de necessaria veritatis assertione & defensione existimo. & ut maxime factum esset errore sive dolo, tamen certo scio Tuam Celsitudinem & piam prudentiam absoluturas Beatum, quod ejusmodi mandata ut piis Magistratibus non competunt ita pios & constantes Pastores & Ministros animarum non obligent, DEO etiam magis obediendum quam hominibus, & Cæsari dandum quæ Cæsaris sunt & DEO quæ DEI sunt; Quod autem afferunt de usu Papistico & nescio quo alio calumnia est carens omni candore & pudore. Primum enim jam urgemus verba & rem ipsam significatam accipite & comedite & bibite quam quisque alius. 2. Deinde nunquam pani & vino a nobis benedicitur nisi quando certo constat de usurpantibus. 3. Adhibetur a nobis ea cura & diligentia ut de panibus non plures deponantur nec de vino plus calici infundatur quam opus esse pro numero communicantium ut vocatur. 4. Denique in concionibus publicis pro occasione de Sacramento coenæ verba facientes, omnem abusum damnamus inculcantes solum eum quem filius DEI instituit & mandavit ut comedatur in pane verum corpus & in vino bibatur verus sanguis Christi. Impudens ergo & bono Viro indigna calumnia est. Non di-

to wohlhergebrachte, auch super bona fide & justissimo titulo *wohl* fundirte Possession, *und geruhigem Besitz, ja auch Ewres* Syndici *und anderer* Doctorn, *so in* Controversiis Academicis *geschrieben, selbst eigene Bekandtnussen, davon ihr gleichfals einen* Extract sub Litera B. *zu empfangen habet. Und* protestiren *wider das andere, widerwærtige ungegründete Vorgeben, so an obgezogenen und andern mehr Arten und* Passibus, *in erwehnten* Responsis Academicis, *und anderen dergleichen Schrifften enthalten, und Uns zu einigem Nachtheil angezogen, oder bey obangedeuteten Vorhaben mehr* de facto attentirt *werden möchte, zum allerfeirlichsten wollen in solch Vorgeben, nichtige unwarhafftige* propositiones, assertiones, *Eingriff und* Attentata, *nicht alleine keines weges gebehlet, sondern dieselbe öffentlich hiemit widersprochen und* contradicirt, *auch Unsere rechtliche Nothdurfft so wohl Uns als unsern Nachkommen dagegen vorbehalten, und besser maß Rechtens* reservirt *haben. Wir bedingen aber daneben, daß Wir beyderseits* Academiæ Patronis *an ihren Gerechtigkeiten (so von Unserem* Cancellariat *und* Jurisdiction *gnugsamb unterscheiden) insonderheit aber dem Hochwürdigen Hochgebohrnen Fürsten Herrn Adolph Friederichen, und Herrn Hans Albrechten, Coadjutorn deß Stiffes Ratzeburgk, Hertzogen zu Mecklenburg, Unsern freundlichen lieben Vettern, Brüdern, und Gevattern, an I. I. L. L. Landes-Fürstlicher* Superioritæt *keinen Eintrag zu thun, sondern nur Unser Stifft, als ein absonderlich Glied, dem heiligen Römischen Reich immediate* unterworffen, und demselben zugehöriges Cancellariat, *wie auch die* Universitæt *Rostock, als welche man aller* Superioritæt *der Hertzogen zu Mecklenburg gæntzlich* eximirt, *bey ihrer Freyheit ohne jemands Nachtheil zu* conserviren, *und zu* tuiren *gemeint seyn. Wünschen auch Unsers Theils nichtes mehr, als daß die gute* Universitæt *zu Gottes Ehren, und Fortpflantzung aller löblichen Künste, insonderheit aber, Unser reinen allein seligmachenden Lehre, und Glaubens, nach Anweisung Gottes Worts und der waren Augspurgischen Confession, bey ihrem Flore u. Wolstandt erhalten, mit düchtigen geschickten Lehrern besetzt, und also der Jugend zum Besten in gutem Wolstand jederzeit gefunden werden möge. Wöllen auch Unsers theils auß guter* Sinceritet, *und Fürstlicher* Affection, *und keines andern Gesuches halber solches, und was Wir mehr ersprießliches vermögen werden, so viel an Uns seyn wird, zu befordern, nichts erwinden lassen; Begehren demnach an Euch hiemit gnædig, ihr wöllet hinfüro alles dasjenige, was zu Schmælerung Unserer Hoch, und Gerechtigkeit und hergebrachten* Jurisdiction, (*dabey sich die* Universitæt *bißhero wohl befunden, und Unsers Wissens nirgend mit beschweret worden, auch wider Recht ferner nicht beschweret werden soll*) *gereichen möchte, Ewres Theils gæntzlich abschaffen und zu Unserm* Præjudicio *nichtes veranlassen, oder einræumen, damit Wir nicht nobt haben mögen, wider fürgebende Eingriffe, Uns anderer erlaubter Mittel zu gebrauchen. Daran erstattet ihr die Gebürnuß, und Wir verbleiben euch hiemit hingegen mit ferneren Gnaden zugethan*

und gewogen. Datum *Butzow* d. 23. Julii a. 1621. 89. Generoſe Nobiliſſime ac Strenue vir Cæſarei in his oris exercitus Dux bellicoſiſſime. Quemadmodum rumor de exercitu ad hanc quoque Provinciam & urbem appropinquante ſumme graviterque omnium animos perculſit: ita abs te Dux generoſe, eundem duci, illique præfectum eſſe inaudivimus, metus ille, ut TE, a pietate, manſuetudine, literarum literatorumque amore commendatiſſimo omnia moderante, nobis, (quantum motus bellici ſinunt) tranquillos eſſe liceret. Nec, quæ tua eſt Dux Generoſe pietas & prudentia, aliud nobis polliceri poſſumus. Quare & te his literis noſtris ſupplicibus adimus, ſummoque obſecramus opere, *ita omnia moderetis, ne civitas hæc Muſæque noſtræ quibus illa hoſpitium præbet, & quæ ſeceſſum tranquillitatemque poſcunt, turbentur.* Stagiras in gratiam Præceptoris reſtituit; Jeroſolymis propter occurſum & interceſſionem Pontificis, perpercit; *Pindari* ædes, quas Muſæ inhabitarant, diripi vetuit, ejusque familiam conſervari mandavit *Alexander Magnus.* Non minora a Te Dux generoſe, cui & Academia & urbs hæc aliquandiu hoſpitium præbuit, nobis promittimus, quod ut ne nos falſos animi habeat, oramus, ſi exoramus, æterna Tibi trophæa, deprædicationibus noſtris erigemus, omnique officiorum genere proſequi non deſinemus. Vale Dux Generoſe & feliciter rem gere. *Dabantur* Roſtochii 3. Non. Novembr. Anno MDCXXVII. T. G. Addictiſſimi Rector & reliqui profeſſores in Academia Roſtochienſi. *Joh. Quiſtorpius* ſcripſit. 90. *Ad Ferdinandum II. Imperatorem ob Immunitatem a Militum Præſidio.* Invictiſſime Imperator Domine clementiſſime. Quam primum Majeſtas veſtra ad Sublime Imperii faſtigium felicibus auſpiciis evecta eſt, fortunatiſſimam ſe judicavit Germania, cui ſub Tutela & moderamine tam auguſti Herois ætatem agere, divini numinis indultu liceret. Sicuti enim inferior hic mundus a coeleſtibus corporibus, præcipue a ſole, pendet, qui primas tenet inter ſidera; Ita Salutem ac vitam ſuam Respublicæ populusque Germanicus ab Imperatoria Majeſtate exſpectant. Deus qui Monarcharum illuſtres animas ad imperandum naſcendi, ſorte deſtinavit, hanc illis curam commiſit, ut quæ ad populi externam commiſſi incolumitatem pertinent, proſpiciant, & quæ ex uſu publico ſunt, ad ea flectant curam providentiæ ſuæ & paternæ ſollicitudinis. Majeſtas veſtra huc uſque gloriam, totius orbis voce decantatam, qua illam ipſam ſuam magnitudinem ſuperat, omnibus indulſit benigne, nulli unquam bono, ſubmiſſe petenti denegavit. Hac fiducia Imperator Maxime & Auguſtiſſime, nos quoque, in angulum Septentrionis ad littus Maris Baltici rejecta imperii portio, ſede quidem ultima & obſequioſa & devota animorum ſubjectione non poſtrema, ad Majeſtatis veſtræ pedes deponimus humiles noſtras & ſupplices preces, rogamusque, ut ſalutaribus Clementiæ ſuæ radiis, tanquam orbis noſtratis ſol ſalutifer affulgere dignetur, Ducatui, huic Academiæ Megapolitanæ, urbique quæ illi hoſpitalem ſedem & patrocinium præbet, ac utriusque civibus perculſis & ſubmerſis propemodum inopinata belli calamitate, quæ velut noxium aliquod ſydus univerſam hanc provinciam afflavit. Patiatur Majeſtas veſtra, Muſas noſtras affictiſſimas, & Civitatem, (quæ per nos interpretes ire ad interiorem aulam & Majeſtatis veſtræ auguſtiſſimum conſpectum affectare auſa fuit,) experiri benignitatem illius vultus, abs quo nullus unquam probus triſtior receſſerit, nec hodie quisquam vivit literatæ gentis clementior Moecenas. Nihil affectuoſius deſiderant, nihil impenſius expetunt, quam *ut a militum in Civitatem receptione immunes, in tranquillitatem reponi, & quieta pace gaudere poſſint.* Cujus ſui voti ſummam, o utinam per omnipotentis Dei miſericordiam & Majeſtatis imperatoriæ clementiam conſequi illis daretur! Sic & Deus optimus maximus, qui inferna coeleſti ſuo Numine gubernat, Majeſtatem veſtram omni copia virtutum, gloriæ ac facultatis abundare & proſperrima ſanitate florentem, quam diutiſſime cœtui mortalium intereſſe, ſuoque imperio ſua eſſe patiatur. 3. Januarii Anno 1628. *Pet. Lauremb. D. Prof. P. & juſſu Rectoris & concilii facult.* 91. *Ad Ducem* FRIDLANDENSEM: *ne civitas & Academia Milite Præſidiario gravetur.* Celſiſſime Dux, Princeps illuſtriſſime, Domine clementiſſime. Quemadmodum orientem ſolem, religioſa veneratione adoraſſe dicuntur Perſæ; ita cum reliqua Germania Megapolis quoque noſtra Celſitudinem tuam velut Sydus aliquod longe lateque diffuſis radiis effulgens, hactenus eo permovit Celſitudinis tuæ ſplendorem, & decus clementiæ per præclara facinora partæ, ut non ſolum Te Principem, ad omnia laudum & virtutum exempla genitum fateantur; ſed & geſtiat unusquisque Celſitudini Tuæ gratulari, de tanta felicitatis & honorum acceſſione. Itaque & nos, veluti nulli cedimus in ſubmiſſa animi promptitudine & devota erga Clementiam Tuam obſervantia ſic neque in hac parte cæteris decuit eſſe inferiores. Precamur Celſitut. Tuæ quidquid proſperitatis a Deo Potentiſſimo votis expeti poteſt. Precamur etiam & confines exoptamus, ut Celſit. qua clementia & favorabili affectu quo hactenus proſecuta eſt bonas literas, quæque earum promæ condæ ſunt, Academias, quique Academiarum Antiſtites ſunt & Profeſſores dignetur uti adverſus noſtras in hac Sarepta Balthica habitantes Muſas, quantum illæ ſibi & periculum & damnum non ſolum metuerint hactenus, ſed & indies perſentiſcant ab importuna & minime exſpectata hominum militarium præſentia, qua velut fructu quodam decumano hæc Provincia quaſſatur, id Celſitudo Tua multo rectius intelligit, quam nos fando explicare poſſumus. Excellens illa Celſitudinis Tuæ virtus & præclara benignitas, quam tot gentes expertæ ſumma laude prædicant, animum nobis addidit, ut *per hos Reipublicæ noſtræ civicæ delegatos tum Academiæ tum civitatis hujus, quæ Academiam ſinu ſuo huc uſque benigna fovit, ſalutem & incolumitatem Celſit. Tuæ ſupplici voce commendare auſi fuerimus; obſecramusque, ut ille penes quem apud Cæſareum Exercitum ſumma eſt, ita omnia moderetur, ne intra civitatis hujus moenia mili-*

militibus Hospitia assignentur, & Musæ, quæ secessum & quietem jusserint, turbentur. Bona spe freti, non irritas futuras apud Cel. Tuam preces nostras, quicquid a Musarum nostrarum nunc temporis afflictissimarum sorte explicari potest, id omne mutabit in spem gratiæ & Celsitudinis vestræ. DEUM omnipotentem, Principum ac Regionum Præsidem supplices veneramur & obsecramus, ut Celsitudinem Tuam omni prosperitate & honore exornatam, exoptata & prolixa valetudine frui permittat. Fecit Petr. Lauremberg *jussu concilii.* 92. *Ad D. Matth.* HOE *ab* HOENEGG, *concionatorem Aulicum Electoris Saxoniæ; ut Elector ap.* CÆSAREAM MAJESTATEM PRO URBE ET ACADEMIA INTERCEDAT. Reverende & Nobilissime Vir, Domine & amice honorande. Belli præsentis calamitosa contages, qua aliquandiu infelix Germania exarsit, non ita pridem nostram quoque Megapolin invasit acerbe & lamentabili fato non solum urbes, oppida, pagos plerosque accendit noxia flamma, sed etiam quod ex hoc incendio concitatum est damnum, ad Academiæ hujus subsellia usque grassari cepit, dum ea urbs, in qua per aliquot annorum Centenarios tuta grataque omnia egerunt Musæ Varniades, non potuit immunis servari a publica illa calamitate. In his angustiis positi viri prudentes, qui sedent ad clavum Reipublica hujus civicæ, constituerunt facere, quod vulnerati solent, qui salutarem opem ab his petunt, in quorum manu & potestate est morbum convenienti Medicina aut tollere, aut saltem mitigare. Itaque miserunt Delegatos suos ad Sacram Majestatem Cæsaream abs qua summa nostræ salutis & unicæ incolumitatis spes dependet, non secus ac membrorum a capite, iidem venire discupiunt in augustum conspectum & alloquium Sereniſſimi vestri Electoris, quo Principe majorem neque sincera christianitas veneratur, neque sol hodie videt. Scimus Rever. & Nobilissime Vir, Te, tum apud Cæsarem, tum Electorem esse intimioris admissionis: Scimus & pectori illi tuo vere nobili nihil antiquius quidem, ut bene mereri possis de bonis omnibus, ornare rem litterariam, juvare seminaria Eruditionis ac pietatis, qui ipse eruditione & pietate nulli es secundus; cujus præclara de his virtutibus fama, uno hoc Germanico orbe claudi nescia, ad extera quoque regna penetravit. Itaque arbitrati fuimus, ex re esse *tam Academiæ quam urbis, ambire benevolentiam tuam, prius hunc gradum nobis parare ad impetrandam petitionis nostræ facilem audientiam, apud potentissimos illos Heroes.* Facies Tu Nobilissime vir, ut ne spes, quæ de virtute & humanitate tua concepta nobis est, vota nostra frustretur, & ut Academia hæc se Tibi plurimum obnoxiam fateatur. Si quid & in tenuitate nostræ conditionis proficisci posset, quod tibi viro in tanto rerum culmine constituto iterum offerri nobis quodque gaudio aut usui esse possit, id summa animi promptitudine & pro lubenti pollicemur. Vale vir Rever. Nobil. & in publicum emolumentum rei Christianæ & litterariæ feliciter ac diutine superstes maneto. 3. Jan. an. 1628. 93. *Ad Cancellarium Cæsareum Dn.* a STRALENDORF: UT URBS ET ACADEMIA A MILITE PRÆSIDIARIO TANDEM TRANQUILLÆ FIANT, *supplicatoriæ Literæ.* Generosissime & nobilissime Vir Domine & Fautor Honorande. Quod tam occupatum & gravem virum alloquio litterarum nostrarum convenire ausi fuimus, id intempestive quidem diligentia videri posset, sed benignitas tua, generosæ suæ indolis memor, non minus juris nobis esse patietur apud se, quam cuique bono in Patronos Musarum libertas literaria permittit. Nulla est vox generose cancellarie, qua testari satis possimus, ad quantas incitas redacta sit hæc urbs cum incolis & accolis; hæc Academia cum Alumnis suis, ob ærumnabilis belli calamitatem, tempestatem, qua velut eluvie universæ hæ regiones indies submerguntur? Nisi DEus aliquis *ἀπὸ μηχανῆς* auxiliari sua ope effulgeat, & salutem nostram ex ingenti hac plaga sauciatam reconciliet, nemo nostrum rebus suis poterit superesse. Fruimur vero amabili hac opinione & spe opima pascimus animos nostros, fore, *ut per Clementiss. Majestatis Cæsareæ indulgentiam liceat nobis tranquillos, & a præsidiarii militis receptione immunes in posterum esse, ut honestam quisque sedem, in Academia juxta ac urbe tueri, & industria nostra promovere porro possimus bonam frugem studiosæ juventutis.* Ad impetrandam hanc voti nostri summam ab Imperatoria Majest. quæ quanti faciat hujus Tui pectoris dotes raras ac admirabiles, & nos bene novimus, & Romani imperii ambitus jam dudum expertus fassusque est. Si favor tuus & beneficus affectus adjumento nobis esse dignabitur, devinciet sibi Academiam hanc tum urbem memoria beneficii sempiterna. Ignosce Heros generose, quod tam intemperanter tua benignitate utimur, certeque Tibi persuade, si ad beneficam illam voluntatem quam tua sponte veris bonis litterarum cultoribus deferre soles, aliquid in cumulum accesserit, ex hac nostra petitione; daturos nos summam operam, ne te collati favoris & opis in afflictissimam Musarum nostrarum Cohortem unquam pœnitere possit. Æternus ille hominum sospitator faciat, ut felicissime rem geras & prosperrime ætatem continues in seros annos. 3. Jan. Anno 1628. 94. Ad Ducem Jo. Alb. & ad Frider. transmissa ab Acad. Rostoch. *Nachdem Anno Christi Incarnati 1627. im Monath Augusto,* HANS GEORGEN VON ARNIM *Hertzogen* ALBERTI *Ducis Fridelandiæ & Saganæ, Generalis Ducis Exercitus Cæsareani, Feld-Marschalck von der Marcke Herr, mit grosser Krieges-Macht in diese Provinciam Mecklenburg eingefallen, und dieselbe an allen Orthen eingenommen, und verderbet; auch folgenden Jahres, den 24. Martii die beyden Fürsten von Mecklenburg,* ADOLPH FRIEDRICH *und* JOHANNES ALBERTUS *durch Kayserliche Commissarios zu Güstrow ihres Landes entsetzet, und in Exilium vertrieben, folgens auch die gantze Provincia, Herren* ALBERTO, *Duci Fridelandiæ & Saganiæ vom Kayser* FERDINANDO II. *erblich eingeraumet, und viele Beschwerung und Betrübtnissen in dieser Stadt Rostock sich zugetragen, dahero den Academia Rostochiensis das ihrige neben ihren Gliedmassen auch empfunden, und insonderheit als 1630. den 1. Octobris die Kayserliche Reutte-*

rey in dieſer Stadt über 1000. Pferde, mit gewapneten Reutern eingekommen, und daſs alte Marckt uff der alten Stadt und den Mittel Marckt uff der neuen Stadt, auch das Hopfe Marckt voll Curaſſirer gehallen, und dieſer Univerſitæt membra, ſo wohl auch die Bürger gæntzlich diſarmirt, und THEILS PROFESSORES AUCH ANDERE GLIEDER ACADEMIÆ DEN BÜRGERN GLEICH BEY FÜNFF SECHS UND MEHR REUTTERN MIT WEIBERN UND JUNGEN AUCH PFERDEN DURCH OFFENTLICHEN ZWANG IN IHRE HÆUSER EINNEHMEN, MIT SPEIS, HOLTZUNGEN, LIECHTEN UND ANDERN TRACTAMENTEN UNDERHALTEN MÜSSEN, UND EIN EHRBAHRER RATH MIT ZUZIEHUNGE DER 100. MÆNNER SICH VIELFÆLTIG BEMÜHET, DAS DER UNIVERSITÆT VERWANTHEN, ALLE ONERA DEN BÜRGERN DIESER STADT GLEICH TRAGEN SOLTEN, *als hatt Rector und Concilium allerley Weg und Mittel vor die Hand genommen* IHRE IMMUNITATES ZU ERHALTEN, *warumb den auch iſt vom Ehrw. Concilio geſchloſſen, die damahligen Tractaten umb mehrer Nachrichtigkeiten willen bona fide in d'ſs Copeien Buch einzuverleiben zu laſſen, damit die Liebe Poſteritas ſich daraus zu erſehende u. zurichten hatte, auch hinführo Academiæ jura & Privilegia zu vertheidigen und zu erhalten haben möge. Vber die vorige Kriegs-Beſchwehrung iſt noch dieſes darzu gekommen, daſs* JACOBUS VARMEIER, *ein Civis Academiæ, den Commendatorem Cæſarei Exercitus ſupremum* HINRICH LUDWIG VON HARTZFELD, *in ſeinem Gemach getötet und mit einem Beil das Haupt abgehauen, und mit ſich hinweg genommen, wodurch der Academiæ viel Beſchwehrungen verurſachet, ſelbige abzuwenden, ſein auch entſchuldigungs ſchreiben an ein und ander abgegangen welche man auch anhero geſetzet, wie folget: Concilii Supplex libellus ad Illuſtrem Dn. Proprincipem,* ALBERTUM WINGERSKY *&c. ob* INQUARTATIONEM. *Wohlgebohrner Herr Statthalter, Gnædiger Herr. Wie gantz einſtændig Wir eine zeithero für Uns und Unſere* Jurisdiction *angehörige ſæmtliche membra, durch Unſere Deputirte* ſollicitiren *und* ſuppliciren *laſſen, daſs dieſelben mit der Einquartirung verſchonet bleiben, auch diejenigen ſo ſchon darein begriffen,* liberiret *und erleuchtert werden möchten, ſolches wollen E. G. ſich mit mehrern gnædig erinnern. Ob nun wohl Gnædiger Herr Uns von Obriſten* von Hartzfeld *eine* Salva Guardia *ertheilet, wir auch von E. G. dafür Wir unterthænig danckbar, guten Beſcheid und Vertröſtung bekommen, So vernehmen Wier doch glaubwürdig das etlich Leuthe, mit den Gedancken umbgehen ſollen, wie ſie zwiſchen den* Profeſſoribus *und anderen* Membris Academiæ *einen Unterſcheid machen, und alſo eine Drennunge und* diſimembration *in Unſerem* Corpore *zu Wercke richten mögen, Wann aber Gnædiger Herr in ſolche gefæhrl. Drennunge und* diſmembration *vermöge Unſers geleiſteten Eide und Pflichten nicht verwilligen können, dieſelbige auch der* Academiæ *ubralten Privilegien, Freyheit und* Exemtion, *wie auch Unſers Gnædigen Fürſten* reputation *und Hoheit zuwidern laufft. Alſs gelanget an E. G. Unſer demüthig Bitten, dieſelbe wolle ſich wegen Röm. Kay ſ. May. alſs von welcher dieſe* Academia *und deroſelben* Privilegia *und* immunitates dependiren, *wie denn auch an ſtatt Unſers Gnædigen Fürſten und Herren alſs Unſers* Patroni clementiſſimi ſich der Academiæ und deren incorporirte Glſedmaſsen annehmen und E. E. Rath und Bürgerſchafft dieſer Stadt, *wie Sie den mit ihrer hochanſehnlichen* authoritæt *wol thun können*, dahin anweiſen, daſs ſie die Academiam und deren angehörige ſæmpliche membra, wie von alters ungetrennet, ihrer privilegien geruhlich genieſſen laſſen, und mit der EINQUARTIRUNG UND ALLER DAHER RÜHRENDEN MOLESTIAM ÜBERSEHEN, UND VERSCHONEN SOLLEN *in mehrer erwegunge, daſs uff Anordnung der Röm. Kay ſ. May. in dieſem gantzen Kriegsweſen noch nie einige* Academia *mit einqwartierung beſchwebret, auch die Zahl der Perſohnen, welche in Zweiffel gezogen werden wollen, gantz gering iſt, daran befödern E. G. ein Chriſtl. Werck, welches die Academie zu rühmen auch um E. G. in ihrem Gebet ſchuldig erfunden werden wollen.* Roſtock d. 12. Oct. 1630. Paulus Tarnovius M. Rector & Profeſſores. 95 *Literæ Concilii Roſtoch. ad* MARTINUM MAXIMILIANUM GOLTZEN VON DER CHRON *poſt interfectum Dn.* VON HARZFELD. GENEROSE DOMINE, SUPREME LOCUM TENENS, MAGNANIME & Clemens Domine; Ad Tragici illius facinoris memoriam, quod præteritum Sabbati diem Urbi huic, ejusque tum præſidio tum incolis atrum & nefaſtum reddidit, & exhorreſcimus nos Rector & reliqui Academiæ Roſtochienſis Profeſſores, ut debemus, toto pectore, & omnes nobiſcum ſine dubio, Utriusque Reip. literariæ & urbanæ cives, percelluntur animo & defixi ſtupent, imoque ex Corde congemiſcunt. Cæſum ſcilicet apud nos Chriſtianos, in urbe Germaniæ in conclavi ſuo, inter ſuorum fidiſſimorum militum pene manus certe excubias, Cæſarii præſidii Gubernatorem, peritiſſimum militiæ ducem tot qui bella, qui acies tot evaſerat, eumque non ſimplici ſaltem morte perditum, ſed immani auſu repetitis ictibus laniatum, & avulſo humeris ablatoque capite mutilum ſine nomine relictum, ut ferme ſupra humanam fidem eſt: ſic, ferus ac ferreus ſit, oportet, qui non admiratione, & pavore, & luctu proſequatur. Qua ipſa in re tamen cum omnes pro atrocitate facti graviter afficiantur, tum præcipue luctuoſa videtur fors ipſius Academiæ quæ ante hac facinoris hujus autorem in membris ſuis habuit, ut proinde incertum ſit, an ipſa de facto magis dolere debeat, an de authore magis erubeſcere, & ſane non ipſi erubeſcendum modo, ſed etiam metuendum foret, ne facti hujus tam atrocis, a putrido Academiæ membro perpetrati, invidia gravetur nomen totius corporis Academici, in tua imprimis, generoſe & clemens Domine, toties ſpectata jam prudentia, & diſcretio, tantum nobis innoxiis a ſe promitterent præſidii, quantum iisdem periculi, ſuo facto reus attraxiſſe videtur. Tu quidem Generoſe & Clemens Domine, ſæpe apud nos maximi in momenti rebus opere ipſo demonſtraſti prudentiam & virtutem tuam, Præcipue tamen nuper hoc ipſo in negotio, teſtatam eam feciſti, ſingulari & nunquam non memorando documento

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cumento eum in tanto tam inopinato casu, & exorta inde commotione, ubi nihil erat mali, quod non etiam optimi, & innocentissimi quique formidare cogerentur, eam adhibuisti moderationem, ita compescuisti militarem violentiam, sic direxisti omnia immortalis DEI beneficio, ut nemo incolarum, quorum fidelitatis hic ipse funestus casus, & quies in eo publica, illustre iterum argumentum exhibebat, vel leviter vulneraretur, sine omni omnium hominum caede, sine ullo ferme sanguine transigeretur res tam atrox, & solo facinoris autore investigato, captoque, sedata statim fuerint omnia & ad tranquillitatem revocata pristinam. Quam ob causam qui dubitare non possumus? Clementiam tuam, quæ, quod difficillimum est, in primo illo impetu tam moderate & æquabiliter omnia gubernavit, nunc etiam, quod debet animo, juris nimirum & justitiæ tenore, omnia esse intuituram & proinde publicam communionis causam a privati culpa segregaturam, nec unius noxam ac furias assignaturam ipsi Academiæ ipsiusque civibus sive membris, qui ab omni non solum crimine, sed etiam suspicione criminis quam longissime absunt nec minus devovent perpetratum maleficium, quam ipsa Tua generositas. Nulla quidem communio tam sancta est, quæ non improbos interdum cives habeat, sed in quovis splendidissimo, etiam & Augustissimo ordine malefici quandoque reperiuntur, ita sane qui ipsum DEI filium ad crudelissima tormenta & mortem crucis proderet, nonne in filii DEI Schola nomen suum professus est? adeo verum est, vitia sunt ubi homines, interea tamen id sanctissime provisum, ut quisque suo periculo insaniat, suo periculo quisque nocens sit, ne maleficia quenquam præter autores teneant, neve latius grassetur poena & supplicii metus, quam delictum fuerit progressum. Sic sancivit DEUS, cujus illa lex est, *non interficientur patres pro filiis, nec filii interficientur pro patribus, quisque pro peccato suo morietur.* Deuter. 24. v. 16. Sic docet naturalis ratio, ex cujus præscripto, Jctus *Crimen*, inquit, *vel paterna nullam maculam filio infligere potest, nam unusquisque ex suo admisso forti subjicitur, nec alieni criminis successor est, vel constituitur.* Ea propter etiam nos indubitato confidimus, Clementiam tuam Generose & Clemens Domine, prout decet tam prudentem & peritum virum, cui hæc aliaque ejus generis plurima, Rectitudo mentis, ultro sine aliena admonitione subjicit, non esse propter facinoris hujus, atrocissimi licet, invidiam, de pristino suo favore erga nostrum ordinem, quicquam remissuram, sed ut antea, ita nunc etiam non minus gratia & autoritate sua affecturam esse in noxiis Academiæ membris ipsique Academiæ, in qua hoc perpetuo constanterque docetur, non cæde & proditione Ducum aut Principum, sed prece & supplicatione fideli averti poenas divinas, & in spe & patientia arma Christianorum consistere. Id quippe de clementia tua, Generose Domine, promittit nobis, ut exposuimus, cognita tuæ Generositatis æquitas & juris observantia, & Favor erga Literatos, hancque Academiam ante hac non semel ipso opere demonstratus, pro quo immortales ei & debemus & habemus gratias. Nihilominus tamen putavimus non abs re fore, si, nunc etiam hoc nomine tuam Generositatem humiliter adiremus devotis nostris precibus, & memorem, quod ajunt, moneremus. Proinde Generose & Clemens Domine, Clementiam tuam, qua debemus & possumus animi submissione iterum obsecramus, habeat de meliore nota commendatam sibi, simul cum tota Urbe, Universitatem & Clementi suo favore pristino nos omnes foveat & complectatur, atque adeo solum nostrum ordinem contra injustam violentiam & oppressionem protegat, licentiam vulgarium militum, qui his diebus in Studiosos & ministros eorumque pallia involasse dicuntur, ne turbarum & querelarum detur occasio, mandato suo compescat immunitatem a receptione militum sive inquartatione, ut vocant, impensisque militaribus, quam defunctus jam Dominus Præfectus militaris, dum viveret, nobis professoribus nostrisque quatuor ministris publicis, eam nobis illibatam conservet, &, si ullo pacto fieri potest, quod etiam atque etiam petimus, juxta voluntatem nostri illustrissimi Principis &c. rescripto declaratam, ad reliqua quoque Academiæ membra gratiose extendat; denique fratrem fraterni Criminis, ut omnino speramus, insontem Doctorem Theodorum Varmeierum, qui propter suspicionem aliquam in custodia militari detentus fuit, clementer respiciat, rationemque ejus, quam decet, gratiose habeat. Quæ nostræ humillimæ & submissæ preces, ut æquitati omni ex parte sunt consentaneæ, ita etiam ut a tua Clementia, Clemens & Generose Domine gratiose exaudiantur, iterum atque iterum devote contendimus, summique id beneficii loco & habituros & deprædicaturos nos esse cum tota Academia spondemus & pollicemur. Rostochii VIII. Calend. Februar. Anno ∞ IↃCXXXI. Generosam Vestram Excellentiam submisse colens Rector, & reliqui in Academia Rostochiensi Professores. RECTOR ACADEMIÆ JOANNES QUISTORPIUS: *Theologiæ Doct. Professor & Ecclesiastes. Hoc publicum programma prædictus Mag. Rector Collegii Philosophici Tabulæ affigi curavit 22. Januarii die anni 1631. quando Generoso & Nobili Domino* HEINRICO LUDOVICO AB HARTZFELD *Exercitus Cæsarei Duci strenuo, a* JACOBO VARMEIERO *in conclavi caput amputabatur.* Publice significo jam jam a Generoso & Magnanimo Domino *Martino Maximiliano Goltzen von der Chron* Cæsarei apud nos exercitus præfecto mihi per delegatos indicatum esse, rumore constante & indiciis minus dubiis cædis & homicidiis commissi authorem notari *Jacobum Varmeierum.* Quod si quis sciat, apud quem ille deliteat, id actutum significet, & si fieri potest, in area collegii majoris sistat serio ab omnibus contendo, secus qui secerit, suo is jumento & sibi & nobis omnino attrahet periculum 22. Januar. Anno 1631. sub sigillo Academiæ. *Crudele hoc & luctuosum facinus, cum circa horam matutinam septimam a* JACOB VARMEIERO *perpetratum ad horam 8. in publicum dimanavit, paulo vero post reus criminis in* PLATEA *quæ vocatur* SCRINIARIORUM, *sub Georgii Roseleri* p. m. *viduæ domuncula in cellario, quo fugerat & delitescebat, deprehensus, & in custodiam hujus*

urbis

urbis publicam PORTÆ LAPIDEÆ *(der Dwenger genannt) ductus est, idque cum totius urbis & Academiæ maximo commodo, cum utrique Reipublicæ periculum ingens internecio vȝ civium & incolarum, ac direptio bonorum a milite vulgari ex indiciis non obscuris imminere viderentur. Statim etenim ubi certus autor atrocis hujus facinoris repertus, & in carcerem introductus fuit, singuli cives utriusque Reipubl. a suspicione cædis liberati sunt, turbæque ob eam rem constituerunt. C. D. m. pp. Obwohl bey Lebzeiten des Herren von* HARTZFELDES, *so wohl auch beym Herren Statthalter* WINGERSKY *Academia Rostochiensis vielfæltigmahl für die Professores auch andere Glieder derosel ben, so nicht Professores, durch mich* GEORGIUM DASENIUM, *und andere mier adjungirte extra Concilium Personen sich bemühet u. beflissig gestritten, daß das gantze Corpus Academicum nicht von ander gerissen, sondern bey sammen gehalten bleiben möchte, so hat doch ein Ehrsamer Rath u. hundert Mænner so viel zu wege gebracht, und sich dahin bearbeitet, daß nicht* ALLE SONDERN DIE PROFESSORES GANTZ FREY ERKLÆRET *wie solches nachfolgende Copia Proprincipis* D. WINGERSKY *ausweiset: Obwohl die Academia und deren Gliedmassen, samt und sonders vermüge ihrer habenden Privilegien, auch neulich von ihre Fürstl. G. Herr Hertzog zu Mecklenburg, Friedland und Sagan erhaltenen Concession mit der Einqwartierung und anderen Krieges Pressuren und molestien billig zu verschonen, so befindet sich doch anietzo bey nothwendiger Underhaltung derer in Rostock zur defension wesender* Soldateſca *dergleichen und so viel Auſgaben, daß sie alle gesambt vor dißmahl nicht befreiet bleiben können, alß werden die Professores Fürstl. Ræthe, und derer hinderlassenen Wittwen alleine, der Einquartirung und Contribution,* DIE ANDEREN MEMBRA ABER DIE UNIVERSITÆT, SO KEINE PROFESSORES SEIN, ZWAR DER EINQUARTIRUNG ENTLEDIGET, DOCH ALSO, DAS DAMIT DEN BÜRGERN UND GANTZEN GEMEINE IN ETWAS ZU HÜLFFE UND UNTER DIE ARME GEGRIFFEN WERDE. SELBIGE NON PROFESSORES MONAT UND WOCHENTLICH, WELCHES IHRER DISPOSITION ANHEIM GESTELLET WIRD, ETWAS COLLECTIREN UND ES DURCH DEN MAGNIFICUM PRO TEMPORE RECTOREM, IN DEN GEMEINEN ZULAGSCASTEN, IHNEN UND IHREN HABENDEN IMMUNITÆTEN OHN VERGREIFLICH AUS GUTEN FREYEN WILLEN OHNFEHLBAR EINANTWORTEN *mügen, und weil dieses bey disen schweren Leufften nicht zu endern ist auch in exemplum nicht trahiret oder pro actu possessorio angezogen werden soll, verhoffet man sie zu Erhaltung guter Correspondentz und Stadt einigkeit sich dessen nicht verhoffentlich zu difficultiren haben werden. Signat. Rostock den* ⅔. *Jan.* anni 1631. *Röm. Kayſ. May. Obrister und Fürstlicher Mecklenburgischer gevollmechtigter Stattbalter. Albrecht Wingersky.* 96.

1633. *Ad* ALBERTUM *Ducem Megap. Coadjutorem Episcop. Razeburg. &c. de* POSTULATIS CENTESIMIS. *Durchleuchtiger Hochwürdige Hochgebohrner Fürst E. F. G. sein Unsere unterthænige und gehorsame Dienste bestes Fleisses zuvor Gnædiger Herr. Obwohl E. F. G. Wier mit jetzigen Unseren Anliegen auff E. F. G. jüngst unter dato den 13. des ietzabgewichenen Monaths Septembris dises Jahrs Unß angefügtes Schreiben, so wir in Unterthænigkeit empfangen, der von Unß und der gantzen* Universitæt *Anverwanthen begehrter* Contribution *halber, allerunterthænigst nicht hetten anlauffen wollen, weil demnach Unser Ayde und Pflichte damit Wir dieser E. F. G.* Universitæt *verwandt ein solches von Unß erfordert, Wir es auch sonsten vor der Posteritæt nicht zu verantwortten hætten, so zweifflet Unß nicht E. F. Gn. auch, welche bißanhero Ihrem hochrühmlichen Anherren, löblichen* Exempeln *zu folgen, diese* Academiam *vnd dero Gliedmassen gnædig angesehen, daß Wir dieser E. F. G.* Universitæt *Freyheit und Gerechtigkeit gnædig verbitten, und Dero* Privilegia *weiter in Gnaden zu* manuteniren *begehren, solches Unß ungnædig nicht vermerckhen werden. Vnd werden E. F. G. allen Zweiffel außgesetzt, noch in gnædigem frischen angedenckhen tragen, was angeregter* Contribution *halber schon von* anno 1621. *hero zwischen weyl. dem auch Hochwürdigen Durchleuchtigen und Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn* ULRICHEN Administratorem *des Stieffts Schwerin, &c. Christlicher Gedæchtnuß und E. F. G. wie auch dem vielgeliebten Herrn Bruder, Herrn* ADOLPH FRIDERICHEN, *Hertzogen zu Mecklenburg &c. Unsern auch gnædigen Fürsten und Herrn, und dann ferner der Königlichen Majest. zu Denenmarckh vor diesem underschiedlich und endlich den* 6. Januarii *und* 9. Martii *des 1624. Jahres, wie auch weitter 1626. vor Wechsel-Schrifften abgegangen, und darinnen eingeführet,* welchergestalt die Academia und dero Membra in E. F. G. Erb-unterthænigen Stadt Rostockh einhalts des Ersten Fundation und Privilegii pontificii, als eintziger Fundamental-Satzung, wier auch den darauff Anno 1563. und ferner erfolgten theuer erlangten uhralten und von E. F. Gn. und Dero hochrühmlichen Herrn Vorfahren gnædig confirmirten Compacten wohlhergebrachten geruhsamen Gewehr und Besitzes, von solchen und dergleichen Contributionibus entfreyet, Unß auch dabenst Unserer der Academien geschwornen Ayden und Pflichten erinnert, und interdicirt, nichtes zu verhengen dadurch berührter Academien, und dero Gliedmassen Privilegia, Freyheiten, und Immunitæten, auch in disem abermahligen Contribution punct, oder sonsten in einigen Weg könten oder möchten geschwæchet und geschmæhlert werden, *maßen solches die desfahls unter dato den 23. Julii und 20. Octobris, Anno 1621. wie auch am Abend Martini 1623. und dann den 21. Januarii des 1624. Jahres an Unß abgegangenen Fürstl. Schreiben ferner außweißen, über das erinnern E. F. G. sich gleichfahls gnædig, welcher gestalt Dieselbe nebst Dero vielgeliebten Herrn Brudern, Unserem auch gnædigen Fürsten und Herrn, gegen Ihr Königl. May. zu Denemarck sich freundvætterlich unter dato den 26. Martii des ohnlæng st abgelauffenen 1622. Jahres dahin erklæret, daß Sie den Anno 1621. am Kayserl. Kammer-Gericht angestellten Appellation-Proceß und darauf*

den

den 13. Monats Decembris selbigen Jahrs extrahirten *auch* insinuirten *Kayserlichen* Inhibition, *Kayserl. Majest. zu Ehren, ihren gebührlichen Lauff lassen, und darwieder die* Academiam *nicht beschwehren wollen, welchen zu folge auch E. F. G. E. Ritter- und Landschafft in der den 27.* Febr. anno 1623. *überreichten* Supplication *sich gleichfahls erkläret, der Kayserlichen abgegangenen und* insinuirten Inhibition *biß zu gerichtlicher Erörterung oder güthlichen* Accommodation, *ihren Lauff zu gönnen, und die* Academicos *nicht zu* graviren, *und wirdt ohne allen Zweiffel ermelte Ritter- und Landschafft sich wohl erinnert haben, wie* Anno 1572. *von E. F. G. hochlöblichen Herrn Vettern und Vorfahren, Hertzogen* ULRICHS *zu Mecklenburg &c. Christmildreichen Gedächtnuß, eine Land-*Contribution *angekündiget, daß* alle Academici als ein eximirtes und privilegirtes Corpus *darunter nicht verstanden, weniger womit* gravirt, *sondern nur diejenigen* Professores *und* Membra Academiæ *damit allein beleget worden,* welche bürgerliche Nahrung getrieben. *Es haben* auch so wohl I.K. Maj. und Dero Soldateſca, wie auch Ihro K. Majestæt in Schweden glorwürdigster Gedæchtnus, nicht allein alle Academias in Teutschland, sondern auch diese E. F. G. Universitæt und Dero Membra bey wæhrender Unruhe wider die uhralten fundationen und darauf erlangte Compactata, Privilegia, und Freyheiten, nicht graviret, vielmehr aber mit Guarnisones und Contributionibus gnædigst verschonet, und dass dieselben womit solten beschwehret werden, durchaus nicht verhengen, auch bey ihren uhralten wohlhergebrachten und confirmirten Privilegiis allergnædigst manuteniren wollen, *u. können wir auch wohl wieder diejenigen, so dieser* Contribution *halber bey E. F. G. ehemahls Anregung gethan haben mögen, warhafft bezeugen, und darthun, daß Unsere* Salaria *gantz geringe sein, ja derselben in vielen Jahren nicht habhafftig worden, Unß und die Unserige deßwegen gantz kümmerlich in diesen geschwinden Læufften erhalten müssen, die anderen* Membra Academiæ *betreffend, darunter mehrentheils Prediger und Schueldiener seyn, haben dieselben thails von ihren gantz geringen und in vielen Jahren nicht erlangten* Stipendiis *nicht so viel übrig, daß sie sich mit den ihrigen solten erhalten können, die übrige der* Universitæt *Gliedmassen, derer doch gantz wenig vorhanden sein, können das ihrige dazu sie bey anderen Leuthen berechtiget sein nicht erheben, sondern weil sie dienst- und nahrloß sitzen, müssen sie das wenige und übrige was sie noch haben, gleichergestalt gæntzlich zusetzen. Dessen allem ungeachtet aber haben wir Unß gleichwohl, wie schwer es Unß auch gefallen, der allgemeinen Hülffe niemahlen entzogen, sondern wann solche* Collecten *angeordnet, dem Rath zu Rostockh, und dero Burgern gleich, welche ihr* quantum *auff die* bona immobilia *mehrentheils schlagen und einliefern, von Unseren* bonis immobilibus, *Einhalts der alten* Concordaten *und* Formulæ Concordiæ contribuirt. *Tragen auch demnach zu E. F. G. die unterthænige Hoffnung, dieselbe solches gnædig bewertzigen, und nicht verhengen werden, daß wier wieder solche der* Universitæt *Freyheit,* duplici onere, *vor andern unbefreyeten* Laicis Civibus Rostochiensibus *in solchen und dergleichen Fællen solten beschwehret, und wider den* tenorem Bullæ Fundationis, Formulæ Concordiæ, *und uhralten* Compactata *darauff erlangten gerechtsamen Besitz, und vornehmlich wider die Kayserl. ertheilte und* insinuirte Inhibitionem, *und Ew. F. G. gnædig erwehnte Erklærung,* lite adhuc pendente, *derer so wohl Ihre Königl. Majestæt auß Dennemarckh, besag Deren dermahlen an Ihro Kayserl. Majestæt abgelassenen Schreiben, wie auch vor hochermelten Hertzogen* ULRICHEN, *gewesenen* Administratoris &c. *gleichfalls am Kayserlichen Cammer-Gericht, sich angenommen, in was Schein es auch geschehen könte,* prægraviret *werden; weil dann Ew. F. G. sich dieser* Academien *je und allezeit Dero hochlöblichen Vorfahren und Anherrn rühmblichen* Exemplis *nach gnædig und Fürstlich angenommen, auch Dero* Privilegia *gnædig* defendirt, *und löblich* tuirt, *und aus obbewehnten allen gnædig bey sich* consideriren *werden, daß Unß vermög Unser Ayden, und Pflichten, damit wir der* Academien *zugethan, und da wir es anders vor der künfftigen* Posteritæt *verantworten wollen, gebühren thut, dieser E. F. G.* Universitæt *und Dero Gliedmassen* Immunitates *und* Privilegia *bey allen Begebenheiten E. F. G. unterthænig zu Gemüthe zu führen, und der* Academien *besorgendes Unheil und hoch*præjudicirl. sequelas pro posse & nosse *zu verbitten und zu* avertiren. *Alß ist an E. F. G. Unser unterthænigstes Bitten, es geruhen Dieselbe solches alles gnædigst zu erwegen, auch solchen unsterblichen hochrühmlichen Nahmen Ihren Hochgeehrten Herrn Anherrn nach, erhalten, und Unß sambt allen* Membris Academicis *bey dieser E. F. G.* Universitæt *erlangten uhralten* Privilegiis, *und Freyheiten, wie auch der Kayserlichen* Inhibition *und* Litis pendenz *gnædig zu schützen, Unß dahero mit den angeordneten* executiv-*Mitteln zu überſehen, und dem Proceß seinen Lauff zu lassen, auch Unser allerseits gnædiger Fürst und Herr zu sein und zu verbleiben, und wie wir Unß einer gnædigen Erhörung getröſten, so sein umb Ew. F. Gn. wir es auch mit allen* Membris Academicis, *mit unsern unterthænigen und gehorsamen Diensten hinwiederumb zu* demeriren *so willig alß pflichtschuldig. Gegeben Rostockh d. 17. Oct. a. 1633.*

97. *Literæ pro Cessatione Vectigalium Warnemündensium ab Academia & Ministerio Rost. ad S. Reginam Sueciæ & alios datæ:* Serenissima Regina Domina Clementissima! Regiæ Tuæ Majestati, vitam prolixam, imperium Suecorum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, regnum quietum, & quæcunque hominis, & Regis vota sunt, serio precamur. Quam primum Domina clementissima felicissimæ memoriæ Heros, Pater tuus, Gustavus Adolphus Magnus cum exercitu suo, in Germaniam venit, ut sub onere gravissimo gementibus provinciis & Civitatibus succurreret, omnium hæc erant vota, ut Jehova illius Conatus proveheret, & sperato eventu bearet. Nec Regiam ejus Majestatem frustra hæc molitam esse, nec pressos hæc in cassum voviſſe, res ipsa dabit,

dabit, mirantur vivi, narrabit posteritas nec tempus ullum tantorum gestorum abolebit memoriam, restabat, ut concitati motus componerentur & in quietem collocarentur omnes ii, quorum causa tanta erant coepta, incubuit Regia Tua Majestas non solum in illam curam, ut id fieret, & fructum horum omnium, quotquot Germaniam incolunt sibi promitterent: sed & missione suorum Legatorum effecit, ut speratum eventum prospicere videamur, quem ut potentissimus rerum omnium moderator clementissime largiatur calidis votis precamur. Quoniam autem in Regiæ Tuæ Majestatis manu positum est etiam nos qui hanc Civitatem inhabitamus, qui in ea scientias, artes & linguas profitemur, qui Dei verbum in illa docemus & sacramenta administramus, felicitate ea, quam totus Christianus orbis expectat beare; supplices eam adimus, clementissime nos respiciat, quod faciet si telonium quod hactenus Warnemundi exactum est, cessare jusserit. Expectavimus avidissime diem illum, quo nobis ea frui liceret felicitate, qua ante hos motus bellicos gavisi sumus. At si illud telonium non cessaverit, frustra nos fuisse, non solum auguramur, sed plane scimus, verteretur florentissimum hoc olim Rosetum, in dumetum desertissimum, Civitas, cui à primis suis incunabulis per mare cum Regni Suecici incolis commercia fuerunt, suo sibi succo vivere, intra paucos annos exspirare, & illud Poetæ: Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens gloria Dardanidum ingeminare jubebitur. Quæ Regiæ Tuæ Majestatis est Clementia, nos id ipsi supplicamus: Te submisse rogamus, supplicibus succurre, jacentes erige, agonizantes conserva, & ab interitu vindica. Ad Regem Judæorum pientissimum Davidem in angustia constituti, ære oppressi alieno, & qui amaro erant animo confugiebant, & ab eodem admittebantur. Ad pedes tuos, Regina Sereniſſima, quæ pietatem Davidis æmularis, itidem in angustia constituti, ære oppressi alieno & amarore animi hujus Civitatis Inquilini supplices devolvuntur, in tua Clementia omnis illorum spes est posita: fac, quæ Davidis pietatem imitaris ut benignitate & supplices juvandi promptitudine eundem vincas, Deus Ter optimus maximus Regiam Tuam Majestatem omni gloriæ & felicitatis copia abundare, animi & corporis dotibus florentem, Regno, subditis & orbi Christiano quam diutissime superesse clementer patiatur. Rostochii Pridie Non. Martii 1647. Regiæ Tuæ Majestatis subjectissimi, devotissimi Superintendens, Pastores & reliqui verbi divini ibidem Ministri.

2. *Ad Dn. Comitem Axelium Oxenstiernum Cancellarium Sueciæ.* Salutem a Jehova. Illustrissime Comes Dn. Clementissime, illam quæ tuo priori splendori accessit Comitatis dignitatem quamque sublime illud ingenium, judicium excellens, melliflua & flexaminis illa tua suada, & a te non solum in regnum Sueciæ, sed & universam Europam collata beneficia, merebatur, tibi gratulamur, ut non sine dignitatum accessione, Tibi, generi & posteritati tuæ propria & perpetua sit faxit, qui moderatur cuncta Deus. Quamvis autem dignitatis, in qua positus es culmen a te compellando arcere nos posset: Tua tamen cum summis virtutibus & excellentia conjuncta humanitas & supplicibus succurrendi deprædicata promptitudo facit ut prodire ausimus. Domine clementissime da nobis qui patriæ nostræ sortem dolemus & Civitatis, in qua nos constituit Deus, hanc veniam, ut ejus tibi miseriam exponere & Tuam opem implorare liceat. Flamma illa belli, qua tota Germania conflagravit etiam hanc corripuit Civitatem: incendium restinguere, & ut ex cineribus resurgere incipiat efficere potest, quo res hujus Civitatis redactæ sunt, ut ne illis quidem qui in templis & scholis qua Regia qua triviali docent, stipendia ab aliquot annis persolvantur: Cui de suo vivere non licet, illi animi moerore aut fame pereundum est, aut aliunde quo se suosque sustentet quærere necesse habet. Vidisti olim Illustrissime Domine Civitatem hanc ceu Corpus vegetum & nitidum, eadem si hoc tempore tibi conspicienda daretur Sceleton & Cadaver esse appareret. In lacrymas erumpit Nehemias quando ipsi desolata Hierosolymæ facies, & misera conditio exponitur: quod nempe in malo & opprobrio sint illam inhabitantes & ejus muri disrupti, & portæ succensæ relinquantur. Arbitramur & illos qui Rostochium ut nunc est contuentur, cum priori ejus flore committunt, a lacrymis sibi vix temperare posse. Penes te illustrissime Comes est ut nobis paulatim ad amissum nitorem redire liceat. Patere te nostris precibus moveri: fac telonium, quod hactenus Warnemundi exactum est, quiescat, & quæ annos hos septendecim cessarunt cum exteris commercia repetantur. Eo pacto reflorescere incipiet Civitas & Academia, quam pene unicam belli injuria in Germania reliquam fecit, servabitur, Ministerium gemere desinet, quæ dilapsa apud nos jam diffluxerunt vincientur & hæc tibi Domine post Deum soli accepta referemus. Quem ut ad misericordiam flectat Deus, Te, tuamque prosapiam florentem perennare faciat optamus. Vale Domine Clementissime, & quod in tua manu est hanc Civitatem, Academiam & Ministerium Ecclesiasticum serva. Rostochii prid. Non. Martii An. 1647. Tuam Celsitudinem devotissime Colentes Superintendens, Pastores & reliqui verbi divini ibidem Ministri.

3. *Ad Dn. Legatos Suecicos Osnabrugenses.* Salutem a Jehova. Sereniſſimæ Reginæ Regnique Suecici Illustrissimi Domini Legati Domini venerandi, impudentiæ accusari possem, qui denuo vestræ beneficentiæ fores pulto, sed vel vobis ipsis arbitris me absolutum iri spero: Patriæ amor hanc mihi imperat audaciam, quid non amore patriæ egere Codrus, Curtius, alii, qui propter illam mortem oppetiere? Quid non vos Domini devenerandi patriæ vestræ amore agitis? ut eam amplietis, & in summa dignitate collocetis, proh quantos in vos suscepistis labores! quot quantasque devoraſtis & superaſtis difficultates? Patria mea est quæ me ab Infantia multis cumulavit bonis, illius periclitatur salus, hanc illo quo possum modo adjutum eo. Si eam ab interitu pecunia qua destituor, si viribus & robore corporis, quod penes me non est, si vita, quam lubentissime pro ejus salute profunderem, illam juvare possem,

possem, recte ejus res se haberent. Quare, quum his destituar mediis utor illis quibus possum. Initio Deum precibus, ut illam ab interitu vindicet, quotidie sollicito. Deinde eos in quorum manu post Deum positum est adeo. Vos Dominos magnos oro, rogo, supplico, ejus miseram sortem ad animum admittite. Exile est, quod inde in amplissimum Sueciæ regnum redundat, si vectigal Warnemündense continuatur, Magnum infinitum damnum est, quod ex ejus Continuatione Rostochium experitur. Salus & interitus ejus ab illo pendet: Salus quantum quidem humana prospicit prudentia, si aboletur, interitus, si exigi pergit. Ipsi considerate, an illam pessum ire velitis Civitatem, quæ a tot centum annis cum vestra patria Suecia commercia exercuit, quæ tot mille ingenia in artibus & linguis imbuit, quæ sibi a vestra patria tot informandos commissos, doctiores ad vos remisit, quæ hodie omnibus fere vel subversis, vel vix spiritum trahentibus pietatis & eruditionis officinis, aliquo modo supererat, qua sublata vitam extrema per omnia ducentes Universitates desolantur, studia sopiuntur. Respicite quæso officinam hanc, servate quod nobis in promptu est, urbem & quæ in ea sedem suam fixit Academiam. Bene de religione, bene de studiis, bene de his qui eruditionem amant, bene de nobis omnibus merebimini, quos quantisper Rostochium stabit benignitatis exhibitæ habebitis prædicatores. Valete & supplicem ne repellite. Rostochii prid. Idus Junii An. M Ioxxxxvii. Vestrarum Illustrissimarum Excellentiarum devotissimus Johannes Quistorpius D. Theol. Facult. Senior & Superintendens. 4. *Ad Sereniss. Reginæ Sueciæ Plenipotentiarios Osnabrugæ.* Sereniſſimæ Reginæ, Regnique Suecici, Illustrissimi, Domini Legati, Domini venerandi. Quæ aliquot hos annos proximos totius orbis Christiani fuere vota & preces, ut sedatis vehementibus illis motibus bellicis, omnia componerentur, in squalore jacentes provinciæ & Civitates amisso suo nitori redderentur, & cives cum indigentia & miseria conflictantes eluctarentur; ea & nos, qui in hac Civitate sacra administramus, imis ardentissimisque votis juxta cum nostris auditoribus publice & privatim a Deo precati sumus. Nec frustra nos summum Numen sollicitasse & ejus clementi dispositione, Deorum terrestrium interveniente opera, amissæ pacis spem affulgere coepisse, læti inaudivimus. Quæ dum sitimus, dum anhelamus bona, ecce, nuncius ille ad nos affertur tristissimus, quando pax reliquos Germaniæ incolas beabit, & eriget, nos eo infortunio mactatum iri, ut telonium Warnemündense porro exigatur. O miseram hanc Civitatem, o nos qui eam incolimus, infelicissimos, nisi Vobis Illustrissimi Domini aliam Deus mentem inspiraverit, vosque eo cogitationes vestras flexeritis, ut ab hoc malo liberemur. Per nos Deum rogamus, respicite hanc ad incitas reductam Civitatem: respicite nos, qui pro vobis & vestra felicitate calidis precibus Deum hactenus sollicitavimus; facite, ne spes quæ nos antehac bona fovit, decollet; facite ne speratum nostrum gaudium in luctum ac lacrumas convertatur. Tulimus hactenus nos, qui Templis inservimus, communem Civitatis miseriam & indigentiam: sine didactrorum persolutione nostro functi sumus officio, impendimus, insumpsimus omnia, ea spe freti, quando pax Germaniæ reddetur, hanc quoque Civitatem a telonio Warnemundensi liberatum, quæ jacuerunt commercia excitatum iri, & nos, quæ desideramus stipendia impetraturos esse. Agite Illustrissimi Domini ne deprehendamur hi, quos vana spes lactavit; agite ut hilari mente pro reddita pace Deo gratias agere possimus. Redhostimentum promittimus, pro regni vestri flore, pro vestrum omnium felicitate, & incolumitate, vota, preces ad omnis felicitatis fontem & largitorem unicum. Is vestros animos eo flectat, ut qui oratores accedimus, exoratores abeamus. Valete, florete. Rostochii 6. Februarii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo septimo. Vestrarum Illustrissimarum Excellentiarum devotissimi Superintendens, Pastores & reliqui verbi divini apud Rostochienses Ministri. 5. *Ad Dominum Johannem Adler Salvium regni Suecici Cancellarium aulicum.* Salutem a Jehova. Generose, Magnifice, Excellentissime Domine Legate Mecænas honorande. Speraveramus fore, quando pax tot votis, tot suspiriis expetita postliminio efflorescceret, Nos qui hanc urbem incolimus; qui in ea verbum Dei docemus; qui in Academia formandæ juventuti vacamus, tandem ab illis quæ octodecim annos dura acerbaque experti sumus liberatum iri. Sed frustra nos futuros auguramur, si vera illa sunt quæ rumor ad nos adfert. Nempe Telonii ad Varni-Ostium exactionem continuatum iri vix inducimur, ut famam vera ad nos detulisse arbitremur: quippe qui nobis in memoriam revocamus glorioſissimæ recordationis Suecorum Regem Dn. Gustavum Adolphum, quum ipsi circa Noribergam cum exercitu hærenti pro hac Civitate ab Academia & Ministerio nostrate, literæ supplices offerrentur, spem de telonio abrogando non obscuram feciſſe. Illa nos spes hactenus sustentavit, illa fecit, ut meliorem nobis sortem promitteremus. Vir Magnifice te rogo, effice ut solida nobis sit hæc spes. Est post Deum, in Illustrissimi Domini Comitis Oxensternii, & tua manu positum, facere ut quod vovemus appareat. Permoveat Te rogamus initio miserabilis hujus Urbis facies. Exhausta illa est, & vix amplius spiritum trahit; Milites præsidiarii quos hactenus alere coacti sunt Cives numne, quod ipsis reliquum fecerat exiens Civitate exercitus Cæsareus, abstulerunt? Colligere iisdem ex mercimoniis hoc tempore parum licuit, propterea quod exteros telonium a nobis arcuerit, & nautæ nostrates soli omnia illa pendere necesse habuerint, quæ in Thesaurum telonii sunt illata. Meditati & hi sæpius sunt suum a nobis discessum, spe liberationis hactenus manserunt: Verum si continuabitur illud onus jurant se hinc in vicinam Daniam concessuros, ibidemque domicilia fixuros. Quod si fiet, dimidiam nunc partem, incolis orbata civitas, prorsus desolabitur, & nostratium per tot centum annos cum regno Sueciæ exercita commercia cessabunt. O luctuosissima posteritati nostra, quibus hæc contigerunt, tempora. Permoveat te porro

porro Academiæ noſtræ conditio, corruere hanc oportet, Civitate a qua dimidia Profeſſorum pars alitur, corruente. Vaſtatæ ſunt ferme omnes Germaniæ Academiæ Orthodoxæ, noſtra hactenus mediocriter ſtetit, licuit nobis in illa fingere juventutem quæ deinceps linguas, ſcientias, artes & ſanam doctrinam in Germania & vicinis regnis doceret & defenderet. Academia hæc ſi cum reliquis ſubvertetur, quid aliud quam barbariem, ignorantiam, defectum orthodoxias defenſorum expectare habemus? Stagiras in gratiam Præceptoris reſtituit, Pindari ædes, quas Muſæ inhabitare putabantur diripi vetuit ejusque familiam conſervari juſſit Alexander Magnus. Paria de te Vir Magnifice, qui & noſtras aliquando Muſas ſalutaſti, nobis promittimus. Permoveat te denique totius noſtri Miniſterii quod per me loquitur ſubmiſſa imploratio. Unus Pontifex Jaddus a Jeroſolymis avertit excidium gentilemque hominem exoravit, & noſtrum Tredecim a vero Chriſtiano id non impetraremur? Patere te noſtris precibus vinci, Eſto nobis apud Illuſtriſſimum Dn. Comitem Dn. Oxenſtern interceſſor, pervinci ſe ut ſperamus patietur. Compellarem illum, niſi me ejus ſublimitas terreret; Vale cum Illuſtriſſimo Dn. Comite, & uterque ut hactenus feciſtis rem bene agite. Roſtochii anno 1647. 6. Februarii. Generoſiſſimam T. Excell. ſubmiſſe colens Johannes Quiſtorpius Theol. D. ejusdem Facultat. Senior & Superintendens.

98. *Durchl. Hochw. Hochgeb. Fürſt gnædiger Herr. Auff E. F. L.* Mandatum *auff die drey inſinuirten Fragen ſampt derſelben Verantwortung* D. *ich* Lutkemanni Archidiaconi *zu Roſtock thue E. F. L. unterthænigſt* notificiren: 1. Quid moriente homine corrumpatur? *Was da, wenn ein Menſch ſtirbt* corrumpirt *u. zu nichte gemacht werde. Darauff* D. Lutkemann *antwortet, nicht die* forma *und* materia *des Leibes (denn die Seele iſt unſterblich, und iſt davon die Frage nicht) ſondern etwas unterſchieden von der* Forma *und* Materia *des Menſchen.* Reſp. *Gn. F. und Herr dieſe Antwort und Vorwenden iſt falſch und unrichtig, ſintemahl freilich die Geſtalt und der weſentliche Leib des Menſchen* corrumpirt *und zu nichte gemacht wird, nach dem ausdrücklichen Wort Gottes* Gen. 3. C. V. 19. Terra &c. item Eccleſ 2, 7. *daher ſich Job ſeines nichtiges Leibes Aufferſtehung tröſtet* C. 19, 25. *Dieſe und dergleichen Sprüche hætte billig* D. Lutkemann *ſollen bedencken, u. nicht klug bei ſich ſelbſt ſeyn, höher denn das geſchrieben ſtehet.* Rom. 12, 17. 1. Cor. 4, 6. *Wie nun das* Antecedens *ſeines* Enthymematis *irrig und falſch, alſo auch das* conſequens *ſo Er ſetzet, und doch nicht anzuzeigen weis und kan, was dis* tertium hominis (*der allein aus Leib und Seel beſtehet*) *für ein* ſubſtantiale *ſey. Auf die 2. von ihm gethane Frage: Ob Chriſtus zur Zeit ſeines Sterbens und Todes ein wahrer Menſch geweſen ſey? Antwortet Er* D. Lutkemann *mit Nein, allein gantz irrig und falſch. Denn nachdem das Wort iſt Fleiſch worden* Joh. 1, 14. *alſo iſt zugleich ein wahrer Menſch worden, wiewoll ohne Sünde, iſts und bleibts auch in Ewigkeit. Wie nun der erſte Irthum dieſes Doctoren mit den* Photinianern *übereinſtimmet, die da fælſchlich vorgeben, es werde nicht der Menſch ſo begraben worden, ſondern nur* ſimile quid *etwas dergleichen aufferſtehen wider die klaren Worte Jobi, alſo auch dieſer ander iſt der Euthychianer und Schwænckfelder irrige Meynungen, die da ertichten, alſs wenn die Menſchheit Chriſti iſt von ſeiner einwohnenden Gottheit verſchlungen worden, alſo doſs Er nur das euſſerliche Anſehen gehabt, alſs wenn Er ein Menſch, welches wieder die klaren und wahren Wort Chriſti* Luc. 24, 36. 39. Act. 20, 26. 1. Joh. 1. *Das dritte alſs wenn am Jüngſten Tage nicht der menſchliche Leib mit ſeiner Seel vereinigt würde auffſtehen, ſondern etwas unterſchiedenes von Leib und Seel, iſt gleichfals ein pur lauter Unwahrheit. Denn* e. g. Maria Magdalena, *von welcher der Herr 7. Teuffel ausgetrieben,* Luc. 7. & 8. *die wird traun mit ihrem wahrhafftigen und natürlichen weſentlichen Leibe ſo woll als alle andere Menſchen aufferſtehn, aber wie auch andere Chriſtgläubige mit einem verklærten Leibe krafft der Schrifft* Phil. 3. 21. 1. Cor. 15, 42. 45. *Dieſes Gnæd. Fürſt und Herr habe E. F. Gnaden auff ihr gnædiges* mandatum *aus dem geſchriebenen Wort Gottes das allein gewis iſt und lehren kan, zur Antwort geben und überſenden ſollen. Hiemit E. F. Gnaden ſampt allen den L. ihrigen hoch anverwandten göttlicher Obacht treulichſt befehlend. NB. Brandenburg den 17. April 1649. Ew. F. G. Unterthæniger am Gebett und Wort Gottes* M. Caſpar Wagener σὺν Θεῷ *Superint. daſelbſt.*

99. *Durchleuchtiger, Hochwürdiger,* 1649.
Hochgebohrner Fürſt, gnædiger Herr, Für E. F. G. und des gantzen Hochlöblichen Fürſtl. Hauſes Mecklenburgs zeitliche und ewige Wohlfarth iſt mein andæchtiges Gebeth zu Gott dem Allmæchtigen ſtets bevor. Gnædiger Fürſt und Herr, E. F. G. gnædiges Befehl den 11. Aprilis an mir abgehend habe ich mit gebührlicher unterthæniger Reverentz wohl empfangen, auch die beygefügten Fragen, ſo Doctor *Lütkemann,* Profeſſor *und Prediger zu Roſtock* publice ventiliret *und* defendiret, in timore Domini *durchgeleſen. Wobey ich mich erinnere, daſs Er die* 2. quæſtion, *als welche am gefæhrlichſten iſt, und Unſern Hochverdienten Erlöſer und Seeligmacher Chriſtum angehet, nicht allein zu dieſem mahl im* Philoſophico, *ſondern auch ſchon vorhin in ſeinem* Collegio Theologico proponiret, *und deren* Negativam *mit* rationibus *daſelbſt beſtærcket hat. Weil denn dis eine gefæhrliche weit ausſehende* quæſtio *iſt, die vor dieſer Zeit bey den* Scholaſticis, *ſo Sich an allerhand unnützen und unnötigen Fragen beluſtiget haben, im ſchwange gegangen, und nirgend gut zu iſt, nur daſs ſie fromme einfæltige Hertzen ærgert, und in ihrer Einfalt verwirret, dieſelbe auch Gottes Wort, unſerm Glauben, und Augſpurgiſchen Confeſſion zu wieder lauffet; Als thun E. F. G. hochlöblich und Fürſtlich, daſs ſie ſolchen Sachen zu Verhütung gröſſern Unheils, bey Zeiten vorbauen, und* ratione officii *denſelben ſteuren und wehren, ehe aus einem Funcken ein Feuer werde. Mein einfæltiges Bedencken aber anlangend, möchte ich von Hertzen wünſchen, daſs* D. *Lutkemann bey proponirung ſolcher Fragen ſich erinnert hætte der merckliken Worte* Pauli ad Titum c. 2. v. 8. *Allenthalben ſtelle dich ſelbſt zum Vorbilde guter Wercke mit unverfælſchter Lehre, mit Erbarkeit, mit heylſamen und untadelichen Worten, auff daſs die Wiederwærtigen ſich ſchæmen, und nichts haben, daſs Sie*

von

von Uns mögen böses sagen. Item c. 3. v. 9. Der thörigten Fragen entschlage dich, denn Sie sind unnütze und eitel, auch 2. Cor. 6, 3. Lasset Uns niemand eine Ergerniß geben, damit Unser Amt nicht gelästert werde. &c. so würde Er ohne Zweiffel damit zurück gehalten haben, denn Er nicht allein Philosophiæ Professor, und auch SS. Theologiæ Doctor ist. Es mag auch nicht gelten, daß Er vielleicht einwenden möge, es hætten vor ihm solche Quæstion auch andere vornehme und tapfere Theologi moviret, insonderheit der berühmte Theologus D. Meisnerus in seinen quæstionibus vexatis. Denn derselbe nennet selbst sothane Frage: Ob Christus tempore mortis ein warhafftiger Mensch gewesen wære? Eine unnütze Frage, die nichts erbauliches in sich begreiffet. Darum billig D. Lutkemann sich solcher Frage, und deren propugnation woll hætte enthalten mögen. Und wer weiß, ob nicht der Seel. D. Meisnerus, wie ich von vornehmen gelehrten Leuten bin berichtet worden, noch vor seinem seeligen Ende, daß Er in seinen scriptis hin und wieder so mancherley philosophische quæstiones, die nur zur weitläufftigen disputation Anleitung gegeben, tractiret, und die edle Zeit damit zugebracht, von Hertzen bereuet, und daß Er daran Unrecht gethan, seinem Seel. Herrn Collegen und Gevatter Herr D. Balduino zum öfftern bekannt habe. Zudem so protestiret D. Meisnerus in prooemio seiner quæstionum, daß Er viel lieber hætte von solchen unnötigen Fragen abstehen wollen, als dieselbige moviren; aber Er sey von etlichen curiosis sciscitatoribus & contentiosis disputatoribus wieder seinen Willen dazu angereitzet worden, und habe es thun müssen. Uber das vermahnet er in Admonitione practica alle Wahrheitliebende studiosos, daß sie mit solchen u. dergleichen Fragen Ihn hinfort sollen unmolestiret lassen, alldieweil sie nicht dienlich seyn zur Erbauligkeit. Darum billig D. Lutkemann solcher unnötigen Frage, ohne gnugsam gegebene Ursachen, sich wol hætte enthalten mögen. Wir bleiben in christlicher Einfalt bey Unserm Glauben, und bekennen laut des 3. Articuls der ungeænderten Augspurgischen Confession, daß Christus, Gottes Sohn, sey Mensch geworden, gebohren aus der reinen Jungfrauen Maria, und daß die zwo Naturen, Göttliche und menschliche, in einer Person also unzertrennlich vereiniget, ein Christus sind, welcher warer Gott und Mensch ist, warhafftig gebohren, gelitten, gekreutziget, gestorben und begraben. Darum auch, gleichwie Christus Gottes Sohn ist ein warer Mensch gewesen, als Er von seiner Mutter gebohren; ein warer Mensch, als Er gelitten, gekreutziget; ein warer Mensch, als Er gestorben; also ist Er auch ein warer Mensch gewesen, als er begraben, und in den 3. Tag im Grabe gelegen. Sonsten, wenn Christus tempore mortis nicht ein wahrer Mensch wære gewesen; so wære Er auch nicht als ein wahrer Mensch begraben, und wære daher Uns armen Menschen mit seiner Begræbniß nichts gedienet: Ja, hætte Christus der Herr im Grabe auffgehöret ein wahrer Mensch zu seyn; so hætten alle Sterbende einen schlechten Trost im Tode, und müsten deswegen alle verstorbene Menschen im Grabe verflucht und verdammt seyn, welches warlich einen geringen Trost den sterbenden Menschen geben würde.

Ich für meine Person bin wol der Meinung, weil D. Lutkemann siehet, daß aus seiner Quæstion allerhand ungleiche judicia herrühren, und nicht ein gering Aergerniß bey Hohen und Niedrigen, Gelarten und Ungelarten deswegen ist gegeben worden; Es werde ihm bereits von Hertzen gereuet haben, daß Er sothane Sachen publice proponiret und bestærcket hat. Wenn Er derhalben solches gebührlich würde erkennen, u. hinfort sich besser vorsehen, und behutsamer geben; So habe zu E. F. G. ich das unterthænige Vertrauen, E. F. G. werden aus Fürstlicher angebohrner Clementz Ihn, als einen gelarten Mann, und tapfern Prediger gnædig pardoniren, und hinfort mit Gnaden Ihm zugethan und gewogen verbleiben. Sonst wære auch wol nicht undienlich, daß auff E. F. G. gnædigen Befehl und Anordnung hinfüro keine andere Scripta u. Disputationes, darinn Theologica tractiret werden, ohne Censur u. Approbation des ganzen Concilii, wie zu Wittenberg, Leipzig und andern Orten gebræuchl. publiciret und divulgiret würden, damit inskünfftige allem Unheil und Irrungen vorgebauet werden möchte. Solche meine einfæltige schlechte Meinung habe E. F. G. auff Dero gnædigen Befehl ich, als der allergeringste im Lande, in Unterthænigkeit hinterbringen wollen mit demütiger Bitte, E. F. G. wollen mein gnædiger Fürst und Herr stets verbleiben. Dieselbigen zusamt Dero Hochgeliebten Gemalin, jungen Herrschafft und Frewlein in Gottes Schutz zu langwieriger Gesundheit u. allen Fürstlichen Wohlergehen thue ich getreulich empfehlen. Datum Schwerin, den 28. Aprilis anno 1649. E. F. G. unterthæniger und gehorsamer Vorbitter bey Gott, Henricus Bilderbeck Superint.

100. Bedencken welches I. F. Durchl. gefordert über die Frage: ob man sich cum pontificiis in publicum colloquium einzulassen? Nachdem auff die, von I. H. F. Durchl. an Dero gebeimbte Herrn Rætbe ergangene, und von ihnen, wegen eines der Religion halber mit einigen auslændischen Jesuiten oder Pæpstlichen, allhie in Güstrow anzustellenden Colloquii, Uns fürgetragene Commission, wir sofort gebührender maßen mündlich geantwortet; u. denn wohlgemeldete Herrn Commissarii ferner dessen schrifftliche Abfassung begehret; So haben wir dieses in den Nahmen des Herren Jesu gebührlich abstatten und einschicken wollen. 1. Wann zuforderst I. H. F. D. Dero Hertz u. Gewissen rechtschaffen, gründ- und auffrichtiglich für Gott, der alles weiß, prüfen werden, kan der Zweck und die Ursache des erwehnten Colloquii nicht seyn indagatio veritatis. 2. Wissen wir, daß I. H. F. D. dem Gewissen nach længsthin überzeuget seyn, daß bey unser Evangel. Religion und Glaubens Bekæntnis (worin Dieselbe erzogen, und so viele Jahre durch Gottes überschwengliche Güte und Barmhertzigkeit bis hieher gnædiglich erhalten worden) alle die an Jesum Christum wahrhafftig glauben, ohne Zweiffel seelig werden können. 3. Haben wir noch neulich, so wohl vor, als nach öffentlich gehaltener Sacramentlichen Communion unterthænigst gebethen, daß I. H. F. D. gnædigst geruhen wolten, alle und jede Religions-Dubia Uns in specie zu eröffnen, so doch bißher nicht geschehen, ausser dem, was de efficacia Ministerii vorgewesen, welches aber auff gegebene satisfaction fahren zu lassen, mehr Hochgedachte 1679.

Ihro Durchl. schon für vielen Jahren, und noch jüngsthin respective schrifft-und mündlich bezeuget. Wehre nun so wohl bey vorigen als jetzigen Zustande, einig dubium de religione aut fide annoch übrig, so müste solches seyn dubium voluntarium, oder ein von selbsten gemachter Zweiffel. 4. Wegen des obhandenen Colloquii ist allhie vorher keine special-communication mit Uns geschehen (wie bis daher jederzeit in dergleichen Fällen bey andern geschehen) dahingegen die Correspondentz mit den Adversariis von hinnen und hieselbsten kund und ruchtbahr. 5. Was bisher a Pontificiis wieder die Evangelische Wahrheit, zur incrustation der Pæpstlichen Irrthümer auff-und fürgebracht, solches ist von so vielen bewehrten und gewissenhafften theils in Gott ruhenden, theils annoch lebenden Theologis Orthodoxis in öffentlich gedruckten Büchern und Schrifften zur gnüge, gründlich, und dem Gewissen nach obnzweiffentlich wiederleget: Und würden wir demnach unverantwortlich wieder bessers Wissen und Gewissen handelen, wenn wir publice evictam veritatem per novum colloquium cum adversariis ineundum, sonderlich bey hiesigem verderb-und gefæhrlichen Zustande, an diesem Orte wiederum in einigen Zweiffel ziehen wolten. 6. So hat auch den unglücklichen Ausgang so vieler bisher gehaltenen Colloquiorum die klægliche Erfahrung überall kund gemacht, dergleichen dann fürnemlich auch an diesem Orthe zu befahren. 7. Was unter andern mir D. Siricio, theils nach der refutation dessen, so der Jesuit Prætorius hieher geschicket, theils da vor einigen Jahren der Jesuit Sævenstern anhero gekommen, insonderheit wiederfahren; Solches ist I.H.F.D. erinnerlich, u. weißlich demnach nicht, wie mir zugemuthet werden könne, tertia vice in eundem lapidem zu impingiren. 8. Weilen die Adversarii Pontificii in ipso Principio nicht mit Uns überein kommen, und dan wir hievon, daß Scriptura S. a Deo inspirata, sey Norma Credendorum sola sine traditionibus (welche Ehre dem heiligen Uns seeligmachenden Worte Gottes in höchster Wahrheit und Billigkeit, alleine zu lassen, und demselben keinesweges zu nehmen oder zu entziehen) unmöglich abgehen oder abstehen können; So müssen auch daher alle Colloquia so fort im Anfange zerschlagen und zerfallen. Imo omnis congressus cum Adversariis est frustraneus & irrisorius, stante illa apud ipsos hypothesi: Rom. Ecclesia non potest errare. 9. Befinden wir nicht, daß durch vorhabendes Colloquium die Ehre Gottes u. der Seelen Seeligkeit, bey gegenwærtigen hiesigen Zustande gesuchet werde, noch werden könne, denn wenn dahin gesehen würde, so müste das sündliche höchstærgerliche Leben, dadurch der Nahme Gottes auffs greulichste gelæstert, und der armen Seelen ewiges Heyl so liederlich verschertzet wird, zu erst und für allen Dingen abgethan werden. Und ist demnach bey hiesigen Zustande und so gestalten Sachen nach, mehr geregtes obhandenes Colloquium nicht ein Werck in Gott gethan. Nun muß ja von solchen Wercken, die nicht in Gott gethan, noch in Gott geschehen, und vollenzogen werden können, ein jeder abstehen, welcher gedencket seelig zu werden. 10. Wenn Sünde mit Sünde nicht mehr gehæufft, das böse abgeschaffet, und hingegen das durch sonderbahren Zug und Seelen-Kampff erweckte propositum faciendi voluntatem Dei & emendandi vitam exemplariter aus Gottes Gnade zum Wercke gebracht, und also I.H.F.D. auffrichtiglich zu Gott bekehret, den heiligen Geist in Dero Hertzen wohnen und wircken lassen, alsdann würde von allen Dubiis de religione (die ex impietate tanquam causa pernicioſarum dubitationum & consequentis apostasiæ seu defectionis a fide herrühren) kein einiges überbleiben, sondern Dero Hochfürstl. Gemüthe (dessen wir eo casu gæntzlich versichert) in Jesu Christo, ausser welchen in der gantzen Welt keine Ruhe zu finden, hocherfreulich und seeliglich befriediget und beruhiget werden. Aus diesen und andern dergleichen ins Gewissen dringenden Rationibus (welche im Fall wir per calumnias & cavillationes malevolorum, oder sonsten dazu genötbiget werden solten, wir durch die Gnaden-Krafft Gottes, publicis scriptis orbi Christiano zu erweisen bereit und erböthig) können wir ja mehr besagtes Colloquium salvis conscientiis und ohne Verletzung unser Gewissen nicht rathen, noch demselben zustimmen, oder Uns sonderlich bey diesen Zustande und so bewandten Sachen, dazu emlassen; wiewohl wir durch Beystand des heil. Geistes den adversariis allemahl gebührlich zu begegnen, keine Scheu tragen, auch in allen Begebenheiten, so nicht wieder Gott und sein heil. Wort seyn, I.H.F.D. gebührenden Gehorsahm zu erweisen, wie von vielen Jahren her geschehen, wir uns schuldig und willig erkennen. Güstrow den 14. Junii Anno 1679. Hermannus Schuckman D. Mich. Siricius. D. Josua Arndius.

VII.

M. THOMÆ BRODERI BIRCHERODII

PROFESSORIS QVONDAM IN GYMNASIO OTHINENSI

TAVRVS SACER

SEV CVLTVS ET IDOLOLATRIÆ TAVRI APVD PLVRES GENTES,

PRÆCIPVE *ÆGYPTIOS, PHOENICES, GRÆCOS, ROMANOS, SINENSES, INDOS, SEPTENTRIONALES POPVLOS,* SPECIATIM *ANTIQVOS GOTHOS ET CIMBROS* HISTORIA. EX AUTOGRAPHO.

Petronii de Deorum cultu temerarium effatum.

Cap. I. Primum in orbe Deos feciſſe timorem dixiſti quidem, Petroni, ſed nequiter mentitus. Quos etenim tu Deos intelligis? illumne ſupremum univerſitatis dominum, quem inter alios ſuos commentitios Deos nunquam non tanquam Ducem, præſidem & cauſam reliquorum agnoverunt ipſi gentiles; quorum hoc audi teſtimonium nec chriſtianiſſimo homini erubeſcendum: Ὁ μὲν Θεὸς ὁ τῶν ὅλων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβυτερος μὲν ἡλίε, πρεσβύτερος δὲ ὀυρανὸ, κρείττων δὲ χρόνε καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης φύσεως, ἀνώνυμος νομοθέτης καὶ ἄῤῥητος φωνῆ, καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς &c. Deus ille, ait, omnium, quæ exſtant, pater & conditor, ſole antiquior, antiquior

quior coelo, omni tempore major, omni ævo superior omnique re, quæ in natura nominari potest, legislator sine nomine; quem vox nulla exprimit, nulla oculorum acies intuetur. Hic sane talis & tantus Deus ab ullo mortalium timore inventus dicatur minime, quippe qui exstitit, antequam timor aut metus in orbe fuit. An vero illos fictitios tu putas Deos, quos humana superstitio invenit & fecit demum? nec hos timor mortalium induxit ullus sed sola vitæ sustentandæ necessitas, cui per totum profecto orbem Deorum undique autoritatem adscribas tuto. Etenim post Philosophos illos primos, vel gentium Theologos dixeris potius, Hermetem, Orpheum, Linum, Homerum & alios, qui sola speculatione contenti entia, creaturas, Deitatem sunt contemplati, solis appellationibus humanis sibi & aliis servientes ad divinas exprimendum qualitates; alii & ante ipsos & in hunc usque diem mortales non tanti fuere spiritus & genii subtilis, ut in sola speculatione extra corpora potuerint acquiescere, sed aliquid desiderarunt ulterius, quod æque oculos impleret ac animos & mentes imbueret. Hinc oculos circumferentes, quicquid orbi utilissimum, illud Divinitati proximum putabant: & quia coelo nil splendidius, nil augustius, utilius videbant nihil, quippe quod terram immenso suo ambitu complectitur, imbribus foecundat, luminibus illustrat; præterea quia sustentandis animalibus nullum aliud videbant a natura paratum penu, nisi terram, hinc antiquissimum illud par Deorum, coelum & terram fecerunt. Hi sunt illi primi omnium corporei Dii, nam de mente prima nil nobis negotii;) e quorum copula reliqua sunt prognata Numina. Postea deprehenderunt mortales, non ubique eodem modo hos antiquissimos Deos, coelum terramque, hominibus benefacere; unde speciaiiora ubique naturæ munera specialiores singulis gentibus produxerunt Deos, & quicquid ubique coelum aut solum genuit utilius, id Numen factum est celerius, imo Θεοὶ ἐνομίζοντο μέγιστοι οἱ τὰ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρείαν εὑροντες, etiam maximi putati sunt Dii, qui ad res vitæ necessarias invenissent aliquid. Nilo suas messes, suas divitias, imo omnia vitæ subsidia debent Ægyptii: unde apud homines veræ religionis nescios & superstitionum avidissimos, diu sine cultu esse non potuit. Etenim omnia illa Isidis, Osiridis, Apidis, Serapidis, Hori, Canopi & aliorum Ægyptiacorum idolorum mysteria non nisi ad Nili inundationes referunt, convenienter satis harum superstitionum interpretes; & qui illis non credit, aliis credat antiquorum monumentis, quorum hoc unum est ex metallo in museis antiquariorum conspicuum, in quo Deus sanctus dicitur Nilus. Imo ipse fluvius hicce Ægyptiis Jupiter vocatur a Parmenone Byzantino, qui ipsum ita salutare haud veretur Αἰγύπτιε ζεῦ Νεῖλε. Et ex hac utilitatis occasione similis fluviorum cultus apud alios invaluit populos, Græcos, Romanos, Germanos & Phryges. Scythæ rapinis & bellis vivere adsveti, quia nihil æque sibi prodesse videbant ac gladios suos, hos sibi Deos fecerunt, & plura sacrificia acinaci dicarunt, quam reliquis Diis omnibus. Et eadem de causa armorum suorum cultus superstitiosos aliæ quoque bellicosæ receperunt gentes. Laplandis utilissimum natura concessit animal rangiferum, aliis nationibus quamplurimis ignotum, cujus mentionem faciemus inferius. Nec potuerunt illa tanta alimenti vestitus & vecturæ commoda ex uno hoc animali colligere, nisi venerationem & cultum aliquem divinum eidem exhiberent. Vide in appositis miseræ adorationis delineationibus. a) Quam sollicite erigunt rangiferorum cornua circa lapideos suos Deos & lapidibus simul & cornibus hisce humiliter supplicantes procumbunt. Nonne ipsi primi Phoenices τὰ τῆς γῆς βλαστήματα ἀφιέρωσαν καὶ θεὸς ἐνόμισαν καὶ προσεκύνεν ταῦτα, ἀφ' ὧν αὐτοὶ τε διέγνοντο καὶ οἱ ἐπίμενοι, καὶ οἳ πρὸ αὐτῶν πάντες καὶ χοὰς καὶ ἐπιθύσεις ἐποίων; terræ, *inquit*, germina consecrarunt iisque Deorum loco habitis adorationis cultum tribuerunt, quibus vitam non ipsi modo, sed ipsorum etiam posteri majoresque omnes tolerarunt, inferias & libamina perfecerunt. Non ego plura hujus generis ex scriptoribus colligere laborem, cum infinita sunt, quæ probant, quod plurima tam idolorum quam statuarum & rerum aliarum solum a gentilibus, δι' ὠφέλειαν ἐτιμήθη seu propter utilitatem venerationem sint consecuta Sed quod nostri est propositi, hanc etiam originem in orbe invenisse boum adorationem statuimus, qui eo latius totum perreptavit orbem, quo frequentius & familiarius hoc est animal omnibus ferme hujus universitatis incolis, cujus commoda & inde natum apud gentes quamplurimas cultum antequam aggrediar, foecundissimam primo ejusdem apud omnes gentes generationem nulli fere orbis loco negatam conspiciamus. II. A Gallis Parisinis si quæsiveris quamnam utilissimam censeant arborem, illi procul dubio patibulum la Greve constitutum monstrabunt, utpote sine cujus ministerio vix aliquis tutum sibi per plateas a circumforaneis impostoribus speraret iter. Sed extra jocum utilissimam omnino & maxime quæstuosam totius orbis arborem communi consensu nucem illam prægrandem putant apud Indos, quæ ex palmarum genere cocus (*) dicitur, Javanensibus Clappus, Arabibus Moro, Malabaribus Tengamara, Mallaccensibus Tricant; hinc enim cibum & potum suavissimum & copiosum, hinc merum præstantissimum, hinc vestes & stragula, hinc funes & retia, quæ Arabes كنبار Kinbaron vocant (Gol. col 2067. ad fin.) hinc vasa & omnis generis utensilia, hinc belli & venationis instrumenta, hinc ædes & tentoria, hinc contra morbos medicamina, hinc ad scribendum cortices & volumina, hinc domestici gregis, ut & foci alimenta; ut vere dixeris, hanc arborem Orientis thesaurum omni auro & gemma præstantiorem. Ab arboribus ad animalia transferamus quæstionem nostram interrogaturi, quodnam utilissimum totius orbis animal sit putan-

Utilitas plures peperit Deos.

Hinc coelum & terra primarii inter corporeos Dii gentibus.

Nilus Ægyptiis.

Alii fluvii aliis populis.

Alii pro Diis coluerunt urna.

Lapplandi cornua rangiferorum.

(a) SCHEFFER *Lapland. c.10. Figura A.*

Phoenices germina.

Arbores gentibus cultæ.

Indis inpr. nuce Cocus.

Animalia Deorum instar culta.

(*) VINC. LE BLANC *voyage &c.* ibique de incolis regni Casubi juxta Bengalam in India Orient. *Ils font mille gentilesses & ouvrages de l'arbre de Cocos comme manches, paniers, cofins, nates des diverses couleurs trés-bien agencées, cette arbre leur sert à boire, manger, se vestir & à tout autre usage & necessité des hommes.*

Impr. bos ob insignem eius utilitatem,

tandum? nec dubito, hanc gloriam bovi deferre, cujus carnibus veſcuntur mortales, lac bibunt, corio veſtiuntur, cornua ad arma & utenſilia quam plurima diſponunt, opera ad vecturam & terræ culturam utuntur præter infinita alia uſus genera, quæ ex ſingulis fere boum partibus & membris humano generi conceſſit natura. Quæ omnia noſtri nec operis nec inſtituti eſt recenſere, cum abunde de talibus congeſſerunt ARISTOTELES, PLINIUS, ÆLIANUS, ALDROVANDUS, GESNERUS, JONSTONUS, BOCHARTUS & *alii*, quos vix effugit aliquid, quod ad laudes & utilitates boum deprædicandas alicunde haberi poterit. Ceterum communi ſcriptorum imo hominum conſenſu utilius terris & uſibus humanis animal non conceſſit providentia cœleſtis quam bovem, &, quod vel maxime miror, nulla eſt totius orbis pars adeo propinqua nobis aut remota, nulla regio aut fervoribus ſolis adeo peruſta, aut ipſi polo cum frigoribus conſtricta, quin boves pariat. Quæ animalia quibus in ſolis locis gignuntur, jam dudum Æliano ARISTOTELI & *aliis* eſt memoratum. Breviter monebimus noſmet, rangiferum optimum illud ſeptentrionis jumentum & antiquis ferme omnibus, ſi non penitus ignotum, ſaltem male cognitum non niſi in borealibus iſtis ſupra Sveciam & Norvegiam ſitis regionibus Laplandia, Samojedia, Nova Zembla & forſitan in Americanis hunc ipſum polum concernentibus terris & in Groenlandicis indubitanter deſinentibus inveniri. Nec niſi in eisdem Europæ & Americæ finibus conterminis albicantes unquam apparuere urſi. Alces vaſtiſſimum & pretioſum animal, quamvis a ſeptentrione uſque ad medias ſubinde Germaniæ ſilvas excurrit, in reliquis tamen (ſi etiam Americam ſeptentrionalem exceperis,) orbis regionibus fruſtra quæſiveris. Quis Camelopardalin, elegantiſſimum animal, unquam niſi in Africa vidit? quis elephantem, rhinocerotem, tigridem, leonem, hippopotamum, crocodilum, quibus omnibus feliciter caremus in Europa, conſpexit, niſi aliunde ad ſpectaculum illatos; nam reliquæ orbis partes illos abunde alunt & alia infinita multa, quæ nunquam oculos ſubiere noſtros. Sues non habent, qui ultra Norvegiam & Sueciam ſeptentrionem verſus habitant. Sunt regiones, ubi nulli equi; ſunt, ubi nulli cervi, at totum percurras orbem licet, qua Phoeb9

Volvit inexhauſto redeuntia ſecula motu,

ubique bovem invenias a polo ad polum uſque. Habent boves ipſi ſub polo boreali habitantes Gronlandi (b) eosque optimos & pinguiſſimos; boves Islandi (c) alunt, qui præter hos, equos itidem & oves vix alia quadrupedia ad ſuos uſus educant. Foerroenſes (d) inſulares Islandis proximi præter equos & boves ſuos puſillos quidem ſed pinguiſſimos vix alia nutriunt animalia. Norwegi & Sueci præſtantiſſimos boves habent, quos in foecundiſſimis inter rupes vallibus paſcunt & ad inſignem pinguedinem educunt. Quis ignorat ſelectiſſimum Orcadenſium, Hibernorum, Scotorum & Anglorum pecus, cujus cornua prægrandia nihil niſi vaſtiſſima corpora & delicioſas carnes indicare poſſunt. Nolo jam per Europam longius recenſere Cimbricos noſtros boves ob præſtantiam ſuam Germanis & Batavis deſideratiſſimos, Boruſſiæ, Saxoniæ, Lithuaniæ, Poloniæ, Sarmatiæ, Bohemiæ, Hungariæ, Thraciæ, Macedoniæ, Epiri, Italiæ, Auſtriæ, Helvetiæ, Galliæ & Hiſpaniæ non feros modo biſontes, bonaſos, uros, buffalos aliosque, quorum hiſtoriam & differentiam in *commentariis* noſtris *de cornibus & cornutis* pleniorem damus, ſed manſuetos præterea boum ubique greges, colore, figura, magnitudine, cornibus & natura diverſos. Habent armenta ſua Cyclades inſulæque omnes in archipelago ſitæ, quæ multis fabulis proverbiisque dedere originem, ad ſcopum noſtrum nihil pertinentibus. Africa inter theſauros ſuos multa præſtantiſſimorum boum numerat genera; Ægyptios boves & Phoenicios quis neſcit PORPHYRIO, ÆLIANO aliisque ſcriptoribus multum laudatos, imo ob præſtantiam & commoda ſua multæ ſuperſtitionis autores, ut poſtea dicendum eſt nobis. Guineenſes, Congenſes, & omnes illi, qui vaſtiſſimam Oceani Mauritanici incolunt oram, greges boum alunt optimos. Æthiopes, Habeſſini & reliqui omnes ad bonæ ſpei promontorium uſque quam robuſtos, excelſos variisque naturæ beneficiis diverſos alunt boves, omnes tam antiqui, quam recentiores late deprædicant ſcriptores, ſed optime omnium illuſtris JOBUS LUDOLFUS, cui an plus gratiæ debet Africa aut Europa, haud facile dixeris, & præterea navigationes illæ Europæorum hodie ex prelis ſatis frequentes, quas dolendum eſt maxima ſui parte a nautis, militibus, & manuariis artificibus indoctis conſcriptas & collectas eſſe, qui, cum nihil legerint antea, miracula putant, quicquid viderint nec prudentiam habent ſcriptorum aut errores corrigendi aut fidem .mandi. Sed fruſtra hucusque exſpectavimus aliquem, qui ita naturalibus excutiendis itinera impenderet ſua, ac SPONIUS & WHELERUS antiquis monumentis detegendis, quamvis & OLEARIUS ex Holſatia, THEVENOTIUS aliique pauci ex Gallia, Batavia & Anglia; ACOSTA, HERNANDES, PISO & pauci plures ex Hiſpania & Portugallia inceperunt peregrinantibus in naturali ſcientia aliqualem præſternere viam, dum alii innumeri triſtis alicujus naufragii, tædioſi commercii, conjugii, ſervitii alteriusque rei indifferentis prolixo recenſu volumina & itinera abſolvunt ſua. Aſia boves gignit a boſphoro ſuo Thracico Jovis olim ſub forma bovis tranſitu, celebrato ad extrema uſque Indiæ, Chinæ & magnæ Tartariæ promontoria, quos ex ſcriptoribus recenſere nimis foret prolixum. Inſulæ ad Aſiam pertinentes Japponia, (e) Ceilonia, (f) Mollucanæ, Maldiviæ, Philippinæ, Summatra, Java & aliæ pecuariam exercent quæſtuoſam & boves alunt optimos. America pecude haud deſtituitur, quam magnam & frequentem Chilenſes habent. (g) De bobus exiimiis provinciæ Guajanæ OTTHO KEYN, (h) de aliis alii agunt, quos omnes hic enumerare piget. III. Sic per orbem ubique videmus generari boves, qui ubique easdem utilitates præbent, quæ ſane quam longiſſime omnia ſuperant commoda, quæ ex aliis animalibus domeſticis haberi poſſunt. Equus ad vecturam & bellum utiliſſimus nemini niſi Tartaris paucis forſitan aliis carnibus prodeſt ſuis. Oves præter victum

Itinerariæ præcipuæ, eorumque fœtus.

Bonis præ quis animalibus præſtantia & commoda in agricolendo.

(b) PETR. CLAUD. *deſcript. Nor. & Gronland. c.* 34.

(c) ARNGR. JON. *deſcript. Island.*

(d) LUCAS DEBES *deſcript. Ferroenſ.*

(e) ARNOLD. MONTAN. *ſcript. Jap pon.*

(f) ROD. CA *deſcr. Ca*


(g) BARLE *Braſil. p. 4*

(h) *deſcri nov. Holl. c*


A.
D.
B.
C.


F.


G.
IVLIA MAMAEA AVGVSTA


E.
H.
I.
K.
L.
M.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& vestitum nihil habent, quo usibus inservire possunt humanis. At è bobus quot colliguntur commoda attigimus superius. Inter omnia vero excellit illa ipsorum hominum adeo necessaria ad agriculturam opera ipsis olim bobus propria hodienum autem ad equos dilata simul & præterea illa, quæ olim ubique viguit triturandi ratio, hodie bobus alicubi erepta. Illis enim pars laboris est sublata, ex quo coepere homines aliis frui alimenti generibus, quam quæ ex terra elicerentur, dum ante diluvium solæ fruges erant, unde viverent mortales; quo fit, ut duriori adhuc labore exerceantur boves apud gentes, quæ carnium esu abstinentes sola terræ exspectant munera. Hinc ubi fames Ægypti invaluerat, videmus eos vendidisse Josepho omnes greges suos aut cum frugibus permutasse, quos potuerant retinere, si talibus vesci licuisset. Ergo ubi e sola viveretur terra, id æstimabatur maxime, cujus ope cultus & ubertas terræ potissimum augeri & promoveri possent: quo in negotio bovis opera quantopere æstimabatur nunc videbimus. & sic constabit, qualis tanti ubique cultus & venerationis origo fuerit. Ante diluvium idololatras fuisse, vix aliquis est qui negare audeat, at qualis fuerat illa idololatria vix conjicere liceat nobis omni scriptorum in tanta antiquitate destitutis auxilio. An eo quoq; tempore carnibus animalium vescebantur ulli, quod *fragmentum* illud suppositium *Enocho* adscriptum inter gigantum peccata recenset, ignorare cogimur. Post diluvium antiquissima ferme inter profanos scriptores est historia Ægypti quæ מורים dicta a nepote Noachi filio Chami Misraim, qui Arabibus مصر Mesra, Ægyptiis Osiris dictus, multas a patre suo Chamo sine dubio didicerat artes. Etenim quamvis & illud non satis credo, quod ex *Berosi* Chaldæi *antiquitatum fragmentis* referri solet, ipsum Chamum, cum nudum videret parentem suum, ejus virilia tacitis quibusdam & magicis carminibus ad sterilitatem perduxisse, nequeo tamen constanti scriptorum non accedere menti & tuto asserere, ipsum Ægypto intulisse magicas artes, superstitiones & idolorum cultus & ex Ægypto eadem mala tanquam ex fonte venenato in totum dimanasse orbem. Hic est magnus ille *Zoroaster*, cujus magiam & rerum naturalium peritiam, tantopere clamitant scriptores. filius autem ejus Misraim ceu Osiris firmius patriis insistens vestigiis suas celeriter terras ad suas traxit superstitiones & relicto creatore ad ipsius naturæ, cujus miracula solerti perspiciebat ingenio, devolvebatur cultum. IV. Jam orbis veniam carnibus animalium vescendi habebat & ipsi etiam Ægyptii animalia ad victum jam tum mactasse facile persuadet DIODORUS, qui tempus fuisse ait, quo Ægyptii carnibus vescebantur & pellibus animalium induebantur, quod statim post diluvium contigisse necesse est. At Misraim seu Osiris, qua erat præditus sapientia naturali, foecundissimos Ægypti agros non otiose negligendos censuit & simul ne cædes animalium crudelitati & homicidiis aperiret viam, agriculturæ adjecit animum. Huic uxor Isis erat, non minus sedula in colendis agris, quippe quæ triticum & hordeum mortalibus prima detexisse creditur eodem *Diodoro* teste. Hanc Isidem Græcorum Io fuisse cum scribunt multi & Cererem latinorum, deridentur a chronologis, qui aliquot secula utrique intercedere contendunt; sed falluntur hi & illi, qui non observant, antiquorum circa Deos suos opinionem, quos diversissimis temporibus, eosdem tamen semper apparuisse, crediderunt. Liquet ne illud satis ex sacro Ægyptiorum bove, qui stato moriebatur tempore, & postea in alio corpore bubulo apparens idem tamen Apis idem Mnevis idem Osiris credebatur. Sic quamvis plurimi præterlaberentur anni a morte alicujus Dei, idem tamen beneficium in pluribus deprehensum eandem appellationem eandemque Deitatem omnibus tribuit. Hinc observo inventionem Apidis Φανέρωσιν vocari aut novam manifestationem (si ita loqui liceat) & inde cives Lystræ Paulum & Barnabam Jovem & Mercurium salutabant, quod creditas horum Deorum virtutes hisce inesse videbant. Hic fons est, unde tot dimanarunt Joves, Mercurii, Apollines, Veneres, Cereres, Minervæ & quamplures alii, quos alio modo nullo conciliare poteris, cum tamen negotia eadem ubique fuerunt. Sic Isis, Ceres & Io diversis temporib9 prognatæ ob beneficiorum similitudinem pro una & eadem habebantur. Cum enim diversissimas novimus singularum ætates, non ideo refragari liceat gravissimis scriptorum testimoniis has Deas in unam contrahentibus. Audiamus (i) historiæ græcanicæ patrem: Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλένων γλώσσαν Δημήτηρ i. e. Isis autem Græcorum lingua Ceres est; & APOLLODORUM: (k) ἐδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἰὼ Ἶσιν ὁμοίως προσηγόρευεν h. e. constituit autem statuam Cereri, quam Ægyptii Isidem vocarunt & Io similiter nominarunt Isidem. Adde alium ex Græcis haud exigui nominis scriptorem: (l) Ὡς καὶ Δήμητρα λέγεται ἐφεύρειν τὸν σῖτον καὶ τὴν κριθήν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ παρ' Αἰγυπτίοις τιμωμένη Ἶσις i.e. sic & Ceres dicitur frumentum reperiisse & hordeum. Hæc est, quæ Isidis nomine colitur ab Ægyptiis. Quomodo autem boves potuerint adjumento esse Isidi aut Cereri ad fruges inveniendas, quod DIODORUS & *alii* tradunt conjicere nequeo. Novi Cadmo in Græciam proficiscenti Ducem fuisse bovem, qui locum condendæ urbis monstrabat, uti postea dicetur, & ex eodem genere Polybo fuisse ductorem ajunt, qui procumbens alterum terræ infixit cornu, unde fons βόκες emanabat, ita thermas in Italia cornu suo detexit taurus olim. An vero bos iste Isidis & Osiridis pascendo & inter reliquas herbas tritici aristas, tanquam optimas seligendo ipsos hujus præstantiam docuerit, & inde forsitan honorem consecutus, ut aries Lybiæ, sub cujus specie Jupiter sitientibus Bacchi sociis fontem in arenis ostendisse dicitur. Jam inventum triticum & hordeum Osiris & Isis propagare constituentes ulterius boum operam sollicitarunt. Non etenim video equos illis primis Ægyptiis magno in usu fuisse, alias sine dubio inter sacra animalia numerandos. Boves autem & robore & mansvetudine aptissimos facilius tractabant. Aratra igitur excogitarunt, quæ a bobus protracta terram ad semina excipienda aperirent. Vide quam hic inter se consonant Osiridis, Isidis & Cereris opera. Ita antiquissimus Græcorum (m) de Cerere:

Idem Deus sæpius reptus; sentatur.

Isis eadem cum Cerere & Io ob frugum culturam.

(i) HEROD. *Euterp. p.* 112.

(k) *Biblioth. lib.* 2.

(l) CEDREN. *annal. p.* 24.

(m) ORPH. *hymn. Cer.*

Ὑμνῶ

Osiridis & Isidis apud Ægyptios cultus.

DIOD. SIC. *l.* 2.

Ἡ πρώτη ζεύξασα βοῶν ἀροτῆρα τέτοντα
Καὶ βίον ἡμερόεντα βροτοῖς πολύολβον ἀνεῖσα.
Prima junxit boves aratro
Ut vitam felicem mortalibus exorsa est

(n) OVID. *l.* 5. *Metam.* Quod de eadem latinus (n) ita:

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris.

(o) *Tibullus.* Et de Osiride: (o)

Primus aratra manu solerti fecit Osiris
Et teneram ferro sollicitavit humum,
Primus inexpertæ commisit semina terræ
Pomaque non notis legit ab arboribus.

Aratri inventio disputata. V. Vindicant sibi hanc gloriam inventi apud se aratri multæ præter Ægyptios gentes aliæ, ut Siculi, Itali, Athenienses & Hispani. Siculi quidem ex Cereris apud se historia notissima, Itali ex Saturni adventu in Italiam, Athenienses ex Triptolemi apud se habitatione (p), cui demandatum fuerat a Cerere hoc officium. Hispani ex Habidis Regis quondam sui solertia, qui boves aratro domare (q) & semina terræ mandare juxta ipsos tentaverat primus. Sed horum omnium historiis antiquior est Ægyptiaca & Ebræa; unde colligimus, jam diu ante exitum Israelitarum imo ante Josephi tempora boves in Ægypto aratra traxisse. Præterquam enim, quod superius annotavimus, Ægyptios nonnisi ad labores aluisse armenta sua, luculentius patet ex mandato Divino, quod exeuntibus Judæis inter alia nunciabatur: לֹא תַחֲרֹשׁ בְּשׁוֹר־וּבַחֲמֹר יַחְדָּו (r); quod ad unguem verterunt LXX. οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόχῳ καὶ ὄνῳ ἐπὶ τὸ αὐτό: *Non arabis simul in bove & asino juxta eum*, i. e. cum bove & asino simul junctis; id quod non opus ipsos monere, nisi boum ad hoc operam in Ægypto vidissent. Ab Ægyptiis igitur desumtum cum bobus arandi morem Ebræi retinuerunt, ut ex Jobo vetustissimo scriptore patet: הַבָּקָר הָיוּ חֹרְשׁוֹת וְהָאֲתֹנוֹת רֹעוֹת עַל־יְדֵיהֶם (s) i. e. boves erant arantes, & asinæ pascentes juxta ipsas: & Eliæus inventus est ab Elia ἀροτριῶν ἐν βουσί. (t) PHILO *Judæus* quoque de *victimis gentis suæ*: Βοῦς δὲ εἰς τὸ ἀρόσαι γῆν καὶ προεσλοιμάσασθαι σπορόν, (u) *ad arandum terram*, inquit, *& fruges præparandum conducunt boves.* Ab Ægyptiis & Hebræis ad Græcos descendit consuetudo cum bobus arandi. Quid etenim opus cum nonnullis (w) ad Erecthei Regis Athenarum aut Brigis tempora usum aratri & operam boum in arando differre, cum jam ante sesquisæculum novimus antea in cultu & veneratione fuisse bovem, ut inferius docebitur, id quod ob aliam nullam causam nisi ob agriculturæ studium fieri potuit, quamvis non negamus aut Triptolemum aut Erectheum aut Brigem commodius aliquid in aratri structura potuisse excogitare. Facili9 ergo credimus Io Argivorum Inachi filiam Phoronæi sororem in tractandis bobus & aratro jungendis primam hanc Græcis locasse operam & inde creditam fuisse eandem cum Iside, quæ simile Ægyptiis præstiterat beneficium eandemque non veneratione modo & appellatione sed & figura bubulis cornibus ornatam obtinuisse. Utut est, ab antiquissimis certe temporibus aratro boves jungebant Græci: unde antiquior nulla est apud ipsos appellatio bovis, quam ἀροτὴρ, arator, juxta poetam:

Οἱ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Ἐνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων. (x)

(p) JUSTIN. *hist. lib.* 2. DIOD. SIC. *l.* 6.

(q) JUSTIN. *hist. lib.* 44. *Ægyptii primum aratro boves junxere.*

(r) *Deut.*22,10.

(s) *Job.* 1,14

(t) 1. *Reg.* 19, 19.

(u) *p.*835. *Deinde Græci.*

(w) JUSTIN. *l.* 2. PLIN. *l.* 7.

(x) *Arat.* Nec HESIODO *aliisque* frequentius est aliquid, quam βῆς ἀροτὴρ. Et volunt interpretes HOMERO per βῆν ἀδμήτην bovem intelligi nondum aratro domitum: unde antiquum proverbium βῆς ἐπὶ ζυγόν (*) pro homine laborioso adduci solet. Saturnum in Italia multa docuisse utilia ad terræ culturam nemo negat, nimis tamen sero contigit adventus ejus, quam ut tam diu aratro carere potuerint Itali, quos non invisit ille, antequam temporibus Ehud Judicis Israelitici, cum jam diu antea procul dubio audiverant, quomodo Ægyptii & Græci arabant. Nec aliter de boum in arando labore loquuntur latini, quam de negotio vetustissimo, cujus frequentissima fit mentio, ut in hoc VIRGILIANO de tauris:

(*) *Suida. Ejus usus Italos.*

Et quos aut pecori malint submittere habendo
Aut aris servare sacris aut scindere terram. (y)

(y) VIRG. *Georgic*

Unde & eleganter eidem poetæ dicitur:

Fumans sub vomere taurus.

Quam concinne & proprie alius:

Rustica paulatim taurus aratra subit. (z)

(z) OVID. *de arte di.*

Nec ineleganter HORATIUS:

Non ut juvencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis (a).

(a) *Epod*

Et alibi idem:

Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore (b).

(b) *Epod.*

Adjiciamus hoc TIBULLI:

Lucra petens habili tauros adjungit aratro.

Quibus infinita jungi possent testimonia, si usus posceret. Quo tempore aut quibus in locis agriculturam exercuerunt & docuerunt Hercules & Dionysus, quo de scriptores meminerunt, haud dicam facile, forsitan in expeditionibus suis Indicis contigit illud. Ceterum quod boves ad hæc opera instruxerit *Bacchus*, cornua testantur ipsius, quæ ipsi non minus quam *Osiridi* & *Isidi* contigerunt, & consentientibus Mythologis, quia boves tractare aggressus fuit. Per totam Asiam viguit tam olim quam hodie aratio per boves: unde in Græcis multis numismatibus in Asia signatis non minus quam in Romanis observatur aratrum illud cum bobus junctis, quo solebant antiqui designare & *circuire loca*, in quæ *colonias deducere* aut ubi *novas urbes condere cogitabant* (c), quali ex ære aratro Romana pomeria designaverat Romulus olim & jam diu ante ipsum Æneas, si poetæ credendum,

Eius in Asia usus.

Antiqui aratro designabant novas urbes & coloni

(c) PLUTAR. *vit. Romu*

Interea Æneas urbem designat aratro (d).

(d) VIRGIL. *Æneid. lib.* v. 755. *idemque ad bitum in u bus desolat*

Inter Romanos nummos multi ex Augusti in coloniis designandis suis tale aratrum monstrant; ad quod meminisse placet, simili modo etiam antiquos fuisse usos ad civitates evertendas, quibus tunc atratrum circumquaque induxerunt, indicaturi non oppidum, sed agrum hic postea futurum. Poeta spectat canendo:

& altis urbibus ultimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens (e).

(e) HORAT. *car.* 1. *od.* 1

Sed

Aratra Persis quatuor. (f) DIODOR. Siculus Pers. lib. 5. c. 7.

Sed ad boves aratores ut redeamus, monebimus per totam Persiam tantæ molis aratra fieri, ut quatuor hominum manibus regi & non minus quam viginti quatuor boum viribus vix trahi possint. (f) Indi Ceilonienses boves omnino eodem ac Romani jungunt modo, ut *figura* monstrat (g). Et quid recenseam ex itinerariis plura, cum omnibus notum sit per totam Asiam ad terram sulcandam boves sollicitari. Addamus illud ex Siamensium historia, Regem quotannis veluti etiam apud Chinenses & Tanquinenses aperire agriculturam, dum ipse multis circumdatus proceribus primam aratro admovet manum, & in hac solennitate non elephanto, ut alias solet, sed bove vehitur, ad habendum huic animali ob inventam agriculturam honorem. Nec de Europa nostra aliquid referam, cum videmus in omnibus ejus regionibus, ubi aliquid aratur, boves ad id usurpari. Unicum saltem de hoc antiquissimo apud septentrionales negotio testimonium addam, ex prima Eddæ Islandicæ S. mythologiæ antiqua fabula, quæ refert, Gylfum quendam Regem Sueciæ mulieri cuidam, cujus vocis suavitate delectabatur admodum, concessisse tantum terræ, quantum die & nocte una tauri quatuor arare possent, illa vero ex septentrionalibus oris quatuor magica arte incantatos adduxit boves, qui incredibile spatium non proscindebant solum sed vomere subrutum in mare detraxerunt, unde insula exstitit ampla. Quæ historia cujus sit pretii, quilibet videt, sed nobis sufficit, boum mentio, qui antiquissimis temporibus non apud boreales minus quam apud alias orbis gentes arando hominibus profuerunt. VI. Nunc ad Ægyptios redamus exploraturi ulterius, quæ illi commoda præter arationem ex bobus habuere suis ad agriculturam promovendam. Nescio sane, quid in seminando prodesse potuerint boves, quamvis & DIODORUS (h) ait ipsos πρὸς τὸν σπόρον hominibus adjumento fuisse. Oves, ait HERODOTUS, immissas fuisse ab Ægyptiis ad semina jam jacta conculcanda & in terram deprimenda. Idem forsitan boves præstiterunt, aut ad minimum enatas jam fruges & demessas illi tergis suis domum devexerunt. At id commodi nihil est, si conferatur ad eximium illud beneficium quod in triturando (sit venia vocabulo parum latino, sed longa recepto consuetudine) aut si mavis in frumento paleis suis exterendo & excutiendo in horreis exhibebant boves. Viderant omnino hanc triturandi rationem Israelitæ in Ægypto, ideoque exeuntibus inde alia inter præcepta hoc de triturante bove tradidit Deus: לֹא־תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ vulg. interpres: *Non ligabis os bovis terentis in area.* LXX. οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα: quæ seniorum verba retinuit Apostolus 1. Tim. 5, 18. & 1. Corinth. 9, 9. cujus præcepti sensus est, ut non impediatur bos quamdiu in terendi opere est, quin ex frumento, quod calcat, sumat, quantum velit. Syrus propius ad textum hebræum accedens ܠܐ ܬܟܡܘ ܬܘܪܐ ܒܕܝܫܐ in tritura vertit, ut Ebræus בְּדִישׁוֹ. Ex hoc autem bovis privilegio ipsa voce divina firmato ortum postea Græcorum adagium βοῦς εἰς ἄμητον bos ad messem, quod in illum dicitur, cujus magni labores honesto compen-

(g) PAN. CNOX. de Sinæ. Ceriani. l. c. 3. Figura B. Chinensium aratr.

Fabula de aratione quadam insigni.

Plura boum commoda apud Ægyptios, in segete promovenda.

(h) lib. 1.

In triturando

apud Ægyptios & Ebræos.

Apud Græcos.

santur præmio. Inter Ebræos PHILO hanc meminit triturandi rationem: adhibentur, inquit, (i) βόες εἰς ἀλοῆσαι τὸν γινόμενον καρπὸν εἰς μετουσίαν καὶ ἀπόλαυσιν τροφῆς. Ex Ægypto aut Phœnicia in Græciam hic translatus est triturandi modus: unde hi more suo Cereri & Triptolemo tribuendi, quæ Isidis & Osiridis sunt, de hoc invento ita apud poetam gloriantur

(i) PHILO *de victim. p.* 835

Κάλλιον ὡς καλάμην τε, καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτα
Ἀσαχύων ἀπέκυψε καὶ ἐν βόεσι ἧκε πατῆσαι
Ἄνικα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδίδασκεν τέχναν. (k)

(k) CALLIM. *hymn. in Cer.*

Pulchrius, ut culmos gravibus præcidit aristis
Primo sacrosque dedit bobus calcare maniplos
Triptolemo monstrante viam & bona principia artis (l).

(l) BONAV. VULCAN. *vers.*

Quisquis demum hanc Græciæ intulerit scientiam, non multum nos moretur; satis est, ubi boves a Græcis adhibitos fuisse novimus ad semina in areis conculcanda, quod suo tempore notavit XENOPHON (m): ὑποζύγια, ait, ἀλοῶσι τὸν σῖτον i. e. *jumenta exterunt frumentum.* Sed illud præterire nequeo, ipsum illud græcum verbum ἀλοᾶν eleganter circuitum illum jumentorum continuum indigitare: nam cum ἅλως est circulus seu corona, quæ ambit stellam quandam & frumenta in areis in circulum præsterni bobus solebant ut eo facilior ipsis reditus esset: unde ἀλοάω & ἀλοάω, quasi circulatim aut circumeundo calco, quæ SVIDÆ verba sunt: ἀλοάω, inquit, ἢ ἀλοάω ἔξωθέν ἐν κύκλῳ περιάγω, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσιν. Quæ spiritus mutatio unde contingit, Grammatici nec habent nec norunt. Επαλώτης autem dicebatur ille, qui boves circumagebat, cujus officium ita XENOPHON describit: Επαλῶσαι τρέφοντες καὶ ὑπὸ τὰς πόδας ὑποβάλλοντες τὰ ἄτριπτα, i. e. *circumactores, qui vertunt assidue & pedibus abjiciunt ea, quæ antea minus trita erant:* inde elegans nascebatur ARISTOPHANI (n) jocus sub initio Θεσμοφοριαζουσ.

(m) *de Oecon. p.* 681.

ἀλοάω *quid significat?*

Επαλώτης.

(n) *de sacr. cereal. p.* 764.

Απολεῖ μ' ἁλυᾶν ἄνθρωπος ἐξ ἑωθινῆς
Perdet me iste circumcursitare faciens ex matutino tempore.

Ad quod Scholiastes ita: Απόλλει με ἀπὸ τῆς ἕωθεν ἔξω καὶ κύκλῳ περιάγων ὡς οἱ ἐν ἅλωσιν διαπονοῦντες ποιοῦσιν, *a mane usque huc illuc mittendo me circumegit, ut solent in areis laborantes.* Arabes calcando grana frumenti excussisse videntur ab ipso illo vocabulo, quo *triturationem* exprimunt, videlicet داس Daska, quod ipsis & triturare & calcare significat, nempe ab ebræo דוּשׁ unde & Syriacum Dosk, calcavit, trituravit, forsitan hinc est Danicum vocabulum *at Daske* i. e. cædere, verberare, batuere, item *at Terske* triturare, german. *Dreschen*, inprimis convenit vox Sax. infer. *Döschen.* Æthyopes Habessini, utpote Ægyptiorum vicini non potuerunt non simili modo per boves, quos optimos & vastissimos habent, frumenta excutere sua. Hinc ipsis est verbum kajada conculcare pedibus, frumenta calcare, unde אתרג akjada boves calcare frumenta curavit. Quomodo Ceilonienses boves in horreis suis circumagere solent ad exterendas fruges, adjuncta delineatio monstrare potest.

Apud Arabes.

Apud Abissinos.

Fig. C. Ceilonienses,

Romanos.

est. Romani non noverant solum apud alias gentes frugibus conculcandis admoveri boves, sed & eosdem in areas immittebant suas ad eundem laborem. Illi hoc negotium terere, comminuere, exterere vocabant, quod ultimi ævi scriptores nonnulli nec probati satis triturare dixerunt. VARRO (o) quidem apud nonnullos ait exteritur frumentum a grege jumentorum inacto atque ibi agitato perticis, quoad ungulis e spica exteruntur grana. Hinc melius putant Grammatici triones dici boves a terendo, quia ille præcipuus est, cui olim inserviebant, usus, ut VARRO (p) testatur & hæc est septentrionis origo, quam dederunt septem illæ in minori ursa stellæ seu triones septem aut triturantes boves, ut ab antiquis dicebantur. Novi equidem inventum fuisse demum certum quoddam trahæ genus, quod sub tribulæ aut tribuli nomine Romanis innotuit, grave & asperum a bobus aut aliis jumentis tractum, quo fruges exterebant suas, ut e COLUMELLA (q), PLINIO (r), VARRONE (s), SERVIO (t) *aliisque* constat. Sed & hic in trahendo boves sudabant, & pedibus simul ipsi pressius tunc calcabant, cum onus tribuli simul protrahere niterentur. Et hoc genus plaustri a Poenis & Hispanis mutuati sunt Romani demum, ut VARRO autor est. Sed & ante hos apud Ebræos in usu fuerat hæc machina; etenim de hoc luculentus est scripturæ sermo, ubi Arnan triturans (u) periclitanti Davidi ita omnia offert ad sacrificium, quod parabat, necessaria: וַיֹּאמֶר נְתַתִּי הַבָּקָר לָעֹלוֹת וְהַמֹּרִגִים לָעֵצִים וְהַחִטִּים לַמִּנְחָה i. e. *ecce dedi tibi boves in holocaustum & tribulas ad ligna & triticum ad sacrificium.* Ubi vulg. interpres recte tribulas retinet, quod indicio nobis est, autorem hujus versionis, quisquis demum fuerit, quamvis LXX. secutus est, habuisse tamen exemplar græcum, non quale Vaticanum est, sed quale Alexandrinum illud, quod ceu magnum thesaurum Cyrillus Leucaris patriarcha Alexandrinus Angliæ Regi misit; unde variantes illas lectiones textui græco sui exemplaris subjunxit *Waltonus.* Vaticanum enim habet ἄροτρον εἰς ξύλα i. e. aratrum ad ligna quod parum fuisset; alterum vero vertit καὶ τὰς ἅμαξας, plaustra tribulas, quibus tunc ad exterendas fruges utebatur, ubi nullus aratro usus. Arabs interpres etiam aratrum habet, Syrus autem plaustrum ut etiam hinc quodammodo dignoscatur, non idem exemplar græcum ambos fuisse secutos. Hispanus interpres, qui ut plurimum dextre officium exsequitur suum, recte los trillos ponit; optime Gallus ces harnois pour fouler du blé. Anglus appositе: I give the threshing instruments for wood; mediocriter Belga: dese sleden ten houte, & Danus noster, *dispe slusser* nec ad verbum satis Lutherus *das Geschirr zum Holtz.* Hoc idem instrumentum est, de quo loquitur Propheta: הִנֵּה שַׂמְתִּיךָ לְמוֹרַג חָרוּץ חָדָשׁ בַּעַל פִּיפִיּוֹת i. e. *ecce ego posui te in plaustrum triturantem novam habentem rostra serrantia*, & LXX. ἰδὲ ἐποίησά σε ὡς τροχὸς ἅμάξης ἀλοῶντας καινός; ut sic non opus omnino fuisset, eruditissimo rei vehicularis scriptori (w) ἄτροχον ἅμαξαν facere hanc tribulam. Possemus quidem multo plura ex scriptoribus dare de alia boum opera tam in negotiis rusticis & necessariis quam in honorificis & solennibus. Sed quia hæc non sunt; unde bovis orta est veneratio, quam induxerunt illa commoda, quæ jam jam sunt enumerata; ideo relegenda nobis sunt jam vestigia nostra & ad Ægyptios redeundum, penes quos, quia cœpit utilitas boum in agris colendis, ab iisdem etiam cultus ejusdem animalis suam traxit originem. VII. Viderant Ægyptii maxima Osiridis & Isidis in se beneficia, quibus inventum referebant triticum & hordeum; unde & panis gratissimus Ægyptiis cibus & potio conficiebatur optima. (x) Videbant horum solertia arandi, seminandi & fruges conservandi, sibi traditam artem, ab his denique triturandi seu fruges exterendi, denique molendi & conficiendi scientiam se habere. Eane sola causa erat, ut homines ad superstitionem alioquin propense faciles, tantarum rerum inventores pro Diis haberent. Præterea observarunt Isidem & Osiridem in frugibus inveniendis, boves habuisse ductores, ut superius demonstratum est satis, & eosdem postea in arando, seminando, metendo, triturando & molendo sibi adsciviſſe socios & adjutores. Hinc etiamsi non statim forsitan pro Diis sumserint boves, non potuerunt tamen non tam beneficum animal alicujus honoris particeps facere, & in Diis frugum inventoribus aliquid indicii relinquere suæ in boves gratitudinis. Inde sane *cornua bubula* tam Osiridi quam Isidi imposita ab Ægyptiis conspicimus, tam ex scriptoribus, quam ex aliis antiquis monumentis. Nemo ignorat, *Serapidem* eundem in Mythologis censeri ac *Osiridem*, id quod Svidas meminit, & præter alios complures Poeta Latinus:

Te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirin. (y)

Adspice igitur hunc Osiridem seu Serapidem non cum cornibus modo sed cum tota facie bubula, prout simulacra ejus frequenter in Ægypto reperiuntur. (z) Adspice autem Osiridis *imaginem* etiam bovis instar cornutam & calathum seu modium Niliacum hujus Dei solenne indicium manu tenentem, qualis videtur in *mensa Isiaca*, (a) & sæpius alibi. Isidem ipsius uxorem ut cornutam sistam, multæ svadent antiquitatis reliquiæ. En bina ipsius simulacra e celeberrimi cujusdam Itali museo desumta, (b) quorum alterum horum filiorum gestat, sed utrumque cornua præardua bubula ostendit. (c) In antiquo nummo sinistrum Nili symbolum tenet & simul pateram frugibus impletam, capillos autem sincipitis in formam cornuum bubulorum protensos habet. (d) In marmore antiquo galea tegitur. Isis (e) corio bubuli capitis cum cornibus & auribus bovis non secus, ac Hercules, solet leonino & Africa elephantino tegi spolio. Sic Osiridem & Isidem cornutos dedimus aut bubulis cornibus conspicuos. Causam jam addere decet, quæ primo in Osiride alia esse nequit, quam boum tractatio, quam ille tanto cum Ægypti emolumento docuit. Excute totam Osiridis aut Serapidis Mythologiam & aliunde hujus idoli cornua non accersis quam a bobus, ejus in agricultura sociis. Sitne Osiris sol? quid soli cum bubulis cornibus? sit Nilus? & scio hunc cornu-

(o) *de re rust. lib. 1. c. 32.*
(p) *L. 6. de L. L.*
(q) *de re rust. lib. 2. c. 21.*
(r) *l. 18. c. 30.*
(s) *de re rust. lib. 1. c. 52.*
(t) *in Georg. 1.*

Tribulæ apud Rom. & Hebr. usus.

(u) *1. Paral. 21.*

(w) *Scheffer de re vehic. lib. 1. c. 7.*

Bouis di… cultus u… ortus?

(x) HE… *l. 2. c.*

(y) MA… CAPELL…

Fig. D…

(z) KI… *Oedip. … 1. Synt… 1. p. 1*

(a) PIGN… *Mens. I…* CARTAR… *Diis p.*

(b) LUDO… SCARD. … *seum. Fig. E. F*

(c) CHO… *Fig. G.*

(d) GAS… *rit. Æg…*

(e) CUPE… *Harpocr… Vide Os… & Isidis … nua.*

cornutum fingi, sed septicornem, videlicet septem brachia & ostia sua; quod fusius exponimus in *commentar.* de *cornibus & cornutis* lib. 1. Sect. 3. cap. 2. Aut si dicere velis Josephum fuisse Serapidem, quod multis placet, cum etiam in variis personis, ut supra monebatur, idem antiqui venerabantur Numen: at hoc ad bovem aratorem & agriculturæ studium etiam recidet, quod magnam Josepho apud Ægyptios paravit famam, ut postea dicetur. Miror itaque, neminem Osiridis & Serapidis cornua huc traducere, sed alias & perquam absurdas fingi rationes, cum tamen multi scriptores *Bacchum & Osiridem* eundem faciunt(f) & Bacchi cornua interpretantur de ejus solertia in bobꝰ arationi jungendis. Ut igitur centauros & hippocentauros inde natos credunt plurimi, quod Thessali, qui equos domare primi sunt ausi, equis insidentes tales visi sunt vicinis; sic Osiris inter aratores boves frequenter versatus hinc facile cornuum bubulorum insigne obtinere potuit. Jam *Isidis cornua* consideremus, an alicunde melius, quam a bobus deduci poterunt. Non tota hic Isidis sacra excutiamus, id quod nulli adhuc in tanta fabularum obscura antiquitate contigit, cum & ipsis Ægyptiis non licuerit ea effari, & quis tam prolixam aggrederetur fabulam, quem non statim deterreret initium illud marmoris Capuani:

TE. TIBI.
UNA. QVÆ.
ES. OMNIA.
DEA. ISIS &c.

Sed sola illa cornua bubula videamus unde nam sint. Valeat Græcorum historia & ficta in vaccam transmutatio; etenim quamvis illa diu postea eadem cum Iside credebatur, tamen jam diu ante cornua sua bubula obtinuerat apud Ægyptios Isis, ut credamus potius, Io postea, quia Isis esset & Isidem repræsentaret, in vaccam transformari potuisse putatam. Isis igitur si sit luna, quæ & cornuta fingitur, non video tamen cur sub bovis figura hoc repræsentet sidus magis, quam Diana, quæ & Luna est nec tamen bovis cornua habet, nec lunæ cum bobus aliquid est commercii. Etenim quod Lunæ bovem sacrabant Ægyptii, non ideo bos luna credebatur: Si autem Isis sit Juno, Ceres, Proserpina, Nilus, terra Cybele aut quodcunque demum exponitur a Madaurensi phi-
(g) APULEJ. *metam. L. XI.* losopho, (g) ex omnibus tamen hisce nihil invenio, quod ipsi bovis cornua tribuere potest. Non diffiteor, cornua hæc etiam mystico sensu postea
(h) DIOD. *lib. I. c. 6.* ad Lunam referri, quod scriptoribus placet multis. (h) Sed levis est plurimorum ratio, qui nihil, quod dicunt, habent, nisi cornua hæc affingi Isidi, vel quia luna est, vel quia boves sibi sacratos habet. At quid illud sit quæso, quia luna est, cui nullum cum bove negotium aut quia sacros sibi habeat boves, qui tunc demum sacrati sunt ob illud Isidis in bobus tractandis artificium. Nul-
(i) *de Is. & Os.* (k) HEROD. *l. 2.* la igitur alia superest causa, cur Isis κεράσφορος sit, ut a PLUTARCHO (i) vocatur & ipsius ἄγαλμα γυναικήιον βουκερὼν sit, (k) ut Herodotus refert, nisi agricultura quam vitæ mortalium adeo necessariam prima cum Osiride Isis Ægyptios docuit coæquantibus laborem bobus & opus ubique promoventibus. VIII. Mortuis jam Osiride & Isde, Ægyptii de perpetua horum Deorum praesentia persvasi facile sibi induxerunt forsitan ab ipsis Osiride & Isde ad hoc credendum adducti, ut non alia apparerent figura, quam bovis sibi in vita adeo familiaris; hinc quos antea semibubulos coluerunt, nunc totos boves fecerunt adjuvante forsitan diabolo impostorum parente, qui sine dubio primum bovem objecit ipsis a vulgaribus bobus aliqua nota differentem: unde Apis il-
Apis dictus. le & Mnevis prodierunt tot fabulis historiisque decantati. Etenim illi non per boves Osiridem & Isidem coluerunt, sed ipsos illos boves, ipsum Osiridem redivivum, ipsamque esse Isidem putarunt. Ita STRABO de Apide: "Ος ἔστιν ὁ αὐτὸς καὶ Ὄσιρις, *qui & ipse Osiris est.* & SVIDAS: "Απις ὁ Θεὸς Αἰγυπτίων. Hic Apis descriptus ab HERODOTO, PLINIO, STRABONE, SOLINO, AMMIANO MARCELLINO, DIODORO SICULO, POMP. MELA, MACROBIO, ÆLIANO & sexcentis *aliis.* Quando primum coepit ita vocari, vix credo ab aliquo scriptore posse elici, nisi aliquis vel-
Quando ea appellatio coeperit, disquiritur. let dicere, Apin Argivorum regem, qui tertius ab Inacho erat & Josephi ferme tempore non in Græcia solum, sed & in Ægypto inclaruit, boves ibidem antea sacratos sua appellatione donasse, quod neque credo. Cur etenim, si adeo antiqua esset hæc appellatio, scriptura S. quæ nominatim recenset multa gentilium idola & cavere ab ipsis Judæos jubet, hoc tam famigeratum bubuli hujus idoli nomen Israelitis maxime pernicioso si tunc modo exstitisset, tacere potuisset; aut cur Homerus, qui ipse in Ægypto peregrinatus, omnia Ægyptiorum mysteria perlustraverat, inter tot millia Deorum, quorum meminit, & Dearum solum Apidem celebratissimum Deum omitteret. Necesse est igitur, non sic tunc vocatum fuisse sacrum Ægyptiorum bovem, quamvis jam ab Osiridis morte in veneratione fuerat, quod satis probavimus superius & pluribus nunc firmandum est argumentis. Etenim non alio fine annonæ felicitatem & sterilitatem per boves pingues & macilentos Pharaoni ostenderat Deus, quam quia hisce animalibus omnem ubertatem adscriberent Ægyptii, non quidem, ut sic confirmaret Deus deliræ gentis superstitionem, sed ut ad opera consecutura plus extenderet mentem & curam Regis, si per animal ipsi sacrum sua exponeret mysteria, quomodo DEUM videmus sæpius gentilibus se accommodasse ad miraculis suis firmiorem conciliandam fidem. Ipsis Josephi temporibus adoratos fuisse boves ab Ægyptiis clarum est, cum & hæc causa esset, cur non cum Ebræis vesci voluerint Ægyptii, quia, ut Targum Onkelosi ait: אֲרֵי בְעִירָא דְמִצְרָאֵי דְחִלִין לֵיהּ עִבְרַאי אָכְלִין: i. e. *quoniam pecus, quod Ægyptii colunt, Ebræi comedunt:* & versio Arabica: *Ebræorum cibus Ægyptiis abominabilis erat.* Elegantius autem & expressius est ipsius Mosis (l) (l) *Exodi 8. 26.* testimonium ad Pharaonem ubi excusat se & populum Pharaoni, qui jusserat, ut in Ægypto sacra facerent sua, id, quod cum fieri non posset, enarrat Moses dicendo: כִּי תוֹעֲבַת מִצְרַיִם נִזְבַּח לַיהוָה אֱלֹהֵינוּ הֵן נִזְבַּח אֶת תּוֹעֲבַת מִצְרַיִם לְעֵינֵיהֶם

לְעֵינֵיהֶם וְלֹא יִסְקְלֻנוּ i.e. *quia abominationem Ægypti* (quod Ægyptiis nefas & abominabile videatur) *sacrificabimus Domino:* an abominationem Ægypti sacrificabimus Domino, & illi nos non lapidabunt. *Vulgatus interpres* habet: *Quodsi mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptii, coram iis lapidibus nos obruent. Syrus* vertit: *Si sacrificaverimus Deos Ægyptiorum, ipsis cernentibus.* Totum versum sic explanat JONATHAN: לָא תֶקֶן לְמֶעְבַּד כֵּן אֲרֵי תִּבְעֲרוּן דְּמִצְרָאֵי דְּחַיְלִין לֵיהּ מִנְיוּהִי אֲנַחְנָא נִסְבִּין לְרִבְחָא קֳדָם יְיָ אֱלָהָנָא הָא נִרְבַּח יָת־בְּעִירָה דְּמִצְרָאֵי דְּחַיְלִין לֵיהּ וְאַנּוּן חָזְיִן לְמִרְגַּמָנָא: יִתְמְרוּן לְמִרְגַּמָנָא i.e. *Non decet ita fieri, quoniam animal quod Ægyptii colunt, nos accepturi sumus, ut sacrificemus coram Domino Deo nostro, quod si immolaverimus animal Ægyptiorum, quod ipsi colunt ipsis videntibus, nonne lapidabunt nos.* Unde autem *Jonathan in Targ. Hierosol.* hoc ad solas oves restrinxerit, vix dicam. Et tamen, quod miror, ex multis scriptoribus constat, ipsos Ægyptios boves immolasse Diis suis, quod prolixe HERODOTUS demonstrat lib... pag. 104. seqq. quod forsitan sibi soli & suis bubulis Diis concedere voluerunt. Sic luculenter videmus, jam diu ante exitum Israelitarum inveteratum fuisse Ægyptiis morem bovem adorandi & colendi, ut nihil omnino dicant, qui Apidem & Serapidem in Josepho ipso cepisse contendunt, ante cujus tempora jam jam probavimus viguisse μοχολατρείαν Ægyptiacam, cum hanc ob causam cum Ebræis noluerint comedere. Non nego tamen, Ægyptios tota Josephi in se beneficia videntes tantamque ejus agros colendi curam, forsitan ipsum etiam honoris gratia Apidem aut Serapidem vocasse, & in honorem ejus bovis statuam ad sepulchrum ipsius posuisse, ut nonnulli Ebræorum contendunt. Ad nos igitur ut redeamus, satis demonstratum credimus, antiquissimum quidem fuisse bovis cultum, sed appellationem Apidis multo posteriorem; quod nomen procul dubio vel ipsa sacratissima Divinorum oraculorum pagina aut ex gentilibus quidam antiquioribus, *Homerus, Hesiodus, Theognis, Anacreon, Pindarus, Sophocles, Euripides,* aut alius quis ejus ævi meminisset; cum tamen Apis HERODOTO primum (quantum mihi compertum est) nominatur, qui demum duodecimo post Josephum seculo vixit. Non etenim curo, quæ Ἀρτάπανῳ incertæ ætatis scriptor refert apud EUSEBIUM (m) de Mose, quem fabulose ait eundem esse cum Musæo Orphei præceptore, & hunc docuisse Ægyptios arma, navigia, literas sacras per animalium figuras & animalium cultum; fuisse autem Chenephræ Reguli Ducem militiæ contra Æthyopes & monstrasse Nacheroti Ægyptio insignem bovis utilitatem: Unde ille hoc post hominem utilissimum animal, divino honore est prosecutus & Apidem vocatum in erecto constituit templo. Nec *Orphica* illa ὑποβολιμαῖα recentiora multo, quam olim credita, Apidis nomen nisi a posterioribus hauserunt scriptoribus. Quis autem vel primo statim intuitu non videt ex his & aliis magis absurdis, quæ feruntur cujus pretii auctor sit ille, adeo ut inde non antiquius fiat Apidis nomen. Quo ideoque jure quærit VELLEJUS PATERC. L. 1. quomodo Thessali suam appellationem adeo antiquam faciant, cum ante Thessali Thesprotii tempora nullibi legatur; ita nobis liceat quærere, cur antiquiorem faciamus appellationem Apidis, quam apud scriptores inveniatur. Quo autem tempore sacro huic bovi hoc inditum fuit nomen, vix dicat aliquis; cultum autem ejus legere licet apud superius enumeratos scriptores HERODOTUM, PLINIUM, SOLINUM, STRABONEM, AM. MARCELLINUM, MELAM, DIOD. SICULUM & alios, quorum hæc in hujus idoli descriptione summa erit. Niger bos erat & masculus, certis quibusdam albicantibus maculis in fronte & latere notatus, cauda & lingua ab aliis bobus diversus; illi enim duplici pilo constabant, hæc cantharum, scarabæum aut nodum quendam habebat, de quo ambigunt scriptores, ut SALMASIUS in *exercitat. Plinianis*, COEL. RHODIGINUS in *lect. antiqu.* lib. 8. cap. 5. & *alii.* A fulgore quodam divino concipi credebatur, & in septo quodam religiose nutriebatur, unde rarissime emitti solebat, nec nisi populo ut peregrinis conspiciendus, qui magno numero Ægyptum hæc sacra visuri tendebant. Ita & Romanos etiam Imperatores, ut Augustum, Cajum, Titum, & alios vel eo profectos vel a profectione, quam in animo habebant impeditos fuisse, ex scriptoribus constet. Oracula dabat vel comedendo e manibus porrigentium vel alimenta respuendo, ut pulli in divinationibus solebant Romanis; unde mors Cajo Cæsari prædici existimabatur, cum manum ejus averteretur Apis: aut alio quocunque gestu; quomodo Eudonii philosophi pallium lambisse eum non sine omine egregio ferunt. Semel in anno vacca ipsi adducebatur, quam etiam mire inveniri & mox etiam fato amitti dicebant. Certam ipsi ætatem, quam transire non liceret, præscribebant, qua impleta a sacerdotibus in fonte quodam demersus suffocabatur, usque dum novus inventus fuisset, qui tunc maxima exceptus solennitate festum Ægyptiis ciebat, omni alio tempore solennius, augustius & hilarius. Sepulturam autem mortui Apidis magnifico celebrabant sumtu, regias etiam profundentes opes, quales sub Ptolomæo Lagi filio tali negotio impensas fuisse constat. Memphi habitabat Apis; quamvis & contendisse de hospitio ejus inter sese varias civitates Ægypti, SPARTIANUS in *Hadriano* meminit. Alius erat sacer bos Ægyptiis in Heliopolitana civitate & Mnevis dictus, niger, magnitudinis eximiæ, ceterum nulla singulari nota præditus, descriptus a DIOD. SICULO, PLUTARCHO de Iside & Osiride, STRABONE, & aliis. Hunc soli & Osiridi, illum lunæ & Isidi sacrum fuisse volunt, quanquam utrumque Osiridi vendicant nonnulli. Quæ omnia de Apide & Osiride satis trita sunt, & apud scriptores ubique obvia. IX. Satis jam apparet quanta in veneratione apud Ægyptios fuere boves & verissimam hujus superstitionis causam nos dedisse, nemo cum ratione negabit. Jam ulterius indagare placet, habuerint ne Ægyptii præter viva

Non a Josephi demum tempore hic cultus innaluit.

Apidis appellatio non aque antiqua.

Cultus Soïs.

(m) *Præp. Evang. lib. 9. c. 27. p. 431. seqq.*

hæc

hæc animalia Apin & Mnevin alia etiam alibi boum simulacra, quibus honorem deferebant aliquem; id quod affirmare haud dubitamus. Succurrit elegans sane locus HERODOTI (o), de antiquo quodam Ægypti rege Mycerino, qui ultimorum Judicum Ebræorum temporibus sine dubio regnavit: hic populo priorum Regum immanitate mire vexato & afflicto multum subvenit; sævissima enim opera in exstruendis pyramidibus vastissimis, quibus jam per multos annos fuerunt onerati misere, non modo omnem Deorum abjecerunt cultum sed & agros neglectos & incultos fecerant; hic vero templa reseravit & populo potestatem dedit, ἀνεῖναι πρὸς ἔργα τε καὶ θυσίας, revertendi ad opera sua & sacrificia, id est ad agrorum & Deorum cultum. Cum autem filiam amisisset unicam, eamque excellentiori quodam sepulturæ genere honoraret, ligneam fecit bovem in eaque filiam recondidit suam. In genua procumbebat bubula, hæc figura magnitudine vaccæ vulgaris vivæ circulum habebat inter cornua fronti annexum qui solem referret, caput ejus & cervix crasso tegebatur auro, reliquum autem corpus phoenicio vestiebatur pallio. Semel quotannis in lucem proferebatur, & in conclavi, ubi servabatur, odores omnifarii quotidie excitabantur; noctu lucerna adstabat accensa. Mire autem afficiebar, quum videbam apud JO. PRICÆUM *Anglum*, in *apologia Apuleji illustrata* Paris. 1653. ad p. 148 ex marmore antiquo Venetiis conspiciendo in ædibus illustrissimi domini Mauroceni Procuratoris divi Marci hujus Mycerini bovis figuram cum omni illo apparatu, quem ipsi assignant scriptores & nos ex iisdem narravimus antea, ut sic figura cum interpretatione reconcilietur facilius. Sed non permittebat æs, cui hoc incidi fecimus ut simul Mycerini Regis sedentis in sella & lacrymantis virginumque condolentium, quæ ibidem cernuntur, adjicere figuras. Quis autem non videt hujus sepulturæ Ægyptiacæ mysterium sacrum, videlicet hunc bovem fuisse & Osiridis simulacrum, quod circulus fronti affixus indicabat, cui ideo filiam demortuam commendabat in pignus reparatæ a se apud Ægyptios agrorum culturæ. Nec aliud in animo habuerunt Ægyptii, cum ad Josephi jam demortui sepulcrum ligneum apponerent bovem, si Ebræis credamus, quam gratam ipsius memoriam ob restitutæ agriculturæ beneficium; quod melius exprimi non posse putarunt, quam ipso simulacro Apidis aut Osiridis agriculturæ præsidis, cui defunctum jam Josephum juxta superstitiones suas demandatum vellent. Longe alia mens Mosi fuit, qui ad sepulcrum cæsorum in deserto Judæorum ob idololatriam vitulinam lapideum erigendum jusserat bovem, si fides sit MARTINO BAUMGARTNERO *in itinerario suo Orientali* hoc annotanti. Ad contemtum videlicet aurei istius vituli cujus causa tot mala contigerant, id factum existimaret aliquis. Hæcce antiquissima Ægyptiorum consuetudo boves tanquam custodes ad virorum illustrium & bene meritorum sepulcra constituendi, suspicionem injecit mihi victimas illas humanas Ægyptiis olim familiares huic bubulo idolo ubertatis & annonæ præsidi fuisse mactatas, cum eædem ad fertilitatem terræ obtinendam ut plurimum fuerunt cæsæ & primum institutæ in hunc finem, cum jam per complures annos cum insigni annonæ decremento terram Ægyptiacam solita destituisset ubertas. Hanc causam præbet ABENEPHIUS *Arabs* apud KIRCHERUM (p): *In illis*, inquit, *temporibus invalescebat maxima in Ægypto fames, qua multi peribant.* Consulti autem respondebant Dii, hominem quotannis esse immolandum, & luculenter APOLLODORUS (q): Ἡρακλῆς δὲ Λιβύην δ' Αἴγυπτον ἐξῆ, τότε βασίλευσε Βυσίρις Ποσειδῶνος καὶ Λυσιανάσσης. ὅτε τὰς ξένας ἔθυεν ἐπὶ βωμῷ Διὸς κατά τι λόγιον. Ἐννέα γὰρ ἔτη ἀφορία τὴν Αἴγυπτον κατέλαβε. θεασάμενος δ' ἐλθὼν ἐν Κύπρῳ μάντις τὴν ἐπισήμην ἔφη τὴν ἀφορίαν παύσεσθαι, ἐὰν ξένον ἄνδρα τῷ Διὶ σφάσωσι κατ' ἔτος. Βυσίρις δὲ ἐκεῖνον πρῶτον σφάξας τὸν μάντιν τοὺς κατίοντας ξένους ἔσφαξε. &c. *Hercules*, inquit, *Lybiam & Ægyptum peragrabat, regnante tunc in Ægypto Busiride Neptuni & Lysianassæ filio, hic ad Jovis aram hospites immolabat oraculo quodam monitus. Annos enim novem Ægyptus agrorum sterilitate laborabat, cum interea Thrasias vates e Cypro advenit, qui hanc annonæ caritatem desituram esse pronunciabat, si virum hospitem, quotannis Jovi mactarint. Tunc Busiris vate illo prius immolato advenientes jugulabat deinde.* Jupiter autem, cui hæ victimæ offerri deberent, Osiris & Nilus erant; aliunde enim annonam non exspectabant illi. Illorum simulacra cum cornibus bubulis superius dedimus, unde & utrique boves sacri erant. Jam vero ex PLUTARCHO novimus, homines in Ægypto immolatos fuisse ad sepulchrum Osiridis, ubi statuam aut imaginem bubulam fuisse nemo negabit, qui ex supra allatis testimoniis viderit, tales fuisse positas ad sepulchra virorum bene ob agriculturæ studium meritorum. Quisnam vero hicce Busiris fuerit inter Reges Ægyptios, valde dubitatur, adeo ut STRABO affirmare audeat, neminem se in Ægypto Regem aut tyrannum hujus nominis potuisse invenire. Inde conjicio, hoc cognomen Regi alicui Ægyptio ex primis illis inditum fuisse ob actionem quandam singularem boves concernentem sive illa in cultu boum aut alia eorundem cura consistere potuerit. Ipsa sane appellatio aliquid tale indicat, cujus initium Ægyptiis, Coptis & Græcis bovem significat; Syris autem Nilum aut dominum. Quisquis igitur hic Busiris fuerit, agriculturæ tamen studiosus deprehenditur; ex hac sua cura ideoque ad Osiridis & Isidis idola & aras pro ubertate terræ hæc sacrificia peregit. Et forsitan habuerunt hæc ipsa altaria, hi foci aut furni, in quibus jugulabantur homines figuram quandam & faciem bubulam, ut sic bubulis istis idolis convenientiora forent omnia, quod sane plurima persuadent argumenta nequaquam futilia. Primum enim video a nonnullis (r) locum quendam TERTULLIANI de *pal-*

(o) *Bubulum simulacra Ægyptiorum, lib. 2. c. 129. Mnevidi Mnevis in honorem filiæ ejus.*

Ægyptii Josephi,

Boves apud Ægyptios immolati ad annonæ caritatem averten-dam.

(p) *Oed Æg. T. I. Syn. 4. c. 15.*

(q) *Bibl. lib. 2.*

Busiris quis?

Lib. 17. p. 82.

(r) KIRCHER. *Oed. Syn. l. c. 15.*

lio

lio ita legi: Ubi ſunt Buſiridis Buptuaria altaria. Quæ lectio ſi vera & genuina, aliquid bubuli omnino ſive quoad caput ſive quoad reliquum corpus hæcce altaria habuiſſe declarat. Quodſi autem buſtuaria legamus cum SALMASIO; tunc ex FESTO liquet, quid buſtum ſit, nempe locus, in quo combuſtus ſimul & ſepultus quis fuerit. Et ſic buſtuaria hæc altaria, Oſiridis forſitan & Iſidis ἀγάλματα intra ſe quaſi in furno quodam injecta miſerorum corpora comburebant & cineres funeſtos tamquam urnæ infelices condebant; unde etiam Regi & inventori ſuo Buſiridis nomen paraverant. Aut, ſi quis hanc dubiam putaverit conjecturam, en STEPHANI *Byzantini* luculentum teſtimonium in vocabulum ΒΟΤΣΙΡΙΣ: Ἐκεῖ λέγεται θάψαι τὸν Ὀσίριν (ſic enim lego cum mendoſe omnino legit ultima Gronovii editio βόσιριν) Ἶσις ἐμβάλοσα εἰς ξυλίνην βῦν i. e. *ibi dicitur Iſis condidiſſe Oſiridem, poſtquam ligneo eum bove incluſiſſet.* Confirmat conjecturas noſtras Moloch Ammoniticus, qui ſane ex Ægypto translatus hinc figuram ſuam ritus & victimas obtinuit communi ſcriptorum conſenſu, cujus ideoque ut vicinam hiſtoriam jam attingamus leviter. Totum quidem hoc idolum deſcribere ſupervacaneum foret, cum vix aliquid forſan addi potuerit aureis SELDENI de *commentationibus*, cui quamplurima ſuffuratur SCHEDIUS de *Diis Germanis* & *alii* multi, vix unicam & ſatis levem facientes tanti viri mentionem. Sed quod ad propoſitum noſtrum eſt neceſſarium, dicamus, Molochum bubulam habuiſſe faciem, ut illa Ægyptiaca idola ſoli fuiſſe ſacrum: unde eadem ferme deprehenduntur ſacra ejus ac Mithræ ſeu ſolis apud Perſas: & quod majus eſt indicium, habebat, (s) λίθον διαφανῆ ἐπὶ μετώπου ἄχρις εἰς Φωσφόρου τύπον. *lapidem pellucidum in ſummitate frontis ad ſimilitudinem phoſphori.* Et circulum ſolis ſymbolum in fronte bovis iſtius Mycerini nos obſervabamus ſupra. Præterea fiebant illa Buſiridis & Ægyptiorum ſacrificia humana ad terræ fertilitatem provocandam: quem in finem etiam Ammonitæ primitias filiorum pecudum, avium & fructuum Molocho offerebant. Utrobique autem tam apud Ægyptios quam Ammonitas concremabantur illæ victimæ. Unde negari vix cum ratione poſſet Ammonitas non æque ipſam figuram altaris aut foci ab Ægyptiis ſumſiſſe ac reliquos hujus ſacrificii ritus omnes. Ex hiſce ne adeo cruentis boum ſimulacris ob ſimiles quasdam ſuperſtitiones aliquid habuerit æneus ille Pergamenſium taurus, in quo concrematos fuiſſe homines ex CEDRENO cognovi aut ille adeo decantatus Phalaridis taurus apud Agrigentinos merito dubitem. Utrumque excutiamus ſtatim, ubi monuimus prius, plures omnino præter ſuperius memoratas Ægyptiis fuiſſe ſacrorum ſuorum boum ſtatuas & imagines ex omni metallo. Quod ſi enim nullum in Ægypto viderant Iſraelitæ bovem aureum, nec talem ſibi fieri fuiſſent paſſi. Teſtantur ideoque obeliſci, qui ſuperſunt hodienum Ægyptiaci & alia monumenta ejus gentis hodie variis in locis adhuc conſpicienda, frequentiſſimam fuiſſe Ægyptiis ſacri ſui bovis figuram in ædibus, veſtibus, utenſilibus, ornamentis & aliis rebus; adeo ut etiam ſint, qui contendunt, Aaronem vitulum ſuum conflaſſe ex annulis, torquibus, vaſculis, aliisque aureis ornamentis hujus Apidis figura ſignatis, quæ omnia Ægyptiis abſtulerant exeuntes Hebræi. Sed jam ad utrumque illum ex ære taurum Agrigentinorum & Pergamenſium veniamus, viſuri, anne illi cum ſuperioribus Ægyptiorum & Ammonitarum aliquo modo convenire putentur. X. Phalaridem primo ut conſideremus, juſtior ille multo putandus eſt nobis, quam a vulgo ſcriptorum audire ſolet. Quis etenim aliquid monſtri aut immanitatis deſcribat, quin ejus exemplum mox Phalaris fiat, cum tamen novimus ipſum fuiſſe Principem multa virtute, prudentia & juſtitia conſpicuum, ſingulari præterea eruditione inſtructum, id quod minime ferocis animi indicium eſſe ſolet. Epiſtolas certe ejus, (ſi ejus ſunt) non ſine cauſa optimas multaque admiratione digniſſimas æſtimavit SVIDAS; & tamen non deſunt ex eruditis, qui ex epiſtolis virorum de natura & ingenio virorum haud fruſtra ſe conjicere arbitrantur. Ubique in hiſce PHALARIDIS *epiſtolis* videas ingenuæ ſanctitatis, germanæ prudentiæ & intemeratæ conſcientiæ teſtimonia luculenta, ut, ſi talis fuerit Phalaris, qualem hic ſe finxit, aut qualis hic ab alio fingitur, multo tunc juſtius ipſum a LUCIANO laudari cenſemus, quam Buſiridem ab ISOCRATE: nec improvide tunc LUBINUS, citante SCHMIDIO ad *Pindari Pyth.* Phalarin nunquam tam crudelem in hoſtes fuiſſe ſuos credidit, ac viros doctos in ipſum, qui crudelitatem ejus male traduxerunt, ſed eximias, quibus erat ornatus, virtutes tacuerunt. Sed nos ad taurum ejus æneum veniamus, quem Perillus aut Perilaus Athenienſis fabricaverat tali artificio, ut incluſus homo cum ſubjectis flammis cruciatus clamaret, non planctum humanum, ſed mugitum tauri edere dicebatur. Jam vero Siciliæ parti imperabat Phalaris, quæ etiam inſula gloriatur, primo apud ſe aratro junctos fuiſſe boves & frugibus præparandis adhibitos, quippe Cererem talium inventricem ibi vixiſſe contendunt. Phalaris igitur, cujus gens & terra non minus bobus debebat quam Aſia aut Africa in hujus animalis venerationem facile delabi poterat & aliorum exemplo fontes & reos publicæque religionis victimas bubulo Numini offerre. Convenit omnino taurus hicce cum illis jam antea recenſitis. Ipſum etenim fabrum Perillum juſtiſſime voluit Phalaris primum fore, in quo artificium machinæ exploraretur, ne aliquis ſcriptorum illud judicium crudele dixit, non minus quam Buſiridis, qui advenam Thracium etiam Græcum & humanæ cædis ſvaſorem primum, quod in alios conſuluerat, pati jubebat. Agriculturam bovis opera promotam omnino hic conſiderabat Phalaris, qui epiſt. 122. ad Athenienſes, ait, ſe ad primum hujus machinæ adſpectum præ gaudio exultaſſe, & illud ζῶον ἐργατικὸν ἀνθρώπῳ σύντροφον cum voluptate ſpectaſſe: & ſpeciem quandam religionis clamitant illa Phalaridis verba apud LUCIANUM, ubi taurum hunc vocat ἄξιον κτῆμα τοῦ Πυθίου, dignum Apolline ſeu ſole munus; eoque nomine Delphos fuiſſe miſſum hunc taurum, ex hiſtoriis conſtat, ut ſoli agriculturæ præſidi ſacer eſſet, non minus, quam illi ſupra memorati apud Ægyptios,

Moloch Ammoniticus.

Hujus cum Buſiride Ægypt. ſimilitudo.

(s) THEOPHYL. *in act. Ap. c. 7.*

Plures boum apud Ægyptios ſtatuæ ex metallo quovis.

Phalaris ejus fatus.

Ejus taurus aneus Agrigentinus.

Ejus occa

Ægyptios, Ammonitas & alios. Quamvis & illud donum recusarunt Delphii, quia cæde pollutum erat, sed Carthaginenses postea vastata Sicilia, tunc taurum ad se tanquam eximium quoddam antiquitatis monumentum transtulerunt, donec Scipio Africanus capta Carthagine cum singulis gentibus sua restitueret, quæ ibi invenirentur, spolia, etiam Agrigentinis inter alia nobilem hunce Phalaridis taurum redderet (t). Sed nobis sufficiat demonstrasse, aliquid sacri hunc habuisse taurum, illis Ægyptiacis & Ammoniticis affine. Quid dicam de Pergamensium tauro quem GEORGII CEDRENI (u) locus talis egregius notum facit ubi multa recenset rarissimæ artis & antiquitatis monumenta, quæ undique congesserat Theodosius Magnus, in quibus ait etiam fuerat χαλκοῦς βοῦς, ὃς ἐκ Περγάμου ἦλθε, κάμινος δὲ ἦν ἐν ᾗ πέφλεκαι ὁ ἅγιος μάρτυς Αντίπας, i. e. bos æneus, qui Pergamo fuerat allatus & caminus fuerat, in quo sanctus Antipas fuerat crematus. Existimemusne, frustra hanc figuram excogitatam aut conflatam fuisse aut non originem quandam ex superioribus traxisse, ut Christiani, quibus præter omnia naturæ incommoda pestem, famem, ventos, tempestates, inundationes fluviorum, incendia, terrarum motus etiam sterilitatem terræ imputabant (w), sic bubulo idolo segetum præsidi tanquam publicæ calamitatis victimæ immolati & devoti credantur. XI. Sed revertamur ad Ægypti Μοσχολατρείαν visuri, quo gentium ulterius suum circumtulit virus: & primum quidem ad Israelitas & Judæos respiciamus, ubi mox occurrit aureus ille vitulus, quem in exitu ab Ægypto fabricarunt sibi. Infelix par novatorum MONCEJUS & GAFFARELLUS, qui cum aliquid inauditi & insoliti invenire laborabant, in quo ingenium ostenderent, pessimam idololatriam excusare sunt aggressi. Nolumus hic historiam hujus vituli pertractare, eandemque recoquere cramben post SELDENUM (x), GREGOR. MICHAELIS (y) & *alios*; sed breviter dicamus modo, hunc vitulum nonnisi ad imitationem sacri Ægyptiorum, quem nuper viderunt, bovis fuisse factum. Misera sunt & debilia admodum illorum argumenta, quibus conantur hoc Aaronis & Judæorum factum excusare, nec mentione quidem nedum refutatione digna. Unde enim illi noverunt, Cherubinos imitari voluisse Aaronem, ut gratis nugantur, cum nunquam probaverint adhuc nec unquam probare poterint, ne somniando quidem vitulinam Cherubinis fuisse figuram; & quamvis coactus populo obediverat Aaron, majus tamen obediendo in se flagitium admisit, quam tali viro veri Numinis opinione imbuto persvadere deberet metus; & quot aut quanta sunt scripturæ loca (z), quæ hoc peccatum Aaronis acerrime increpant? quibus se opponere destinatæ dementiæ foret, nisi plus *Moncejo* aut *Gaffarello*, quam ipsi DEO & ipsius oraculis credendum foret. Accedit insuper omnium ferme ecclesiasticorum patrum etiam antiquissimorum unanimis consensus, quorum testimonia cum colligere voluit *Seldenus* & ejus passim compilatores *alii*, miror, qui ignorare potuerint clarissimum PHILONIS JUDÆI (*) aut alterius antiquissimi scriptoris sub nomine Philonis locum, ubi miratur ille, quod populus

(t) cc. 6. in fin. Taurus Pergamensis.

(u) annal. p. 165.

(w) ARNOB. contra gent. passim.

Israelitarum vitulus aureus instar Ægyptiaci bovis effor-matus.

(x) de Dis Syr. Syntagm. 1. c. 4.

(y) GREGOR. MICHAELIS not. ad GAFFAREL. p. 71.

De ejus occasione opiniones.

(z) Exod. 21. & 22. Exod. 32. v. 8. 9. Psalm. 106. v. 20. Act. 7. v. 41.

(*) περὶ μέθης. p. 254. edit. Pal.

ausus fuerit θεοπλάσειν τὸν παρ Αιγυπτίοις μάλιστα τιμώμενον Τύφον, ὃ σύμβολον ἦ τῶ χρύσω ταύρω κατασκένη, περὶ ὃν χορὸς ἱστάντες οἱ φρενοβλαβεῖς ᾄδουσι, &c. i. e. *Deum sibi facere Typhum Ægyptiorum idolum, cujus symbolum erat aureus taurus, circa quem choreas ducentes, insani cantabant* (a) &c. Nec obscurius illud ejusdem auctoris, ubi populus dicitur adorasse χειροποίητον καὶ ταυρόμορφον θεὸν, (b) quem paulo inferius Αιγύπτιακον Τύφον vocat & alibi: Αιγυπτιάκης μίμημα Τύφω. Quamvis ego non magis scio, cur *Philo* aut quisquis demum hic fuerit auctor Τύφον potius quam Ἄπιν dixit, quam SELDENUS; cur Patres nonnulli caput vituli solum ab Aarone conflatum & in publicam venerationem fuisse expositum referunt, qui tamen omnes illud ad Ægyptiacam idololatriam referunt, ut Lactantius (c): In luxuriam, inquit, prolapsi ad profanos Ægyptiorum ritus animos transtulerunt. Cum enim Moses Dux eorum adscendisset in montem atque ibidem 40. dies moraretur, aureum caput bovis, quem vocant Apin, quod eis signo præcederet, figurarunt. Cui Lactantiano adstipulantur (d) de solo capite bubulo loquentes TERTULLIANUS (d), AMBROS. AMEROSIUS, RUFFINUS & HIERONYMUS. Est sane speciosa hujus vituli causa, quam PERERIUS (e) præbet; populum scilicet jam de reditu Mosis desperantem & sufficientem tantæ multitudini sustentationem unde peterent, dubitantem, ad Ægyptiorum, quæ nuper viderant, sacra confugisse & bovem pro fertilitate & ubertate terræ consecrasse. Nec omnino nihil est, quod SELDENUS excogitavit, dum ex Mercurio Trismegisto observat, quod Osiris σωμάτων ἑκάστῳ ἔθνους ἐγεμῶν appellatur, quod apprime convenit cum ipsis Israelitarum verbis, qui & Deum quendam itineris Ducem, qui præcedere posset ipsos, poscebant, & erectum postea vitulum hac laude celebrarunt, quod ipsos eduxerat ex Ægypto. Mire sane afficiebar, cum viderem hanc *Seldeni* observationem & simul Cadmi expeditionem in Græciam cum simili Duce bubulo meminissem. Etenim bovem sequebatur ille Cananæus & Ægyptiorum quondam vicinus, a quibus hoc didicerat, quia bos ductor ipsius sacris quibusdam notis dicitur fuisse conspicuus, & quo in loco fessus procumberet, ibi idoneam se sedem ex oraculi responso habiturum confidit; unde eo in loco Thebas condidit, tracta scilicet a Duce bove appellatione, quippe qui ita sermone Phoenicio dictus putatur: quo de prolixio agit Græcarum antiquitatum solertissimus scriptor ac custos PAUSANIAS (f). Et alibi invenio, eundem Cadmum ἐπὶ ζεύγει βοῶν ἐχόμενον seu jugo boum vectum, viam sibi in Illyricum ex Græcia aperuisse, ibique a ductoribus bobus urbis Βοθόης, quam condidit, appellationem duxisse, ut STEPHANUS *Byzantinus* fert. Nec placebat minus, hic Polyti ex Argivis adventum recordari duce bove. Sed de his mox dicendum nobis in Μοσχολατρεία Græcorum, & unice sufficiat hic demonstrasse, tam Israelitas quam Cadmum & alios, qui omnes hoc ab Ægyptiis didicerant in itineribus suis tam necessariis & gravibus, sollicitos fuisse de victu & commeatu deque foecunda & commoda statione invenienda; ideoque ductu sacri hujus animalis terræ frugumque præsidis præcipue fuisse usos,

(a) PHIL. Jud. vit. Mos. p. 678.

(b) ibid. p. 693.

(c) De vera Sap. cap. X.

(d) Adverf. Jud. l. 1 de poenitentia. RUFFIN. ad Amos l. 1. HIERON. ad c. 4. Hos.

(e) Comm. in Gen. 46.

Bos Cadmi in Græciam dux.

(f) in Boeot. pag. 559.

cujus tanta erat in agricultura opera & ad bonitatem ſoli cognoſcendam idonea natura. Et quid nunc dicam de Jeroboami vitulis aureis, quos ille poſuit in Dan & Bethel. Stultus & demens foret, qui negaret, non ab eodem Ægyptiaco fonte hanc dimanaſſe impietatem Jeroboami, cum ille diu in Ægypto liberaliter habitus non potuit non communem hujus gentis ſibi labem imprimere. Accedit, quod eisdem ille verbis hos ſuos vitulos proclamet, quibus Aaron ante ſuos, cum dixerat: ecce Deos tuos, qui te eduxerunt ex Ægypto. Quamdiu hi ſteterunt in Dan & Bethel vituli, vix dicat aliquis, niſi qui Judæis credat dicentibus, Tighlat-Pilaſſer Regem Aſſyriæ illum in Dan vitulum abſtuliſſe, & alterum in Bethel etiam eodem aſportatum; quo concernere volunt ſcripturæ loca 2. Paral. 28 v. 2 . & Of. 10. 5. ad quod Targum Jonathan ita: „Propterea, quod venerati „ſunt vitulos in Bethel, aſcendet contra eos Rex „cum exercitu ſuo, & in transmigrationem ducet „eos, & tollet ab eis vitulum Samariæ" &c. An vero alteruter horum vitulorum momento nativitatis Eliſæi Prophetæ mugiſſe credatur adeo tremenda voce, ut Hieroſolymis etiam ſit audita, quod referunt ISIDORUS & EPIPHANIUS, hoc ipſis relinquo. Ex hoc autem metalli mugitu ſacerdotes prædixiſſe ajunt, eo die naſciturum aliquem, qui his idolis bubulis exitium eſſet pariturus. Memini perquam ſimilem Græcorum fabulam de bobus æneis in templo Jovis Atabyrii in Rhodo inſula, qui mugitu infauſta tempora prænunciare ſolebant, ut refert *Scholiaſtes Pindaricus* ad *Olymp.* (g) & nos alibi fuſius. Quem autem in finem Judæi in hunc uſque diem variis in locis juxta ſepulchreta & coemiteria ſua bovem quendam ſelectum ſtudioſe nutriunt & demum ætate conſumtum & mortuum linteamentis involvunt, certisque cum ritibus velut defunctum ſepeliunt, id quod Wormatiæ aliquoties ſe vidiſſe JOACH. CAMERARIUS (h) & Francofurti ad Moen. MELCH. GOLDASTUS (i) teſtantur, nec ipſi norunt nec ſe ab ipſis Rabbinis de hoc compellatis ſe cognoſcere potuiſſe ajunt, cum illi frivolam ſaltem conſvetudinem quandam antiquam prætexere voluerunt. Nihilominus non defuit his & aliis ejusdem Judaicæ conſvetudinis indagatoribus curioſis haud vana forſitan ſuſpicio de ſuperſtitione quadam ex veteri impietate propagata. XII. Phoenices illi antiquiſſimi, ſi non ante Ægyptios tamen ſimul cum iisdem omnino boum receperunt cultum idque ob maxima hujus animalis ad vitam ſuſtentandam auxilia. Adduximus ſuperius SANCHONIATONIS verba ex PHILONE BYBLIO apud EUSEBIUM de propenſitate Phoenicum ad omnia illa pro Diis colenda, quæ uſum aliquem humanæ importarent vitæ, adeo ut etiam ipſas fruges adoraverint. Quanto igitur magis bovem adoraſſe credantur, qui frugibus inveniendis & tractandis ipſis, ut aliis vicinis gentibus, magno fuerat adjumento. Sed quid opus dubitare de Phoenicum Μοσχολατρείᾳ, quam clariſſimis indiciis teſtatam invenio. Provoco ad Aſtartem primum famigeratiſſimam Phoenicum Deam, quæ taurinum caput ſibi impoſuiſſe dicitur a *Sanchoniatone* apud *Philonem Byblium* & *Euſebium*. Quid hoc bubulum inſigne aliud declarat niſi ipſiſſimam Ionem Græcorum aut Ægyptiorum Iſidem, quam vicini Phoenices ſub Aſtartes vocabulo coluerunt, approbante inſuper doctiſſ. SELDENO (k) hanc conjecturam. Hanc ideoque Deam ut inventricem frugum, matrem ſuam vocant, tam Phoenices quam Thebani apud EURIPIDEM (l) ita dicentes:

Κοινὸν ἅιμα κοινὰ τέκνα
Τὰς κερασφόρε πέφυκε ἶδς.

Noverant ſane, hanc Phoenicum circa boves religionem Cretenſes, tunc cum Europam Cadmi ſororem Phoenicibus abducere meditarentur, ideoque ut ſpecioſius fallerent, proram navigii albo inſigniverunt tauro, (m) unde fabula de tauro Europæ raptore, quem Deum creditum inter ſidera locarunt. Etenim navim illam παράσημον ſeu pro inſigni habuiſſe taurum volunt graviſſimi ſcriptores FESTUS, (n) JUL. POLLUX, (o) LYCOPHRON, (p) qui navem hanc ταυρόμορφον τύπωμα, tauri formam habuiſſe ait; (de quo argumento plura vid. apud MEURS. comment. in Lycophr. Caſſandr. p. m. 322.). EUSEBIUS, (q) NONNUS, (r) ISIDORUS, (s) LACTANTIUS (t) & *alii*, unde ſibi a ſacra bovis imagine felicem navigationem omnino promiſiſſe Cretenſes manifeſtum eſt. Sed propius nos conſpiciamus bubula hæc Phoenicum idola, quæ quomodo ab agrorum cultu ſint inducta eximius hic *Philonis Byblii* locus apud *Euſebium* declarabit, ubi de antiquiſſimis Phoenicum agitur Diis: Ἀπὸ τούτων, inquit, ἐγένοντο ἕτεροι, ὧν ὁ μὲν ἀγρὸς ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ ἀγρεύτης & ποιμὴν ἀγρίων, καὶ νεὸν ζυγοφορούμενον ἐν Φοινίκῃ. Παρὰ δὲ βιβλίοις ἐξαιρέτως θεῶν ὁ μέγιστος ὀνομάζεται, i. e. *ab his alii procreati ſunt; duo, quorum unus ager, alter agricola appellabatur; & huic quidem ſimulacrum eximio cultu dedicatum eſt addito in Phoenice templo, quod ab aliquot boum jugatorum paribus geſtabatur.* Quin etiam in veterum Deorum libris maximus elogio plane ſingulari nominatur. Ulterius per ordinem Deorum Phoeniciorum ſi progrediamur, ſane non abſurdum eſt, ſi dicam, Saturnum illum Carthaginenſem, cui pueros immolabant ſuos, Phoenices bubulum quoddam Numen fuiſſe Molocho affine, quem deſcripſimus antea. Etenim quam evidens eſt indicium, quod petamus ex Phoenicii hujus Saturni deſcriptione, quæ apud DIODOR. SICUL. (u) eſt: Ἦν δὲ, inquit, παρ' αὐτοῖς ἀνθρειὰς κρόνε, χαλκᾶς ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐκτεταμένας ἐπὶ τῆς γῆς ὥςε τὸν ἐπιτιθέντα τῶν παιδῶν ἀποκωλύεσθαι καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. i. e. *erat autem apud eos ſimulacrum Saturni æneum ſupinis ac pendentibus in terram manibus, impoſitus puer ſubjectam in foveam igne plenam volveretur ac rueret.* Quæ deſcriptio quantum cum ſuperioribus Molochi & aliorum conveniat cuivis apparet. Et ſane illa Cadmi Phoenicis in Græciam profectio duce bove, ut ſupra ex *Pauſania* diximus, nec ſine cultu ejusdem fuit: præterquam enim, quod oraculi juſſu hunc Ducem elegerat, etiam ſigna quædam divina bos ille lateribus præferebat ſuis, & quod magis eſt primam, quam condidit urbem, Thebas videlicet ab hoc appellavit bove. Apparet hinc manifeſtiſſima Taurinenſis in Italia urbis & regio-

Jeroboami vitulus aureus ab Ægyptiis originem ducit.

(g) *Vid. Meurſ. Rhod.*

(h) *hor. ſubciſ. cent. 3. c. 11.*

(i) *in epiſt.*

Boum cultus apud Phoenices,

ſub nomine Aſtartes.

(k) *De D. Syn. 2. c.*

(l) *in Pho*

(m) ECHE NES *de re. Cretens.*

(n) FEST. *voc Euro*

(o) POLLUX *c. 9.*

(p) LYCOP *in Caſſana*

(q) *in chr*

(r) *lib. I*

(s) *Orig*

(t) *de fal lig. lib. I.*

(u) *lib. 2.*

regionis appellatio. Urbs hodie Taurinum dicta PTOLOMÆO & TACITO Augusta Taurinorum dicebatur, hodie Turino Italis. At consentiunt Geographi, ab Eridano Phaetontis filio & quidem e Phoenicum terris hanc tractam fuisse coloniam, ut LEANDER ALP. (w) habet, & sic omnino Phoenicum & Ægyptiorum sacro bove non nomen solum, sed & insigne, bovis scilicet caput, nacta est; id quod noverat bene eruditus impostor CURT. INGHIRAM, (x) ideoque inter alia sigilla & insignia antiquarum urbium Italiæ Taurinis caput tauri assignat. En! præterea Phoenicium nummum cum bove cornuto & pleno ruente cursu, qui sive Astarten, cujus talis in coelo fingitur imago, sive Cadmi Ducem sive Europæ raptorem repræsentet, aut alium bovem quendam Phoenicibus sacrum; certum erit nobis tamen indicium antiquissimæ boum apud eosdem venerationis. XIII. Sed jam nos Cadmum ex Phoenicia in Græciam secutos Græcorum hic Μοσχολατρεία excipit. Hæc sane jam ante Cadmi & Josuæ tempora viguit in Græcia. Quorsum alias tot bubula figmenta Græcorum Ionem Inachi filiam circa Apidem & Phoroneum? qui omnes tria integra ferme secula Mosen præcesserunt, ut ex sanioribus colligitur chronologis. Ionem igitur Græcum aliquando in Ægypto fuisse constat, & ibi didicisse agriculturam eamque in patriam reportasse, unde ab adjutorio bovis cornuta, dum vixit, habebatur æque ac Isis, & post mortem, ut illa, per bovem colebatur: immo ipsa Isis rediviva Græcis credebatur aut Ceres, & præterea in bovem mutata dicebatur, fraterque ipsius Phoroneus, qui dispersos in Græcia collegit cives & vitam socialem a gregibus armentorum docuit, ob similem operam bos Phoroneus est appellatus. Sed cum tempore non minus quam in Ægypto & Phoenicia crevit apud Græcos boum veneratio, & ita quidem, ut Cecropis tempore, qui Mosi forsitan æqualis erat, publico exponeretur cultui. Haud dubito CEDRENUM (y) hoc afferentem ex antiquioribus desumsisse scriptoribus, cum ita refert; ὅτ⊙, inquit de Cecrope, πρῶτ⊙ βοῦν ἐθαύμασε καὶ ζῆνα προσηγόρευσεν, i. e. *hic primus bovem miratus illum Jovem cognominavit.* Quæ reverentia, quæ admiratio bovis unde, nisi ex utilitate hujus animalis prodire posset? Etenim circa eadem tempora mox post Deucaleonis diluvium non sine religione hunc sibi ductorem ex Argivis proficiscens sumsit. Polybus, qui cum procumbens alterum terræ infixisset cornu, inde fontem limpidissimæ aquæ eductum fuisse scribunt. Nec multo post Cadmus ex Phoenicia simili Duce usus, in Græciam venit, ut supra e scriptoribus est a nobis memoratum. Quæ omnia non potuerunt non divinitatis cujusdam & religionis aut superstitionis potius circa boves Græcorum imprimere mentibus memoriam. Demum Theseus, ubi Athenas regnare coeperat, decantatum illum cudi curavit nummum cum bovis effigie, qui tot proverbiis locum dedit vulgo notissimis. Causam & rationem hujus in Atheniensibus nummis symboli PLUTARCHUS in *Theseo* dat, quod scilicet Græcos ad studium agriculturæ voluerit excitare, sed melius & felicius EUSTATHIUS in *Homerum*, citante JACOBO MASSONIO in eruditissimo suo *opere Italico* lectione scriptorum refertissimo ἐν αὐτῷ τῶ βοὸς ἔκπαλαι τύπον, κατὰ τιμὴν τῶ ζώου. i. e. *bovis effigies reperitur expressa in illo propter honorem animalis.* Hæccine eadem ratio Athenis tot statuas bubalas consecravit, ut illa quam *Pausanias* statim post Herculis & Minervæ simulacra ponit: ἔστι δὲ καὶ ταύρ⊙ ἀνάθημα τῆς βοὸς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, i. e. *est & taurus*, inquit, *quem Senatus Areopagi dedit.* Huc facit illud LUCILII *Tharrhæi* in *collectan. proverb. Græcor.* citante immortali patriæ nostræ decore MEURSIO: βοῦς ἐν πόλει ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων λυσίας γὰρ ἐν ἀκροπόλει βοῦν ἔθηκε, i. e. *bos in urbe, quod de admirandis dicitur Lysias, quippe bovem in arce dedicaverat.* Illi quoque bini boves ænei, quos super monebamus ex *scholiaste Pindarico* in Jovis Atabyrii templo fuisse consecratos in insula Rhodo & mugitu infelicia tempora designasse non potuit alio nisi ad cultum hujus generis, ob agriculturam referri. Culti omnino fuerunt; alias cum tanta observantia non in templo Jovis fuissent positi, & illa infelicitas temporum, quam mugitu præsagire credebantur fames & sterilitas terræ sine dubio fuerat, ad quæ mala averruncanda ipsi sacrati fuerunt. Et quia Rhodii antiquissimo ritu homines Saturno immolare consueverant, quod aliquoties meminit ex antiquiorum scriptorum fide EUSEBIUS, haud vana erit dubitatio, anne hæcce idola bubula, cum temporum fertilitati præerant, etiam non illas humanas victimas, quas ob annonæ necessitatem hic, ut alibi, oblatas novimus, sibi arrogabant: & sic cum Molocho Ammonitico, Saturno Phoenicio & aliis in Africa & Græcia bubulis & anthropophagis idolis convenisse putentur. Ipsos pastores Græcos, quibus omnis ex armento victus esset bubulas statuas ad campestria sua locatas altaria coluisse satis mihi fidem facit Myronis pastoris artificiosissime ex ære fabricata juvenca tot scriptoribus celebrata & toris bos artot carminibus decantata, etiam ante plura se ficiosissime cula, ut Plinius (y) testatur, quorum nonnulla, fabrefactus. utut elegantissima, ex veterum epigrammatum anthologia referre non pigebit:

Myronis pa-

(y) *Hist. natural. l.* 34. *c.*8

Ἢ τὸ δέρας χάλκειον ὅλον βοὶ τοῦδ' ἐπίκειται
Ἔκτοθεν, ἢ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

Aut pellis ærea tota huic bovi incumbit
Exterius, aut intus animam æs habet.

Quo non minus acutum hocce:

Βοῦν ἰδίαν πότε βοισὶ Μύρων μιχθείσαν ἐρευνᾶ
Εὗρε μόλις δ' αὐτὴν τὰς βόας ἐξελάσας.

Bovem propriam aliquando Myron bobus commixtam quæsivit
Invenit autem ægre ipsam bobus reliquis abactis.

Nec inconcinnum illud:

Ἦν μ' ἐσίδῃ μόσχ⊙ μυκήσεθαι ἢν δέγε ταῦρον
Βήσεται, ἢν δὲ νόμευς, εἰς ἀγέλην ἐλάσας.

Cum me viderit vitulus mugiet, sin vero taurus
Inscendet, si vero pastor, in armentum abiget.

(w) *Descr. Ital. p.* 708.

(x) *Antiqu. Etrusc. p.* 204.

Fig. I. K.

Græcorum μοσχολατρεία.

(y) *Annal. pag.* 67.

Cui hoc ingenioſum ſatis adjungere placet.

Φεῦ ὁ Μύρων πλάσας ἐν ἔφθασας ἀλλὰ σὲ χαλκὸς
πρὶν ψυχὴν βαλέειν ἔφθασε πηγνίμενος.

Heu Myron formans non feſtinaſti, ſed te æs,
Antequam animam immitteres, prævenit concreſcens.

Ex primo autem epigrammate, quod hæc anthologia de hoc Myronis bove habet, diſcimus, illam ad aras campeſtres ſtetiſſe & ſic nonniſi religioni inſerviiſſe paſtorali. Non prætereamus æneum bovem, quem poſt Perſicam victoriam Caryſtii Euboeenſes Apollini ſacrarunt, & alium, quem eidem dedicarunt Plataenſes, quorum cauſam noſtro congruentem propoſito PAUSANIAS (z) reddit: quod ſcilicet pulſis barbaris & fortunis ſecure uti ſuis & terram libere arare liceret. Nec dubito, eandem religionem fuiſſe cauſam, cum Corcyræi & Eritrienſes ænea boum apud ſe habuerint ſimulacra; quæ poſtea Apollini Delphico conſecrarunt; ut idem PAUSANIAS (a) refert. In hunc eundem uſum ſacrum Æginetis fuiſſe ſuum æneum bovem credo, cujus artificioſam figuram PLINIO (b) laudatam videmus. Et eodem Syracuſiorum ex ære conflatam vaccam referre non dubitamus, quæ LIVIO (c) teſte ita referebat vivam, ut taurus ſpecie deceptus eam inſcenderit & ſemine conſperſerit, quod prodigii loco eſt habitum. Quid myſterii nobis exponat ſtatua elegantiſſima, quam ex cimeliarchio Ducis Würtenbergici JAC. SPONIUS delineat, ubi Jupiter vel Mars ſub Dolichenii titulo robuſti tauri tergo inſiſtit, niſi aut votum quoddam DEO patrono & animali agriculturæ præſidi nuncupatum pro pace & cultura terræ reſtituta aut ipſum denique tam belli & vaſtationis quam pacis & fertilitatis Deum & idolum hoc habitu a Dolichæis cultum. Claudamus denique bovis apud Græcos venerationem decretorio hujus gentis edicto, quod ædem bovis aratoris ſub poena capitis interdicebat. Quæ lex primo ab Athenienſibus lata, in aliarum poſtea Græciæ rerumpublicarum leges irrepſit Lycurgi, Solonis, Platonis, Pythagoræ, aliorumque autoritate firmata, adeo ut non deſit exemplum capitalis ſupplicii a violatoribus decreti hujus exacti. XIV. Jam ad Romanos venio, qualis ibi fuerit bovis exiſtimatio viſurus: & egregios ſtatim deprehendo titulos, quibus bovem honorarunt Romani, ſocium hunc vocantes hominum, ipſius Cereris miniſtrum, ut VARRO (d) ait: hinc totam agriculturam aut terram agriculturæ commodam per decumbentis bovis figuram quaſi ſedem ſibi & paſturam eligentis deſignarunt: quo ſolent antiquos plerosque cum decumbentis bovis ſpecie ſignatos nummos referre, qualis hic incertus eſt apud PATINUM (e) ubertatis & foecunditatis alicujus ſoli Romani index clariſſimus. In multis Auguſti Imperatoris nummis boves invenio ſignatos, nec me latet commentariorum opinio, qui hoc ad Voconium vitulum, Statilium Taurum & alios monetales referunt viros, quorum nomina hiſce imaginibus deſignari putant. Id autem ubique contingere vix & ne vix concedo, cum venerationem bovis etiam ab Auguſto fuiſſe conceptam ſcio. Præterquam enim, quod novimus hunc orbis pacatorem natum fuiſſe in regione palatii, quæ ad capita bubula dicitur, ut SUETONIUS (f) refert, ex eodem ſcriptore diſcimus, hunc Auguſti natalem locum poſtea conſecratum in magna veneratione fuiſſe, ut nihil impediat dicere, hic boves ad cultum quendam publicum fuiſſe evectos. En nummum Auguſti præclarum, qui & templum habet perpulchrum & bubulas utrinque columnis impoſitas ſtatuas ad mentem noſtram confirmandam perquam opportunum. An Thurinum illud cognomen ipſi Auguſto infanti olim inditum, quod cum Thur Etruſca bovis appellatione omnino idem eſt, hinc aliquid habeat, nequeo temere ſtatuere. Nihilominus haud ſunt infrequentes, qui bovem in nummis Auguſti ad ſtudium ipſius agriculturæ trahunt & ſic non absque religione poterat eſſe. Evidentius Μοσχολατρείαν Romanorum alii Imperatores arguerunt, ut Cajus & Titus, qui ipſum bovem Ægyptiacum ſunt venerati præſentes; Hadrianus, qui in multis ſuis nummis Apidem exprimendum curavit, & ſemper quidem cum Lunæ imagine in dextro latere, ut conſtat ex nummis ipſius (g). En binos Juliani Apoſtatæ nummos cum eadem bovis Ægyptiaci effigie ex muſeo meo. Sed non opus adeo ſera apud Romanos de bovis cultu inquirere teſtimonia, cum longe antiquiora poſſint haberi. Præterquam enim, quod PLINIUS narrat, bovem illum æneum ex Ægina inſula Romam fuiſſe advectum & in medio fori boarii collocatum, jam olim legimus auratam bovis ſtatuam extra portam trigeminam publica ſtipe collata, fuiſſe ſacratam & Minuto inſcriptam, ut meminit LIVIUS (h) conſentiente PLINIO (i), idque quia annonam in publicam utilitatem mira temperaverat dexteritate. Quæ ſane ſtatua nunquam talem obtinuiſſet figuram bovis, ni huic animali felicitatem annonæ adſcripſiſſent, ejusque curatori Minutio dicaſſent, cujus providentia publicæ proſpectum fuerat neceſſitati. XV. Poſſem equidem ex multis exoticarum rerum ſcriptoribus multas circa boves ſuperſtitiones recenſere; ſed ad nugas adeo barbaras excurrere latius non libet, præſertim cum præter peregrinantium nonnullorum teſtimonia nihil certi aut ſolidi inde nobis promittere queamus. Inter alia Japponenſium idola multitudine ſua nec ipſis, nec aliis ſatis nota videmus tauri imaginem ex ære fuſam & columnæ impoſitam, qui pronis cornibus in objectum ſibi ovum quoddam ruere videtur. (k) Nec vane mihi videor hinc interpretari agriculturæ commoda, quæ huic animali attribuunt Japponenſes, ut alii. Accedit fabula ipſorum, qui per ovum orbem intelligendum volunt, cujus putamen obſtetricantibus tauri cornibus effractum nugatur. Inter Sinarum ſeu Chinenſium emblemata ſacra aut deliria dixeris potius, mirum, quot facies bubulæ & alia monſtra bubulis cornibus ornata? proximi Chinenſibus *Indi* (*) etiam boves ſuperſtitioſe colere deprehenduntur. Sic video in navigationibus Batavo-

(z) *lib.* 10. *p.* 637.

(a) *lib.* 6. *pag.* 342.

(b) *hiſt. nat. lib.* 34. *c.* 2.

(c) *lib.* 41. *c.* 13.

(d) *de re ruſt. lib.* 2. *c.* 5.

(e) *ad famil. Urſin. p.* 303.

(f) *in vit. Auguſt.*

(g) TRISTAN. *in comm.* SPANHEM. *numm. a diſſ.* 7. *p.*

(h) *lib.* 4. *c.*

(i) *hiſt. nat. lib.* 18. & 34. *c.* 5.

(k) ARNOLD. MONTAN. *deſcript.* pon.

(*) In regione Indica Calecut tanta ſunt in veneratione boves, ut quamvis alia mactent animalia, his abſtineant

Apud Romanos bovis cultus.

apud Japponenſes,

Sinenſes.

Indos.

Navig. Barent. in Orient. 1595. seqq. tom. 1. Vol. HULS. 52.

tavorum (l) ipsos circa finem seculi superioris classem suam ad insulam quandam Moluccanam Gallis appuliſſe, ubi incolas nulla certe religione devinctos invenerunt, sed singulos illud colentes, unde maxima sibi commoda sperabant. Hinc quosdam viderunt solem adorantes, alios, in aperto prostratos campo pascentibus supplicasse bobus. In aliis continentis Indiæ partibus non simiis modo, sed bobus etiam tales exhibitos fuisse honores sæpe TAVERNIERIUS vidit, quales non nisi summo DEO deberi possent; immo multos Indorum eo ridiculæ insaniæ delapsos ait, ut morituri se bobus subjiciant feliciter se vitam terminaturos credentes, si lotio bubulo in extremo halitu conspergi contingat. Quanto cum apparatu & incredibili sumtu Indorum nonnulli nuptias boum suorum tanquam sacrorum animalium celebrant, non sine risu apud ADAM. OLEARIUM (m) legatur. Tartari Ceremissi ad fines Persicos ex solis armentis viventes post cæsas ex gregibus victimas coria suspendunt bubula & adorantes rogant, ut pro ubertate gregis reliqui apud Deum intercedant. (n) XVI. Venio demum ad septentrionales Europæ, quorum potissimum causa hanc suscepi opellam, ut demonstrarem apud antiquos nostros Cimbros, Gothos, Normannos, Islandos aliosque septentrionis incolas in magna veneratione fuisse bovem. Etenim qui totam illam antiquam in his terris idololatriam excusserit, inveniat facile, non Deos modo, sed & cultum ipsorum omnesque fere ritus sacros ab Orientalibus fuisse desumtos, quod nostri hic non est propositi recensere. Ut autem Saturnum, Martem, Jovem, Solem, Plutonem, Junonem, Proserpinam, Venerem, Cererem, aliosque sub Gothicis titulis coluerunt; ita & ignis, aquæ, coeli siderum, montium, silvarum, arborum & lapidum cultus ab Orientalibus ad ipsos est delatus: imo hinc etiam animalium venerationem traxerunt, ut serpentum, avium, quadrupedumque, quod alibi declarandi forsitan occasio detur. Hic nobis non nisi de solo bove dicendum, cujus animalis & præstantiam & frequentiam & utilitatem apud septentrionales gentes attigimus superius. Sed ut a primis Cimbriæ seu Gothicæ gentis antiquitatibus exordiar, hanc ipsorum circa boves superstitionem, necesse est, ut de origine gentis dicam nonnulla. Nemini certe scriptorum, qui aliquid de nostro septentrione attigit, ignotum est, hodie Cimbricum hunc Gothicumque tractum inter primas fuisse terras Europæ Oceano contiguas, quas post diluvium longe itineris anfractu Noachidæ insederunt; unde postea sine dubio longe lateque excursionibus factis vicinæ sunt impletæ regiones, quod, quia extra propositum est nostrum latius referre, lectorem remittendum volumus ad CASP. DANCKWERTH. in *topograph. Holsat.* SAM. BOCHARTUM in *Geograph. sacra*, IVARUM HERTZHOLM de *præcellentia regni Daniæ*, MATTHIAM PRÆTORIUM in nupero opere *de Gothico orbe*, DAN. MAJOREM in *prodromo* suo *de deductis ex Asiæ primis Cimbriæ coloniis &*

(m) *mat. ad itiner. Orient.* VOLQU. IVERS. *lib. 4. c. 3.*

(n) *idem itiner. Persic. lib. 4. p. 385.*

Septentrionales Deorum cultum ab orientalibus susceperunt.

De origine gentis Cimbricæ & Gothicæ.

alios quamplurimos, qui omnes infinita ex Geographis & historicis priscis & novis congesserunt; unde nemini amplius dubia esse poterit hæc Asiatica Cimbrorum origo. Omnes autem fatentur, Gommere Japheti primis successoribus & posteris unum appellationem Cimmeriorum de suo nomine dedisse, ut sic Gommerii, Cimmerii, Κιμμέριοι postea a Græcis sint dicti; quos demum Romani Cimbros vocarunt, ut tam Græci quam Latini scriptores abunde testantur. Prima horum Cimmeriorum profectio post distributionem Noachidarum per Armenicos instituebatur montes versus Pontum Euxinum, cujus orientale legentes littus septentrionem versus tendebant e salebrosis elapsi montibus primum in fertilissimis Colchidos confederunt pratis & omne ponti circumeundo littus, in peninsulam adjacentem per Euxini freti angustias transierunt. Hic illi statim tam foecundi & amoeni soli conditionem non neglexerunt, sed æque ac ceteri Noachidæ, qui in Ægyptum, Cananæam & alio secesserant, agriculturæ operam dabant, & non fruges invenere modo, sed & boum ad agros colendos opera præeunte & hanc utilitatem monstrante vel ipso Gommero, ut nonnullis observatum ait HERTZHOLMIUS tit. 2. de *præcell. regni Daniæ*, ubi autores ipsum addidisse optassem vel denique hanc artem per internuncios ipsis aperiente ipso Chamo sive Osiride. Id quod illustris confirmat STEPHANI *Byzantini* locus, qui refert (o) Ὅσιριν ἐκεῖ ζεύξαντα βοῦς ἀρόσαι τὴν γῆν, *Osiridem ibi junxisse boves & terram arasse*; cui assensum præbet EUSTATHIUS ad versum tricesimum secundum περιηγήσεως Διονυσίᾳ, (p) cujus verba de Cimmeriis hisce Bosphoranis non tam citari quam explicari merentur, ubi ita canit:

Cimbri a Gommer Japheti progenie dicti perhibentur.

Eorum profectio ex Asia.

(o) *in voce* Ταυρικὴ.

(p) *vers. 32.*

Ὀρθὸν Κιμμερίης διὰ βοσπόρου ᾗ παρὰ πολλοὶ
Κιμμέριοι ναίουσιν ὑπὸ ψυχρῷ ποδὶ ταύρου.

i. e. *recte per Cimmerium bosphorum* (scilicet labitur Euxinus fluctus) *prope quem multi Cimmerii populi degunt* seu sustentantur *sub gelido tauri pede.* Quid aliud hic vult Periegetes noster, quam Cimmerios populos ibi sustentationem sibi parasse e terra bovis aratoris pede subacta, & sic veluti a patre & Duce Gommero Gommeri seu Cimmerii sunt dicti; ita ab agriculturæ studio, taurorum & boum opera exculto Taurici sunt appellati, teste STEPHANO *Byzantino*, qui διὰ τὸ ζεῦγος τοῦ ταύρου τὸ ἔθνος κληθῆναι, *totam gentem a jugo tauri denominatam* ait. Imo & Tauri etiam sunt vocati Cimmerii, quod liquet ex STRABONE multoties hos tauros, qui memorat lib. 7. item ex argonautico itinere, si non ORPHEI tamen antiquissimi alterius cujusdam poetæ, qui refert, Argonautas cum bosphorum eremigassent, varias prætervectos nationes Lælios & Schythas &c.

Ταύρους τ' ἀνδροφόνους, οἱ ἀμειδέα θοίνατα θοίνης
Φέρουσι
Μανυχίῃ, βροτέῳ δ' ἐπιδεύεται αἵματος κρήτης.

i. e. *& tauros homicidas, qui tristia sacra faciunt Manychia humano sanguine cratera replendo.*

ſtineant tamen, impium dicentes comedere inventores agriculturæ. VINC. *le* BLANC *Voyage* p. 88. insinuat tamen, ibidem esse inter hos, qui occulte bubulis & vitulinis vescuntur, quod publice non audent. Id quod & Turci de vino & suilla carne.

Quod nefandum humani cruoris ſacrificium pro frugibus inſtitutum a ſuperſtitioſis ſuis in Cananæa & Ægypto degentibus ſociis acceptum, ut alibi in Buſiride obſervamus, quam infelici ſucceſſu ſecum una cum aliis cultuum generibus in ſeptentrionem deportaverint Cimmerii, legant, qui voluerint, ſed non ſine horrore, apud SAXONEM, STURLESONIUM, SCHEFFERUM, WORMIUM, BARTHOLINOS, TROGILLUM ARNKIEL & *alios* ſexcentos ſeptentrionalium antiquitatum indagatores ſtrenuos. Et hinc ſunt illa nefanda Taurica ſacra a JUVENALE decantata & Taurica illa ara adeo advenis metuenda, ut de cratere taceam, qui & Cimbris poſtea in uſu fuit & ni fallor ille ſacer lebes erat, quem Auguſto offerebant Cimbri. Hi autem Cimmerii noſtri Taurici ſive Tauri non in ſola appellatione ſui bovis, cui alimentum & fertilitatem ſe debere credebant, exiſtimationem & cultum conſiſtere ſunt paſſi, ſed boum commoda majori veneratione digna putarunt. Videntes igitur non ſibi Duces modo fuiſſe boves ad felicem ſedem inveniendam, ſed & ſocios imo principes laborum ſuorum, horum dictu porro & auſpiciis ulterius tendebant. Quid ſibi vult illa boſphori Cimmerii in his eisdem locis appellatio, niſi affectus quidem Cimmeriorum in hoc ſibi tam ſacrum tamque neceſſarium animal. De appellatione utriusque boſphori tam Thracici quam Cimmerii multa & infinita fabulantur poetæ & alii antiqui ſcriptores. De Thracico nos alibi, hic ſolum de Cimmerio agamus. Plerique autem provocant ad decantatam illam antiquorum Ionem, quæ in vaccam mutata fretum hoc tranaſſe putatur, ut DIONYS. PERIEGETES, ARRIANUS in *Periplo*, ÆSCILLUS, STEPHANUS, EUSTATHIUS, AMMIAN. MARCELL. lib. 22. c. 3. *Scholiaſt. Apollon.* lib. 2. n. 8. & *alii* perquam multi perhibent & poetæ præſertim, ut *Marcellinus* ait. At illud Ionis & Iſidis cornutæ myſterium a nobis detectum eſt ſuperius & explanatum de commodis agriculturæ per boum labores, quare, quia aliquid ſupra gentiles ſapimus, hanc Ionis & Iſidis transformationem nonniſi ſymbolice intelligimus, & ſic ſi aliquid apud Cimmerios præſtiterit Io, vel Iſis, unde fretum illud dici potuerit, ad agriculturam tamen Cimmeriorum recidit & inde natam boum venerationem. Et ſi unquam hoc fretum tranſiit Io, navigio tranſiit, quod LACTANTIUS obſervat de *falſa relig.* lib. 1. c. 11. ubi in teſtimonium adducit Iſidis feſtum apud Ægyptios, in quo navigium ejus celebratur, quo advecta venit, cui bubuli idoli ſimulacrum ſine dubio appendit. Alii volunt a bovis tranſitu denominatam hanc maris anguſtiam, quaſi non amplior aut profundior fuiſſet, quam ut a natante bove ſuperari poſſet, quam PLINII & aliorum rationem rejicimus, ſatis edocti, nec a bove tranſiri poſſe hoc fretum nec avium cantum aut ſermones hominum ab uno in alterum littus transmitti. Nam præterquam quod recentiores de ponto Euxino ſcriptores nuſquam tribus milliaribus germanicis anguſtius hoc fretum deprehenderunt, ut ex hodiernis relationibus conſtat; unde neſcio, quomodo quingentorum paſſuum ſpatium ſolum in anguſtiori parte freti utramque dirimens terram facit CLUVERIUS: rapidior tamen eſt unda illa quam ut vel hominem vel bovem transmitteret natantem. Unde *inſanientem* hunc bosphorum *Poeta* (q) vocavit & alibi (r) *nautis eum tremendum* facit. Niſi tranſierat bos forte tunc, cum ponte ſtratum erat fretum hoc a Mandroce Samio Darii juſſu: quo ſenſu multi in urbe bosphori darentur. Sit igitur omnino veriſſima hujus appellationis cauſa, vel quod Cimmerii, qui & Tauri appellabantur, hoc fretum primo transierint & a ſuo tranſitu boſphorum appellarint, vel quod navigia, quibus hic inſtituebatur tranſitus, imaginem bovis prætulerant, cujus animalis ductu novas quærebant ſedes, id quod ſuſius declaratum eſt ſuperius de raptu Europæ. Nec aliter intelligendus ORPHEI locus in *Argonauticis* de Titane boves per hoc fretum abigente, cum canit:

(q) HORAT. *Carm. lib. Od. 4.*
(r) *lib. 2.* 12.

Διστοῦς δ' ἐν τριμόροισι βοὸς πόρον ἐξικόμεσθα
Λίμνης, ὄντε μεσηγὺ βοοκλόπῳ ἔποτε Τιτὰν
Ταύρῳ ἐφεζόμενος βριαρῷ πόρον ἔσχισε λίμνης.

Geminasque per fauces in Boſphorum enavigavimus
Paludis, quam cum boves furto abegiſſet olim Titan
Tauro inſidens ingenti mediam trajecit viam paludis.

Navim ſcilicet prædatoriam ſacri bovis viarum Ducis tutela præmunierat, quod pluribus ſupra docuimus exemplis. Quis jam ſacrum apud Cimmerios antiquos & veros Cimbrorum patres olim fuiſſe bovem negabit, cum videat eandem fuiſſe ipſis cauſam hujus venerationis ac Ægyptiis, & præterea non populum ſolum Tauros ſed & fretum adjacens Bosphorum, imo totam illam terram Tauricen & Tauricam cherſoneſum, ut olim ita & hodienum appellari. Credamne porro πυρὶ πνέοντας βόας, ſeu *ignivomos illos boves*, quibus theſauri ſui cuſtodiam commiſerat Ætes Rex Colchorum, ad hunc bovis cultum pertinuiſſe; id quod diſſuadeat nemo. Longum foret, omnia ſcriptorum de hiſce tauris recenſere verba, apud ORPHEUM, APOLLONIUM *Rhodium* lib. 3. VALER. FLACCUM lib. 7. & *alios* legenda. Satis eſt, hos æque ac draconem aurei velleris cuſtodes fuiſſe & forſitan, ut Atabyrios illos boves in Rhodo, malorum impendentium prænuncios fuiſſe. Satis eſt ipſos ignem e faucibus in adverſarios ejaculatos fuiſſe, a quo non niſi incantato ſuo ſcuto ſe defendere potuiſſe dicitur Jaſon: ſatis eſt, Colchicum Regem indixiſſe Jaſoni certamen cum hiſce tauris, tanquam cum tutelaribus ſuis Diis, antequam petitioni ſuæ aliquem promitteret locum; non ſecus ac Cimbri noſtri antiqui advenis ſemper procis dura prius injunxerint certamina & pericula, ante quam rogatis annuere vellent. XVII. En bovis jam apud Cimmerios antiquos cultum & exiſtimationem. Illi autem jam numero plures facti, quam illud pateretur ſolum, partem populi ad alias inveſtigandas ſedes dimiſerunt, qui porro antiquum ſuum Ducem ſequebantur bovem & Boryſthenis fertiliſſima legentes littora, verſus ſeptentrionem, ſine dubio relictis ubique coloniis ulterius proficiſci non deſtiterunt; donec

De boſphoro, Cimmerio.

Ulterior rum prof

donec ultima pars in Sarmaticis, Lithuanicis, Borussicis & demum Balthicis nostris insederit oris. Sic huc illatum est Cimmerium seu Cimbricum nomen, sic homines sacrificandi ritus hic innotuit, sic silvarum, montium & vallium sacra instituebantur, sic inter animalia potiorem venerationem bos obtinuit. Fuisse autem jam diu sacros in septentrione boves SAXO *Grammaticus* (s) antiquus rerum nostrarum scriptor testatur in navigatione Regis Gormonis ad Geruth septentrionis idolum quoddam versus ipsum Arctois polum, ubi classem hanc tradit post multorum dierum iter lumen solis amisisse & ad insulas quasdam appulsam fuisse, ubi greges soliti majores magno numero pascentes liberius mactabant, id quod parum ipsis feliciter successit, dum ab incolis abire fuerint prohibiti, usque dum persoluto pretio singulis videlicet hominibus pro singulis bobus cædem divini, ut vocat ille, pecoris expiassent. Quæ narratio *Saxonis* de hac expeditione regia, quamvis in multis fabulosa videtur, hic tamen satisfacit nobis, dum sacrum hoc septentrionalium meminit pecus; & convenit tamen apprime hæc relatio in quibusdam cum illa Geographi Nubiensis (t) Arabis, qui nonnullos gentis suæ Lisboa Lusitaniæ egressos in mare tenebrarum ait & ad insulas insoliti aeris & opaci luminis fuisse devectos, ubi boves solita animalis magnitudine multo majores invenerunt, quorum carnes comedere non sunt ausi. Sed apertius est testimonium SNORRONIS STURLESONII (u) ab antiquitate septentrionali meritissimi scriptoris, quod in historia Olai Tryggesonii Norvegiæ Regis refert: *Venerat*, inquit, *Rex ad locum quendam ulterioris regni Ogvalds-næss, seu Ogvaldi sedem dictum, ubi cum convivio exciperetur ab incolis, monoculus quidam senex ipsum accessit, dicens; sibi omnia ejus loci late cognita esse, & a se edoceri posse Regem de rebus jam diu præteritis. Inter alia ideoque a Rege interrogatus de Ogwaldo Rege, a quo sedes hæc & territorium appellationem traxerat suam, regessit, hunc Ogwaldum præpotentem fuisse Regem, qui vaccam quandam præcipua veneratione colebat eique sacrificia offerebat* (sic enim antiquum illud Norvagicum verbum exponit interpres Snorronis PETRUS CLAUDII). *Hanc vero ubique secum circumducens, lacte ipsius pro insigni medicamento utebatur. Cæsus autem in proelio contra Varnimum tumulatus fuerat a suis in colle quodam juxta prædium suum, & vacca ipsius in alio quodam vicino haud procul inde sito monticulo. Rex autem Olaus fidem hujus relationis exploraturus, colles aperiri jussit & ossa Regis in uno & vaccæ hujus in altero invenit.* Quis non videt, aliud quid præsidii & tutaminis ab hac vacca sua expectasse Ogwaldum præter solum lactis potum, cujus gratia animal secum circumducere opus non habebat, quod ubique inveniri poterat. Præterea satis cultum ejus superstitiosum sacrificia & sepultura testantur, quibus honorata dicitur.

(s) L. VIII.

(t) Clim. 4. part. 1 p. 157.

(u) p. 154.

Boves culti.

Plutarchi locus de idolo quodam Cimbrico intelligendus.

XVIII. Jam ad antiquius & longe clarius nos testimonium conferamus, quod vel solum meruerat hujus disquisitionis causa esse. Illud PLUTARCHI est communis Græciæ præceptoris & *aliis* nonnullis scriptoribus jam ante observatum, quod in *Marii vita* tale habetur: *Cimbri*, ait, *cum ante adventum Marii solas Catuli legiones lacessirent & in excursione quadam ab ipsis fortissime fuissent excepti & repressi, admirantes tantam Romanorum virtutem inducias ipsis permiserunt,* ἐμόσαντες τὸν χαλκοῦν ταῦρον, ὃν ὕστερον ἀλόντα μετὰ τὴν μάχην, εἰς τὴν Κάτλε φασὶν οἰκίαν, ὥσπερ ἀκροθίνιον τῆς νίκης κομισθῆναι. i. e. *per æneum taurum jurati quem postea post pugnam captum in domum Catuli ferunt tanquam victoriæ primitias fuisse delatum.* Idolum quoddam Cimbricum hunc fuisse taurum, ipsa suadet ratio tanti scriptoris tam luculento testimonio firmata, accedente insuper PLINII autoritate, qui in ædibus Catuli, quarum ornamenta & rarissima ex omni antiquitate collecta monumenta aliquoties laudat, eundem Cimbricum se vidisse taurum fatetur alicubi. Et nisi religio affuisset, nec per tanta terrarum spatia secum inutile quoddam metalli pondus circumvexissent nec in proeliis sibi prætulissent, multo minus per eundem taurum veluti rem sacerrimam de pangendis foederibus & induciis jurassent. Sed quale fuerit Numen, quod sub hac specie colebant, si non testimoniis omnino irrefragabilibus saltem conjecturis haud absurdis assequi conabor. Necesse tamen ipsis erat non Dux solum modo viæ ad tantam expeditionem in peregrinas oras suscipiendam, qui sedem ipsis, quam unice quærebant, monstraret idoneam, sed & antesignanus bellia quo sibi fortitudinem & robur contra hostes sperarent, quæ omnia procul dubio se in suo tauro habituros credebant. Nemini autem Deorum septentrionalium melius hæc competunt, quam Thoroni illi decantatissimo Asiæ & Europæ patrono. Ipsam appellationem Thor si excutiamus, mirari liceat, cur vossius (w) & SCHEFFERUS (x) scriptores ubique clarissimi, cum omnes ventilaverint origines, quæ huic vocabulo competere possent, hanc adeo proximam, quam nunc dabimus, omiserint. Dicunt ipsum Thor, Thur, Tur & Tyr fuisse dictum, quæ nomina confirmant scriptores satis, ut de illis nulla existat dubitatio. At sive in Asiaticis linguis, unde omnino ille Asiaticus Deus & ubique in septentrionalibus antiquitatibus vocatur, debet nominis sui originem accersere, sive in vernaculis nostris quæsiveris eandem, taurum tamen ubique habes & invenies. Primum est Ebræum שׁוֹר Schor, bos, quod quam facile potuerit in leniorem degenerare pronunciationem, Chaldaica lingua docet; quæ bovem ab hoc Ebræo vocabulo תּוֹר Tor vocat; unde est æthiopicum species bovis apud Abessinos, inde est Arabicum ثَوْر thsauron Georgianorum Thauros; unde quis non videt originem Græci Τάυρος, latini tauri, Gallici Taurau, Hispanici Toro; at nobis Cimbris, Gothis & Norwegis olim & hodie Tiör & Tyr dicitur taurus, quæ ipsa est hujus idoli appellatio. Hoc præter tam luculentum ex ipsa voce testimonium alias habeo rationes, cur Thor Deus ex omni idolorum septentrionalium coetu proficiscentibus ad novam expeditionem Cimbris maxime erat necessarius, hic enim non solum dux itinerum credebatur, sed tempestatum, pluviarum, tonitruum, & grandinum averruncus, a quibus, malis est potissimum, ut sibi caveant

Æneus taurus Cimbricus.

In expeditionibus instar Dei prælatus.

Thoro Asiæ & Europæ patronus.

(w) *de idolo lat. l. 2 c. 33.*

(x) *de Upsal. antiquit. c. 6.*

Thor Deus septentrionalibus in expeditionem iturus viæ dux.

veant peregrinantes! id quod de Torone confirmat ERICUS OLAI (y) *Suecanæ* ſcriptor *hiſtoriæ: Pro pluvia*, inquit, *& aura neceſſaria invocabant Toronem, cujus præſidio ſe ſperabant ab incommodis ac tempeſtatibus, fulmine grandineque conſervari:* & ADAMUS *Bremenſis: Tor*, inquit, *præſidet in aere, qui tonitrus & fulmina, ventos imbresque, ſerena & fruges gubernat. Anonymus* itidem *autor chronici* apud SCHEFFERUM: *colebant*, ait, *Thor pro commoda temperie aeris, ac ut largiretur omne genus frugum, amoveret fulmina, tonitrua, tempeſtates grandinesque noxias & procellas imbresque vehementiores averteret.* Quæ bona maximi in itineribus momenti, cum ſibi a Thor DEO exſpectabant Cimbri, non mirum eſt ipſos expeditionem quandam dubiam ſuſcepturos, hunc ſibi Deum ducem & comitem adjunxiſſe. Et ne dubitemus amplius de patrocinio quod ſibi a Thor Deo expectabant aliquo profecturi Gothi & Cimbri, en! clariſſimum DUDONIS DE S. QUINTINIO (z) teſtimonium, ubi expeditionem in Angliam ipſos paraſſe refert, & ante abitum Thur Deum ſuum fuiſſe veneratos. Cui alium Normanicarum rerum ſcriptorem GUILLELMUM *Gemmeticenſem* (a) jungamus, qui in ſimili expeditione ipſos poſt ſacrificium Thur Deo ſuo peractum ſe pelago commiſiſſe refert, ut minime ſit dubium, ipſos hunc Deum itinerum & profectionum præſidem non placaſſe ſolum, ſed ut averruncum malorum ſuorum ſecum in exteras oras exportaſſe, cum ex ſcriptoribus conſtat hunc Deum a ſeptentrionalibus circumgeſtari undique ſolitum. Scio me legiſſe apud SNORRONEM aut *alium* quendam rerum noſtrarum ſcriptorem, ſed jam non ſuccurrit locus memoriæ, quendam ex primis Islandiæ colonis Thoronis imaginem ſecum in navigatione habuiſſe ſua eamque in undas projectam inſecutum attigiſſe portum quendam opportunum, ubi idoneam ſibi a Deo ſtationem fuiſſe monſtratam credens, ibi ſedem ſibi fixit & templum Thoroni poſuit. Quidni crederem ergo, Thor Deum ſuam in tam vaſta expeditione ſecum habuiſſe Cimbros, ut ſub inſuero coelo ab adverſis naturæ ſuæ tempeſtatibus ſe ſervaret, fruges tantæ perfectioni & multitudini neceſſarias miniſtraret & idoneam ſedem & ſtationem aperiret. Accedit & juramentum illud Cimbrorum apud PLUTARCHUM, quod per hunc ſuum taurum præſtitiſſe dicuntur, quod Thoroni egregie convenit, per quem juraſſe Cimbros olim WORMIUS b) obſervat, aſſerentibus præterea recentiorum apud nos hiſtoricorum nonnullis illud per Thoronem juramentum adhuc in quibusdam patriæ locis antiquo uſurpari ritu. Poterat jam ab aliquo quæri, cur Cimbri, ſi Thor Deum ſecum in expeditionibus ſumſiſſent ſuis, eundem tauri imagine induerint: ſed præterquam, quod hicce Deus ipſorum lingua taurus dicebatur, etiam hoc ab antiquioribus potuerant diſcere, & iisdem ex cauſis, ob quas Ægyptii Oſiridem itinerum ducem bubula finxerunt facie. Iſraëlitæ profectionis ex Ægypto ducem bovem fecerunt, Cadmus ex Phoenicia in Græciam ſub bovis ductu tendebat, & ſimili duce ex Argivis Polybus; & quid tunc mirer eundem Cimbros ſibi ſumſiſſe ducem in procul remotas terras tendentes. (*) Accedit quod jam ante profectionem illam Cimbrorum in veneratione apud ipſos domi fuerat bos, quod ſuperius haud obſcuris probavimus indiciis. Vidimus etiam antea, quot & quantas utilitates ex hoc animali non minus quam aliæ gentes Cimbri ſemper habuerunt antiqui, adeo ut velut Latini optimas divitias ſuas a potiori illarum parte pecude pecunias dixerunt, ita Cimbri theſauros ſuos *Liggendeſa* dixerunt, quaſi diceres latine quieſcentem pecudem, ut a veris ſuis divitiis gregibus armentorum ſcilicet diſtingueretur. Præerat denique Thor fertilitati & foecunditati terræ, ad quam quantum bovem conferre cum viderent facile bovis imaginem in Thor transferre poſſent, ut Ægyptii in Oſiridem & Iſidem. XIX. Ego quidem nec aſſerere tuto nec negare audeo, Cimbros aliquando in vexillis ſuis bellicis bubulum aut taurinum pinxiſſe caput, quod eruditiſſimus THOMAS BARTHOLINUS (c) nimis ſubito patriæ ſuæ & doctorum omnium deſideriis ereptus, optat e ſcriptoribus antiquis poſſe evinci, cum nonnulli recentiores ſcriptores dicant, PLUTARCHUM id alicubi meminiſſe. Ait quidem Trogillus Arnkiel (d) illud in *vita Marii* exſtare, ſed fruſtra, & alius itidem quidam ſcriptor apud BARTHOLINUM id ſimiliter *Plutarcho* adſcribit; id quod magnam mihi admirationem movet nec minorem dubitationem, quis primo illud *Plutarcho* affinxerit, cum video DAVIDEM CHYTRÆUM de *lectione hiſtoriæ p. 499.* ex *Plutarchi* relatu aſſerere, inſigne Cimbrorum, caput tauri fuiſſe, nec non MATTH. DRESSER. *iſagog. hiſtor. millenar. 2. p. 83.* eadem verba *Plutarcho* adſcribere & quidem in *Marii vita*, & in AVENTINI *annalib. Bojor.* idem me legiſſe alicubi memini. Nec certius novi, unde OLAUS MAGNUS de *Septentr. gent.* lib. 2. cap. 23. taurum Cimbrorum olim inſigne fuiſſe didicerit, multo minus, unde MATTHIAS PRÆTORIUS in nupero ſuo *opere Gothico* lib. ult. ſeu *Marte Gothico*, ut vocat, c. 1. p. 11. Cimbros antiquos in ſcutis uri imaginem habuiſſe novit. Memini ſane ego, me apud ULYSS. ALDROVANDUM alicubi in *hiſtoria animalium* legiſſe, Marium poſt domitos Cimbros in inſignibus ſuis bovem ſubjugatum prætuliſſe, quod ſymbolum & ſignum Cimbrorum bos fuerat; id quod unde *Aldrovandus* habere potuerit, ignorare cogor, a veritate tamen alienum non opinor. Novimus enim, Marium poſt victoriam a Jugurtha reportatam hunc captivum ſuum manibus poſt terga religatis expreſſum in ſigillo habuiſſe ſuo, ut PLUTARCHUS autor eſt, id, quod qua ratione fuit exhibitum nummus Marii antiquus declarare poteſt. Idem Imperator victor a Baccho rediens, elephantem Africæ ſymbolum geſtavit, ut alii ipſius nummi teſtantur; ut ſic minus abſurdum putetur, quod *Aldrovandus* de bove habet in inſignibus Marii poſt cædem Cimbrorum. Meminit BARTHOLINUS, STRELOVIUM alicubi probare voluiſſe caput tauri aut bovis olim Cimbrorum inſigne fuiſſe, quia nonnulli ſubinde in his oris eruuntur nummi taurino capite ſignati: aſt hoc argumentum nimis debile putat *Bartholinus*, quod exiſtimat, tales nummos

(y) *hiſt. Suec. l. 1. c. 1.*

(z) *de mort. & act. Normannor. l. 1 p. 62. edit. du Cheſne.*

(a) *hiſt. Nor. l. 2. c. 5 p. 218. ed. ejusd.*

Cimbrorum juramentum per taurum.

(b) *Monum. Dan l 1. c. 4.*

Et taurina quidem ſpecie inductus,

quemadmodum & aliis factum.

Cimbros i xillis quo dam pict habuiſſe b tum caput conjicitu

(c) *antiqu Dan. c. 9 Locus Pl chi fruſtr quæſitus.*

(d) *de ia latr. Cim*

Numi taur capite inſig haud infre quentes apu Cimbror.

(*) תור Chaldæis bos & dux viæ eſt.

mos Græcos aut Romanos fuisse, in quibus caput bovis frequenter occurrit; mihi autem contigit, non unum, sed plures ejus generis obtinere nummulos, cum ante biennium fieret sepulcrum defuncto cuidam in cæmeterio *Nörve-Brobyensis* pagi duobus ab urbe nostra milliaribus distantis, ubi, qui fodiebant, satis magnam copiam detexerunt nummorum ex argento antiquorum. Fuerunt hi olim stanneo conditi vase, sed quod vetustate & soli acrimonia exesum nihil præter frustula quædam sui indicia ostendebat. Nequeo dissimulare complures ibi Anglicos fuisse, quatenus conjectura assequi licuit, sed multi tamen extra controversiam Danici erant & quidem ex concavis illis, quos foliatos vocant vel bracteatos ab una tantum facie signatis & in hisce & aliis regionibus vicinis frequenter olim cusis, etiam ad superius usque seculum. Plurimis ex hisce *caput tauri* vel *bovis cum prægrandibus cornibus* erat impressum, sed ita a Græco & Romano modo diversissimum, ut nullam vel suspicionem quidem de talibus autoribus movere possint. Adde, quod *Strelovii* illa verba in *præfatione Gothilandicæ* suæ *historiæ* ita sonant, ut nullo modo de Græcis nummis intelligi possint, cum dicit, in illa insula effodi subinde Arabicos, Græcos & Romanos nummos, & præterea ignotos alios cum capite bubulo antiquo Cimbrorum symbolo & signo. Figuram hic *exhibeo* unius & alterius, *Danici* scilicet & *Romani*, ut sic oppositi invicem differentiæ suæ sibi sint testes. Simile sane est caput illud bubulum in Mecklenburgensium insignibus videndum ad hanc originem etiam a doctis relatum viris, quod nunquam illi apposuissent pectori illius apud se famosissimi idoli Radegasti, ut figura ejus antiqua declarat & Fectore Radegasti. ADAMI *Bremensis*, HELMOLDI & *aliorum* testimoniis comprobata, ni venerationem quandam bovi exhibuissent illi, a proximis *Cimbris* sine dubitatione desumtam, ut sic Marti suo & bellorum Duci idem illud animal associarent, quod Cimbros secum in suas expeditiones circumduxisse noverant. XX. Ultimum jam meum de tauro Cimbrico testimonium adducam, quod magna etiam & præcipua hujus disquisitionis *causa fuit*. Proscindebat ante pauculos annos rusticus quidam prope urbem nostram agrum aratro, & ut nunc solent, omnem lucrari glebam propius, quam solitus fuerat antea, vomerem proximo admovit colliculo, ubi ara quædam antiqua Cimbrica, quales hic frequenter conspicere licet, steterat olim, ut lapides satis clari indices circumjacentes testantur, & ex improviso incidit in ferramenta quædam antiqua; inter quæ æneus erat parvulus taurus, ejus *formæ & magnitudinis*, quali hic eundem conspiciendum damus, & frustula præterea alia nonnulla, quæ tanquam inutilia partim abjecit illico partim filiolis domi ad lusus dedit. Ego postea hujus factus certior taurum illum parvo redemi pretio, sed reliqua fracta & dissipata erant. Venter cavus est, collum & cauda circellis ornantur, tergum flexuosa crispatum linea, femora flexuras habent, quales in antiquis figuris Cimbricis crebro videas apud WORMIUM in *monumentis Danicis*, STEPHANIUM in *notis* ad *Saxon.* & alios. Sed quod maxime me suspensum habet, observo in dextera colli parte notam seu stigma quoddam, infra quod corona cernitur expressa, quæ forsitan insignia quædam habuit adjuncta olim, nunc detrita & vetustate deleta. Genuinam in hoc tauro antiquitatem agnovit Vir πολυμαθέστατος D. DANIEL MAJOR, qui penes me eundem vidit & delineatione dignum habuit, & præter eum alii multi antiquitatum periti. Dicunt, similem exhiberi ab OLAO RUDBECKIO alicubi in *Atlanticis* suis; sed figuras ad hoc opus pertinentes non vidi, qui forsitan haud parum lucis huic nostro adderet. Ego ex supra dictis conjecturis & allatis testimoniis & exemplis, haud absurde mihi videor credere, huic tauro olim in superstitionibus & idololatria Cimbrica suum fuisse locum.

Fig. K. & L.

Convenientia capitis tauri in insignibus Megap.

Tauri ænei inventi descriptio.

Figura M.

VIII.

M. THOMÆ BRODERI BIRCHERODII ANNOTATIONES IN LIBELLVM, QVEM ÆLNOTHVS, MONACHVS CANTVARIENSIS, DE VITA, ET PASSIONE S. CANVTI, REGIS DANIÆ ET MARTYRIS CONSCRIPSIT.

EX AUTOGRAPHO BIRCHERODII.

Incipit Prologus. (1) *Ad Regem Nicolaum:* | Principum *duci præcipuo* (2), nobilium *primicerio* Ælnothi

Nota Bircherodii. (1) Hæc codici manuscripto præfixa ex antiquo more nolui omittere, quamvis in impresso codice Meursiano non inveniantur.

Filii Svenonis Esbritii XIV. (2) Respicit hic Ælnothus ad Principes fratres Regis. Fuerant enim Svenoni Esthritio filii non undecim ut Meursius, Stephanius & alii referunt; sed quatuordecim, quorum nomina erant: Gormo, Haraldus, Sveno, Omundus, Ubbo, Biorno, Magnus, Benedictus, Canutus, Olaus, Ericus, Haddingus, Nicolaus & Emundus, & binæ filiæ Syritha & Ingera, ut ex Lyschandro discimus. Ex hisce filiis quinque sceptrum; sex autem titulum obtinuerunt regium, etenim post obitum Erici Boni, non Proceres modo & totus populus sed Nicolaus etiam Ubboni ut seniori fratri regium titulum solenniter detulerunt, quem ille tanti fastigii curas prudenter pensiculans, & privatæ quietis amantior recusavit, & in fratrem Nicolaum transmisit. Inde est, quod elegantissimus Danicæ historiæ scriptor Beringius, cujus Florus Danicus jam ex prælo nostro Othoniensi feliciter lucem aspexit Regum Danorum catalogo Ubbonem inserit. Observat etiam antiquus scholiastes Adami Bremensis, Svenonem Esthritium misisse filium suum Magnum Romam, ut in Regem consecraretur, & sic septem Svenonis filios inter Reges Danos haud inepte numerare poteris. Omnium autem ex hisce fratribus Regum ultimus erat Nicolaus, quem ideo utpote nonnullis superstitem, nonnullis imperantem Ducum reliquorum præcipuum Ælnothus vocat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rio (3), pio, inuicto, magnifico, *Daciæ* (4) *proui-sori* (5) sereniſſimo, tam *ſpecie* (6), quam & *nomi-nis* (7) dignitate, illuſtriſſimo regi, *Nicolao*, (8) divini officii miniſtrorum infimus *Ælnothus*, (9) *Cantici* (10) metropolitana vrbe editus, jam vero Daciæ partibus quatuor quinquenniis, & bis fere binis annis, (11) demoratus, hoſtium vires virtute divina ſubvertere, contumacium colla potentiæ pede proterere, regni jura *potenter* (*) diſponere, pacis ſecuritate perfrui: &, poſt decurſum temporalis imperii, ſempiternæ felicitatis beatitudine ditari.

autoris patria.

(*) *al. decenter.*

Clementiam manſuetudinis gloriæ veſtræ (12) ſicut protervus quilibet, & imprudens, ſeu vecors, deteſtatur; ſic providus quisque, & probitatis executor, tam præſentia, quam & *exequentia*, (13) ſimul moderationis *d:ſpicientia*, *diſcretione*, (14) non modo laudibus, verum digno moderationis affectu extollendo proſequitur. Judicem enim univerſorum, quem rex propheticus, & opiliomum fortiſſimus, juſtum, & fortem, denuntiat, eundem etiam patientem, & longanimem, eſſe declarat: & cujus honorem judicium diligere inſinuat, eiſe miſericordiam cum judicio decantare manifeſtat. *Cuius veſtra excellentia pietatis modum*, (15) pro modulo, mortalibus conceſſo,

---

Primicerius quid?

(3) Primicerii titulus adeo mediæ & infimæ ætatis ſcriptoribus univerſalis eſt, ut Duci, Principi, Anteſignano & Ductori cujusque ordinis & negotii conveniat, a Græcis eorundem temporum etiam exceptus, quibus idem πριμμικήριος eſt in omni negotio ac ὁ πρῶτος. Quamplurima exempla Carolus Du Frene habet in gloſſariis ſuis vaſtis mediæ & infimæ Latinitatis & Græcitatis, quæ huc transferre non opus. Addamus nos unicum illud ex Junio in Codinum: Primicerius quisque primus eſt ordine in functione qualibet. Et inferius idem: Primicerius eſt aulæ palatii Protectorum domeſticorum. Ex hiſce liquet, cur Rex Ælnotho dicitur Primicerius nobilium. De Primicerio aulæ Romanæ videatur notitia utriusque imperii.

Dania dicta Dacia.

(4) Daniam a mediæ ætatis ſcriptoribus Daciam quoque vocatam fuiſſe Stephanius meminit ad hunc locum ex Galfridi monument. hiſtor. Reg. Brit. lib. 9. c. 11. Petr. Abb. Cellenſ. lib. 8. Ep. 19. aliisque. Peculiariter autem Cimbricam Cherſonenſum ita dictam obſervat ex Felic. Fabri hiſt. Svev. lib. 1. c. 9. Æn. Sylv. hiſt. Europæ c. 28. & 33. quibus alia infinita adjungi poſſent, ſi neceſſe foret. At mirum non eſt, ita nonnullos appellatos fuiſſe Danos, cum iidem omnino ſub Getarum nomine Romanis noti erant, & quos illi Getas vocabant, eos demum Dacos appellatos fuiſſe. Plinius ait lib. 4. c. 12. Acceſſit utriusque Dacici & Danici nominis ſimilitudo, quæ ſcriptores facile ad illam leviculam mutationem perducere poſſet. Ceterum miror, quod primi ex Oldenburgica ſtirpe Reges noſtri, utpote Chriſtianus primus, Johannes, Chriſtianus II. Fridericus primus, Chriſtianus III. omnes in nummis ſuis Daciam vocaverint regnum ſuum, ut & in plurimis illorum temporum diplomatibus, cum tamen prioris ævi Reges non nummis modo, ſed & in edictis & chartis Daniam ſcripſerunt, quanquam & ſæpe iidem Reges utroque modo ſcripſerunt Daniam & Daciam, quod ex monumentis priſcis videtur. Ericus Pomeranus in hiſt. gent. Dan. ait Julium Cæſarem primum Daniam Daciam appellaſſe, qua autoritate neſcio.

Appellationis ratio hiſtorica,

ſervata a Regibus ſtirpis Oldenburg.

De titulo: Proviſoris.

(5) Proviſoris titulus antiquis ſcriptoribus ſatis probatus ſub medio ævo omnis negotii curatoribus obtigit, cujus exempla ſatis clara Carolus Du Frene communicat, & inter alia hocce ex bibliothec. Cluniac. p. 579. Ricuimus Dei gratia Proviſor Tullenſium. Adhuc ille titulus apud varias gentes exercetur. Venetarum illuſtriſſimæ reipublicæ Proveditore generale vocatur, cui bellici apparatus cura per ſingulas provincias ſumma auctoritate demandatur. Proviſeur de Sarbonne, Pariſiis vocatur Præſes collegii per orbem decantatiſſimi.

(6) Pulchritudinem & corporis proceritatem intelligit quæ in aliquot Svenonis filiis commendatur apud ſcriptores, præſertim in Canuto & Erico, de quibus Saxo & chronic. Norwag. p. 393. & in Nicolao ex fide Ælnothi.

Nicolaus primus nomine chriſtiano inſignitus.

(7) Primus ſcilicet Nicolaus erat inter Danos Reges, qui nomen quoddam ex antiquioribus chriſtianis nominibus obtinuerat, cum omnes qui præceſſerant, gentilia ſive ethnica Septentrionis nomina habuerant. Et videtur Sveno Eſthritius primus inter Reges ita denominaſſe filios quosdam ſuos a Sanctis demortuis, ut Benedictum & Nilaum, cujus ideo nomen tam ſpecioſum Ælnotho videtur. Accedit ipſa hujus nominis ſignificatio græca, quæ victorem populi deſignat.

(8) Svenonis Eſthritii filio, ex junioribus fratri Canuti Sancti & reliquorum qui poſt obitum Erici boni fratris itidem ſui imperio admotus eſt, non ordine ætatis ſed ex beneficio Ubbonis fratris natu majoris, ad quem pertinebat jure Imperium, Regnum adeptus eſt A. C. milleſimo centeſimo & ſeptimo, & reliquit ejusdem ſæculi triceſimo quinto a civibus Sleſvicenſibus cæſus.

Nicolaus motus regis bonis.

(9) In fine MSCti codicis Hafnienſis Alnothum legi Meurſius obſervat, & Anglis etiam Eilnothum, Elnothum, Egelnothum & Ethelnothum dici. Codex, quo ego ſum uſus, ubique Ailnothum legit. Multa alia Anglorum nomina ſimiliter incipientia, ut Ethelburg, Ethelfrid, Ethelbert, Ethelſtan, Richardus Weſtergan in antiquitat. Anglicis recitat & explicat. Alios ejus nominis Epiſcopos & Archiepiſcopos Angliæ recitare ſupervacuum eſt. Cantuarienſis equidem Archiepiſcopus, qui primus in Fioniam noſtram & alias provincias Epiſcopos miſit Anglos, Elnothus dicebatur. Ceterum Reſenius in bibliotheca ſua ſeu catalogo librorum quibus academiam ornavit Hafnienſem, hunc Ælnothum Priorem ut vocant coenobii Canutini Otthonienſis fuiſſe ait.

Ælnothi *ctiones v.*

Cantiuglorum

(10) Anglorum Cantium eſt tota provincia, quæ Britannis Kent dicitur, & ſuos olim habuit Reges haud paucos. Puto autem Ælnothum ipſum ſcripſiſſe Cantii, non Cantici. Nunquam enim comperi Cantuariam ſic fuiſſe dictam. Credo etiam a Ptolomæo & Beda primum Cantuariam, Doroverniam fuiſſe vocatam. Et forſitan nunquam nec ab his nec ab aliis, ita Cantuaria dicta fuit, niſi per errorem. Quid Dorovernia eſt, novimus, & totam olim provinciam ita dictam non diffitemur; ſed Geographus qui interpretabitur milliaria, ſubinde non curat ut præconceptæ opinioni ſatisfaciat.

Ælnoth Daniam ventus.

(11) Hac inutili circumſcriptione commorationem ſuam in Dania per annos viginti quatuor declarat Ælnothus. Quodſi annos hoſce viginti quatuor retro colligimus, a primis annis regni Nicolai numerando, inveniatur hic Ælnothi in Daniam adventus incidiſſe in eadem tempora, quibus S. Canutus Rex Albani & Oſwaldi martyrum oſſa, ex Anglia in Daniam transferenda curaverat, ut ſic in illa pompa reliquiis ſanctorum transferendis miniſterium ſuum locaſſe Aelnothus putetur. Præerat hoc eodem tempore Cantuarienſi eccleſiæ celeberrimus ille & ſcriptis ſuis notiſſimus Archiepiſcopus Lanefranius, qui occaſione ex hac S. Albani migratione ſumta mille marcas cœnobio hujus Sancti reſtaurando impendit, ut Frideric. Godwin de Præſulib. Angliæ tradit p. 87.

Encomit Saxonis Nicolao

(12) Laudatur Nicolaus Rex ob bonitatem & manſuetudinem ſuam a Saxone talibus verbis: Suſcepto regno adeo animum ab omni faſtu averſum habuit, ut nihil ex priſtina manſvetudine decerperet. Aliud itidem bonitatis ipſius teſtimonium idem dederat Saxo ſub initio hiſtoriæ Olai Regis & fratris Nicolai, qui pro ipſo ex Flandrico carcere redimendo ſe pignus & obſidem obtulit. Nec parvum, inquit Saxo, fraternæ charitatis ſpecimen edidit, ſiquidem fraternas induere catenas, ſuisque vinculis germano regnum emere non dubitavit.

(13) Sic executionem vocat juxta ſæculi ſui tenuitatem.

(14) Ita codex MSCt. Editiones impreſſæ: malæ moderationis

Reverent maiorum

(15) DEI ſcilicet, etenim Deorum in terris vicarios eſſe Principes putabant antiqui, & eo meliores, quo divinis proprietatibus viciniores. Hinc Plinius in panegyri ga princip illum

cesso, exequens, & justitiæ severitati mansuetudinis lenitatem præferens, ejus ob hoc, ipso opitulante, gloriæ compos efficieris, cuius hic vicem, tam nominis participatione, quam & dignitate, exequeris. Ipse quippe, potentes de sede dejiciens, humiles & in præsenti exaltat, & in perpetuum sempiternæ beatitudinis honore magnificat. Illius, ut credi potissimum est, gratia, pretiosus frater tuus germanus, *Canutus*, (16) jam indubitanter beatus cognominandus, ex apice imperii temporalis gloriam nactus decoris perpetui, sicut inter mortales regni gloriosus (17) excellebat potentia, sic jam beatis spiritibus associatus gloriosior virtutum effulget magnificentia. Cuius ego *præsumptuosè* (18) gestorum simul, & certaminum, insignia explicare aggressus, imperitæ linguæ infacundiæ ignosci deposco: ut, si quid inane, seu veritatis vacuum, pondere, visus aspectantium offenderit, non, superducto protinus supercilio, Pharisaica condemnetur invidia; sed, sinceræ discretionis articulo, exterminandis sublatis, inserantur probabilia. Siquidem *morducis invidiæ morbum*, (19) qui versus exiguitatem imbecillitatis nostræ interdum solet assurgere, haud modo exstinguendum, immo *expergiscendum* (20) autumo: cum eventilatum cinéribus ignem, frustulis appositis, *fumivoma* (21) licet flamma obfuscante, incendiis aptare contendo. Sed soricem in situla saltantem gallus, atria perlustrans, & subtecti culmine anhelitu raucisono aëra verberans, pertranseat: & cum comparibus *adacutis* (22) calcaribus bellum certaminis ineat. Neque enim ego Danaûm classes, Dardanis exitium inferentes, edissero; non acies Hectoreas, Myrmidonum armis vmbonibus obiectis *insigniter* (23) obviantes, commemoro: sed quæ de gestis religiosi principis, & Deo dilecti martyris, probabilibus personis utriusque sexus, & ordinis, referentibus, agnovi; religiosi habitus viris, Jesu Christo ibidem, insignique triumphatori, deservientibus, obnixe suffragantibus, posterorum memoriæ apicibus reservanda *credidi*, (24) ea pietati Majestatis vestræ repræsentans, ut de tanti germani *glorificatione* (25) plenius exhilaretur, & *ad eiusdem virtutis insignia æmulanda*, (26) superno provisore aspirante, ardentius incitetur. Meis igitur cœptis, pacis simul & patriæ prouisor, solita pietate faueto; &, quæ de *opimatissimo progenitore vestro* (27) glorioforumque germanorum tuorum temporibus, ad hæc vsque præsentia magnificentiæ vestræ tempora, colligendo perstrinxi, *regio confirmare decreto velis:* (28) vt habeat dignitas regia tam proprii quam & præcedentium exercitii monimenta deferenda. Ambiguitatis vero scrupulum de pretiositate sanctitatis huius, de quo operis nostri summa est, Dei hominis, a pectoris sui secreto fidelis quisque remoueat: qui Deum omnia posse, &, antequam efficiantur, prænosse, ac præordinasse, non hæsitat. Qui enim Angelum superbiæ, ob *excellentiæ contumaciam*, (29) de excellentissimis dejecit, ipse humiles, & quietos, eiusque iudicia metuentes, de infimis ad superna deducit: &, qui de silice durissima, Aaron virga percutiente, laticem produxit, ipse sibi de rege martyrem, de principe terreno regni cœlestis elegit consortem. Hæc autem qui omnipotentem peregisse dissimulat, ne & ipse a diuinæ repromissionis solo exterminetur, pertimescat. Petro quippe attestante, in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi. Et, quia potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ, cur *ex gente durissima*, (30) catholica tamen fide insignita, principem religiosum, & veritatis ac justitiæ executorem sanctorum in supernis collegam non dignaretur efficere? Sed, cum vniversa possibilia sint credenti, & Deus in illo clementiæ suæ potentiam peregisse crédatur; &, patrocinio terrigenis prouiso, debitæ veneration is obsequio ab vniuersis magnificetur. Lætare igitur, rex *insignissime*, (31) tanta fratris adornatus glorificatione: exulta, confidens aduocatum apud Deum habere, in cuius hic regni solio, eo concedente, meruisti residere. Gratulare illum cœlis euectum, Abrahæ sinu reconditum, angelorum socium, martyrum concivem effectum, beatorum ciuem, choris interesse cœlestibus, Dei vultum præsentem cernere, gloriam maiestatis inspicere, & hoc jam interventus ope diuina peragere, quod hic regia quondam functus potentia non valebat perpetrare. *visu namque orbatis*, (32) lucis respectum con-

illum optimum facit Principem, qui Diis simillimus inveniretur.

(16) *Kanutum*: per K. ubique ponimus ad fidem MSCti.

(17) Glorioſus habent editiones impressæ.

(18) Arroganter, audacter, ita S. Bernhard in vita S. Malach. præsumtuosus & insolens, Presumtueux.

(19) Aut aliud quid præter hanc vitam scripsit Ælnothus, aut publico functus est munere, in quod injuria hæc exerceri potuit, forsitan prioratu in conventu Otthonensi ut antea observabatur.

(20) Barbare pro excitandum, stimulandum.

(21) Melius dixisset fumifica, fumifera.

Lectiones restituræ. (22) *Adauctis*: ita MSCt. (codices impressi Adaculis.)

(23) *Insequiter*: (impressi codices) male insigniter.

(24) *Contradidi*; (Codices impressi, credidi.)

(25) Ex ecclesiasticis posterioris ævi scriptoribus hoc Ælnothus habet; qui magis latine dixisset, conservationem, illustrationem.

(26) Ita Plinius epist. 110. omnes quos ætas nostra utroque sexu æmulanda tulit.

(27) Svenone Ulfhritio sc. latine celeberrimum, inclytum, famosissimum, laudatissimum dicunt. Præter ea autem quæ de hoc opinatissimo ex sequioribus Scriptoribus affert Meursius, multo plura & elegantiora Carolus Du Frene in glossario suo habet.

(28) Videtur antiquam consuetudinem illam quæ hodie ubique viget fuisse scriptoribus Magistratus privilegio scripta sua in lucem proditura muniviſſe.

(29) Hoc ut multa alia multum καταχρηστικῶς Ælnothus: vix enim credo ipsi in mentem venisse, illum Ciceronis locum, Orat. in Pison. Sect. 34. ubi mala etiam excellere dicuntur.

(30) Multa de duritia gentis nostræ antiqua tam morum quam animorum habent Sveno Aggonis, Saxo Aventinus, Jornandes, Helmoldus, Krantzius, alii. De duritie Danorum testimonia coæva.

(31) Superlativus bonis Scriptoribus ignotus.

(32) Hæc & sequentia Ælnothi verba intelligere volunt ea miracula, quæ post mortem S. Kanuti circa reliquias ejus contigisse dicuntur, de quibus Saxo ita: Deus S. Kanuti miracula.

condonat; cutem, Lazarica tabe putrescentem, expurgat,

Obstructas aperit aures, & famina reddit;
Dum linguæ neruos, gressusque resolvit habenas.
Effugat & febres, cunctos pellitque dolores:
In sanctis quoniam Deus est mirabilis ipsis;
Virtutes, signa, faciens post inclyta gesta:
Vt coelo clari, seclo fiant manifesti.

Tanti igitur germani pignora, regia condignis *ornet donis potentia*, (33) ædis sacræ decus amplificet; *spiritualis normæ viros*, (34) cultui ibident diuino jugiter insistentes, *solidando corroboret:* (35) vt, *pro temporis* (36) suffragii adminiculo, *super* (37) remunerationis in æternum potiaris præmio. Eius *quoque intercessionis obtentu*, (38) hostium tibi vires subjiciantur, inimicorum cuneus attenuetur, regni jus solidetur, pacis securitas confirmetur, sospitatis (39) integritas tribuatur, morbus ac pestilentia pellantur, *commoda* quaque *conualescant*, (40) incommoda decrescant: &, *desidui* longæua *imperii* 41) meta decursa, ad superna transmissus, in regia glorieris æterna. Vigeat, & valeat in æternum, pietas vestra: &, diuinæ miserationis respectu, regiæque subleuationis opitulatione, sustentetur imbecillitas nostra.

CAP. I. REGNA Aquilonis, in remotis mundi *partibus* (42) abdita, longe diuque paganis tenebantur ritibus dedita; quousque ea de *profundo erroris*, & infidelitatis, diuina *extraxit* (43) clementia. Nam postquam fere omnia occidentis regna, quæ *Julius*, (44) Magni quondam Pompeji gener, Ausonio subiecerat imperio, Christianis se subdîdere legibus, nationes illæ, quæ aduerso latere Francorum, seu Gallorum, Saxonumque, aquilonalibus consistunt in partibus, Suethi videlicet, & *Gothi, Normanni, atque Isonii*, (45) tanto serius fidei signa suscepere, quanto illuc fidei doctores, tam pro victus rerumque penuria, quam & pro *Barbarorum feritate*, (46) & innata duritie, magnipendebant diuertere. Dani vero, qui Gallis, Saxonibusque viciniores esse videntur, idcirco gentibus prænominatis potiores habentur, quod & ipsi solum necessariis vsibus vtilius incolunt; fidemque Trinitatis, ante quam illi cognouerunt, isti susceperunt; finesque suos regum nobilium, vi & consilio, tam præsulibus, quam & diuini officii ministris, *ecclesiis Dei* ibidem *indies* circumquaque *adauctis*, (47) nobilitauerunt: fidemque, hactenus susceptam, vsque huc fideliter

Christian
fera rece
apud Go
Norman
&c.
citios a
Danos.

Liberalitas Nicolai regis & conjugis Margarethæ.

(33) Nicolai Regis & conjugis ejus Margarethæ liberalitatem in ædes sacras Saxo sub initio lib. 13. late deprædicat: Margaretha, inquit, non solum divinarum ædium opes latifundiis auxit, sed & totis viribus ad augendum eorum splendorem incubuit, sacerdotalisque cultus inopiam exquisito ornamentorum genere permutavit; enim vero quo rem divinam ornatiorem perficeret pallas laticlavias, ceteraque sacerdotii insignia condere, atque sacrorum usibus erogare curæ habuit. Quis ideoque dubitet, quod Rex & Regina qui tam beneficos se in alias ædes sacras præstabant, etiam Othinienſe nostrum templum beatis S. Canuti fratris sui manibus dicatum, non plurimis quæ jam perierunt decoraverint donis & ornamentis.

Exercita in coenobium S. Canuti sacrum.

(34) Intelligit coenobium illud Benedictinum S. Canuto sacratum & ædibus ejus contiguum quod ab Hubaldo loci hujus Episcopo exoratus Rex Nicolaus exstruendum donisque & prædiis augendum curaverat; meminit etenim Hvitfeldius in chron. Episcop. Otthinienſium diplomatis Paschalis secundi Papæ, in quo liberalitas ingens Regis Nicolai in monasterium hoc ejusque fratres summopere commendabatur. Quo autem tempore a Pontifice Romano discessit ecclesia nostra exactis Monachis in profanos usus abiit hoc cœnobium cum bonis suis. Pars ædificii quod refectorium ut vocant fuerat Monachorum, gymnasio nostro bina hodie auditoria præbet, in sigillo hujus cœnobii cujus ectypon damus S. Kanutus in solio Regali conspiciendus cernitur cum globo Imperiali & sceptro.

Eius coenobii fata.

(35) i. e. amplioribus reditibus augeat.

(36) *Temporalis* in MSCto.

(37) *Supernæ* juxta MSCtum.

(38) Haud satis latine, efficacia, vi & virtute dixisset.

(39) Neque satis latinum. Vnum exemplum ex Salviano infimæ ætatis scriptore Du Frene adfert.

(40) *Commoda convalescant*: ita MSCt.

(41) Lege: decidui Imperii. Ita MSC. Deciduus a semibarbaris scriptoribus est defes, ignavus, piger, desiduo autem est obsoletum adverbium, pro diuturno, & hac significatione id sumsit Ælnothus si alias desidui scripserat.

(*Explicat Prologus &c.* juxta MSCtum oppositi.)

(42) Solebant Romani & Græci a se tanquam orbis meditullio incipere mensuram orbis. Hinc quicquid ab omni latere remotius, illud in mundo exterius putabant. Hinc ultima Thule & Garamantes extremi.

Romanc
& Græc
principi
geograp
cum.

(43) Primam christianæ religionis famam & aliquam notitiam Danis attulisse creditur Torchillus ille, qui circa medium ferme octavi a Christo sæculi longam instituerat navigationem, multis involutam fabulis antiquorum, etenim si Gormonis tum imperitantis filia, Vitichindo Saxoni & Christiano mox facto Principi nupserit, nulla dubitatio erit, quin vel hinc aliqua evangelicæ veritatis lux in Daniam conjecta fuerit. Sed post vicesimum sextum annum sæculi Christiani noni cum Haraldus Klach, Christo per baptisinum dixisset nomen primum in Dania pedem demum fixisse dicatur religio nostra; quamvis multa Regum populi & bellorum varietate diu vexata, compressa, refota, proscripta, revocata demum ultimum sensit impetum sub Svenone bifurcatæ barbæ imperio, circa finem decimi sæculi, quo tempore ita se septentrioni penitus intulit, ut in antiquas superstitiones postea dominaretur.

Fabula
Torchil
primo
rum apo

Vera aer
troducti
Daniam
stianismi

(44) *Gajus:* ita MSCtum.

(45) Nunc Sveci, Gothlandi, Norwegi, Islandi.

(46) Hanc causam justius affert Ælnothus, quam penuriam victus, qua nec Islandi nec Norwegi, multo minus Gothlandi & Sveci laborant. Difficultas etiam itineris & distantia loci, multum impedimenti dedit.

(47) Primum scilicet in Dania templum erat Slesvicense ab Haraldo Klachio exstructum circa annum Christi octingentesimum vicesimum septimum, Post triginta annos alterum Ripis surgebat cura Erici pueri quæ parvo intervallo Arrhusiense & Otthonienſe sequebantur, & sic indies ecclesiæ Danicæ adaugebantur.

Templun
Slesvicen
antiquiſſi
mum.
Et Ripenſ

ad coarguendam parricidarum malitiam puniti (interfecti) merita miraculosis prodidit argumentis, ignotamque vulgo virtutem mirificorum fulgore detexit. Et postea idem: Miraculorum nitor dubietatis caliginem, clara rerum luce pellebat, nam sanctitatis ejus medela varias imbecillitatum affectiones remediorum salubritate prosequuta est. Recenset infra Ælnothus c. 32. multa miracula quæ circa ægrotorum restitutionem contigisse creduntur virtute corporis hujus regii. Unum ego a sacris manibus exoptassem miraculum, ut sacrilegos illos reliquiarum suarum & ornamentorum spoliatores, de quibus inferius loquemur, loco cedere prohibuisset, usque dum in factis deprehensi, poenas scelerum dare potuissent.

ter venerando seruauerunt. Vt enim quoddam ex antiquorum relato contingam, ex quo venerabilis memoriæ Pontifex, *Poppo*, (48) candentis ferri ardore *inustam* deferens *dextram*, (49) & ignitas ferri laminas incombustis pertransiens *plantis*, (50) Christum, Dei filium verum, & *solum dominum*

Ss ss 3

(48) Hic Trevirensis erat Episcopus a Germanis Principibus in Daniam missus ad Evangelium Christi prædicandum, & longe alius a Poppone illo Arhusiensi Episcopo, quem cum illo superiore confundit Hvitfeldius & alii.

(49) Meursius vocem inustam, ut male latinam taxat utpote debuerat Ælnothus dicere illæsam, non ustam, in glossis tamen suis ἄκαυτον inustum reddi dicit. Alibi tamen sæpe occurrit illud, ut in Legibus Canuti Regis Leg. 29. Servus si ipsa Ordalii sententia in reos referatur primo inustus conjungitur.

(50) Multa hic nobis dicenda se offerunt, sed quia complures Scriptores hanc per ignem se purgandi rationem descripserunt, & nostri non est instituti omnia ea prosequi, in compendium dirigamus, quæ & alii collegerunt, & nos ipsi de hoc negotio observavimus. Ipse autem summus Judex & sapientissimus universi arbiter, non semper in dubiis mortalium negotiis immediatum ipsis sistere voluit judicium, sed ab ipsis temporibus antiquissimis diversa pro temporum, causarum & hominum ratione instituit inquisitionum genera, per quæ detegerentur & publico innotescerent, tam rei, quam innocui; scilicet ut ipsa natura archetypi conditoris effigies est, sic & variæ illæ ab ipso institutæ rationes occultas res revelandi imperscrutabilis ipsius sapientiæ documenta existerent evidentia, etenim duplex in his potentiæ suæ testimonium perhibuit DEUS, unum, dùm ipsam se perspicere causam & reum dignoscere probaret, alterum, dum media illa ad causæ cognitionem facientia, illa mirifica virtute imbueret; Ut igitur non minus facile DEO foret dicere quotannis: Fiant arbores, homines, volucres, quam ab initio fuit nisi naturæ ordinem a se institutum semel, porro continuandum voluisset, ita nec magis arduum foret illi nocentem & innocentem unico notare verbo, aut digito & dicere: hic est. Veluti in delectu filiorum Isai cum Samuele egit, sed quia divinam suam potestatem in plurimis conspiciendam voluit & duritia cordis humani publicum quoddam & omnibus videndum testimonium efflagitabat, sæpe ideo ad tales demonstrationes oculares mortalium cœtus protraxit subinde. Prophetas Eliam, Habacuc, & alios, DEI Spiritus & voluntas unico nutu per longinqua terrarum spatia traxit, vexit, duxit, reduxit, vel ad mandata DEI exequenda vel ad pericula ipsorum evitanda. Non ita de Abrahamo decreverat cœli voluntas quem ut Chaldæis testis esset innocentiæ suæ Divinæque providentiæ prius sine noxa in calente fornace si Judæis credamus infidelibus conspiciendum voluit. Et eodem integritatis testimonio tres illos in Babylonicis flammis servavit viros, ut multa alia omittam huc facientia sacræ historiæ testimonia. Ex ardente Mosis dumeto trahant quæcunque voluerint mysterii interpretes, at simplicissima hæc est interpretatio, quod idem testimonium Divinæ veritatis hic ignis sine noxa dumeti ardens perhibuerit Mosi, qui vix credidisset alias ac ignis qui insecuturis temporibus veridicos ac innocuos sæpe homines a crimine vindicaret & fidem apud accusatores conciliaret. Eandem sane causam & rationem sortilegia habuerunt, quorum exempla in Acham, Jonathane, Jona & alibi sæpius in sacris monumentis observare licet. Quid de aquis Zelotypiæ dicam tot Doctorum quæstionibus vexatis? hæcce & alia infinita talia Hebræis recepta ex mandato divino, an gentibus in usu antea fuerunt, ut doctissimo Spencero placuit asserere, quis tuto dicat? non enim satis est asseruisse nisi testimonia accesserint. Unde autem illa haberi possunt, quæ sacra Scriptura possunt antiquiora censeri? de vitulo aureo satis clara res est, cum de Apide jam jam evidentia erant testimonia nec non de aliis paucis Judæorum ritibus, quorum originem ex Ægyptiacis fontibus connivente Deo, ipsa satis sibi prodit Scriptura. At ubi explorationem innocentiæ per ignem & aquam tradit Scriptura sine ullo tunc temporis indicio rei alicujus similis apud exteros, an tunc tuto provocatur ad Herodotum, Theopompum, Platonem, Strabonem, Pausaniam, Philostratum, Ælianum, Plutarchum & alios tales, qui similes quidem apud Græcos, Ægyptios & Romanos observare potuerunt subinde ictus, sed antiquitatem eorundem nesciunt. Arduum est credere, talia omnia ab Ægyptiis desumsisse Hebræos; divina clementia se ad populi pertinaciam accommodante, quod quo consilio orbi persuadere erudito Spencerus voluerit, nescio: forsitan ab Ebræis ut alia multa, ita & hæc innocentiam explorandi genera mutuati sunt gentiles. De sortilegiis Ebræorum satis exemplorum Scriptura habet, & eadem Esther c. 3. & 10. talia tunc gentilibus seu ethnicis in usu fuisse docet, ut innumera omittam quæ ex profanis Scriptoribus Græcis & Latinis huc facientia recenseri possent. Exploratio per aquam divino mandato nititur, Numer. V. 12. 13 eadem inter Gentiles frequentissima erat. Quamplurima testimonia hujus rei congesserunt Spencerus, de Legibus Ebræorum lib. 3. Diss 1. c. 2. Petr. Dan. Huetius concord. rat. & fid lib. 2. Sect. 22. scilicet de fonte Ephesio castitatis indice, de aquis Palicis in Sicilia perjurii vindicibus, de Titaresio amne, Tyani fonte & aliis multis talibus. Explorationis per ignem initia dedimus ex Scriptura superius. Gentilibus eundem diu fuisse morem nocentiam & innocentiam probandi, multa scriptorum evincunt testimonia, quæ collegit supra laudatus Huetius op. cit. lib. 2. p. 222. unde videtur Ethnicos ad justitiam causæ suæ testandam nunc ardentes calcasse prunas, nunc manibus ignem & candentia gestasse ferramenta uti ex Theodori Prodrom. Erot. lib. 2. Virg. Æneid. lib. 11. v. 787. Plin. lib 7 c 2 Sil. Ital. l 5 Strab. l. 5. & 12 Heliod. Æth l. 10. comprobat, idemque ex aliis aliarum gentium historiis observat, de Siamensibus, Japponensibus, Caffaris, Malabaris & aliis. Apud Francos, Germanos, Anglos, Danos, aliosve populos Septentrionales, tam ante religionis christianæ professionem, quam postea clarissima & luculenta ubivis obvia sunt testimonia, de quibus nos alibi plenius. Multa hujus purgationis apud has gentes testimonia congesserunt Stephanius not. ad Sax. Grammat. p. 120. Spelmannus in archæolog. in voce Ordeal, *Carolus du Frene in glossar. in voce Ordalio*, Calvinus in Lexic. Juridic. voce purgatio, *Hoffmann Lex.* Philosoph. in voce purgat. Triplex erat apud Septentrionales illa per ignem purgatio, ut ex Legibus Danorum antiquis & vicinarum gentium constat: vel les. enim chirotecam ferream ignitam nuda gestabant manu, quod *Jern byrd* seu gestatio ferri dicebatur, vel nudis pedibus duodecim vomeres igne rubentes & in terram defossos calcabant quod *Skiers-Jern* dictum puto, i. e. ferrum purgationis, Schiaer enim nostra lingua est purum & innocens, vel denique laminam aut baculum ferreum certis passibus quibusdam nuda deferrent manu & in vas quoddam ibi constitutum projicerent, unde & *Trygs-Jern* seu *Trugs-Jern* dicebatur id est vasis ferrum. Conceptas illas verborum formulas in tali purgatione adhibendas ut & totius actionis illius morem & modum habemus in antiquis nostris Scanicis Legibus lib. V. c. 38. lib. 7 c. 9 lib. 9. c. 25 & 26. apud Stephanium not. in Saxon. loc. cit. Worm. monum. Dan. lib. I. c II. qui ex professo hanc materiam tractat Historiæ hujus purgationis multæ occurrunt, utpote de Ludovico Ludovici Regis filio, qui disceptans cum Carolo Calvo de Lotharingia causam defendebat suam per duodecim homines cum aqua calida, duodecim cum aqua frigida, cui inmergerentur duodecim cum ferro ignito. De Biccio Episcopo Turonienssi, qui hoc modo adulterii suspicionem a se removit Greg. Tur. L. 2. c. 1. de Slavis qui hoc modo Christianos & Ethnicos inter distinguebant, Helm. Chron. Slav. L 1. c 84. de Conradi III. Imperat. Henrici II. Kanuti Regis Daniæ, & Angliæ Reginis ex Jo. Aventino, Cranzio, Bakero, Anglo & aliis, & sexcenta alia, quæ inveniuntur apud supra memoratos scriptores, præsertim apud Henr. Bangertum in not. ad Helmold. Chronic. p. 189. & sqq. ubi leges, ritus, exempla, & alia has probationes concernentia abunde habentur. Clarissimum autem illud exemplum Popponis quod christianæ religioni in nostris terris magnam conciliavit fidem, & huic digressioni materiam & occasionem dedit non eadem loci & temporis ratione confirmatur apud omnes, qui de hoc scripserunt, ut Meursius observat. Nam Sigebertus Gemblacensis ad A.

Triplex apud Septentrionales.

Jern-bryd.

Skiers-Jern.

Trugs-Jern.

Exempla purgationis per ferrum candens.

Ludovici regis Germ.

Biccii.

Conradi III.

Popponis.

C 966.

dominum (51) fore, euidenti iudicio declarauit; fidem, quam gens Danica suscepit, in hodiernum illibaram conseruare, & custodire, Jesu Christo fauente, contendit. Suethi vero, & Gothi, rebus ad votum fauentibus, prosperisque succedentibus, Christianitatis fidem nomine tenus venerari videntur: at, vbi aduersitatis aura, siue terræ infertilitate, aërisque siccitate, aut procellarum *densitate* (52), seu hostium incursione, vel ignis adustione, inflauerit, fidei religionem, quam venerari verbo tenus videbantur, non modo verbis, verum etiam rebus, Christianorumque fidelium *persecutionibus*, (53) insequuntur, atque suis finibus omnino expellere conantur. Vnde piæ memoriæ Eschillus archiepiscopus, ex nobilissimo Anglorum orbe *deueniens*, (54) ibique Euangelium fidei feris, & indomitis, gentibus denuntians, pro veritatis testimonio, barbarorum feritate, & vesania, transitorio sequestratus seculo, (55) *angelis collætantibus*, (56) superna adiit victurus perpetuo. *Aquilonales* (57) autem, qui, ob situm regionum, Normanni dicuntur, & Isonii, qui etiam, ob hiemis ibidem vehementiam, & longioris glaciei seriem, *glaciales* (58) tam patria, quam Normannica; & Danica lingua vocantur, ritum quidem Christianæ religionis obseruant, sed &, pro terræ infertilitate, victusque *exiguitate*, (59) eandem fidei religionem, tam solennibus jeiuniorum diebus, quam & quadragesimali tempore, illicitorum esu ciborum commaculant. Ab *Aquilone enim*, (60) per prophetam dominus commemorat, quia pandetur malum super faciem vniuersæ terræ. Idcirco nationes istæ, quas commemorauimus, antiquæ infidelitatis obstrictæ frigoribus, vix vnquam ita feruore succensæ fidei stabilitate solidantur, vt infidelitatis nexibus penitus absoluantur; dum & fidei sacramenta, quod mortalibus inconcessum est, humanis conantur rationibus perstringere, *legesque suas Dei justitiæ præponere* (61): & ab antiquis sese ritibus, siue religiosis, siue irreligiosis, diuini respectu timoris, pudori deputant abstrahere. Verum, ne his diutius immorer, quicquid seu illis, seu cunctis, in diuinis perficiendis deest, mandatis fidelibus, exurgente Aquilone, & frigore iniquitatis, & torporis, effugato, venit Auster: & perflat ortum ecclesiæ fidelium, vt fluant aromata illius. Venit scilicet calor gratiæ spiritalis, & influit in corda credentium, vt veræ fidei professione, operumque fragrantia redundante, luceat lux nostra coram hominibus; id est, mundi amatoribus, & non superna, sed caduca, sapientibus: & glorificent patrem nostrum, qui in cælis est. Vt igitur proposita congruenter prose-

Eschillus Normannorum apostolus.

Normanni religionis ganæ per ces.

Christianorum persecutiones.

Eschillus.

Islandi, I

Septentrionales rituu antiquor pertinace

Dissensus autorum.

tum in anno definiendo

tum loco.

Ordalium ferri candentis abrogatum.

Effectus miraculi Popponis.

C. 966. refert hocce, & in convivio quodam factum ait ex occasione dissertationis cujusdam, inter ipsum & Danos, de Christo & Diis gentilibus quos tunc temporis simul colebant, ut Samaritani olim Deum & idola. Haraldi Regis temporibus hoc contigisse tradunt Albertus Stadensis, Anonymus Chron. Belg. Matth. Westmon. Dithmar. Chron. L. 2. Witichind. gest. Sax. L. 3. Anonym de S. Meinwerco c. 41. Cranz. Dan L. 4. c. 24. sub Erico Rege Daniæ & Sueciæ hoc factum, Ad. Bremensis vult ex relatione Suenonis Esthritii, cui certe in multis plus credidit vid. hist. ecclesiast lib. 2. c. 26. Hic Adamus uti & Anonym. de S Meinwerco aliud addunt miraculum reliquis scriptoribus ignotum, Popponem scilicet ceream induxisse tunicam nudo suo corpori, eamque incensam gestasse sine noxa, diu. Sigebertus & Westmonasterienses hoc A. C. 966. accidisse ferunt, Stadensis A. 934. Auctor vitæ S. Meinwerci an. 1017. nonnulli ad ripam Cimbricam, alii prope Sleswicum hoc factum contendunt, ut Bremensis l. c. meminit, alii, ad Wiburgum Cimbriæ, ut Cypræus in Annal. Ecclesiast. C. XIII. refert, alii, ad portum Sælandiæ Isefiord, ut Saxo L. X. Solus Ælnothus candentes laminas meminit, quas eodem tempore Poppo calcaverit. Ubicunque demum, aut grande illud miraculum viderit Dania, credi tamen debet, hanc per ignem se purgandi aut causam suam confirmandi rationem, licet antea forsitan ut apud alias gentes in usu fuerit postea magis confirmatam & fide majori dignam fuisse putatam; etenim Sueno postea sancita lege hanc purgationem induxit, ut Saxo scribit L. X. Ut autem cum tractu temporis observarunt Romani Pontifices, magnum, qui hanc purgationem sequebatur abusum, tam fidei quam juris diabolo sæpe ut fas est credere, non minus jam quam olim suos sub tali negotio ludente lusus, id abrogare conati sunt, efflagitantibus Regibus & Principibus multis christianis, ut ex actis Honorii III. observatur. Ideoque Haraldus Suenonis Esthritii filius, huic purgationi Decreto rejectæ publico jusjurandum substituit, irrepente nihilominus post obitum ejus eodem sensim ritu, non in consuetudinem modo sed & in publicas Leges usque ad tempora Waldemari Quarti, qui Papæ Eugenii IV. adjutus edicto hanc dubiam sæpe deprehensam delevit purgationem.

(51) Innotuerat quidem Christi cognitio jam antea Danis, sed ut Sigebert. Gemblacensis & alii referunt & Christum & idola colebant quod hoc miraculo corrigere Poppo voluit, ita Norwegi, Sueci, Rugiani, Lithuani & Borussi, diu post conversionem suam antiquas tamen pertinaciter retinuerunt superstitiones. Immo hodie apud Iterios, Cholchicos & Mingraelios Christianos uti & apud Laplandos boreales præter nomen christianum baptismum & quædam generaliora christianæ religionis indicia nihil est, quod non antiquas spiret superstitiones.

(52) Præterquam quod minus Latine Ælnothus hic loquitur, dum infertilitatem dicit pro infoecunditate & sterilitate nos meminisse facit hic adversa primorum christianorum fata inter gentes; illis enim solebant omnes imputare calamitates, quæ orbi accidere possent, veluti hac religionis ut vocabant novitate exasperati Dii omnium malorum & morborum cohortem mundo immisissent. Illud est, quod ab initio statim libri primi contra gentes clamitat Arnobius & sæpius postea illud Tertullianus in Apologetico, Cyprianus contra Demetrianum, Prudentius contra Symmachum, Augustinus de civitate Dei & alii sexcenti exploserunt, riserunt & confutarunt.

(53) Ita sub Nerone, Domitiano, Trajano, & aliis christiani nominis hostibus imperatoribus ob publicas calamitates, ut incendia, nundationes, terræ motus, siccitates annorum multa patiebantur Christiani, tanquam peculiares publici mali victimæ, ut non ecclesiastici solum Christianorum scriptores sed & ipsi Gentiles historici cum dolore commiserantur.

(54) D. Sigfridum ex Anglia comitatus fuit hic Eschillus aut postea eo in senium vergente in Sueciam advenerat, & ibi a furente plebe occisus est. Ex Joh. Magni hist. Goth. lib 18. c. 11. refert Meursius.

(55) Barbare, pro transitorio exemtus seculo. Sequestrare apud JCtos quandoque invenitur. vid. Calvin. Lex. Jurid.

(56) Latine, una gaudentibus, applaudentibus.

(57) Aquilonios & aquilonares dicunt boni scriptores.

(58) Islandi quos alias Isonios vocaverat, iis enim nostra lingua glacies est.

(59) Hæc causa Septentrionalibus esse non potuit jejunii violandi, habent enim piscium, ovorum & lactis copiam, quibus jejunium non violatur apud Pontificios.

(60) Dictum Scripturæ plane intempestive allegatum extra sensum Spiritus S.

(61) Mirum est quantam illi Septentrionales adhibent curam & multo pertinacem in antiquis suis ritibus propugnandis, de quo præter alios scriptores prolixum est Chronic. Norwag. in hist. Olai Trygonid. & Olai Sancti.

prosequamur, fauore nos vt essemus creantis, & vt reformaremur recreantis adiuuemur. II. Post multos igitur bellorum incursus, certaminumque conflictus, inter Magnum, *Aquilonalium*, (62) & Occidentalium, & *Suenonem*, (63) *Magnum etiam nuncupatum*, (64) Orientalium, & Australium, ducem, acerrimos vtrosque commissos, postquam memorabile initum prælium, inter *Haraldum, coma pulcrum*, (65) & eundem Suenonem Magnum, de principatu Daciæ habitum, Magno quidem via vniuersitatis *ingressu* (66) & Haraldo Daciæ terminis exturbato, Sueno Magnus natiui soli principatum obtinuit, &, quoad vixit tempore, nobilissime rexit, cui veluti famosus ille quondam Troianorum inclytus Priamus heros, speciem dignam præferens imperio, cum, secundum diuinum interpretem, sapiens corde esset, & fortis robore, gentem suam, tam diuinitatis auxilio, quam & robore, & prudentia consilii sui, ab extranearum incursione gentium strenue protexit: &, pace circumquaque reddita, armis eam & viribus plurimis per circuitum gentibus terribilem effecit. Sed &, *quia liberalium non expers erat studiorum*, (67) & diuinarum non inscius lectionum, religionis cultum provehere non neglexit: immo sanctorum ecclesias, in quibus erant locis, regali auctoritate *provexit* (68): clerumque, ac pontifices, tam adaugere, quam & venerari, operam duxit: orphanis & viduis, & egenis, & aduenis, & maxime pauperibus clericis, regalibus succurrebat stipendiis: & ex iniquo mammona hos sibi amicos facere satagebat, a quibus æternis se intromittendum tabernaculis præsumebat: &, ne omnibus immorer, mitis erat parvis, atroxque superbis. illos, mulcebat clementia; istos, premebat potentia:

Cleri fautoris insignis.

ales Suenonis M. regis Daniæ.

Paupe-

cti. At hodie si septentrionales istos populos vidisset Ælnothus, illos non tenaces antiquæ infidelitatis dixisset; ut enim illi olim patriis suis ritibus mordacitus inhærebant, id quod Ælnothus eum aliis testatur, ita & postea religionis christianæ etiam ad superstitionem usque fuerunt sectatores & propugnatores strenui. Crantzius in Norwagicis ait Norwegos sacerdotibus suis magnum habuisse honorem, nec bene Christianum censuisse, qui non quotidie missæ sacrificio interfuerat. Idem mox de Islandis ita loquitur, Episcopos non aliter ac Reges reverentur, & quicquid illi indixerint his negare non sustinent. Hodie, quam sint septentrionales illi populi Norwegi & Islandi de quibus Ælnothus loquitur, veræ & indubiæ religioni Christiano Apostolicæ addicti toti orbi Christiano notissimum est.

Cap. II. Haraldus Bonus,

(62) Ille erat Magnus cognomento Bonus S. Olai Regis Norweg filii, qui post obitum Canuti Magni regnum avitum recuperavit, & cum Canuto duro, seu Hardi Canuto, Canuti Magni filio ita paciscebatur, ut qui amborum superaret alterum vivendo, ille alterius regnum cum suo possideret, ut Saxo refert lib. X Obierat jam primus Kanutus & Daniam ex pacto Norwagico Regi Magno possidendam reliquit, id quod non licuit ipsi per hunc Svenonem de quo jam.

Sueno Magnus.

(63) Ita MSCtum. Nepos erat ille Canuti Magni ex sorore Esthritia, quæ hunc Svenonem susceperat ex Ulphone Anglo, quem Canutus Magnus ob petulantiam linguæ in convivio occiderat, unde videtur Svenonem hunc Patris mores detestatum, se a matre potius nominandum voluisse Esthiritium, quod alii quoque aliis de causis fecerunt olim ut filii Zerujæ in Scriptura S. Sveno Algivæ filius, a quo potius denominatur quam a Patre Canuto Magno, Petrus Botildis Roschildensis episcopus & alii Hic Sveno ab avunculo suo materno Canuto Magno ante expeditionem ipsius ultimam seu Normannicam imperio admotus post obitum Canuti Asperi seu Sobrini sui matruelis noluit ratam illam cum Magno Norwego factam pactionem de Daniæ regno obtinendo, qui Canutum supervixerat, sed quam potuit celerrime cum exercitu in Daniam transiit, maternam hæreditatem sibi vindicaturus.

Tres Daniæ reges cognomine: Magni insigniti.

(64) Tres novimus inter omnes Danorum Principes, quibus ob rerum gestarum magnitudinem Magni cognomen contigit, ut Persarum, Macedonum, Romanorum, Galliarum, & aliis aliarum gentium Imperatoribus Inter Danorum Reges Canutus erat Magnus, hic Sveno ejus ex sorore nepos & Waldemarus primus, Principes & Monarchæ, qua potestatem, pietatem, prudentiam & fortitudinem felicem nemini ex supra nominatis aliarum gentium Imperatoribus Magnis minor.

ἀνισοπλαν Ælnothi confundendo Haraldum comatum & Haraldum delapsus sit, & hunc Haraldum, qui cum Svenone Esthritio de Dania contendebat, coma pulchrum vocaverit. Ille Norwegiæ Rex Haraldus qui pulchricomus seu coma pulcher dicebatur, jam sesquiseculum integrum Svenonem Esthritium præcesserat. Hic autem Haraldus cui cum Esthritio bellum erat, Harderaade dicebatur, seu Hardduri & dubii consilii Princeps. Et durum & dubium bene illud erat negotium, quod instituerat ille olim cum Constantinopoli in antrum draconis conjectus, nudo cultello armatus serpentem feliciter confecit, & hujus tam præclari facinoris caussa, ab Imperatore Byzantino qui tunc erat Constantinus Monomachus Zodæ maritus magni postea habitus, cum multis militibus & donis domum remissus est ad regnum patrium apud Norwegos recuperandum. Vide Saxon. L. 10 Chronicon tamen Norwagicum alio modo audaciam Haraldi, quam Constantinopoli declaravit, describit.

dum Hardecanuto.

(66) Compendiosius & magis latine hic loqui potuerat Ælnothus. De casu autem Magni qui ex equo præcipitatus, & fatali illius stipiti exspiravit, relicto Svenoni Imperio securo, Saxo agit L. 11. ut & de Haraldi irrito in Daniam proposito. Causa autem tam funesti casus Regis Magni lepus erat, qui equum occursu suo perterrefactum ad succussaturam hanc Regi fatalem adegit. Ad quem locum multa curiosa exempla colligit Stephanius de similibus damnis pluribus per leporum occursum datis. Unde Camerarius decur. VII problem 9. quæst. miscell. discere potuerat, non in omen malum abiisse leporis transcursum, quia abiens bonum simul obsonium aufert, sed quia inopinato occursu jumenta & animalia perterrefaciens, multis infelicibus casibus dedit causam.

Causa funesti casus Magni regis.

(67) Magnum hujus eruditionis Regis documentum vel solus Adamus Bremensis suppeditat, qui sæpissime in libris suis ecclesiasticæ historiæ ut L. 2 c. 19 21 L. IV. c. 16. & alibi ex solis narrationibus hujus Regis de priscis temporibus & antiquis differit Regibus. Idem de situ Daniæ multa etiam habet ex ore & fide hujus Regis de natura & indole vicinarum in Septentrione regionum ut valtam sic in Svenone non cognitionem modo, sed & miram memoriæ felicitatem deprehendas.

Suenonis Regis eruditio.

(68) Multa haberi possunt e scriptoribus testimonia de sollicita & pia Svenonis cura in christiana religione propaganda & ecclesiis tam instituendis quam fovendis & augendis. Ab ipso christianitas in exteras regiones, longe lateque diffusa est, inquit Bremensis L. IV. c 16. idem postea C XLII XLIII. XLIV. Regis late deprædicat pium desiderium de prima per Daniam convocanda synodo Episcoporum, de Episcopis per Islandiam & ulteriores aquilonis partes constituendis. Sed illustrior longe erat cura ipsi circa ecclesiam, dum A. C. millesexagesimo quinto, quatuor in Dania antea erectos episcopatus aliis quatuor adauxerit, binis videlicet in Scania Lundensi & Dalbyensi & binis in Cimbria Wyburgensi & Burglavensi. Quam liberalem se in ecclesias præbuit Seelandicas post poenitentiam cædis perpetratæ actam, Saxo meminit L 11 Solum chronicon Gothlandicum refert ejus tempore ferme viginti in illa insula erecta fuisse templa, quod sine dubio absque ejus ope fieri non potuit. Et id est, quod proxime postea Ælnothus dicit; *& in quibus hactenus non erant evexit.*

& cura in religione Christiana propaganda.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pauperibusque dapes, nudis dat tegmina, veſtes: hos fouebat, ne in via deficerent; illos tegebat, ne, aut frigoris rigore, aut caloris ardore, deperirent.

Sed, quid in humanis eſt omni parte beatum? Deus enim, Deus noſter, ſolus vere bonus, ſolus vere beatus; æqualis, & coæternus, Deo exiſtens: &, homo in fine ſeculorum deueniens ſicut immaculato, & intemerato, vtero exiuit virgineo, ita ſine moleſtia, & grauedine peccatorum, noſtro ſolus conuerſatus, & egreſſus, eſt ſeculo. Noſtro dico; per humanitatem pro nobis, in nobis, ex nobis, aſſumptam, egreſſus eſt ſeculo; qui per Deitatis eſſentiam, ſuis fidelibus æternam promiſit præſentiam. Nos vero, qui in iniquitatibus concipimur; & in delictis, ac doloribus, parturimur; quamvis ſalutari lavacro originali abſoluimur commiſſo, fragilitate corporeæ infirmitatis, & onere ſuperadditæ mortalitatis, aggrauati, in peccati cœnum relabimur: &, niſi ſupernus releuaret ſpiritus, omnes æternæ damnationis abſorberet interitus. Sed, qui protoplaſto, poſt mali guſtum, & diuini præcepti transgreſſum, *morte morieris*, dixit; in ſe credentibus, eiusque juſſis obtemperantibus, vitam æternam promittit: &, qui legalis cenſuræ ſeueritatem per præmiſſos intulit, ipſe miſericordiam veniens attulit, vt legalis duritia Euangelica mitigaretur clementia: dum, quos illa puniendos diiudicet, iſta ad veniam quærendam inuitet. Nam, cum illa, ob hoc vel illud commiſſum, hunc a populis delendum, illum lapidibus obruendum, alium morti condemnandum denuntiet; hæc poenitentiam agentibus regnum cælorum aperiendum declamat, & omnem reatum, excepta ſpiritus blaſphemia, id eſt, æternæ ſalutis deſperatione, remittendum inſinuat. Quo enim modo reatibus abſolvendis creditur, a quo eiuſdem remiſſionis gratia deſperando contemnitur? Et, qui enormitatem ſcelerum ſuorum divini lateris ſanguine diffidit proponendum, & multitudinem reatuum ſpiritualis gratia remiſſionis non æſtimat, exſuperandum; atque in ipſa incredulitatis, ſeu deſperationis, obſtinacia, in finem vſque perſeuerando defecerit, idcirco, pietate priuatus, omnibus erit criminibus implicatus: & ab ea, quam deſperando contempſerat, ac per hoc ſemet indignum ipſa judicaverat, ſalute, idem Chriſto condemnatus, æternæ deſperationis barathro, ſempiternis exurendo incendiis, detruditur deputatus. Qui autem, voce dominica audita, veræ remiſſionis gratiam quærit, petit vt accipiat, commiſſorumque indulgentiam quærit, vt inueniat, atque ad pietatis januam precibus importunis non deficiendo depulſat, portas indeficientis clementiæ veræ confeſſioni apertas inveniet, per quas ad atria curiæ cæleſtis deuenitur; vbi Deus Deorum in Sion, id eſt, æternæ pacis viſione, conſpicitur.

III. Inter igitur præmiſſa pietatis ſtudia Sueno Magnus, veluti regum quondam fortiſſimus, & vatum facundiſſimus, Dauid, qui, in ſimilitudinem veri paſtoris, beſtiarum fauces manu forti atterens, gregem dominicum *a voratu* (69) inſidiantium a Chriſto liberandum inſinuaret, & Goliath alienigena veluti Antichriſto, diuinis caſtris inſultante, atque ſingularis occurſum certaminis offerente, ſeſeque contra Deum, & ſupra, extollente, lapide angulari, ſiue petra, quæ Chriſtus eſt, de monte ſine manibus exciſa, percuſſo, & dejecto, ac proprii mucronis acie perempto, ipſum Antichriſtum ſpiritu diuini oris, & illuſtratione magnifici aduentus, interimendum inſinuarat, hoſtibus circumquaque deuictis, ac inimicis inſidiantibus ſolo ſtratis, regni felicitate nacta, & quietæ pacis ſecuritate potita, luxui illecebroſi appetitus admodum cedens, numeroſæ prolis ſobolem, in regni jura ſibi *ſucceſſuram*, (70) emiſit: *quosdamque diuinæ ſcientiæ ſtudiis appoſuit*, (71) quosdam ſuis in locis ſingulos educandos delegauit. Ipſo autem, in loco qui *Suddatorp*, (72) id eſt villa cænoſa, dicitur, *via deſperandæ mortis egreſſo*, (73) regii, glebam cadaueris regalibus procurantes exequiis, inſulam maritimam, quæ pro eo, quod maxime mari circumcingitur, lingua Danica Seland nuncupatur, ad locum præcipuum, *qui Roskildis*, (74) id eſt *fons Roe*, (75) antiquitus vocabatur, inferunt: ibi- obit Suddatorpii.

---

evexit. Quæ verba priores editiones non habent, ſed ex MSCto reſtituimus.

ap. III. (69) Voratio latinum eſt, non voratus, ſed familiare eſt Ælnotho & ſui temporis Scriptoribus tales fingere voces.

Liberi Suenonis. (70) Diximus de liberis Regiis Suenonis ſuperius. Quia autem quinque Svenonis filii ordine ætatis ſibi invicem in regno ſucceſſerunt, præter ſextum Ubbonem, quem ad imperium a populo vocatum fuiſſe conſtat, & ſextum quem imperio deſtinaverat Pater, ideo illuſtrem hunc titulum, Regem videlicet Patrem ipſum fuiſſe vocatum Sveno Aggonis meminit in hiſt. Reg. p. 86.

Sacris admoti. (71) Quinam illi fuerint ex quatuordecim Svenonis filiis, qui ſacris ſunt admoti hiſtoriæ non perhibent. Videtur inter eos Ubbo fuiſſe, qui regni onus ad ſe delatum, ob hoc forſitan inſtitutum recuſavit, & Magnus, qui a Patre Romam miſſus, in itinere obiit, ut Lyſchander obſervat; quamvis ſcholiaſtes antiquus Adami Bremenſis meminit, hunc Magnum a Patre Romam miſſum, ut in Regem conſecraretur.

Sæddatorpii ſitus anceps. (72) Quinam ille ſit Jutiæ locus, vix dicam, uti neque unde illam de luto hujus nominis originem Ælnothus habere potuerit. Celebrem nihilominus ejus temporis locum fuiſſe credo, quia Magnus Bonus Rex Daniæ & Norweg. poſt caſum fatalem ſuum huc tranſportari voluit, ubi animam exhalavit, quod ex chron. Norw. conſtat.

(73) Has barbaras ſordes repurgare haud vacat.

Lethra, Regum Danorum ſedes. (74) Hic Meurſius meminit primo Læthram in Selandia olim Regum Danorum fuiſſe ſedem, de qua Saxo ita L. 2. Lethram pergitur, quod oppidum a Rolvone conſtructum, eximiisque regni opibus illuſtratum, ceteris confinium provinciarum urbibus Regiæ fundationi & ſedis auctoritate præſtabat. Præterea ex anonymi ejus Danica hiſtoria refert Ingillum Regem triceſimum quartum in Lethra ſede regali obiiſſe, & ibidem ſepultum, nec non de Olavo ſecundo quem apud Lethram illius ſæculo regiam mortuum & ſepultum ait Daniæ ideoque Reges Lethrarum Reges vocatos fuiſſe ex Saxone diſcimus. De hac arce & ejus conſtitutione vide Stephan. not. ad Sax. p. 74 ſqq. mon. Dan. Worm. c. 5 poſt hujus loci everſionem Roskildiam transferebatur ſedes Regia, tunc cum Reges chriſtiani hic epiſcopalem conſtituebant ſedem & primarium totius provinciæ templum ibidem fundabant. Hinc tranſta Roſchi

Conditur Roe rege. (75) De hac civitate a Roe Kaldani filio undecimo Danorum Rege condita varia refert Meurſius ex Saxone, anonymo gentis Danicæ hiſtorico, & Erici Pomerani commentariis de gente Danica, Fons vero iſte qui Haldano in deli-

ibique in ecclesia S. & indiuiduæ Trinitatis, & S. Lucii martyris, insigni lapideo tabulatu a Suegno, tum eiusdem sedis *pontifice*, (76) constructa, debitis honorificantes *exequiis* (77) recondunt. Actum anno incarnationis dominicæ millesimo septuagesimo *quarto*, (78) qui erat annus regni eius vicesimus octauus, (79) quarto Kalendas Maji: regnante in perpetuum omnium dominatore Jesu Christo, amen. IV. Inclytus ergo Sueno Magnus rex, nationibus circumquaque versus regni sui gentes pacificatis, dominicisque ædibus, tum per propriæ religiositatis industriam in locis præcipuis quam pluribus eminenter exstructis, tum ab aliis pridem *perfectis*, (80) ac per semet regalibus donis decenter adornatis, & tam pontificibus, quam & religiosi cultus ministris amplificatis, ipse humanæ tandem conversationis vsum deserens, atque secretum longævæ *pausationis* (81) ingrediens, regni sui hæredibus, non tam regalium opulentiam gazarum, quam & regnandi securitatem, pace vndique effecta, reliquit: eisque paternarum virtutum prudentiam, grauiter imitandam operum monumentis, deseruit. Sed, regiis inter se tironibus, *Haraldo* (82) scilicet, & Cnutone, jam jamque Canuto *nommando*, (83) de principatus jure *dissidentibus*, Haraldus filius succedit Suenoni

---

deliciis fuit & incitamentum condendæ urbis adhuc viget & Roschildensis irrigat agros. Transtulerat autem Roe Rex civitatem eam huc, ex loco Hagieberg dicto, ubi tunc Hagekiöping vocabatur ut Ericus Pomeranus ait: Templi Roechildensis epitaphium,

Coeptum est ædificari illud templum ab Haraldo Blaatand
ex ligno quidem, cura vero Lucii Papæ lapideam obtinuit
structuram, qui ideoque D. Lucio sui nominis sancto illud consecrandum voluit. Sveno autem Esthritius qui ad consummationem & ornamentum ædis hujus haud parum contulerat adjumenti, ante obitum suum ibi sepulchrum sibi fieri curaverat, ubi adhuc tale ipsius legitur epitaphium:

Regum Sveno decus, Magno pro Dania Rege
Floruit & sceptris imperiosa fuit.
Non virtute minor Sveno quam nomine Magnus
Nam dici poterat Magnus utroque modo.
Hunc soror illustris Regis præclara Canuti
Esthritis genuit prole beata parens.
Anglos Marte premens Norvagica sceptra subegit
Fit tria sceptra tenens unica Dana manus.
Rex miranda nimis quem vix tua regna valebant
Imperio capere jam petra parva capit.
Et quia stare diu nequeat terrena potestas
Terrarum Reges quærite regna DEI.

Sueno Clericus Suenoni Regi a confessionibus.

(76) Hic Sveno erat ille Norvegus, Regi Svenoni Esthritio a confessionibus sacris & postea Episcopus Roskildensis, ab initio probitate sua magis quam eruditione commendabilis, unde & haud semel se aliis Doctoribus videndum præbuerat, sed postea non minus doctrina quam aliis virtutibus inclitus.

(77) Barbare, pro honorantes, honestantes.

(78) Hanc Ælnothi supputationem de morte Svenonis omnium rectissimam judicat Magnus chronologiæ nostræ septentrionalis stator, Svaningius p. 66. & consentit Meursius ex Erico Pomerano.

(79) Approbat & hunc calculum Meursius noster qui ita ex anonymo scriptore: Rex Sveno Esthritis Canuti Duri ex sorore Esthritia nepos regnavit annos viginti octo. Quod de annis quidem recte hic anonymus, sed non itidem de familia Svenonis qui Canuti Magni ex sorore nepos erat & Canuti Duri sobrinus ex matre sua Esthrita, quod advertere debuerat Meursius.

Cap. IV.

(80) De propensa & pia Svenonis Esthritii voluntate ad divinam promovendam gloriam, quam declaravit abunde in novis templis & ecclesiis erigendis, erectis augendis & juvandis diximus satis supra ultima annotatione nostra ad cap. II. Ælnothi.

Pausare quid?

(81) Quamvis non ex bonis scriptoribus hic loquitur noster penes quos raro invenitur pausare, quod tunc ipsis cessare est ut apud Plautum, imitatur tamen sequioris ævi scriptores, quibus pausare est mori, quiescere, pausantes, mortui, defuncti, pausatorium, dormitorium, sepulchrum, pausatio, mors, obitus, dormitio. Multa exempla habet Carolus Du Frene in glossario suo quale est illud ex concil. Aurel. c 6. & cap. Theod. Cantuar. c. 55. quando, ajunt, recitantur pausantium nomina, & ex tradit. Fuldens. lib. 2. c. 239. monasterium S. Salvatoris in quo egregius martyr &c. pausat, corpore. Ex Papia Kimeterium i. e. pausatorium vel conditorium. Ex calendario Romano apud Leon. Allat. de Hebdom. & Domin. græc. pag. 1491. XVIII. Kal. Sept. solennia de pausatione S Mariæ.

(82) Ita legit MSCtum, & antiqui nummi, non Haraldus: primus filiorum Suenonis Esthritii tunc superstitum erat hic ob simplicitatem Haroldus Hein dictus i. e. cos vel lapis, ut etiam Sveno & Saxo Aggonis referunt. Cotem pro stimulo Græci & Latini sumserunt unde & Carthaginem juventutis Romanæ cotem dixit Nasica; alio sensu hoc nomen obtinuit Haroldus, Danis etenim proverbium est: *Det en som en Nibestern for hands oyen* i. e. cos in oculis ipsi est, seu meræ ipsi tenebræ sunt, mera caligo, mera ignorantia. Antiqua autem Danorum lingua ᚼᛖᛁᚾ Hein, cos mollis est ad acuendum ferrum inutilis, ut Stephanius ad Saxon. pag. 220. meminit unde & hoc sensu vocari potuerit Haroldus. Haraldus Hein

(83) De Cnutonis & Canuti nomine pauca mihi sunt dicenda. Primus Rex Canutus seu Cnuto primus. Nominis quod ipsi obtigit, rationem & causam dat Sveno Aggonis hist. Regum Daniæ p. 35. ubi refert Regem sive Sivardum, sive Ericum, ut Saxo vult, ab uxore jam gravida rogatum, quid sobolem vocandam vellet, cui regessit ille, ut post partum cinguli foret memor sui. Illa ideoque (sic Sveno Aggonis refert) cum partus tempus implevisset, nodi alludens vocabulo Kanutum appellavit. Respicit etenim Aggonides, vel Canuti genitores respicere voluisse refert ad nodum, qui Danis & Septentrionalibus Knude & Knute dicitur. Stephanius ideoque ad hunc Aggonidis locum vult causam nominis fuisse nodum, quem cingulo mulieris in sui memoriam innexuisset genitor, modo Danis adhuc usitato nodum strophiolo, cingulo, fasciis, aut aliis rebus innectendo ad memoriam alicujus rei, cujus meminisse interest conservandam. Sed nisi de cinguli memoria dixisset Aggonides, existimassem ego puerperæ difficilem fuisse partum, a quo denominare poterat filium, etenim Danica lingua nodus Knude seu Knute dicitur, non modo implicatio, contractio & plicatura intorta rei alicujus, verum etiam quodvis obstaculum & difficile impedimentum, adeo ut Danicam illam loquendi formulam *At löse en haard knute* seu nodum solvere difficilem, significet quodvis difficile negotium, quod cum periculo & labore peragitur & superatur. Insuper obstetricantibus mulierculis familiaris est loquendi modus de puerperis difficulter onere levatis suo: *Der blev löst en haard knude* i. e. nodus ibi difficilis solvebatur. Dicunt & nostrates de crassis & obesis sive infantibus sive viris *dat er en knude* i. e. nodus est vel truncus robustus & tortuosus, quod etiam ita Danice vocatur, unde aliud est nostratibus proverbium, de difficilibus tortuosis obstantibus ingeniis *At giöre knud af sig*. Historia Julinensis MSCta quam Jomswikinge Saga appellant, verisimiliora de hujus nominis causa refert, nisi quod in ordine Regum hujus temporis longius ab aliis recedat scriptoribus dum Canutum primum non filium Erici aut alterius Regis, sed adoptitium solum Gormonis Angli heredem facit, & inventum fuisse puerum ait a venatoribus Regis purpura involutum & caput serico cui annulus aureus in fronte insertus erat, revinctum Regique allatum, qui e nodo serico fronti alligato Knut eum appellandum voluit, & demum cum ipse filiis carebat, suum in imperio successorem nominavit. Sed si hæc cum iis quæ ex Svenone Aggonis retulimus, supra referuntur, mutuo sibi lucem afferunt & videtur Regem Danum, quisquis demum fuerit ex hoo nodo, cui notus annulus pignus olim concubitus sui relictus inferebatur, filium quem clanculum genuerat agnovisse, Canuti nominis ratio

ratio cognominis.

conjectura Svenonis Aggonis.

Stephanii.

Bircherodii.

Et Autoris historiae Julinensis.

tibus, (84) Haraldus, quia & natu anterior, & gestu videbatur *modestior*, 85) totius gentis electione in regnum adscisciturr &, vt diu felix vivat, princeps Daciæ proclamatur. quod acerrimus Cnuto licet molestè ferret, fraternæ tamen potius duxit iræ cedere, quam, secundum Thebanos quondam pueros, sempiterni rogi incendiis, ob regnandi libidinem, sese, fratremque, concertando admittere. diuinitatis enim sibi adfuturum insçius exspectabat auxilium, per quod se postmodum tam eminenti gloria ignorabat sublimandum. Ipse autem Dominus Deus noster, qui humilia respicit, & alta a longe cognoscit, tempora exaltationis electi sui in posterum reservabat: quem non solum temporali, verum etiam sempiterno honorandum imperio deligebat. Vt vero proposita prosequamur, Haraldus, patrium nactus imperium, populi votis ad modum fauere, eisque *leges, & jura,* (86) non tam, quæ vellent, eligere, immo quæ, vel quales, elegissent, posteris reseruandas, regali studebat auctoritate decernere. Vnde leges ab eo sancitas Dani vsque in hodiernum, ab electis, & eligendis sibi, regibus expetunt: (87) eumque, veluti pacis, ac libertatis publicæ, prouisorem, pro concessis ab eo legibus, laude, & fauoribus, extollunt. Sed & ipso, *regni sui anno sexto,* (88) patria via egresso, locus eum celebris, qui Dalbii, id est Vallis-villa, (89) lingua Danica dicitur, futuræ resurrectioni reseruandum accepit, & exceptum terræ matri, religiosis prosequutum *exequiis,* (90) commendauit. V. (91) Transactis littoreis *remigiis,* (92) & adiacentium regionum, intuitu jam satiatis *obturibus* (93) ad altum pelagus tendentes, ratis nostræ rimas solerti industria obstruamus, ne qua vena insidiantis æquoris nauigantes intercipiat; &, erecto crucis dominicæ ligno, vela virtutum in altum resurgant; quo *Sirenarum* (94) cantus auribus obtusis, veloci Euro perflante, discurrentes, herois nostri meritis ad sinum optati portus delatis, anchoram spei nostræ diuinæ affigamus clementiæ: ne spiritualium

Nomotheta insignis.

Obit.

---

visse, & sic merito eum ab indice tanti negotii nodo denominasse. Hæc de origine nominis, quod olim Knut Dani dicebant veluti adhuc Septentrionales reliqui. Nostrates vero in hoc vocabulo & aliis T. in D. sæpe mutarunt, & Knud dicunt. Nec verius aut antiquius dari testimonium potest, ita olim hoc nomen fuisse scriptum, quam ex nummis ipsius Canuti Magni uti & ex Canuti Asperi filii ejus, quorum, ita ut apud me sunt, delineationes conspiciendas præbeo: legitur autem ibi CNUT REX ANGLOR. & incidit mihi dum hæc scribo, haud levis forsitan opinio, hoc vocabulum Cimbricum Knute, Knude, seu nodus, unde verbum nobis est *at knytte* i. e. constringere, implicare, nectere, ex antiquissimis esse vocabulis originem suam orientalem adhuc retinentibus קנת Kanat radix hebr. ut infinitæ aliæ primitiva sua origine ferme excidit lingua sed in aliis ejusdem filiabus adhuc floret & usum habet; Æthiopica lingua usitatissimum habet verbum ቀነጸ Kanata, quod est cinxit, constrinxit &c. quod ubique fere in Æthiopiæ versione habetur, ubi cingendi, nectendi, constringendi actus exprimitur, & cingulum Æthiopice ቀስት Knatus, e.g. Psal.108.18.Matth.3.4. Levit.8.13. & alibi sæpissime, quam prope ad Danicum Knute accedit omnibus palam est. Præterea קַנְתֵּר quod ab hac eadem radice est, Chaldæis significat irritare, קַנְתָּן rixosus, contentiosus. Ut autem septentrionalibus in sua voce diversitas est in littera T. & D. pro dialectuum varietate ita & Orientalibus, inter quos Arabes a radice Kanada seu verius Knad (nam vocales nullam radicem faciunt, quæ hic nonnisi ad sonum syllabarum efferendum adhibentur) est nomen quod significat obesum capitonem, item pravæ indolis hominem & præterea ڪندر Kandon est saccharum concretum, quod nostrates vocant Kandifered *Sucker*, quod idem est juxta verbum ac saccharum nodosum & tortuosum. Quod autem hic noster Kanutus seu Canutus ita adaucto nomine primus sit vocatus a Pontifice Romano testes non modo scriptores sunt, sed & litteræ & nummi Regum priorum ejus nominis quod semper KNUT, CNUT & CNUTO legitur. Post eum quotquot sic nominabantur Reges, in diplomatibus suis Canutum vel Kanutum ad imitationem hujus scribunt.

Knut sive Knud.

Illustratur ex etymologia Cimbrica.

Orientali,

(84) Minus sanctum hoc alicui videretur propositum Canuti sancti debitam primogenito fratri successionem regnandi appetere; sed dum Haroldus otio domi indulserat antea, Canutus non piratas modo undecunque littoribus & maribus exegit Danicis, sed insuper Sembiam & Esthoniam patriæ subjecerat. Hoc ideoque jure forsitan imperium seu præmium labore exposcere potuerat.

(85) Non hic de specie corporis loquitur Ælnothus, quæ Canuto non minor erat quam Haraldo, sed de tranquilla & desidiosa Haraldi indole cum Canutus bellicosior & asperior videbatur. Explanat ita causam Saxo: major pars Danorum memor quantis per Canutum adhuc privatæ fortunæ virum objecti fuerant expeditionibus & periculis bellicis & graviora si regnum indueret, veriti, maligni virtutis interpretes, quod gloriæ ejus accensere debuerat, iniquissima meritorum damnatione æstimabat.

Haraldi nuti di animi i les.

(86) His quidem promissis Canutum a regno excluSit Haraldus ut abrogaret quascunque leges ipsi abrogandas vellent, sed inter alias etiam abrogavit multas æquissima mente ut pote purgationem per certamina singularia, candentis ferri gestationem & alia dubii judicii signa, insuper autem de restipulationibus ad vulgi placitum nova edicta sancivit. Quales elegerant leges posteris reservandas legali auctoritate decernere.

Legislat Haraldi

(87) Videtur Haraldus quo plus placeret populo obstringere voluisse successores suos ad jurandum in Leges a se latas antequam fasces contrectarent Regales.

(88) Meursius hic ex *Saxone* & anonymo Danicarum rerum scriptore ut & ex Alb. Cranzio biennium tantum regnasse Haraldum refert. Mihi alia mens est, dum puto Ælnothum hosce numerasse annos ab obitu Svenonis Esthritii & ad obitum Haraldi qui plures omnino sunt quam duo, longinquum ettenim fuisse illud inter Haraldum & Canutum de imperio diffidium ex Saxone discimus, copias utrinque terra marique paratas, Scanos diu cum Canuto fletisse diem Isoræ dictum, quo aut armis aut consiliis & pactionibus negotium decideretur, Canutum postea a maxima militum & navium parte desertum in Scaniam refugisse & vix demum fratrum precibus & populi voto abjecisse propositum suum. Hæc omnia sine dubio quatuor absumere annos potuerunt, qui forsitan illud quadriennii intervallum erunt, quod Svaningius noster Svenonis Esthritii obitum & Haraldi imperium interceSSisse contendit, cui spatio si duos illos adjeceris, quibus sine contentione & æmulatione imperium exercuit Haraldus sexennium illud habes Ælnotho memoratum & bene sic consulitur omnibus scriptoribus & chronologis nostris.

Error M in defini annis re nis Har

(89) Celebris Scaniæ locus quondam ubi templum & cœnobium Sveno Esthritius condiderat, qui & ibidem Episcopatum erexit, sed admodum brevem.

Dalbii cel bris Scani locus.

(90) Honoratum, honestatum dixisset cum Latinis.

(91) Toto hoc capite V. panegyristen Ælnothus agit, ad debitam tanto negotio præparationem; at præter barbarismos nihil occurrit hic quod curas morabitur nostras.

Cap. V.

(92) Littore huc usque lecto, post prima initia transacta.

(93) i. e. oculis, etenim, nec in plurali numero, nec hac significatione apud bonos invenitur scriptores.

(94) Sirenum dixisset.

ritualium mercium nauium scopulorum aduersitas intercludat, & *littora* (95) gaudia, gazis porro vectis, jam *sparsis* (96) vnda nantibus, fletuum planctibus *admisceant* (97). Sed, qui dixit, *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud*; sensus nostri labia, & oris dirigat eloquia: vt sic militis sui efferamus præconia, quatenus majestati illius tractemus complacita. VI. Glorioſi igitur Suenonis Magni inclyta soboles, licet omnis paternæ virtutis industriam innata sibi æmularetur prudentia, insignissimus noster Cnuto, quem sedes postmodum *Apostolica*, (98) summo pontifice præsidente, quam pluribusque, tam præsulibus, quam & religioſi ordinis viris, assidentibus, ceu propter sensus canitiem, vel vitæ sinceritatem, ceu pro hoc, quod eum in canone *sanctorum* (99) commemorandum discernebat, Canutum censeri instituit; veluti inter gemmas præcipuas effulgens carbunculus, non tam patria imitari studia, quam & propria monumenti gesta posteris conabatur tradere celebria. Crescebat enim in eo morum honestorum prudentia, cum venustæ juuentutis gratia: vnde, superna tandem prouidente clementia, in regni processit fastigia. Acer quippe erat ingenio, specie dignus imperio, oculis vinacibus, armis & animo strenuus, mentis industria sermonis prodebatur facundia: &, quia neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; & ab initio exorientis seculi electi mansionibus æternis in regia sempiterni patris sunt locandi; dominus in eo elegantem sibi satellitem formabat: quem, ex regiæ dignitatis fascibus, comitem superiorum, & martyrem, faciebat. VII. Ipse vero, post fratris excessum, a seculo, diuinitus sibi prouiso promotus *imperio*, (100) regum se domino obsequis mancipauit fidelibus: vt, eius se protegente auxilio, tam a terrestrium, quam & ab aëriorum, hostium muniretur incursibus. Famelicos fouebat, & pauperes; nudos vestiebat, & algentes; orphanis, & viduis, clementer succurrebat; peregrinos, & egentes, misericordiæ stipendiis sustentabat. ordinis religioſi viros, quosdam vt dominos, quosdam vt patres, *honorabat*: (101) ministeriorumque spiritualium *sacraria*, (102) regalium munerum donis adornabat. sanctas sanctorum Dei ecclesias, diurni cursus sacrum ordinem auditurus, assiduus frequentabat: &, quæ ibi capaci percepisset auditu, pretioſi pectoris condebat armario, ad quæ eum diuinus inuitabat spiritus, vt in seculum seculi permaneret memoria eius. VIII. Regum quamplurium, sed & ipsius Salomonis, deuitans lasciuiam, ob quam eius quondam posteri, bis quinis regni *partibus* ablatis, vix *duabus*, irato Deo, *principari* (103) merebantur, imperatorii generis nobilissimam sibi coniugem, sapientum consilio, elegit. quam insigni honorificentia ex occidentalibus oris aduectam, secundum nominis eius æstimationem, quæ *Ethela, id est nobilis*, (104) dicebatur, nobilem

Canuti Sueonis M. filii laudes.

Virtutes.

Canuti thori socia.

(95) *Littorea*: ita MSCt.
(96) Lege *sparsim*.
(97) *Admisceat*.
(98) Hoc quando actum vide infra.

Cap. VI.

(99) De Canuti & Cnutonis nomine, quas rationes Ælnothus adducit haud omnino nullas putamus, canon sanctorum ut est opinio Ælnothi nihil hic facit, cum sic omnes sancti in canonem sanctorum relati, Canuti forent dicendi. Quod ad canitiem attinet, novimus canos a capillis & annis, non a pietate prudentia & virtutibus dici, & noverat Ælnothus ex sui temporis scriptoribus Canutum pro cano interdum usurpari, ita enim Alcuinus Abbas qui nono sæculo vixerat n. 189.

Canutus pro Cano.

Est vir jam totus canito vertice sanus
& 221.
Quid faciet tardus Canuto vertice Drauces.

Plura itidem exempla Carolus Du Frene habet in glossario, ubi refert in suo Gloss. græco-latino ita legi: πύλιος, canus, canutus. Ab his mediæ latinitatis scriptoribus, Itali suum Canuto sumserunt ejusdem significationis adjectivum, cujus exempla possem multa ex Dante Aligerio, Torquato, Tasso, Hieronymo Tromba di Nocero, in Danici nostri Oligerii historia & aliis adferre. Galli etiam hinc suum chenu finxerunt, quod interpretantur Menagrus & Faretierius per blanc de Vic lesse & propter perpetuam nivis albedinem Alpes a quibusdam vocari Les Alpes chenues observant.

Cap. VII.

(100) Lege: provisu admotus imperio.

Canutus Cleri fautor.

(101) De Canuti Sancti egregia in viros religioſos & eruditos benevolentia multa Saxo habet L. XI. quod non stipendiis solum & nutrimentis sed & dignitatibus & honoribus adauxerit, & Episcopos inter regni Proceres evexerit omniaque sollicite egerit ut sacro officio omnis veneratio honor & splendor constaret.

Erigit templum Roeschildense.

(102) Ope hujus Canuti Regis templum Roschildense primarium antea incoeptum, consummatum est & finitum procurante Svenone Episcopo. Inter cætera autem regia munera, huic templo sacrata meminit Saxo coronæ artificioſissime elaboratæ quam ibidem a Rege appensam fuisse scribit ad exemplum Canuti Magni Ædes etiam sacras civitatis Lundensis in Scania S. Laurentio dicatas, quas olim inceperat Sveno bifur barbæ, Canutus noster ad splendidam perduxit perfectionem, nulli parcens sumtui, non ad operis modo consummationem, sed ad ministrorum cantorum & servorum sustentationem. Omnibus den que rite instructis & paratis solenni earundem ædium consecrationi adstitit, in celeberrimo omnis ordinis conventu A. C. 1085. IV Cal. Junii. Quo tempore collegium ib dem Canonicorum Regia munificentia fundatum & suffultum aperuit. Testatur etiam Gothlandia insula de sacris Canuti curis, quippe quæ sub ejus imperio quamvis brevi adaucta est templis quamplurimis, inter quæ unum Wisbuense aliud Lederbroense, nec non Othemense & Rommense numerat chronicon Guthlandicum Strelovii ad A. C. 1086. Templum præterea Divi Albani hic Othoniæ erexit, non modo ligneum illud primum sed inchoavit illud, quod hodie est magnificum ex lapide ædificium in honorem S. Albani cujus reliquias solenni cum pompa ex Anglia transferendas curaverat ut infra pluribus narramus verbis. Decimas illas autem quarum irrogatione vitam prodegit suam etiam in sacrorum augmentum fuisse indictas quis dubitet? & elegans est Beringii nostri sententia de hac Canuti in clerum propensitate: Et prope, inquit, spoliavit aulam, ut ditaret sacerdotium.

Adsistit consecrationi eiusdem

& exstruit alia templa.

Cap. VIII.

(103) Latine magis dixisset imperare; notat autem Meursius hoc ita Sidonio Apollinari quoque fuisse in usu, utpote carm. 9.

Nec prolem Garamantici tonantis
Regnis Principibusque principantem.

Et alibi apud eundem scriptorem. Hæc autem loca Meursio debet Stephanius in notis ad Saxon. p. 191. qui tamen plura exempla subjunxit; ex Stephanio autem omnia desumsit Carolus Du Frene, in glossario suo de hac voce, loca ex Augustino de civitate DEI lib. 19 c. 14. Dudone de S. Quint. & aliis. Debuerat autem Du Frene ex omnibus hisce locis observare sequioris ætatis scriptores sub terminatione O, non Or, hoc usurpasse verbum, nisi alia ipsi in promtu sint testimonia quam in glossario protulit.

Ethela, nobilis

(104) Veram hic originem hujus vocis Ælnothus dedit, Danis enim Edel, nobilis est, quod & apud reliquos Septentrionales immo & Saxones & Britannos idem significat, multa ideoque hodie nobis Danis, Norvegis, itidem

lem nobiliter excipiens, impudicis concubinarum despectis amplexibus, solius eius connubio, Jesu Christo teste, eiusque angelis, contentus est. Sed &, quemadmodum de beato Job dicitur, causas vtiles, quas nesciebat, diligentissime inuestigabat: & cum prudentibus, & religiosis, sæpius pertractans, qualiter fidei Christianæ religionem in regno suo indies adaugeret, assidue reuoluebat. Multa siquidem, antiquitus tradita, in præsens obseruari sagaci industria perspiciebat, quæ magis pro diuina justitia essent corrigenda, quam ob vulgi favorem exequenda: quæ, superni arbitris inspirante gratia, coërcere *disponebat* (105). Sed indomitæ gentis feritas, & innata duritia, voluntatis effectum eius indies differebat. Et quia, vt veritas ait, omnis, qui male agit, odit lucem, & non vult venire ad lucem, vt non arguantur opera eius, hi, qui magis prauis vsibus inhærere, & voluntarie cupiebant in peccatis jacere, quam iniuste obseruata, justitiæ audita ratione, relinquere; vanitati eum insistere, & velúti nouis, & inauditis, adinventionibus operam *dare*, (106) in suis conventiculis querebantur: ac ob hoc qualiter jugum dominationis eius ab indomitis, & inflexis hactenus, & duris contumaciæ suæ cervicibus excuterent, haud diuini spiritus illustratione inflammati, sed alieni spiritus suggestione inflati, conciliabant. Homo enim carnalis non percipiebat, quæ regio pectori omnis scientiæ spiritus infundebat. quapropter in laqueum, quem pedibus innocentis parauerant, incidentes; & in foueam, quam foderant, corruentes; Judæorum æmulatores exstiterunt, quia vitia eorum increpantem ferre nequiuerunt. sed, relatu perditionis eorum suo tempori reseruato, ad virtutum nobilitatem magnifici herois nostri explicandam redeamus. IX. Crescente ergo in ser- Canuti I.
vo, & vero rege, (quia Deo seruire, regnare; & vitiis imperare, dominari est:) diuini respectu timoris, actus & ignorantias pristinas, ac delicta juuentutis suæ, solerti examinatione discutiens, sibi cohærentibus religiosis viris, tunc quidem regalis *curiæ capellanis*, (107) nunc autem *pontificibus* (108) venerandis, *Geroldo scilicet, & Arnoldo*, veræ, & sinceræ, confessionis humilitate adaperiens, deuotionis suæ affectum, ita diuinæ subiiciebat clementiæ, vt, quod quibusdam incredibile videbitur, corporalis etiam vindictæ *plagas* (109) ipsis solis, Deo teste, eiusque secretorum conscius, ab eis sibi inferri non renueret. Audierat enim, & audiens intellexerat, quia, quanto magis caro exterior attereretur, eo amplius spiritus interior releuaretur. Et vt, qui Christi esse desiderat, carnem suam, cum vitiis, & concupiscentiis, crucifigere non perhorrescat, solennibus etiam jejuniorum diebus sexta sabbati mensæ regali assidens, cum a conuiuantibus vino, seu melle, mixtis vti putaretur liquoribus, ministris solum fidis, cum occultorum inspectore, scien-

Svecis, Germanis, Anglis, & aliis vicinis populis sunt nomina propria hinc derivata, velut: Ethel, Ethelgod, Ethelred, Ethelsten, Ethelburg, Ethelfrid, Ethelberth, & alia quamplurima, quæ hic recensere non opus, quæ qui interpretari vellet, diceret, nobilem, nobilem bonitate, nobilem consilio, nobilem lapidem, nobile castellum, nobilem pace, & sic consequenter. Quis vero ferat Germanorum nonnullorum pertinaciam, qui hanc Danicæ nobilitatis appellationem ab aquila Romana volunt dicendam quam Germani *Adler* vocant, quasi nobiles in Dania non fuissent, antequam aquila Romanis signum militare fuerit, aut nulla forsitan Cimbrorum fortitudo militaris visa fuit domi sub signis Cimbricis? unde ex antiquissimis Cimbricis vocibus, hanc puto unam Ethel, Edel, Ædel, & Adel, nobilis, strenuus, probatæ virtutis & fidei vir. Ad quod sine dubio ab orientali suæ originis linguæ, ut alia quamplurima Cimbri retinuerant; אצל radix hebræa in primitiva quidem lingua sua ferme exolevit hodie, in cognatis vero linguis adhuc significationes obtinet antiquas unde ܐܕܠ Adala Arabum significat aliquid rectum, justum, dignum, putare & æstimare item ex virtute pretio & justitia comprobare, quod quomodo nostræ nobilitatis appellationi convenit, quis non videt? Sed ad Ethelam Reginam ut redeamus eam Meursius notat Adelam vocari a Gvaltero Tarvensi in V. S. Caroli c. 1. & Adeliam & Aleydin a Joanne a Leydis chron. Belg. Lin. c. 5. erat autem illa filia Roberti cognomento Frisonis, comitis Flandriæ.

Error etymologicus notatus.

Canutus iuris restaurator.

(105) De his forsitan Saxo L. XI. Cum Magnatum insolentia hebetatosque prisci juris nervos adspiceret omnibus ingenii modis ad reparandam patrii moris disciplinam connisus, probationis justitiæ cultum severissimis edidit institutis, contusumque & labentem æquitatis tenorem in pristinum habitum revocavit. Huc etiam pertinet quod ecclesiasticorum causas civili exemit foro, nec non quod frugum & pecudum decimas ad cultus Divini propagationem, juxta Divini mandati præscriptam, & receptam in aliis ecclesiis piam consvetudinem subditis imperare voluerit.

Eximit causas cleri a cognitione civili.

(106) Hæc calumnia erat vulgi, quam etiam Sveno Aggonis attingit & dicit accusatum a vulgo fuisse Canutum, propter nimiam crudelitatis sævitiam vel jugum intolerabile, quod plebi crudelis, irrogasse putetur. Hinc & Ælnothus mox de contumacia plebis loquitur, quæ jugum dominationis ejus excutere parabat. Novandi autem studium semper refractariis quasi *κάλυμμα τῆς ἀσεβάας* fuisse, quis ignorat?

Adsperg calumni

(107) Multa Meursius ex Spelmanni Archæologia hic congessit loca mediæ ætatis scriptorum, in quibus capella pro ædicula sacra, seu sacrario usurpatur, utpote ex Falcaud. hist. sic, proceres in capellam corpus Regium transtulerunt &c. ex Trotmund diplom. capella sita in pago Portensi, Hatton in diplom. contentio orta de capella. Ita autem dici cœperunt ædes sacræ a capa, seu vestimento religioso sanctorum, quod cum aliis *λειψάνοις* in illis sacrariis adservari solebat. Multo prolixus est Carolus Du Frene in glossario suo, ubi de capella, capellaria, Capellanis, Archicapellanis &c. fusissime & curiose agit.

Cap. IX. Capellæ dictæ? an a capa

(108) Quinam illi sub Nicolao Rege Pontifices seu Episcopi erant, non liquet, ex illis, quos habemus hodie Episcoporum Danorum catalogis. Potuerat quidem Geroldus ille Episcopus Lubecensis, qui obiit a. 1162 teste Cranzio Metrop. L. 6. c. 38 & quem Præceptorem suum vocat Helmoldus, in præfat. operis sui, cujusque multam & illustrem mentionem sæpe facit, hic idem censeri, si octuaginta ipsi aut paulo plures dederimus ætatis annos, sed Pontificatus anni, id non permittere videntur, dum quatuor ante obitum annos solum tali officio functus credatur. Arnoldus quidam inter Episcopos Roschildenses ponitur a Svaningio. Hvitfeldius quoque seu dubitans dicit Adzerum & Petrum Botyldis, unum forsitan intercessisse nomine Arild i. e. Arnoldum, qui in exilio vitam finierat. Quis autem aut qualis fuerat omnino racet; Ælnotho credimus cujus temporibus vixerunt illi. Videmus autem ex hisce duobus non minus quam ex aliis quamplurimis Regios capellanos seu sacrorum ministros, ad Pontificatus & Episcopatus tunc ut plurimum fuisse provectos.

Conjectur de Episcop Daniæ sub Nicolao re

(109) *A sacerdotibus sibi inferri non renuit:* Antiquissimis fuit gentilibus mos, se ultro plagis & verberibus afficiendi, ut voluntaria illa poena peccatorum testimonium

Flagellatio voluntaria.

scientibus, pura vtebatur *aqua*: (110) regaliumque deliciarum dapibus ori appositis tantum, delatisque partim circumsidentibus, partim pauperibus distributis, atque transmissis, ipse pane sicco, sale appositio, corpus deliciis assuetum non tam sustentabat, quam & his non ad sufficientiam sumptis cruciabat. Opera enim sua non in platearum occursibus propalari, sed ab inuestigatione cordium desiderabat approbari; vt nesciret sinistra, quid faceret dextra: quia non inde laudis humanæ vellet fauorem, sed patris, in absscondito videntis, præstolabatur remuneratio-
& gloria apud exteros populos. nem. X. Sed quia, juxta veritatis dictum, ciuitas, in excelso sita, nequit abscondi; & lucernæ lumen magis in edito proferri, quam in absscondito debeat occultari; fama virtutum & constantiæ prudentia nobilissimi principis latius diffunditur: & tam apud Scotos, & *Orcadas*, *Irosque*, qui vltimos fere occidentis fines incolunt, quam & apud Anglos, & Gallos, *Saxonesque*, (111) celeberrimus habebatur. *Italicis vero terminis incognitus non erat*, (112) *sed & ipsis Francigenis*, (113) qui & Romani (114) dicuntur, admodum bellicosis, non tam admirandus, quam & metuendus, in-
Angli Cimbrorum posteri sonabat. XI. Anglorum enim gens nobilissima, quæ ab antiquis Saxonibus *originem ducere*, (115) venerabili *Beda* (116) presbytero, eiusdem gentis historiographo, describente, dignoscitur, *Haraldo rege* fortissimo a Wilhelmo, australium Normannorum *duce*, (117) belli insidiis interempto, ipsoque Wilhelmo ita demum Anglorum imperium vi arripiente, eorundem quos supra memorauimus *Romanorum*, seu *Francigenarum*, dominatus jure diutius oppressa, eo tandem modo pristinæ se restituendam libertati præsumebat incipere, si insignissimum principem Canutum, cum sui exercitus viris, ad vlciscendam consanguinei necem, Haraldi scilicet, quondam regis, ab eisdem Romanis interempti, Britanniæ littoribus agnouisset applicare. Siquidem inclytis eorum ducibus, & comitibus, satrapis, & nobilibus, diversarumque dignitatum personis, partim ferro peremptis, aliis in ergastulis deputatis, quibusdam paternarum gazarum, ac dignitatum, honore simul & hæreditate privatis, nonnullis natiuo solo exterminatis, reliquis veluti publica seruitute oppressis, *ferocitatem tyrannidis* (118) eorum non ferentes, extraneorum attrahere decernunt auxilia: cum reparandæ libertatis ducem eis, aut principem, inimicorum prouida non reliquisset astutia. vnde, legatis frequentius transmissis, præstantissimi principis Canuti deposcunt auxilium: magis cupientes, hostibus aggressis, ad Anglorum decertare imperium obtinendum, quam inimicorum tyrannidem patiendo ferocitatis eorum ferre dominium. quorum angustiis, & legationibus, piissimus *heros* (119) in-

a Francis diu pressi,

auxilia implorant Canuti.

monium poenitentiæ, & aliqualis satisfactio esset; talis erat flagellatio mutua sacerdotum Ægyptiacorum, de qua Herodotus & alii scriptores alia exempla adducentes. Ex gentibus Ebræi didicerunt post confessionem in synagogis se mutuo verberare ut Buxtorffius docet.

(110) Infinita forent quæ ex sanctis Pontificiorum Regibus, heroibus, Prælatis ut vocant, & aliis afferri possent talis abstinentiæ exempla. Non negaverim, quin ubi puro corde & sancta intentione talia fiunt, virtutis & constantiæ Deo acceptæ sint testimonia. At quid dicam de Pythagora, Diogene, Anaxagora, Zenone, Cleanthe, Casaneo & innumeris aliis, immo ipso bono Epicuro, adeo a malevolis hominibus traducto, ob voluptatem suam, quam tamen unam & totam in virtutis & continentiæ gustu dulcissimo reputabat? non loquor jam de religione & fide quam vocamus, sed de ipso actu, quem adeo clamitant nonnulli, qui tamen horum Philosophorum frugalitati, castitati, tolerantiæ, humilitati, constantiæ, si omnia suorum sanctorum & martyrum exempla opponant, parca certe videant, si non superiora. Illum uti dixi, Christi amorem in illis desidero, at virtutis amorem semper in iisdem majorem agnosco, qui non coeli instinctu, non inferni metu, sed solo in virtutem affectu talia præstiterunt.

Cap. X. Hyberni qui? (111) Quos Hybernos dixerunt antiqui, Iros & Islandos dixerunt sequiores Ἴερνις Græci. Geographus Nubiæ Irlandiam vocat. Omnibus autem hisce gentibus ab Ælnotho memoratis innotuerat Canutus dum non piratas modo ab hisce terris frequenter excurrentes domuerat, sed & ipse littora ipsorum assidue vexabat.

(112) Vel sola ipsius religio & propensus ad sacerdotes honorandos & ditandos affectus famam ipsius ad Italiam perferre valuit.

Qui Franci, & Francigenæ. (113) Hic, Meursius notat quinam Francigeni sint putandi, & quidem ex Abbate Ursperg. qui ita in Chron. Hi quidem qui Teutonicis sunt commixti, proprio vocabulo Franci, qui autem per connubia a Gallis sunt progeniti Francigenæ sunt appellati.

Britanni vocati Romani. (114) Meursius ubique Nomannos ab Ælnotho scriptum fuisse putat, & non Romanos, sed ita a descriptoribus corruptum fuisse. At ex Spelmanno, Du Frene aliisque qui mediæ ætatis scriptores excusserunt, videmus non Britannos modo, sed & omnes Galliæ partes quæ sub Romano aliquando fuerunt imperio, ita appellatos fuisse.

(115) Angliæ etenim appellationem esse ab Anglis Cimbro-Wandalicis, nemo ignorat, qui magno numero in Britanniam transierunt, & vi sibi sedem ibi pararunt. Hi autem, quia Saxoniæ inferiori accensebantur, hinc Anglis Cimbris originem ipsorum a Saxonibus ducere Ælnothus vult.

(116) Locus est apud Bedam hist. Eccles. Anglic. L. 1. c. 15. notante Meursio, qui & ad Ethelwerdum L. 1. chron. lectores remittit.

(117) Horum bella, pugnas & cædes habent, Wilh. Malmesbur. de reg. Angl. L. 3. Matth. Westmonast. Flor. hist. L. 1. Matth. Paris. in Haraldo, & omnes recentiores, quorum compendium dat Rich. Backer Anglus, in Chron. & in vita ejus. Hic autem Wilhelmus erat, quem sub titulo conquestoris circumferunt scriptores, a voce Gallica conquester, unde barbarum, conquestare, quo de Carolus Du Frene in glossario. Prolixus autem hic est Meursius in demonstrando, Danorum imperium in Anglos annos CCXXVIII. durasse, a secundo Etelulphi Regis anno, qui erat Christi octingentesimus & tricesimus octavus, quo primum Angliam invaserunt Dani, ad primum Wilhelmi hujus annum, qui erat millesimus sexagesimus sextus æræ Christianæ, unde error aliorum dignoscitur scriptorum.

Normannorum virtutis specimina. Wilhelmi Conquestoris.

(118) Sævitiam Wilhelmi in Anglos omnes clamitant historiæ, ex quibus multa referre non opus.

(119) Sic videmus Canutum ab Anglis vocatum hanc coepisse expeditionem. Anglici Scriptores notant, circa hæc tempora multos Britannicos Proceres jugum Normannicum detestatos conspirasse invicem ad libertatem patriæ tuendam & clanculum Hybernos & Danos advocasse in auxilium, quod ipsorum propositum Wilhelmi circumspectu prudentia prævertit, & insuper classem ducentarum navium e Danica exspectatam fuisse Anglis referunt, ut videre est apud Rich. Backer in Chron. Angl. ad hæc tempora. Nostrates vero scriptores ajunt Canutum sola cupiditate avitum recuperandi regnum hanc cogitasse expeditionem. Sic enim Saxo: Canuto Danorum nomen armis in desidiam cadentibus a paterni avunculi temporibus obrutum animadvertenti novandarum rerum cupido subrepsit, ideoque Angliam infelicitate amissam, hereditatis duxit nomine repetendam. Sueno Aggonis quoque

Normannorum pertæsi advocant Canutum.

Angli, iugi, Normannonum.

hos

quæ decernuntur.

incitatus, in commodum eorum succurrendum decreuit: vt gentem nobilissimam pristinæ libertati restitueret; & Romanorum, seu Francigenarum, insolentiam, consanguinei necem vlciscendo puniret: classem ergo quamplurimam parari instituit; suisque ad omnia paratos esse edicto proposito demandauit. Sed omnia disponens, & cuncta diiudicans, cujus judicia abyssus multa, & cuius consilia nullus inuestigare potest mortalium, siue per illius gentis adhuc correptionem *protelandam*, (120) seu pro martyrii gloria nobilissimi principis, seu magis propriæ genti, quam extraneis, reseruanda, iter humanæ voluntatis impediebat: qui Danis de principe *patronum*, (121) de rege protomartyrem efficere disponebat. Protomartyrem dico; quia nulla antiquorum relatione didicimus, aliquem ex eorum gente martyrio insignitum fuisse; nullum inter eos, pro seruanda justitiæ constantia, taliter occubuisse: (122) Idcirco gloria, & honore, coronatus, in dextra sempiterni regis permanet collocatus. Sed hæc de eo cognita. XII. Classis vero indies parabatur, & ad nobilem tam frugibus, quam & rerum opulentia, terram, tam a nobilibus, quam & a vulgo, omni instantia festinabatur. Verumtamen, rumore expeditionis eorum Britanniam vsque velificante, atque vniuersum Anglorum orbem curitando replente, Wilhelmus, arte tuitionis, vtpote bellicosus heros, non imperitus, castra, & oppida, munire; muris, & fossa, cum propugnaculis, castella circumcingere; vrbium muros renouare, & eis vigilantiam adhibere, diversosque ad portus nauticas custodias deputare: exercitu vero conducto, tam a Gallis, & Britonibus, quam a *Cenomanis* (123) aggregato, ita vrbium ædes replebantur, vt viris suis domestici foris assidere viderentur. Anglis autem, quibus non minimi desiderii Danici exercitus aduentum didicerat barbas radere, arma & exuuias ad instar

Apparatu Wilhelmi Danis opositus.

---

hoc Canuti propositum ita describit: Canutus paterni sui auunculi se doluit exhæredatum potentia, collecto exercitu & classe congregata, qua Angliam expugnaturus invaderet.

(120) Hic adeo barbare se Ælnothus habet, ut quid velit, forsitan non ipsi ejus temporis barbari intellexissent.

S. Canutus patronus Othoniæ.

(121) Urbis nostræ Othoniensis Patronum fuisse S. Canutum constat, ut inferius dicetur, an vero totius regni nondum deprehendi. Videor autem mihi aliquid conjicere posse de generali quodam S. Alberi cultu, apud primos Daniæ Christianos tum quod Haraldus Klach in hujus sancti templo prope Moguntiam baptizatus fuit A. C. 826. a Rabano Episcopo, & denique quod ipsius reliquias tanta cum solennitate in Daniam transferendas curavit Canutus, & templum ipsius nomini dicandum exstruxit. Waldematus primus in quodam diplomate suo, de immunitatibus ecclesiæ Orthoniensis ita de sanctorum reliquiis, quæ Orthoniæ asservabantur, loquitur: Quos sicut nostros extitisse propinquos, ita pios apud Deum Patronos esse gaudemus.

De cultu S. Alberi apud Danos.

(122) Hoc gratis dixerit Ælnothus credamne ego neminem pro fidei christinæ confessione punitum fuisse sub quatuor acerrimis christianorum persequutionibus, quas in Dania instituerunt crudelissimi Reges aliquot, etenim Regnerus Lodbrog, quem acerrimum christianorum persecutorem vocat Anonym. Script. de Regibus Danicis ab Erpoldo Lindebrog. editus, primum apud Slesvicenses ab Haraldo Klachio erectum christianæ religionis templum solo æquavit, & huic religioni deditos solicite punivit, veraque ut Saxo loquitur religione proscripta, pristino adulterinam restituit loco. Erat cus puer, eodem Saxone teste, Christianorum quemque religiosissimum aut suppliciis insequi aut rebus exuere exilioque mulctare perseveravit, quæ Saxonis verba sua fecit Anonym. Reg. Dan. Scriptor ab Erpold. Lindebr. edit. Ericus Pomer. hist. gent. Dan. ait hujus jussu plures urbes cum civibus, episcopos cum grege delectos, ecclesias cum fidelibus incensas, & inter alios occubuisse Episcopo Theodoricum & Narvandum. Et sane sub hujus imperio vidit Rembertus Archiepiscopus Bremensis cum Slesvicum veniisset, ingentem christianorum catervam, catenis constrictam trahi, ut memorat Cranzius Metrop. L. 2. c. 11. Gormo tertius seu durus Christicolarum (verba Saxonis sunt) perinde ac teterrimorum hominum respectum extinguere cupiebat, omnesque hujus normæ participes vario injuriarum genere fatigatos quibus potuit calumniis insequi non quievit. Quin etiam ut priscum delubris cultum restitueret, templum in fundo Slesvicensi a religiosis conditum tanquam sacrilegum aliquod impietatis domicilium ab imis fundamentorum partibus demolitus est, quos suppliciis non attigerat sacræ cellæ strage puniens. Quæ Saxonis verba omnia sua facit Crantzius, Metrop. L. III. c. 5. Helmoldus autem Chron. Slav. c 8. de hoc eodem Rege christianitatem, inquit, in Dania prorsus demoliri molitus, sacerdotes a finibus suis depulit, plurimos etiam per tormenta necavit. Ericus Pomeranus: Hujus, ait, tempore incensæ sunt ecclesiæ, sacerdotes ante altaria trucidati, clerus, vulgo mixtus, aut occisus, aut captus, quin & cruces truncatæ ludibrio sunt habitæ. De Suenone bisurcatæ barbæ, qui quartam & ultimam in Christianos hujus regionis movit persequutionem omnibus notissimam; Adami Bremensis tamen verba referre haud pigeat de hujus inhumano in pium patrem suum Haroldum affectu, verba ejus L. 2. c. 19. hist. eccles. hæc sunt: Haroldus, inquit, qui populo Danorum christianitatem primus indixit, qui totum septentrionem ecclesiis & præcatoribus replevit, ille innocens vulneratus, & pro Christo a regno expulsus, martyrii gloria, ut speramus, non carebit. Et mox infra ejus idem: Sunt qui affirmant per eum gratias sanitatum factas, & tunc cum adhuc viveret, & post mortem ad sepulcrum ejus videlicet coecos frequenter illuminatos fuisse, aliasque multas contigisse virtutes. Præter quatuor illos jam memoratos Reges, christiani nominis persecutores, etiam Iwarum Regneri Lodbrogii filium christianos undique per atrocissima supplicia necasse refert Adam Bremens. L. 1. c 33. Jam quæro an inter omnes supra memoratos, qui tantum a sævissimis oppressoribus ob fidem suam christianam passi sunt, nemo dicatur martyrio fuisse insignitus & pro justitiæ conscientia ut Ælnothus dicit occubuisse, etiamsi fastis Pontificiis non fuerint nobilitati qui honos Canuto nostro sine omni dubitatione etiam defuisset, si opulentior fuisset Pontificem Romanum fratris ipsius Erici Boni legatio, qui aurea clave aditum ipsi in Canonem sanctorum Romanum reseravit, sine qua fratris Numen in ecclesiam inducere nulla potuisset sanctitas. Novimus Henricum septimum optasse & desiderasse, ut in canonem sanctorum referendus esset Henricus sextus, sed sumtus ad id necessarii magnitudine deterritum proposito abstinuisse suo, utpote longe majores sumtus requirebat canonizatio Principis, quam privati hominis, ut refert & observat Richard Backer Chr. Reg. Angl. p. 287. sed satis hic fuisset Ælnotho unicam opponere Svenonis Estharitii responsionem, quam Adamo Bremensi dedit de religionis statu apud majores inquirenti: Cessa, inquit, fili, tantos enim habemus in Dania & Slavonia martyres, ut vix possint libro comprehendi vide hist. eccles. Adam Bremens. L. II. c. 31. Quodsi ergo cum nonnullis placeat Canutum Danorum Protomartyrem vocare, intelligas primum e Regibus Danis eum fuisse qui talem gloriam obtinuit.

Quatuor Christianorum persecutiones in Dania.

Regneri Lodbrog.

Erici pueri.

Gormonis III.

Suenon furcatæ bæ.

(123) Edoctus scilicet Wilhelmus de Danorum expeditione ingentem ex Gallia & Normannia contraxit exercitum omnibusque Angliæ maritimæ locis tanta præsidia bellicus imposuit ut hospitibus vix intra proprias ædes locus esset, præterea totam gentem tot sumtibus oneravit, ut sustentandis copiis sat facultatum haberet. Demum de interruptis Danorum consiliis certior factus, omnes has copias dimisit.

Cap. XII. Apparatus

helmi Danicæ Duce de e oppositus

instar Romanorum *coaptare*; (124) &, ad deludendum aduentantium visus, per omnia Francigenis, quos & Romanos dici prætulimus, assimilare: quod perpauci fecere. Sed hæc ibi. XIII. Classe igitur parata, Danorum exercitus occidentalis portus littoribus *velis sinuatim* (125) *distensis* aduehitur: ibique regiæ classis aduentus indies *præstolabatur* (126). Rex vero in *loco celeberrimo*, qui, ab eiusdem domina quondam loci *Hethe*, *Hethebii* (127) nomen accepit; quod, Danica lingua interpretatum, *campi villa* (128) dicitur; cum prudentibus, & sapientibus, pertractans, qualiter res cepta ob multorum profectum, Jesu Christo auxiliante, ad decentem perueniret profectum. Sed, quemadmodum Israeliticus populus, Moyse cum Deo in confabulatu demorante, ab Aaron Deos sibi fieri, qui *eremiticæ eis viæ* (129) ducatum *præberent*, (130) exposcunt; &, ob hoc irato Deo, desiderati soli tam visu, quam & vsu, privantur; ita & vulgus hic, impatiens moræ (131) littoreæ detentionis, præstolationes domesticis inutiles negotiis querebantur: & aut licentiam ad propria remeandi; siue principem eis alium expeditionis, rege aliis intento, facultatem eligendi; seu regi nuntios cum sua quanto ocyus accelerandi classe, consilio crebrius inito, transmitti vociferabantur. quorum strepitu frequenti, diuturnisque clamoribus, moticitus. murmur exer-
principes, regi nuntios transmittere, querelasque parati exercitus regiis decernunt auribus insinuare, cujus legationis Olaus, eiusdem glorioſi regis frater germanus, haud felix *exequutor* (132) effectus, regem cum comitibus adit, exercitus mandata depromit, causas questuum fa cunde perorans ostendit. Porro rex perspicacis industriæ, cuncta diutius pertractato, Roberto, occidentalium nobilissimo duci, sibi per filiam scilicet Ethelam propinquo, fratrem suum eundem reseruandum in Flandriam *transmittit* (133): exercituique per nuntios, quæ volebat, mandauit. Veruntamen, autumno imminente, transmissis legatis, non minima instantia omnis multitudo interpellat, vt, ob domesticorum vsuum negotia, exercitum ad propria remeare jubeat; vernali tempore classem vniuersam, quocunque delegasset, habiturus paratam. Quod *rege*, nobilibus magnatibusque interuenientibus, *annuente*, (134) anchoras læti fabulis eripiunt, ten-

Cunctus moratur Hethebii

Cap. XIII.

dimisit. De solicita hac Wilhelmi cura in Danorum impetu, si adfuissent excipiendo & arcendo plura refert Polydor. hist. Angl. lib. 9.

(124) Mendum hic esse & non leve fateor cum Meursio, sed emendationem ipsius plane deprecor, sic etenim corrigit ille: Angli quibus non minimi desiderii Danici exercitus adventum vidisse erat, barbas radere scilicet incipiebant, seu radebant. Sic bene quidem Meursius, quoad constructionem Grammaticam; sed male quoad sensum Ælnothi, qui omnino vult aliquid imperatum fuisse Anglis a Rege Wilhelmo, ad deludendum adventantium Danorum visus, ut mox subjungit. At hoc non ipsi Angli cogitabant, qui cum desiderio Danos expectabant. Ergo Wilhelmus voluit, ut Angli qui more Danorum & septentrionalium reliquorum barbas alebant prolixas, non tonsura modo barbæ, sed & vestitu militari, se ad Gallos & Normannos conformarent, & sic adventantes deluderent Danos ut Anglos a Gallis & Normannis non discernerent & in utrosque pugnando utrosque ad resistendum provocarent. Hæc sane mens Ælnothi erat, concludit enim caput hocce hisce verbis: Sed perpauci hoc fecerunt i. e. perpauci Anglorum, quibus volupe erat Danos liberatores videre hoc Regis edictum exequebantur, dum advenis noti & non ignoti esse volebant. Emenda itaque juxta Meursium illud primum Ælnothi: Anglis autem quibus non minimi desiderii Danici exercitus adventum vidisse erat; sed sequentia ita supplere necesse est: barbas radere, arma & exuvias ad instar Romanorum coaptare imperavit.

Meursii emendatio rejecta

Ælnothi contraria.

(125) Adverbium illud vix apud bonos invenias scriptores.

(126) Passive hoc verbum non reperias, nisi apud defloratæ latinitatis scriptores Locum autem illum Cimbriæ juxta Viborgum unde hæc fieret expeditio Fischkebech dictum fuisse Ericus Pomeranus meminit.

(127) Meursius recte putat, hanc esse Hetham, de qua Saxo sub initium libri octavi sæpe loquitur; at locum non hodierna sua appellatione notat, quæ Sleswicum jam dicitur a sinu & portu, quem flumen Slia cum vicino mari facit. Emporium Cimbrici ducatus vere celeberrimum, conditum circa A. C. trecentesimum vigesimum sextum ab Hetha Regina, cui partem Danici imperii concesserat Haraldus Hyldetand & ab ipsius Reginæ nomine appellatum Hetheby. Hic autem Sleswici tunc Canutus erat & cum fratre Olao ejus provinciæ Duce de expeditione sua Cimbrica consilia conferebat, teste Svenone Aggonis, Saxone, Huitfeldio, & aliis.

Hethebii, Sleswicum. Hetham ab Hetha, regina.

(128) Miror, qui Ælnothus cum noverat hanc urbem a Domina sua Hetha dictam, aliam voluisse adjicere originem hujus appellationis, priori si non contrariam, attamen ab eo prorsus alienam. Verum equidem est Danos appellare vastum ericetum seu planitiem terræ non frugibus sed agrestibus & inutilibus herbis obnoxiam *Een Heed*, quod Germani *Ein Hede* vocant, sed quid hoc ad Hetham Reginam nec hinc Episcopi Slesvicenses in antiquis Cimbricis legibus Hedæbyenses antistites vocantur, sed more Danorum qui frequenti exemplo, t, literam in d, mutant. reiecta Ælnothi etymologia.

(129) i. e. via per desertum etenim apud scriptores hujus ætatis legi possunt, eremita, eremitorium, eremitagium, eremitare, de quibus videri possunt Spelmannus & Carolus Du Frene; hoc autem adjectivum apud Ælnothum ipsis est ignotum.

(130) i. e. ductum modo loquendi hujus scriptoribus familiari, quod Meursius ostendit ex Petri Chrysologi Serm. 3. ubi stellæ dicuntur viantibus præbere ducatum, item ex Apul. Mil. 3. Japhan de mutat. temp. Phil. presb. comm. in Job lib. 2. c. 28. &c. quibus alia subjungi possent ex similibus scriptoribus multa. Attamen melioribus etiam latinitatis auctoribus in usu fuit, etiamsi raro, nec a fori Romani collectoribus observatum. Ex Manilio & duobus Svetonii locis, hoc adducit Scaliger in Manilium p. 390. & ex glossis suis græcis ἡγεμονίαν interpretatur. Borrichius cogit. de lingua lat. p. 94. plura habet.

(131) Satis edisserit Saxo in historia infelicem Regis in hac sua expeditione promovenda tarditatem quæ tædium ejus & odium exercitui cum classe ad transitum parato movebat.

(132) Prolixe ostendit Saxo, quam subdole Olaus cum fratre egerat, quem verbis ad expeditionem Anglicam excitabat & re ipsa occultis insidiis & machinationibus in coepto proposito impediebat, regnique avidus nihil non faciebat, ut fratrem plebi exosum redderet, & sic facilius imperio exueret. Olaus cum fratre agens subdole.

(133) Edoctus jam Canutus fraternam fraudem, ipsum Slesvici captum, ligari jussit, quod nemo perficere audebat, reverentiam Regii sanguinis caussantes, ut Saxo ait. Sed Ericus amborum frater utriusque causam perspiciens, Regium exequebatur mandatum & Olaum fratrem catenis constrinxit: inde missus ille in Flandriam ad Canuti socerum Robertum usque ad obitum Canuti custodiam & carcerem expertus est, nec nisi obside fratre Nicolao dimissus est, regnum Daniæ post cædem Canuti aditurus. Vide Saxon. & Svenon. Aggonis poenas luit.

(134) Solus est Ælnothus qui refert exercitum Danorum a Canuto ad expeditionem Anglicam conscriptum ipsis permissu revertisse domum. Et ex Ælnotho similia referunt

tentoria ſuper affixa jaciunt; &, mali ſuprema erigentes, vela ventis admittunt: altumque pelagus petentes, regique proſpera *imprecantes*, (135)

Æquora puppe cauant, laribusque cupita reportant.

Rex immorigeris poenas parans.

XIV. Exercitu igitur ad propria reuerſo, religioſus princeps, veluti hactenus, pietatis ſtudiis inhærere, diuini cultus reuerentiam extollere, cleri jura prouehere; dierum præcipuorum, legitimorumque jejuniorum, obſeruantias, vindicta propoſita regali edicto, quemadmodum per vniuerſum orbem habentur, ſtatuere: & omnia, admodum Deo contraria, pro poſſe ſuo coercere ſtudere: ſeruos manumiſſos, & proprii ſudoris labore pretio acquiſito redemptos, libertati publicæ *adjudicare*: (136) advenasque, undecunque aduenientes, nec alicui vnquam hactenus obnoxios, incolarum pares jure, & æquitate, decernere. (Quod licet Danis inuiſum, & incommodum, Deo, vt arbitramur, haud admodum fuit contrarium.) rebellium ſiue diuinorum, ſeu legalium, inſtitutorum obſeruantias opprimere, & regiæ æquitatis virga indomitas eorum cervices edomare contendere. XV. His ergo pietatis inimicus, & veritatis, atque virtutis, hoſtis irritatus, dum per hoc numerum ſibi obſequentium jam jamque imminuendum pertimeſcit, diuerſarum inſidiarum *præſtigia* (137) diſcurrit: vtque tantæ religionis tempora perturbet, & populum, jam tandem, per deuoti principis ſolertiam, Deo quam maxime ſubiiciendum, ſuæ potius malignitatis faucibus deglutiat, machinas aſtutiarum intendens, vt leo rugiens circuit, quem deuoret inquirens, & jam, veluti quondam pontifices, & Phariſæos, legisque miniſtros, in ipſum veritatis auctorem veneno inuidiæ incitarat, per quos vulgi ſimplicitas ad condemnandum vitæ opificem inſtigaretur, ſic & natu quosque maiores, & *vi præeminentes*, (138) facundia etiam, ac audacia, ad fas nefasque promptiores, aduerſum religioſum principem iniquitatis antiquæ ſtimulis incitat, incitando inflammat, inflammando ad omne nefas promptiores inclinat: atque, vt viri juſti memoriam ſolo exterminarent, nobiles, ignobiles, inſtigatione non inſolita prouocando adarmat. vnde omnis pene vulgus terræ, veneno iniquitatis eius infectum, & laqueis malitiæ illius irretitum, ad omne ſcelus præparatur; &, auerſo ſenſu, vultuque in terram demiſſo, ſumma inſpicere deuitant, ne a malitiæ ſemitis iter avertant: quo eorum participes efficiantur, quos ſapientia diuina Deum a ſe recedere compellere *proteſtatur* (139). XVI. Veruntamen, vt propoſita proſequamur, regalium negotiorum exequutores, ſiue *exactores*, (140) plus juſto in cauſis exaggerandis inſiſtere, ſtaterarum pondera adaugere, rerum quarumque pretia *vilipendere*; (141 &, vt vulgariter ediſſeram, vnciarum valentiam vix ſolidi pretio admittere: judicia, vt tradunt, peruertere; nobilesque, quemadmodum & ignobiles vi, & potentia, opprimere, contendere. Quorum inſolentiam quamplurimi non ferendo exacerbati *maiores natu*, (142) ira ſimul & invidia accenſi, omnes in regium principem conſilio, & armis, irrumpere; & tam in eo, quam & in illis *nuntios*, 143) circumquaque transmiſſis, publicas, vt arbitrantur, injurias vindicare. Diſcurrunt ergo impietatis, & dementiæ, intercurſores; & non modo ad ſcelera promptos, verum etiam ſimplicium, atque innocentium, incitant animos: vt complices ſcelerum multiplicent, & veritatis, ac juſtitiæ, jus vſque-

Malitia ctorum giorum.

Odia populi incurrit.

qua-

---

runt legenda quædam, quæ vocant Sanctorum de gente Dacica Sveno Aggonis in compendio hiſtoriæ ſuæ ita: Ad claſſem quam caſu reliquerat, inopinato curſu præpropere feſtinabat, ſuos illic arbitratus reperire, ubi eos reliquerat. um autem ad locum veniſſet prædeſtinatum contumaciter & inobedienter univerſos ad ſua didicit remeaſſe. Saxo conſentit & dicit: Tota a Rege claſſis faſtidita ejus exſpectatione defecit. Et quid plura opus ad Ælnothi fidem hic debilitandam, quam mulcta illa quadraginta marcarum, quæ ſingulis gubernatoribus claſſis, & trium marcarum, quæ ſingulis nautis ob inobedientiam & obſtinatam domuitionem a Rege imperata, quæ ſatis edocet, id, ipſo invito peractum fuiſſe.

(135) Ælnothus ſatis latine loquitur hic, cum imprecari in utramque partem a bonis ſumitur ſcriptoribus, ſed minus verax plebis animum mitiorem facit, quam debuerat. Illi enim malitioſe & contumaciter Regem ſuum deſerentes, qualia fecerint vota facile eſt conjicere.

Cap. XIV. Skioldus rex ſervorum manumiſſionem prohibet.

(136) Severior in ſervos Danos olim fuerat Sioldus Rex Daniæ, qui unius ſervi perfidia commotus, omnem prohibuerat ſervorum manumiſſionem ut Saxo L. 1. refert. Huic in ſervos ſeveritati interceſſit Frotho tertius, qui ſervis permiſit libertatem virtute bellica acquirendam, ut idem Saxo Lib. V. meminit. Primus videtur Canutus noſter, qui ex legis chriſtianæ edicto, perpetuam mancipiorum ſervitutem abolere cogitabat, & ne plebem ab initio nimis hoc ſervorum privilegio irritaret, ſudorem & laborem diligentem voluit eſſe hujus libertatis pretium.

Cap. XV.

(137) Præſtigia in ſingulari numero uſurpat Quintil. L. 4. c. 7 ubi ita: Et hujus velut præſtigiæ plauſum petat; vide alia exempla, quamvis non ejusdem auctoritatis Bang. obſervat. Philol pag 348 & Voſſ. de analog. L. I. pag 209.

(138) i. e. præpollentes. At qui omnia ab Ælnotho & ſui temporis Scriptoribus conficta, & per præpoſitiones ita compoſita verba enumeraret, integrum Lexicon conficeret.

(139) Idem, ac contendit, declarat hoc verbum medii ævi ſcriptoribus & maxime jure conſultis multum familiare, cur omiſerit Carolus du Frene in gloſſario non video. Joh. Calvinus in lexic. Juridico de hoc verbo, uti & de proteſtatione multa habet.

(140) Videtur Ælnothus hoc negotium ſatis non edoctus, aut ſaltem ita videri voluiſſe, exequutores illi referente Saxone, erant Toſto & Horta, qui irrogatam plebi mulctam ob deſertionem claſſis exacturi, a Jutia ſeptentrionali ſeu Alburgenſi incipientes Regii mandati limites longe ſunt ſupergreſſi, populumque multis vexationibus & iniquis exactionibus irritarunt.

Stratera quid valoris?

(141) Moneta ejus temporis non tanti ponderis erat & valoris, ut magnis expenſis conveniret, ſed ſolum inſerviebat minutis & infimis commerciis. Majora enim per pondera metallorum rerumque permutationes fiebant, in quibus accipiendis, adeo ſe injuſtos præbebant hi exactores.

Natu maiores.

(142) Quamplurima ſunt, quæ Carolus Du Frene ad hanc phraſin illuſtrandam affert in mediæ & infimæ ætatis Scriptoribus in gloſſario ſuo. Omnia ex illo recitare piget, ſed cum ipſo dixiſſe ſufficiat, majores natu apud hujus notæ ſcriptores eſſe præcipuos e nobilitate, qui ceteris præcellunt, & alios ſub ſe Voſſos habent. Ut ſic apprime coincidat hæc dicendi formula cum Gallorum Seigneurs, & Sencores, Senhores, Segniori aliarum gentium. Ita זקנים Ebræorum, πρεσβύτεροι græcorum & in Danica noſtra lingua: *Du Eldeſte for folchet: Oldinger*, ſumuntur non ſemper ætate ſed dignitate & auctoritate priores.

(143) Nuntios illos ſeu exactores impoſitæ multæ trucidarunt, ob inſolentiam in exigendo, ut Saxo fuſius narrat.

quaque perturbent .Proh dolor! abundans exurgit iniquitas; refrigeſcit, & tabeſcit, caritas; plebs ad omne ſcelus incitatur: fas ſubſternitur, & nefas extollitur: &, veluti bellua, ad glutiendum parata, ſanguine ſitibunda cupit ſaturari regio. armis lacertos, crudelitate exacuit animos: &, heu, veretur, ne tempus aduenìat celere; & ante ſuccumbat, quam omne miniſterium iniquitatis adimpleat.

Sed, quid ad iſte furor, vel quo violentia tendit,
In regem populus vt conſurgat furibundus?
Plebs inſana vide, tibi quid ſupereffluat inde.
Aduenìet peſtis, cedent armentaque morbis;
Et bos deficiet, & quod tibi vacca miniſtrat.
Rus reddet tenuem ſterilis maledictaque meſſem,
Seminis & fructus perſoluet vix ager vnus.
Deficient ſiluis glandes, & pecora campis:
Et copiam lactis, & amittes dulcia mellis.
Occumbent pecudes, morientur gurgite piſces:
Dura fames homines proſternet deficientes.
Et tu, qui proprio duci ſubmittere colla
Iam dedignaris, ſub Auerni duce jacebis.

XVII. Rex igitur in locis auſtralibus, vltra fluvium, qui Limma *dicitur*, (144) regalibus negotiis ex more peractis, ad regionem maritimam, quæ *Wendle* (145) lingua Danica, quod conuertibilis interpretatur, aduehitur; ibique in villa regia, quæ a domina quondam loci ipſius, quæ Burlina dicebatur, jam, mutata vocali, *Burlanis nuncupatur*, (146) cum regio ſatellite ſpatiaturus, reſidere decreuit: regiis exactoribus de peragendis ſimul, & inquirendis, negotiis demandans. cuius aduentu tam nobiles, quam & vulgus, incitati, impiorum conſiliorum conuenticula aggerant, & ad inuicem animos ad iniquitatem inſtigant, pudori deputantes, regiis inſtitutis cedere, & ſeſe inferiores, quam regiam Majeſtatem, exiſtimare. Idcirco, dum poteſtati inſidiatur, Deo aduerſatur; quia, juxta veridicum Apoſtolum, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & per hoc in eius conſortio deputatur, qui, dum Deo ſubditus eſſe contempſit, in profundum inferni de excellentiſſimis cœlorum deiectus cecidit. XVIII. *Pontus ergo Cornicus* (147) dicitur, *vbi* omnis multitudo iniquitatis animo venenato, & brachio armato, adunantur; & tam nocturnis, quam & diurnis, conciliabulis religioſo principi inſidiantur: vnanimes inſiſtentes, vt aut illum finibus ſuis exturbent, vel, quod dictu nefas eſt, a regione viventium exterminent. Statuto autem die, rex cum ſuis multitudinem conuentus illorum ſpectaturus ingreditur; &, cognita *voluntatis eorum, obſtinacia*, (148) rem pertractaturus, ad ſuos reuertitur. ſed ibidem perpaucis, quæ propoſuerat, ob inſolentiam inſanientium diſpoſitis, furorem adunatæ, & conſpiratæ, multitudinis mitigare cupiens, & de ſe ſuisque proſpiciens, ſecundum illud dominicum præceptum; ſi vos perſequuti fuerint in vna civitate, fugite in aliam; loco cedendum inſtituit: &, ne maior tumultus fieret, quietius abire conſtituit. XIX. Aquilonalibus igitur partibus derelictis, occidentalium terminos inſequitur; & ad locum, qui nunc vſque, ſecundum veternos, (149) *Ackersburgh*, (150) id eſt, vrbs agri dicitur, obſequentium turbis transmiſſis, ipſe non longe, cum reuerendiſſimo *antiſtite Henrico*, (151) in villa *epiſcopii* (152) eius ibidem proxima, ſpatiaturus, cum numeroſo comite reſedit. Porro, regis diſceſſu divulgato, turba diripientium cateruatim regias curias inua dere, rerumque prouiſores ibidem ædibus exturbare; omnia inueſtigantibus oculis auaris inſpicere, manibus quam proxima diripere, regalium ſtipendiorum reliquias, quas vorando deglutire nequiverant, pedibus conculcando proterere: & vniuerſa, porcorum more, ſubvertere. Et quid amplius? vt in Dauid legitur; confirmato malignitatis conſilio, vniuerſa multitudo iter aggreditur; regia veſtigia alii propriis, quidam cornipedum pedibus inſequuntur: edicto propoſito ſtatuentes, vt aut religioſi principis memoriam ſolo eripiant, aut etiam a regni jure depellant. Reuerendiſſimus vero pontifex, qui eo, vt prædiximus, tempore ſecum regem glorioſum detinebat, non ſperato veſanæ legionis aduentu audito, ſeditioſos cuneos cum prudentibus adit; & ſermone placido, vt ab inſolentia, haud admodum ſano conſilio cœpta, compeſcant, inſtigat: &, ne ad infamiam vniverſo orbi deueniant, fas nefasque proponens, facundiſſime perorat. XX. Sed, quia omnis veritatis inimicus, & pietatis hoſtis, quos perturbationis inquietudine *compleuerat*, (153) ſpiritus diuinus aufugerat, & ſuper inquietos, ac tumidos, idem Dei ſpiritus requieſcere non poterat, vt Judæi, Stephanum quondam redarguentem non ferentes, duris diſſecabantur *cordibus*

Curiarum regiarum direptiones.

Quas Henricus Epiſcopus reprimere ſtudet.

Conſilia de obtruncando rege.

Cap. XVII. Limna fluvius hod. Linfiord.

(144) Hodie Limfiord, non fluvius ſed ſinus maris peramplus Alburgenſem dioeceſin, ſeu Jutiæ partem ſeptentrionalem a reliqua Cimbria ſecernens.

Wendſyſſel unde?

(145) Totus tractus ultra prædictum ſinum Limna ſeu potior pars dioeceſeos Alburgenſis dicta Wendſyſſel. Ælnothus hic, ut alibi in origine vocis laborat, & a Danico verbo *at Vende* ſeu mutare, vult dici, ſed fruſtra.

Sedes epiſcopal. Burglavienſis Alburgum translata.

(146) An Burlanis dicta fuerat olim juxta Ælnothum, neſcio; hodie Burglavienſe monaſterium ſeu *Börglum-Cloſter*, ubi epiſcopalis antea ſedes erat, nunc Alburgum translata. Erexerat hoc monaſterium Rex Sveno Eſthritius olim.

Cap. XVIII. Pontus Cornicus.

(147) Neſcio an *Hiorring* ſeu *Hyring* oppidulum ejus provinciæ antiquiſſimum hic intelligatur; hiörne & hyrning, angulus eſt Cimbris, & cornu idem Latinis ſcriptoribus. Præterea ponto ſeu mari adjacet, & conventibus priſcis Cimbrorum haud incelebre. Ælnothus ita ſolet in locorum interpretatione ludere.

(148) Obſtinax & obſtinatia, pro obſtinato & obſtinatione ſæpe uſurpatur, apud mediæ & infimæ ætatis ſcriptores, quorum exempla nonnulla Meurſius habet ad hunc locum plura vero Carolus Du Frene in gloſſario ſuo.

Cap. XIX.

(149) Hoc Meurſius ut barbarum notat, pro veteribus: ſed non adeo barbarum eſt, cum antiquis etiam ſcriptoribus in uſu fuit.

(150) *i. e. urbs agri*, quis aut qualis locus ignoro.

Epiſcopatus Burglavienſis.

(151) Non invenitur hic epiſcopus Burglavienſis in Svaningii catalogo, quem tamen vel ob hoc ipſum Ælnothi teſtimonium admittere cogimus. Huitfeldius eum habet, ſed Ripas Cimbrorum, eum poſtea migraſſe refert, quod hiſce tumultibus adſcribendum.

Cap. XX.

(152) i. e. epiſcopatus ſeu officii, & juris epiſcopalis, quamplurima exempla habet Carolus Du Frene in gloſſario, quæ hanc epiſcopii ſignificationem oſtendunt, ut ex Juſtin. in Nov. 123. c. 1 & aliis multis quos recenſere non vacat, in Canon. Apoſt. c. 69. idem eſt Ἐπισκοπή.

(153) Repone eos, pro quos, & ſic ſenſus Ælnothi planus eſt, non alias.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bus, (154) & in eum ſtridebant dentibus; ſic ſanis reuerendi antiſtitis conſiliis infrementes, inſanis clamoribus inſonant, & jam jamque in reuerendum pontificem irruere impetu facto feſtinant: haſtis fabula littorea ſpargunt, æthera vocibus impetunt: &, ne vera peroranti, ac vtilia perſuadenti, vulgus acquieſcat, incommodis quibusque propoſitis diſſuadendo inſiſtunt. XXI. Verum, vt confirmatio ſermonis maligni perficeretur, illuſtriſſimi viri ſpretis exhortationibus, & piis eius admonitionibus poſtpoſitis, ferocitatis *complicibus* (155) viatim (156) multiplicatis, ſeditioſa multitudo, ad omne facinus præceps, ad urbem prænominatam, ubi regalium gazarum miniſtri, ſeu proviſores, aſſidebant, *concite* (157) properat: &, ut exinde fama inſolentiæ cœptæ in univerſum Jutiæ orbem divulgetur, decertant. Et quid immoror? ſtuperes, inſipientium irruptiones intuens. quidam namque, nudi ſtratis extrahuntur; alii, pro foribus ſuffocantur; nonnulli, flumine præcipitantur: ſed & ipſos magnates, undecunque inveſtigatos, perſequuntur; dum & illis armis fugiendi exitus recluditur, & illis ſimul pro foribus hoſtis aſſiſtit, & gladius Decertat ergo cuneus uterque; illi, *deforis* (158 impugnantes: iſti, *deintus* (159) ſe, ſuosque, defendere cupientes. ſed, multitudine concurrentium *continuatim* (160) accreſcente, quidam, ipſis etiam veſtibus exſpoliati, in arma nudi proſiliunt; alii ſaucii, & velut a belluis dilacerati, procedunt: nonnulli, domibus quoque diſtractis, effugium dehinc latebras quique quam proximas requirunt; quidam, navibus admiſſis, furori irruenti cedunt: rege cum ſuis hactenus ab his tumultibus ultra fluvium tranſpoſito. Omnibus igitur illinc, tam regiis miniſtris, quam & ipſis domeſticis, exturbatis, ſupellex cuncta ſubvertitur; lectiſtrina *ſubvertuntur*, (161) ſingulorum *manſiun-*

culæ (162) deſpiciuntur, hoſpitia inveſtigantur: ſed & ipſa effodiuntur atria; &, quid quisque prædo avarus rapiat, ſeu famelicus deglutiat, ipſis ad invicem prædonibus altercantibus, avaritia procax decertat. Hinc ignobiles quique, & rapaces, locupletantur; dum & nobiles ab hoſtili cuneo propriis privantur; & alii, ſaucio quondam latere, acquiſitis ſpoliantur. XXII. Talibus igitur furiis pertinacis obſtinaciæ turba exagitata, ut omne ſuis jus terminis exturbet, inſiſtit: &, ne principi religioſo refugii locus uſquam relinquatur; ac, ne quenquam, ſua vitia redarguentem, ſuperſtitem deferat, væſaniæ ſuæ ſimul & dementiæ intercurſoribus, circumquaque dæmone comitante, ceu ventis tranſvolantibus, decertat. Sed, veluti *pietatis magiſter* (163) Jeruſalem, cum filiis ſuis in ipſum, perennis miſericordiæ fontem, Phariſæorum conſilio, & ſcribarum inſtinctu, ſæpius conſpirantem, ventura denuntians, vtpote futurorum inſciam deflebat; ſic jam te, Jutia, ob inſolentiam te inhabitantium, & Dei hominem, probitatis inimici inſtigatione, perſequentium, nonnullus pietatis præco ob hanc inſolentiam ſuperventura tibi incommoda, ſed tuis interim vitibus *abſcondita*, (164) proſpiciens, non immerito defleret: cum te præſentibus tantum credere, & non viſis, immo tantum adventuris, fidem quam minime cerneret adhibere. Quapropter his te querelis aggredi, non incongruum.

Gens inimica bonis, juſto cur inſidiaris?
Cur, furiis actus, (165) *firmas cum dæmone pactus?* Autoris relæ in tum.

Et, velut ille polo tumidus demittitur alto,
Sic tu de proprio deturbas commoda ſolo:
Vt ſimul & rabidus, & ſis pietate privatus?
Sicque tuo tantum cur pellis ab orbe patronum?

Et

(154) Imitatur Ælnothus vulgatum ſcripturæ interpretem. Uterque autem quam bene ſe habent, quis non videt?
haſtis fabula littorea ſpargunt:

Cap. XXI. (155) i. e ſociis. Voſſius de ſermonis Latini vitiis hanc vocem ex Prudentio, Salviano, & aliis poſterioribus ſcriptoribus firmaverat. Borrichius uno Sidonii Apollinaris loco plus auctoritatis addit. Plura ex ſequioribus ſcriptoribus vide apud Du Frene in gloſſar.

(156) Barbare; pro: per viam, ex via, ex itinere.

(157) i. e. feſtinanter, properanter, ocyus.

(158) i. e. foris, notat quædam de hac voce Meurſius ex Frid. 2. de art. Ven. L. 2. c 64. & eodem modo a foris apud Greg. Tur. de glor. mart. L. 1 c. 9 & alibi uſurpari meminit. De utroque multa ſcriptorum loca adducit Carolus Du Frene quæ recenſere ex ipſo non opus duco.

(159) Sicut de foris, more temporis ſui dixit Ælnothus, ſic jam de intus, Meurſius obſervat de intro occurrere in Salica Lege, Tit. 9 at ex eisdem Legibus tit. 8. poſſet haberi locus, ubi deintus legitur.

(160) i. e. continue, juxta bonos ſcriptores.

Lectio reſtituta. (161) Bene quidem reponit Meurſius, lectiſternia, id quod & codex MSCt. habet, quem potius debuerat inſpicere, quam editionem priorem; ego lectrinum putaveram legendum antequam MSCtum nactus fueram: nam lectrinum apud hos ſcriptores, idem erat ac lectricium analogium, ſeu pulpitum annotante Carolo Du Frene, qui ex Brantono illud habet, chirotecas ſuas, dum oraret ſuper lectrinum poſuit &c. ſed lectiſternia cum MSCto legendum, equidem tunc præter ea, quæ Meurſius habet, multa & elegantia ſcriptorum loca ex Carolo Du Frene poſſunt haberi, quæ ſignificationem & uſum vocis apud tales ſcriptores illuſtrare poſſunt; ſed valde dubito, an penitus ad barbaras & defloratæ latinitatis voces, ſit referendum lectiſternium, ut hi volunt. Lectiſternium Deorum plurimis locis Livius meminit, nec aliis, niſi Diis tribuit, ut dubitare quis poterit, an lecti & ſedilia hominum ita unquam a bonis Scriptoribus vocata fuerint. De hiſce Deorum lectiſterniis agunt Valer. Max. L. 2. c. 1. Tacit. annal. L. 15. Apulejus de mundo & alibi: & huc faciunt, illa Deorum pulvinaria Livio, Plinio & aliis memorata. Si quid ergo erit barbari hic, non in voce, ſed in uſu ejusdem erit, dum hominibus tribuerint id ſequiores, quod Diis ſolis foret proprium Etenim ita Sidonius loquitur L. 4. ep. 15. epulum multiplex, & capaciſſima lectiſternia para. Niſi dixerit aliquis, adhuc barbare magis Ælnothum loqui & alios ejus ætatis ſcriptores, dum lectiſternia antiquorum, quæ non propria ſignificatione dici poſſent, niſi in illo antiquorum ad menſas ſuas non ſedendi ſed cubandi ritu hic improprie de ſcamnis, ſellis, & ſedilibus noſtris interpretantur; nam de lectis & cubilibus ſi ſenſus eſt Ælnothi, nihil video, quod proprietati ſermonis adverſari dicatur.

(162) Manſionem pro hoſpitio crebro, apud bonos inveniasque Auctores; manſiunculam autem unde Ælnothus habet, neſcio.

Cap. XXII. (163) Hic Meurſius notat pietatem apud inferiores ſcriptores, pro miſericordia ſumi, unde Gallicum pitié miſericordia eſt. Exempla profert ex Galfrido Monem. & aliis. Apud Carolum Du Frene legere licet pietoſam mentem, pro miſericorde, veluti & Galli pieteux, & Itali pietoſo dicunt.

(164) Barbare, pro: oculis.

(165) ſc. gens Jutiæ, quam grammatice.

Et quid tentabas, cum perfeciſſe volebas?
Cur non impleſti, quo te poſt gloria juſſi
Creſcens terreret, & dejiciendo levaret?
Vt, cum deveniens eius manifeſta videres
Signa, decus, doxam, (166) *propriam cognoſcere noxam*

Poſſes; & titubans nudas admittere plantas:
Ingrediensque ſacras contrito pectore valvas,
Ponens exuvias ſumpta probitate veternas,
Et ſimul exertos ſurſum retinere lacertos:
Ora rigans lacrymis, & tundens pectora palmis,
Et genibus flexis veniam depoſcere noxis,
Improperans ſceleri proprio, grates ſed honori
Martyris attribuens, & facta facinora (167) *deflens.*

Sed quod tu lutia, contemnis habere ſuperba,
Æmula facta tua, capit ecce Fionia clara.
Et, quamvis coeptum perfecerit illa malignum,
Ipſa tamen geſtis ſignis lætatur honeſtis;
Aſſidue ſpectans vice converſa frequentans;
Cum nunc exorat, quem conſpirando necarat,
Pectore contuſo, vultu ſoloque remiſſo;
Et viſu madido, pugnis & corde retuſo,
Atque genu flexo triſtis pro crimine facto,
Vt ſore placatus velit illis, & miſeratus
Continuaque prece priſcum ſcelus abluat omne,
Aureolis aula donis dttatur (168) *& ipſa:*
Hicque nitent fulvi nunc ornamenta metalli,
Cum ſerico gemmis croceo pretioſa decoris.
Confluit huc populus, habet hic pia gaudia vulgo;
Exultatque ſacrum ſe percepiſſe patronum:
Organa cum tibiis reſonant dulciſona pulcris,
Et cythoras plectris quatiunt ſpecioſa canendo.
Hæc tu cunctatuis furibunda repellis ab oris.
Illa levatur habens, quæ tu minueris amittens.
Illa locis verum ſervantur in ordine rerum,
His nec omiſſis, dentur loca, tempora, geſtis.

XXIII. Locus igitur celeberrimus medio fere Jutiæ orbe conſiſtit; qui ob ſui eminentiam, ſive ob antiquorum inibi ſacrificiorum frequentiam, vel ob idoli quondam ibidem opinatiſſimi, qui Wig dicebatur, memoriam Wibergis, veluti *Wigi excelſum,* (169) aut belli mons, ſeu ſacrificationis, (170) lingua Danica nuncupatur, ubi ex totis Jutiæ partibus quam ſæpius non minima multitudo, tam de cauſis communibus (171) tractatura, quam & *de legum veritate, ſive firmitate, diſcutienda ſimul & ſtabilienda,* convenit: &, quod ibi communi conſilio aggregatæ multitudinis ſtabilitum fuerit, non impune uſpiam in Jutiæ partibus irritum fieri valebit. XXIV. Huc *ergo* (172) inſigniſſimus heros cum ſatellite ſuperſtite deveniens, dum inibi, ſi quempiam fidem retinentem inveniat, inquirit, non modo non invenit, immo etiam inſidiarum laqueos ſibi oppoſitos intendit. Aquilonale namque vulgus, ut ſupra commemoravimus, furiis infernalibus actum, quod ſceleris huius auctor, & exordium, fuiſſe dignoſcitur, jam veſaniæ ſuæ ſigna circumquaque denuntiando efflaverat; & principi religioſo effugii locum nuſquam relinquebat. Et, heu, cum vulpibus auxilii fovea pateat, & aves cœli conſertos ſibi nidos requirant, filio hominis, id eſt, Jheſu Chriſto, famulantes, ubi caput reclinent, non habent. Et hinc *portum fluminis, qui Sleh* (173) dicitur, cum ſuis absque tumultu adiit, nautico itinere, confeſſo jam per terram *comite,* (174) *Fioniam*

Rex ſe proripit in locum Jutiæ Wig.

Adit portum fluminis Sliæ.

(166) i. e. gloriam, ſplendorem doxificare ex antiquis gloſſis Du Frene habet, & doxologiam ex eccleſiaſticis ſcriptoribus idem affert.

(167) Hæc & alia multa, quam poetice Ælnothus quis non videt?

(168) Intelligit templum Canutinum Otthonienſe de quo nos poſtea.

Cap. XXIII. *Vighbergis antiquitas,*

(169) Idem & BREVIARIUM *quoddam Sleſvicenſe*, & alii quidam multæ auctoritatis ſcriptores. Ego doctiſſimo antiquitatum Danicarum Statori Wormio, quidem crederem, qui hunc locum in Amlethsheed ſeu campo Cimbrico, ubi Amlethus occubuit cæſus a Wigletho, jam per ſexcentos antea annos Cimmersbergam fuiſſe dictam, ait, i. e. montem Cimbricum & a Wigletho qui poſt multas bellorum turbas regna aquilonalia pacavit, Wighbergam appellatum, eundemque Tacito Romano ſcriptori cognitum fuiſſe refert, monum. Dan p. 275. Sed conſtat ex antiquis ſcriptoribus, Othinum olim etiam Viggonem fuiſſe dictum. Schefferus Upſal antiqv. p. 76. citat epiſtolam Arngrimi ad Stephanium, in qua talis Odini appellatio comprobatur; vult autem tale ipſi nomen contigiſſe vel a cuneo, wig, antiquis dicto, quem & hodie Dani noſtri *En Vegge* quaſi inſtrumentum ad obvias res frangendas & pertundendas unde & noſtrates adhuc dicunt: *At Vegge Iſen* i. e. glaciem pertundere, diffringere, quod neceſſitas hiemali tempore jubet, vel Scefferus id dicendum putat a wigh, pugna, ſive bello, ita ab antiquis Gothis & Cimbris dicto. Wigur certe fortis erat antiquis, quod & Wormius in lexico agnoſcit, quod convenit cum vigore latinorum, vigueur, vigoureux Gallorum &c.

nuli Odino Viggone dicatum?

an ab Wig, cuneo?

an a wigh pugna?

(170) De ſacrificio potuit Ælnotho occaſionem dare Danicum verbum: *At vie*, i. e. ſacrare, conſecrare, unde german. *weihen* de bello nihil habeo ex noſtra lingua quod huc facere poſſit opportunius, quam id quod proxime ſuperiori loco allatum eſt.

(171) In Scania juxta Lundonium, in Sleſvicenſis ducatus loco Urnhovit, prope civitatem Apenradenſem, & in Cimbriæ oppido Wibergenſi eligi ſolebant Reges Danorum, ut Wormius monum. Dan. Lib. 1. c. 12 monſtrat. De aliis non nobilium modo, ſed & omnis ordinis incolarum celebribus conventibus annuis, hunc in locum ſupervacuum eſt aliquid ſcribere cum tales hodie ſub nomine *Snapſ ting* ad decimum diem Martii, quot annis incipientes vulgo ſunt notiſſimi, videatur de iisdem Jan. Laur. Wolff encom. regn. Dan. p. 16. ſqq.

Loca electioni Regum Daniæ olim deſtinata.

(172) Hic novum caput faciunt editiones impreſſæ, non ita MSctum. *Cap. XXIV.*

(173) Sleſvicenſis portus eſt, unde in Fioniam eum ſolviſſe navem Ælnothus vult. At Sleſvici ante abitum e Jutia etiamſi fuiſſe Regem conſtat ex Saxone, credo nihilominus Canutum poſt diſpoſitas Sleſvici res ſuas ad breviſſimum maris terminum revertiſſe, quem quovis momento superaret, dum a Sleſvicenſi portu ſi voluiſſet & periculoſior & longior foret navigatio, in qua a rebellibus ſubditis facile præverti poſſet. Præterea aliam fugæ Regis viam dat Sveno Aggonis, in compendio hiſtoriæ Danicæ ubi ait plebem tumultuantem inſecutam fuiſſe Regem ultra medium tranſitum in Fioniam uſque. Voluit enim Sveno more ſui ſæculi ſcriptorum, hujus tranſitus appellationem Danicam latine exprimere. Urbs autem illa prope quam breviſſimus eſt a Fionia in Cimbriam tranſitus, Middelfartum dicitur, & Danice ſignificat medium tranſitum. Præterea ex aliis adhuc indiciis in hodiernum uſque diem ſervatis, novimus Regem fugientem Middelfarti Otthniam veniſſe, ut poſtea dicetur.

Conjecturæ de fuga Canuti regis.

(174) Quid hæc Ælnothi verba volunt Oedipus nobis dicat aliquis. Novi conſedere, apud poſterioris ævi ſcriptores ſumi pro auferre per vim. Et ſic forſitan intelligi poſſet de Olao Sleſvicenſi Duce Regis fratre & futuro expeditionis comite quem ante fugam ex Cimbria ob fraudulentas machinationes in Flandriam captivum abduci juſſerat. Forſitan & paſſive hoc verbum barbaro ſuo more Ælnothus

Fioniam profecturus (175). XXV. Puppibus ergo non segniter instructis, & necessariis advectis, magnificus princeps, Jutiæ furorem, simul & ipsam Jutiam, penitus relicturus, fluctivagos sinus, cum domesticis satellitibus, & novo jam certamine tironibus experiendis, ingrediens, *Fioniæ partibus advehitur:* (176) ubi dum præsentis securitatem quietis requirens non invenit, sempiternæ felicitatis palma, & perpetua glorioſi triumphi memoria, insigniri promeruit. Tu etenim, antiquissime seductor, hæc omnia, Deo sinente, & ad potiora disponente, malitiæ tuæ artibus, & instigatione, perficiens, qui quondam decorus, & magnificus, ob immensi tumoris contumaciam, de summis cœlorum ejectus, & postmodum in serpente visus, proavos nostros, *deitatis permissu,* (177) seduxeras; haud mirum, si jam per unius regni spatia in homine Dei insidiarum machinas distendas; cum quotidie, per universum orbem fidelium iter impediens, ad damnationis tuæ cumulum multiplicitatem *complicium* (178), sempiterno tecum igne exurendorum, coacervas. Aggredere ergo impietatis tuæ ministros, & in Dei fervum exacue, viros instrue, animos incita, lacertos adarma, insidias præpara, complices sceleris accumula; ut, quanto crudelior exstiterit insidiantium sævitia, eo glorioſior efficiatur glorioſi principis victoriæ memoria. XXVI. Regis ergo aduentu divulgato, ut, quod divina disponebat providentia, non serius efficeretur, nocturnis simul & diurnis *intercursoribus* (179) circumquaque transmissis, multitudo vulgi coadunata, iniquitatis aggregat consilia: &, ut suis etiam principem religioſum finibus exturbent, seu, quod dictu nefas est, vitæ exsortem efficiant, omni conticit instantia. Ipse autem ad locum præcipuum, utpote certaminis, triumphi, & *repausationis* (180) suæ, qui *Othens Wi* (181) Rex adi dicitur, Otthon.

Fioniam.

Insidiæ structæ.

---

nothus usurpavit cum dicere debuerat: postquam in terra & littore confederant ejus relicti comites.

Phionia. (175) Hic ut alibi more ejus sæculi præpositionem omittit Ælnothus. De Fioniæ qualitatibus & appellationibus alibi justior erit dicendi occasio. Pheoniam & Phyoniam, item Fenne hanc insulam dixerunt antiqui. Nos ex MSCto Ælnothi Fioniam scribimus, & rectissime nihilominus Fioniam dicendam putamus; quo de alibi plenius.

Cap. XXV. Middelfartum oppidum. (176) Middelfartum scilicet oppidum maritimum ad occidentalem insulæ plagam situm, quod a medio transitu freti angustissimi denominatum diximus supra. Via illa quæ Middelfarto Othoniam ducit, sex miliaria longitudine conficit, in cujus medio saxum grandiusculum adhuc cernitur sellæ seu sedilis antiqui figuram habens, & toti provinciæ notissimum sub titulo lapidis Canuti Regis; constans autem ex antiquis temporibus dimanans fama omnibus persvaderet Regem Canutum cum Otthoniam properaret, cum comitibus paucis hanc viam pedibus confecisse, & in medio itinere al qualem capturum quietem hoc in saxo consedisse, quod postea ab ipso appellationem traxit suam, & nobis Fionis dicitur *Sanchte Kundfs Steen* seu lapis S. Canuti.

Traditio de lapide Canuti Regis.



Meum non est fabulas vulgi credere, qui ajunt saxum hoc per miraculum se ita adaptasse Regiis membris, ut tanto itinere lassatis, commodam præberet quietem. Similitudinem aliqualem sellæ habet hic lapis, sed quam jam olim ante Regis adventum habuisse credo: in eo consedisse Regem quis negat, contra perpetuam ex eo tempore famam, etenim hic quietem Regi lasso suadere potuit, non dimidium viæ modo jam confectum, sed etiam saxi hujus haud vulgaris figura, quod se ut sedile offerebat in via. Moris etiam erat antiquis subinde in primo adventu ex talibus obviis rebus de reliquo rerum suarum successu divinare. Multa hic de historiis exterorum recitare possem, sed propius ad scopum facit illud ex Cimbricis nostris historiis de prima Cimbrorum Jutarum seu Guthorum expeditione in insulam Guthilandiam Duce Thielvaro; ille enim cum in media insula lapidem seu ingens Saxum invenisset pulvinari perquam simillimum admodum lætabatur hoc spectaculo, & convocatis sociis, hic a natura dicebat stabile domicilium, securam quietem & tutum præsidium monstrari ubi post primum adventum adeo pulchrum ipsis fortuna substernere videbatur pulvinar ut refert Strelov. chron. Guthiland. p. 17. de saxis ingentibus, quibus insistere Reges antiqui septentrionales solebant, ubi primo eligerentur, multa sunt scriptorum testimonia, & adhuc in Selandia eo in loco, ubi aula quondam Regia stabat Lethra dicto, lapis conspicitur ingens

Exposa.

Origo fabulæ.

Kengstolen seu sella Regia omnibus accolis dicitur, qui huic etiam usui inserviisse olim tuto credatur, memini etiam me Londini Anglorum in templo Westmonasterienſi sellam illam antiquæ & simplicis formæ vidisse, in qua sedentes coronari solent Reges, cui pro pulvinari ingens erat & quadratum saxum seu marmor, pulvinaris formam aliquam habens marmoris videtur alicujus similitudinem habere, colore lividus, pedis unius & dimidii latitudine: Scoti dicunt esse lapidem Gatheli filii Cecropis, primi Regis Scotorum, & huic juxta Hectorem Boetium imposita fuit inscriptio: *Ni fallat fatum Scoti quocunque locatum inveniant, lapidem, regnare tenentur ibidem.* Dicit quoque idem hunc lapidem post cædem Roberti Regis Scotiæ per Eduardum quartum huc translatum: tum: & quam eleganter convenit hæc hujus lapidei sedilis historia, cum reliquis a me allatis, videat quivis. Horum autem lapidum significationem daturus Saxo Grammaticus ait antiquos ex firmitate saxorum facti constantiam ominari voluisse. Videorne mihi ergo frustra esse, si dicam S. Canutum videntem sibi in media via saxeum a natura paratum sedile, spem sibi forsitan blandam dedisse de quieta & tuta sede apud Fionenses invenienda, in cujus rei & fausti ut ipsi forte putabant ominis memoriam, comites ipsius ex vetustissimo Danorum & aliarum gentium more primos circa hoc saxum congesserunt lapides, qui postea adjicientibus quotidie symbolum viatoribus præsertim Pontificiis temporibus in illum qui hodie circumquaque cernitur lapidum cumulum accreverunt. Quo modo Mercurio & Hermis olim cumulum aggerere solebant.

(177) Quamvis Augustinus idem habet de civitate Dei L. 7. c. 1. ut eo melius Θεότητα exprimat, nihilominus dixisset melius Ælnothus: DEi permissu.

(178) Latine, multitudinem, numerum, turbam, gregem sceleratorum, de complicibus dictum superius.

(179) Latine internunciis.

Cap. XXI

(180) De pausatione satis dictum superius ad c. 4. De repausatione quod hi scriptores usurparunt pro quiete & sepultura nihil occurrit, nisi locus apud Carolum Du Frene in glossario, ubi repausare verbum legitur, vide pausare, pausatio.

(181) Hæc est primaria totius Fioniæ nostræ civitas & reliquorum in eadem insula sex oppidorum maritimorum medium caput, cui ut charissimo patrio & natali solo meo, maxime optassem antiquitatis honorem, si scriptores, sine quibus nihil in talibus licet, viam ad id planiorem stravissent; etenim non ejus sum ingenii ut patriæ urbis ergo, quam animitus veneror, me ad fabulas & mendacia delabi patiar, quod plurimi faciunt, qui male se genitos putant, nisi patriæ suæ antiquitates ultra Argonautas & Trojanos ad minimum extendant, quod dum efficiunt, non vident, quam in patriam, in veritatem & propriam famam sunt injurii: urbis ergo hujus *historiam*, quam *alibi plenius forsitan tradere detur*, hic præterire libet, & monere saltem nomen urbis nostræ non uno modo ab antiquis

historia nienſis promissa.

dicitur, cum *Herico* (182) *fratre* (183) suo, rege postmodum glorioso, & *Suenone inclyto*, (184) Benedicto quoque, laboris atque certaminis *consorte*, (185) curialibus secum comitantibus, proficiscitur, rerum ibidem præstolaturus eventum, &, quid suis consilii admitteret, tractaturus. Seditiosa vero multitudo indies adaugetur; &, non tam internuntios, quam & exploratores, curiæ regali intermittit; regiaque undecunque scisitatur consilia, &, ad eum cum suo comitatu deiiciendum, omni decertat instantia. cuius seditionis uti princeps, & fraudis commentor, *Pipo* (186) dictus, inter eos insignissimus, astutus ingenio, facundus eloquio, principem innocentem fraudulenter adiit; &, ut fidem fraudibus præbeat, *legionis insensatæ* (187) furibunda non occultat edicta: quæ tamen, per se quam plurima proponendo, haud minime depromit attenuanda. Mensæ igitur regali, & regi proximus, assidens, secundum illud Davidicum: *Qui edebat panem meum, magnificavit super me supplantationem:* regiis tandem non modo dapibus *farcitus*, (188) & poculo *ebriatus* (189) quam & muneribus honoratus, veluti magistro veritatis, Judæ

Piponis facinus.

Variæ Othonis lectiones in nummis

quis scriptum inveniri; sed legi *Otthenenswig*, *Otthenswi*, *Otthense*, *Otthensehem*, *Otthoniam*, *Otthiniam*, *Otthenas*, *Odanse* & *Odense*, quo nomine vulgo jam vocatur. In nummis Erici Pomerani hic cusis legitur, moneta *Ottonis* i. e. Ottoniensis, & moneta Odense, ut ipsi nummi testantur, inter alios ejusdem Regis hic expressi. Ad nominis autem causam & originem quod spectat, eam ab Othone Magno deducendam multi volunt, quod ille nomen suum non modo in sinu maritimo Ottheſund dicto, sed etiam in Regis filio & regni hærede Svenone reliquit, quem ab Imperatore in baptismo Sven Otthonem vocatum fuisse constat, ideoque etiam volunt denominatam ab ipso fuisse Otthoniensem civitatem: hanc mentem videtur Cranzius habuisse Metrop. L. 3. c. 16. sed nullibi sibi constat, dum contra omnium scriptorum fidem, non sinum Limnicum vult fuisse terminum expeditionis Otthonis Magni in Cimbriam, sed ipsum usque ad promontorium Cimbricum seu Scagen penetrasse & ibi jaculum in mare Codanicum quod Norwegiam concernit emisisse, nomenque inde toti Codanico sinui dedisse; sed hæc uti solus Crantzius habet, ita & eadem fide refert adjacentem insulam quandam Ottoniam ab Imperatore dictam fuisse, quæ, an Fionia erit, male a Crantzio cognita, nescio. Vix autem adduci possum, ut credam Haraldum, cum quatuor episcopatus erigere vellet, & tres priores in famosissimis & antiquissimis Daniæ civitatibus, Slesvico, Ripa, & Arhusio locasset, quartum in loco Fioniae poneret jam primum construendo & ex Imperatoris nomine vocando; cur non hic ut alibi civitatem celebrem & florentem elegisse credatur in sedem episcopalem, nec dicitur civitas nostra Otthorus-wig, sed Ottenes-wig in diplomate Henrici tertii, quod ad harum ecclesiarum conservationem edidit, & in antiquis monumentis a Wormio memoratis vocatur ᚼᚦᛁᚾᛋᚹᛁᚴ Odinsö vel Odinsee, insula vel lacus Odini, quod longe ab Otthonis nomine est diversum. Contendunt alii urbis nostræ nomen & originem ad Othinum seu Odinum illum antiquum Septentrionis Deum seu Principem seu magum & impostorem, qui circa finem septimi ante Christum natum sæculi, quo tempore Hesiodus apud Græcos & Amos Propheta mox postea apud Ebræos floruisse creduntur, totum boream non armis modo domuit, sed artibus suis vel ingeniosis & hic inauditis antea, vel superstitiosis sibi obnoxium reddidit, etiam ad divinos impetrandum honores, templa, aras, & flamines obtinendum; hic alium quendam *Othinum* sui æmulum in *Fioniam* nostram compulisse dicitur & hoc in loco trucidasse: ab alterutro autem horum Otthiniam dictam volunt, quam ut amoenissimam totius insulæ partem sibi sedem elegerit, campestribus non modo delitiis, pratis, arvis, collibus, lucis & silvis, sed lacubus etiam piscosis, fontibus, præterlabente amne, & sinu maritimo suburbanos cingente agros non minus commodam quam aspectu jucundam, & aeris insuper salubritate commendabilem; certo Saxo L. 1. Othini secessum in hanc provinciam describit, & sepulturam ejus multis incolis fuisse exitialem scribit. Ericus Pomeran. in hist. Gent. Dan. Othen. ait morte subitanea prope locum qui nunc Othens dicitur, interiit, ibique sepultus est. Anonymus scriptor in hist. Reg. Dan. ab Erpoldo Lindenbroch edit. Othinus in Pheonia occiditur, & sepelitur juxta amnem quendam, ubi Othonia civitas ab ipso appellata sita est. Certe multas de nomine suo variarum rerum appellationes Othinus reliquit hic in Septentrione; ab ipso dies Mercurii omnibus Septentrionalibus dicitur Wodens-dag, *Odens-dag*, *Oens-dag* i. e. Odens-dag. dies Othini: totum Balticum mare, Godanicum & Codanicum denominatum volunt quidam ab Othino qui & Wodan & Godan dicebatur, & Sælandia inde Codanonia; sic & sinum illum maris Codanonii, qui insulæ se nostræ insinuat, & urbem alluit Othini sinus, seu Othinswig dici potuit, & civitas etiam inde denominari.

Nomen non est ab Othone M. Imp.

An dicatur ab Othino Asiatico ac boreali.

An ab Othino Fionensi.

Reliquiæ nominis Othini in variis appellationibus.

Mare Codanicum Codanonia. Othinswig.

(182) Hoc nomen proprium virile ex antiquissimis est Gotho Cimbricis, etenim jam temporibus Sarug proavi Abrahami dicuntur Getæ in has terras migrasse Duce Erico quodam, ut Sheringham de orig. gent Angl. c. 7. late disserit, Adamus Bremens solet illud nomen Horicum vocare. Erricum dixere antiqui & significat divitem honore, nam honor dicitur Gothis & Cimbris, Ehre, & dives Rich, Rig, hinc quoque illud Germanis ehre, Anglis antiquis Ear, hodie juxta Latinos honor, hoc Germanis Reich & Anglis Rich quod ab inusitato nunc Ebræorum verbo רגב est, quod apud Arabes رَجَّ Raga significat vendibilis fuit; facile distrahi potuit, & nummis probatus fuit facilem cursum habens رَبِيعٌ region, nummus bonus, probatus, desiderabilis; his consideratis de honore & divite, unde Erici nomen Danicum componitur facile est credere Aventino in nomenclatura illa aliquali annalibus suis præfixa, ubi ait Henricum a nonnullis scriptoribus latine Honoricum exponi: nescierat autem Henricum olim Herricum dictum fuisse, multo minus noverat quam convenientiam cum honore hoc nomen habebat, nec ego puto aliud esse Gothica illa principum Gothorum nomina Ithalaricum, Ithartanoricum quam & nobilem Ericum, Asperum Ericum.

Getæ Cimbri

nomen Herrici.

Idem cum Henrico

Gothorum Ithalario.

(183) Ericus bonus erat, qui S. Canuti re & nomine frater, ipsi ad extrema adhæsit & fortiter pugnando post cædem fratris viam sibi & fugam per medios hostes gladio aperuit, & demum post obitum Olai imperium consequutus, affectum & amorem quo vivum prosequutus fuerat fratrem multis illustribus indiciis iri defunctum testabatur.

(184) Is erat qui post obitum Erici boni Regiam dignitatem spe devoraverat, sed morte præventus non occupavit, cum in itinere ad conventum publicum properans, ut Rex proclamaretur febri decessit, mortem ut ipse dicebat non deprecaturus, si a plebe Rex solum salutatus, prius in media exspiraret concione.

(185) Hic itidem Canuti Regis frater, non consiliis modo, sed & propriis lacertis, quantum potuit fratris innocentiam propugnare & rebelles arcere non destitit, & videtur hic Benedictus ille idem regiarum gazarum fidelissimus custos & provisor, quem Ælnothus ait inferius a Pipone seu Blaccone proditore provocatum cecidisse, non inultum tamen, cum prius lethale proditori vulnus intulisset.

(186) *Pipo*: Ita MS. Ctus codex, (Meursii editio Pipo legit) monet & Meursius hunc proditorem a *Saxone* L. 11. & Joh. Magn. hist. Goth L. 15. c. 13. vocari Blacconem & ab Anonymo in hist. Reg. Daniæ Blocconem.

(187) Pro insano insensatum sæpe Ælnothus habet, italice, insensato, ita Boccatius in Fabr. tr. All. in ognicosa simplice & insensato. Item animale insensato.

(188) *Barbare*, pro fartus seu farctus.

(189) Melius inebriatus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

proditori panem intinctum porrigendo dicenti, *Quod facis, fac citius*; religioso principi pacis osculo ficto, & venenato corde tradito, sicut ille lucis auctorem, & pietatis eruditorem, Pharisæis, sumptis argenteis, vendidit, sic & ille, luce derelicta, id est, fidei probitate dejecta, infidelitatis tenebris illaqueatus, ut nox nocti non scientiam, sed insipientiam, indicaturus, hostilibus catervis occurrit: &, quæ a rege perceperat, non pandendo, sed pervertendo, denuntiat; &, qua eum fraude circumveniant, perorat. Et, heu, te miserum in futurum, vecordem, mente captivum, incassum impietatis aggregas exercitum, cum ad detestationis tuæ augendum *opprobrium*, (190) quem cum consortibus tuis persequeris, latius jam per orbem ejus nunc proditor vitæ fieri non erubescis. Cur ergo, crudelissime, tetro, & invisо, tuis assistenti dextris, inimico crucis signaculum non opponebas? cur arma, tuis jam humeris superimminentia, non prævidebas? &, si te a scelere non convivii participati *benignitas*, (191) nec muneris collati dignitas, revocaret, cur perennis infamia, & dedecus sempiternum, utpote *industri*, (192) & sagaci, ob ineffabile nefas, animo non occurrebat? Distensis enim poculo visceribus, & veluti sanguinolentis *obtutibus*, (193) necdum consumpta digesseras; &, quibus jam convivam pium persequutoribus traderes, advocabas te impudicum, pietate & probitate privatum, orbis universi acclamatione detestandum, & Stygiis solum umbris absorberi, *facibus* (194) digniissime deputandum! o te infelicissimum! factus es Anna peior, Caipha deterior, Pilato crudelior. Ille namque, Judæis, ut Christus crucifigeretur, acclamantibus, arrepta aqua, non tam manus a sorde *abluere*, (195) quam simul & voce ab justi sanguine, & officio, immunem se se cupiebat efficere. Tu vero, crudelitatis ferocitate actus, & veneno impietatis infectus, omnisque spiritu malitiæ administrante ebriatus, non modo imperiti vulgi insolentiam non compescebas, verum ad malignitatis cœptum velocius perficiendum exacuebas. Neque enim te ad hæc Cæsaris terror incitabat, sed antiqui seductoris *suggestio* (196) provocabat; quem a scelere desuper residentis, & ex alto cuncta prospicientis, intuitus non revocabat. Nam, sicut quondam domino Jhesu impius Judas osculum præbendo Judæis, quem comprehenderent, *innotescebat*, (197) non impari modo populorum impetum adversus Dei hominem attrahebas. Quapropter, ut ille laqueo postea vita excessit, ita tu postmodum occupatus dæmone, lingua mordicus abscissa, spiritu scelestum cadaver deferente, ad inferos, pœnæ consortem inquisiturus, non immerito immittereris. XXVII. Seditiosa multitudo, vesaniæ suæ principem jam præmemoratum prosequuta, ad locum regiæ sedis coacervatim conglomerata discurrit, ad omne nefas præceps intendit; equorum fremitus, & populorum fragor, ac armorum collisio, æthera tangit: cursus, & impetus, humum concutit: pulvis, solo exurgens in aëra altius, latiusque diffusus, die adhuc superstite, nocturnas tenebras interserit: & caligo nebulosa visus etiam animos obcæcatorum obvolvit. Porro, *vespertinali* (198) tempore imminente, devotus heros, *vespertinalem synaxim* (199) auditurus, & se suosque domino, universorum opifici, commendaturus, basilicam *pretiosi martyris Albani*, (200) haud longe sitam, tam certaminis, quam & præmii, ut credi fas est, cum participibus expetit; reliquis latebras, quas poterant, inquirentibus, & vitæ præsenti consulentibus. Hostilis vero cuneus, circumquaque adveniendo occurrit; & tam ædes regias, quam & atria, occupant irruendo. Quidam quoque atria, ubi dux

(190) Barbare pro opprobrium detestandi sui ingenii.

(191) Lucret. participentur L 3. dixit passive.

(192) Industris pro industrius ponitur sæpe apud hujus ætatis scriptores, unum exemplum habet Meursius ex Mich. Schot. physiogn. c. 101. multo plura Du Frene habet.

(193) Hic ut alibi pro oculis.

(194) Quis non videt hic faciebus legendum & præcedens insuper comma expungendum.

Del more abluendi manus.

(195) Mos ille manus abluendi non apud Judæos solum sed & apud ethnicos invaluerat ad innocentiam suam declarandam, ubi magna quædam evenerant mala: egregium est exemplum quod Plutarchus subministrat in vita Syllæ, quem post cædem civium ita se purgasse in concione docet. Plura exempla habent Grotius, Spencerus, Huetius.

(196) Latine adhortatio, instigatio.

(197) Declarabat, ostendebat, ita hoc verbum sumi a scriptoribus hujus ævi Meursius ostendit, ex Agobardo de Insol. Jud. Andr. Abbat. de vita S. Otthon. L. 3. c. 1. Bonifac. ep. 32. ita etiam sæpe loquitur Theodoricus Monachus Nidrosiensis in hist. Regum Norwag. a Kirchmanno edita utpote c. 22. consilium tuum Regi innotuerunt, & alibi.

Cap. XXVII.

(198) Crediderim Ælnothum scripsisse vesperali, quod Solinus habet, sed vespertinales sumuntur in concilio Aqu. Gran. 2. c. 2. can. 9. pro horis sacris vespertinis, quomodo vesperæ sumuntur, apud hist. eccles. scriptores, cujus exempla Du Frene multa habet, vesperæ Siculæ omnibus sunt notissimæ, unde has vesperas Otthinianas vocare lubet, Galli les vepres.

(199) Etiamsi ecclesia christiana cum scriptoribus recepit hanc vocem pro conventu christianorum ad sacratissimas cœnæ epulas; nihilominus etiam vulgo occurrit pro congressu & conventu Sacerdotum & monachorum ad preces & hymnos imo pro toto officio ecclesiastico peragendo, exempla ubique obvia sunt.

Canutus

(200) Vt videtur hunc sibi more Pontificio patronum ex Sanctis elegerat Canutus Rex, forsitan quia Haraldus Klach, primus christianorum Regum inter Danos hunc eundem patronum habuerat & in ejus templo prope Moguntiam salutare baptismi lavacrum subierat; confirmat opinionem nostram ea veneratio, quam huic sancto habuit cujus reliquias seu ossa tanta cum solennitate ex Anglia in Daniam transferenda curaverat, accedit quod ipsi hoc templum dicaverat, quod octo ante obitum suum annos inceperat, sed ut videtur ex ligno tantum exstruxerat, ea mente ut ibi quiescerent Albani reliquiæ, usque dum alterum illud augustius perficeretur templum, cujus ipse posuit fundamenta, ignarus eas ædes quas alteri parabat sibi ipsi fore dicandas: praeterea dirutum & ablatum penitus fuit primum illud templum seu sacellum, postquam alterum ad aliqualem altitudinem surrexerat, ut usibus sacris inservire posset; stetit autem haud multorum passuum intervallo ab orientali parte templi S. Canuti, quod nunc est, & ante paucos menses ex quo hoc scribebam adhuc reliquiæ quædam stabant, antiqui illius muri qui hoc cœmiterium cingebat olim. Loci delineationem ob amorem urbis patriæ subjicere placuit. Cæterum Codex noster MSC. addit: *Præluxit autem proto-martyrio suo inter Danos, fastis scilicet Pontificiis primum celebrando.* S. Canutus dum sibi ex omnibus sanctis Albanum suæ provinciæ Anglicæ proto-martyrem elegerat concelebrandum & colendum. Erat autem ille Albanus Verulamiensis

Eius tem

Albanus A

glus.

dux religiosus inerat, cum suis irrumpere tentant; alii, valvas basilicæ infringere; nonnulli, ignem admittere; cæteri, ut aut vivos comprehendere possint, vel ut occumbentibus superstent, insistere. sed, *igne vore supernæ vindictis extincto*, (201) invictissimi tirones deintus pro foribus hostibus assistunt, aditum armis non segniter recludentes, & pro suo principe glorioſissime dimicantes. Rex interea devotissimus regem sempiternum non Herodiana inquirit fallacia, sed humilitate Davidica; se criminibus reum, illum vero vere confitendo verum Deum: &, non solum veræ confessioni insistens, immo vitalis communionis Sacramento se muniens, *tam aureis, quam argenteis, muneribus ditat altaria*: (202) sociis etiam hæc eadem perficientibus, & vicissim, ne hosti aditus pateat, armis obsistentibus. Conspirante tandem legionis multitudine, undique accurrente, & ecclesiæ parietibus circumquaque insistente, monstruosus Pipo deforis pro foribus assistit, regiarum gazarum fidelissimum hactenus *provisorem*, (203) veluti ad singulare certamen, advocat; &, si quid cordis, vel virium adsit, ut occurrat, interpellat. Quo haud segniter deintus occurrente, duris alternatim ictibus admissis sauciantur: illo, deinde glorioſe occumbente; isto, ad evidentioris ultionis indicium, ad modicum supervivente. nam, domi dehinc delatus, & acerrimo *dæmone invasus*, (204) vicina quæque tam manibus, quam morsu, invadere, diripere, conterere; ore spumas ejicere, horribiliter vociferando acclamare; vana & inaudita proferre, scelus fraudulentum evidenter edicere: ad ultimum, lingua *mordicitus* abscissa, vita miserabili *terribiliter* (205) excedere. At vero hostis pertinax obstinaci insolentia basilicæ parietibus insistit, & cum sagittis saxa per aperta emittit; duceque præcipuo tam lapidibus, ut Stephano, tunso, quam & telis, ut Sebastiano, saucio, ædes sacra tam ejus, quam & sociorum vulneratorum, ac demum occisorum, cruore perfunditur: &, ut ita fatear, *pretiositate* (206) martyrii eorum iterato consecratur. Verum, ut passionum Christi rex devotus imitator efficeretur, veluti Dominus Jhesus Christus, in cruce, in medio iniquorum, positus, sic & iste, inter cuneum adversæ multitudinis constitutus, *aquam* (207) sibi sitienti porrigendam inter furentium tela expetiit, quam cum quidam, pietate motus, haustam ei deferens, per senestram porrigeret, alius, hasta intromissa, & vase de manibus utrorumque excusso, ac simul aqua effusa, regi quidem, sitim exstinguendi otium ad modicum abstulit; illi vero, pietatis præmium non ademit. Ille autem, haud longo post tempore, vesania actus, fonti superimminens, utpote sitim propriam exstincturus, capite tandem in profunda demisso, genibusque desuper monstruose distentis, spirituque sceleste ad infima baratri extracto, cadaver ibidem exanime, veluti divinæ ultionis indicium, supervenientibus inspiciendum reliquit. Et hic quidem, hoc modo deficiens, in servum Dei se deliquisse, manifesta expertus est ultione. Sed, quid amplius? eloquar, an sileam? sceleris etenim cœpti malignitas perfecte exprimenda incumbit; &, opus sceleris detestandum ut depromatur, series exposcit. Huc usque principem namque glorioſum, cum insignissimis heroibus contra adversarios dimicantem, inspiciebamus; &, veluti prope assistentibus, arma pii affectus subministrabamus: nunc vero, per omnia cum præsentia cuncta ad occasum vergant, & floribus maturatis tempus sectionis *adveniat*, (208) licet, ob humanæ fragilitatis compassionem, dolori deputetur, tam glorioſissimi viri præsentiam seculo sublatam edicere; ad potioris tamen lætitiæ accrescit incrementum, eum, post laborioſi certaminis cursum, ad superna evectum, laudibus extollere. Sed quid de insensatæ plebis rabie, & vesania, edisseram? cum enim terreno principi adversatur, in ipsum virtutum dominum furoris sui machinas invehere non veretur. Ignem namque, sacris appositum ædibus, ne sacra comburerentur, desuper exstinctum inspexerant; ducem religioſissimum, inter arma

Sanguine ipsius vindicatum.

Rex cruore perfusus.

Albani S. Basilica diruitur.

---

sis Anglus, qui christianæ charitatis ergo, vestem cum alio quodam religionis socio, de cujus constantia dubitabat, permutavit, seque pro ipso cruciandum obtulit. Thamesin fluvium precibus suis divisit, ut Moses mare rubrum, & siccis pedibus cum toto comitatu transiit, ipsumque carnificem suum ad fidei communitatem perduxit & martyrii, ut auctor est Gildas de excid. Britann. c. 1. quem anno 1691. cum aliis quatuordecim scriptoribus rer. septentrional. edidit Oxon. in folio Th. Gale; vide ntur de eo præterea Beda hist. eccles. L. 1. c. 3. Matth. Westmonast. Flor. hist. Henric. Hundigton hist. L. 1. addo & Usward in martyrologiis Venant. L. 8. carm. 4. & alii.

Miracula ab eo prodita.

(201) Ignem hunc templo subditum & cœlitus exstinctum, nemo præter Ælnothum meminit; Saxo quidem dicit ligneum fuisse, unde facile incendi potuerat, nisi miraculum (si Ælnotho credamus) intercesserat. Crantzius Saxon. L. 2. c. 10. similia narrat de templo oppidi Frislariæ, apud Hassiones quod Saxones barbari incendere voluerunt, sed frustra; etenim apparuisse dicit juvenes duos, qui ignem restinguebant.

(202) Qualia jam dona in promtu esse potuerant, equidem ignoro. Ceterum figura illa martyrium S. Canuti repræsentans, & Romæ excusa altare sistit vasis aureis & argenteis ornatum.

(203) Diximus superius Regis fratrem Benedictum utpote fidelissimum ejus socium hic a nobis intelligi. Non prohibet quod occubuisse dicitur ab Ælnotho, cum tamen postea refert eum Lucium in proximam ædem deportatum; etenim omnes commilitones Regis occubuisse dicit infra; quorum tamen multos partim saucios partim illæsos occubuisse novimus.

(204) Præterquam quod minus latine Ælnothus hic loquitur, dum dicere debuerat occupatum, obsessum, vexatum &c. videtur etiam fabulam narrare in aliis sanctorum, ut vocant, legendis inventam.

(205) Horrende, mordicitus, tremende, dicunt latini.

(206) *Pietiositate?*

Potus aquæ Canuto morienti porrectus.

(207) De aqua quam Rex beatus in hoc agone suo expetierat, nec non de sequente historia altum alibi silentium. Nihilominus Ælnotho credimus cum & epitaphium illud reliquiarum regiarum loculamento impositum ab Hubaldo Episcopo, cum in venerationem publicam depromeretur, idem meminit de potu aquæ quam in hoc certamine ultimo petierat, & figura illa ante memorata de martyrio S. Canuti Romæ cusa urnam illam cum effusa aqua videndam præbet. De punitione illa extraordinaria, qua ille impius plectebatur, nihil dicendum habeo præter similia multa ex Pontificiis relationibus exempla, quæ recitare non vacat; unum simile Cranzius habet loco supra memorato de Saxone quodam inter illos, qui Frislariæ templum concremare voluerant, hic enim postero die mortuus est inventus in genibus procumbens, buccis inflatis, veluti ignem sufflaminaturus.

(208) Maturatis hoc modo non invenias apud scriptores nisi male latinos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

arma ſtridentia, & ſaxa volantia, poſitum, utilia quæque, ac rationabilia, (209) perſuadentem, & pacifica pollicentem, audierant: ſed, ſpiritu malignitatis impleti, & ſpiritu benignitatis evacuati, nec divinis moventur virtutibus, nec humanæ rationis mitigantur perſuaſionibus. Superni quippe arbitris conſilium perficiendum imminebat; qui hoc modo athletam ſuum, de ærumnis præſentibus quieti ſempiternæ inſerendum, ad vocabat. Nam & illi, perpetuæ parabatur gloriæ memoria; iſtis vero, perennis deteſtationis infamia: qui, veluti de domini perſecutoribus dictum eſt, ſi cognoviſſent, in principem glorioſum arma furoris ſui non intuliſſent. XXVIII. Fortiſſimis igitur heroibus hoſtiles acies a foribus baſilicæ deturbantibus, ad orientem ſanctuarii, ubi principem devotiſſimum precibus inſiſtentem introſpexerant, verſi, capſulasque reliquiarum pretioſorum martyrum, *Albani*, (210) nec non & Oſvaldi, cum cruce ſancta interpoſita, poſte ad ima ruente, *ſolo dejiciunt* (211). Inter hæc cæleſti ſponſo ſecretorum ſuorum jam proxime conſcium *futurum* (212) ad æternum advocante cubiculum, rege inſigniſſimo pectore ſimul & ore ad aram converſo, quidam ex impiorum caterva, lancea per feneſtram intromiſſa, latus ejus *perforat*, (213) & ædem ſacram ſanguine cruentat. At ipſe, Chriſti, etiam poſt vulnus exitiale, non immemor, Benedicto fratre, ſuo certaminum collega, vulneribus admodum faucio, aſſiſtente, amplexato, & pacis oſculo dato, brachiis in crucis modum extenſis, membrisque ſolo ante aram ſacram expoſitis, ſanguinis unda ex lateris vulnere emanante, voce adhuc ſuperſtite; Jheſum interpellat; ac, ſpiritum creatori commendans, pretioſi glebam cadaveris, ſanguine conſecratam, reliquit: & ſecretum miſericordiæ ſempiternæ, ab his tumultibus perpetuo pauſaturus, intravit. Conſtantiſſimi vero commilitones, duce interempto, non modo hoſtibus non cedere, vires exercere, verum etiam animos incitando *exhortare*, (214) per aperta irruentibus haud ſegniter occurrere, armis arma viriliter referre, cædentibus vicem rependere, glorioſe magis occumbere, quam, tanto principe amiſſo, eligentes ſupervivere. Quibus, multitudine hoſtili coacervatim accreſcente, non tam ſtratis, quam &, viciſſim opprimentibus adverſariis ſuperatis, vel ſuffocatis, ædes ſacra cruore conſpergitur, templi ſolum unda ſanguinis irrigatur; propheticum impletur, quod dicitur: Venerunt gentes in hereditatem tuam; polluerunt templum ſanctum tuum; effuderunt ſanguinem ſanctorum tuorum in circuitu. Unde nec immerito, ut in ſubſequentibus habetur, facti ſunt opprobrium vicinis ſuis; ſubſannatio, & deriſus, in circuitu conſiſtentium: commotioque capitis in populis. Quis enim, principem religioſum a populo profano inſidiis impetitum, & laceſſitum, non deteſtetur? quis, regem a gente propria interemptum, non execretur. Ut enim ex antiquis referam, Agamemnonem duriſſimum, bis quinis annis, & amplius, Argos bello pelagoque a propriis retinentem, Græcia ſuſtinuit: Hannibalem ferociſſimum, nobilium cædibus cruentatum, Hiſpania pertulit: Herodem atrociſſimum, lucis auctorem, & univerſorum creatorem, perſequentem; crimen parricidale parvipendentem; nobiles ergaſtulis recludentem; lactentium turbam innocuam, maternis uberibus abſtractam, impie jugulantem, Judæa toleravit: Neronem crudeliſſimum, materna viſcera enſe rimantem, fratrem interimentem, urbem inflammantem, ejusdemque ſenatores urbis, & patres orbis, exitialiter exterminantem, ipſa mundi caput Roma pati duxit: principem religioſum, divina

Lancea perforatur.

Cum commilitonibus ſuis.

---

(209) Etiam vox a poſterioris ævi ſcriptoribus conficta, dum dicere debuerant: rationi conſentanea inde Galli ſuum raiſonable ſumſerunt. Capſulas reliquiarum pretioſorum martyrum.

Cap. XXVIII.

(210) De Sancto Albano & ejus templo Othinienſi diximus ſupra, de translatione ejus ex Anglia inferius quædam. Quanto autem cum apparatu & ſumtu has capſulas, ædiculas & tabernacula inſtruere ſolent, Pontificii ſcire melius poſſunt qui theſauros ſanctos ad fanum Dionyſii, juxta Lutetias palatii Pariſienſis S Genovefæ & aliorum ibi locorum Venetos, Romanos, Florentinos, Laurentinos & alios in Italia & alibi inſpexerunt. Oſwaldus Rex Northumbriæ qui circa A. C. 624. vicit hoſtes paganos, fidem chriſtianam pro virili propagavit, accerſitis aliunde ſacerdotibus, quorum conciones in Anglicam linguam transferendas curavit, occiſus demum a Pando Merciorum Rege A. C. 642. habuit ſucceſſorem Oſwinum fratrem, ſanctisque adnumeratus eſt ob ſtudium religionis chriſtianæ & beneficentiam in pauperes cujus meriti gratia intercedente ſimul epiſcopo Aidano hoc a Deo obtinuit ut dextra ſua tam benefica poſt mortem a vermibus non conſumeretur ut Beda refert hiſt. eccl. L. 3. c. 23.

Oſwaldus rex Northumbriæ fidei chriſtianæ propugnator.

(211) In figura illa martyrii S. Canuti Romæ delineata cernuntur hæ capſulæ Albani & Oſwaldi humum proſtratæ. Neſcio autem an tum temporis hæ capſulæ a furibunda plebe adeo diſcerptæ & colliſæ fuerint, ut in alia ſcriniola ſanctorum oſſa recondere opus fuerit, an illud quod hodienum ſupereſt, ſcriniolum juxta capſulam S. Canuti nuper inventum ſit S. Albani, aut Oſwaldi aut utriuſque forſitan in unam capſulam repoſiti. Oſſa majora ut cranium, ſcapulæ, brachia, femora & tibiæ videbantur ſolum unius corporis fuiſſe, an vero ex minoribus illis oſſibus, etiam alterius cujusdam ſancti, reliquis immixta fuerint, non dicam. Præter oſſa hic lintea quædam ſatis magna, fimbriis decentibus circumdita ibi inveniebantur, quales mappæ vel lintea eſſe ſolent, quibus conteguntur altaria. Capſula olim cupro inaurato fuit obducta, cujus reliquiæ quædam & fruſtula hinc inde adhuc adhærent & evidentia ſunt indicia totius operis, ut fuerat olim, claviculæ etiam ubi ſe per omnia latera oſtendunt nudæ, quibus ornamenta illa ligno affixa fuerant antea. Figura capſulæ quadratæ eſt, ut cum alterutra illarum quæ in figura æri inciſa conſpiciuntur, convenire poſſit & refert etiam Scefferus in Upſalia ſua antiqua c. 12. S. Ericî Regis Sveciæ oſſa, quadrato impoſita fuiſſe ſcriniolo; anterior facies capſulæ noſtræ in duodecim loculos ſeu arcus diſtinguitur columnis interdiviſos, & ex veſtigiis evidenter obſervare licuit, Chriſtum cum duodecim Apoſtolis ex metallo efformatos hæc ſpatia occupaſſe antea. Operculum quod planum fuiſſe ſatis apparet, totum ablatum eſt; quo autem caſu ita ſpoliatum fuiſſe hoc ſcrinium putamus, inferius dicendum eſt.

Capſularum Albani & Oſwaldi deſcriptio.

(212) Sacerdotem ſcil. a quo poſt editam confeſſionem vitæ criminibus ſe abſolvendum volebat, id quod Saxo ita refert: cum propinquam ſibi necem inſtare cerneret, accerſito ſacerdoti factorum arcana confeſſus per ſummam mœroris acerbitatem præteritæ vitæ culpas abſolvit. Et Ælnothus poſtea c. 29. ait ipſum poſt communionem & confeſſionem delictorum Sacramento Dominici corporis munitum exſpiraſſe.

(213) Hunc eundem cædis Canuti modum Saxo & omnes ſcriptores habent. Monſtrat & idem figura illa ſæpe a nobis memorata.

(214) Ita hoc verbum ſæpe uſurpant hujus ætatis ſcriptores, quod Meurſius monet.

divina exequentem, utilia & liberalia indicantem, a servilibus gestis vulgus coercere studentem, Dacia contumax sufferre non valuit. O superbia execranda! o contumacia detestanda! o cervix rigida! quæ, dum in præsenti flecti contemnis, sempiternis postmodum suppliciis coërcenda, & flectenda, reservaris. cum enim tua vitia redarguentem vita præsenti extorsisti, temetipsam vitæ perpetuæ beatitudinis exsortem effecisti: &, quæ te gentibus cæteris immerito, non virtute, sed elatione, præferebas, hujuscemodi indiciis cunctis te infideliorem, & inferiorem, nec non & detestabiliorem, demonstrabas. Principis quippe a Deo præpositi dum juri subjici recusas, illius te ditioni dejiciendo mancipas, de quo sacri eloquii protestatur veritas: *Omne sublime videt, & ipse est rex super omnes filios superbiæ. Qui autem, in excelsis residens, humilia respicit, & alta a longe cognoscit, falli non potest.* Qui etiam in Evangelio, humiles confortans, & superbis minitans, dicit: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur; &, qui se humiliat, exaltabitur.* Petro vero, Apostolorum summo, acclamante; *Deum timete, regem honorificate*; qua te fronte Deum honorificare contendis, qui regiæ potestati honorem, divinitus imperatum, impendere contemnis? Sed dubio procul, posita Esaiæ in populum antiquum exprobratio, quam Dominus Jhesus Judæis improperans opponit, de te quoque expressa manifestatur. *Populus hic me labiis honorat, cor autem eorum longe est a me: sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Quis enim te nescíat Christianæ religionis fidem verbis, & ore, quam facundissime extollere, sed divinis legibus propria tamen statuta præponere? Et cui incognitum est, ejusdem te fidei religionem, ipsius quoque religionis denuntiatores, non tantum vili pendere, immo dolis, & versutia, fraudibus, & invidia, impugnare? Fides enim tua, secundum Jacobi attestationem, sine operibus mortua est. quia, etsi facta quædam, fidei congrua, nonnunquam exercere videaris, non minus ea pro humanis favoribus, quam patris, in abscondito videntis, remuneratione efficere probaris. Quapropter, cupito laudis humanæ favore exhibito, & temporali mercede recepta, remuneratione privaris æterna. Verum, his de infidelitate, & infelicitate, impiorum hactenus exaratis, ad proposita exsequenda redeamus. XXIX. Anno incarnationis Domini millesimo octogesimo *sexto* (215) in civitate Othensia, gloriosus rex & protomartyr Danorum Canutus, pro zelo Christianæ religionis, & justitiæ operibus, ut Christus, a proprio conviva traditus, in basilica sancti Albani martyris, per eum paullo ante de Anglia in Daciam *transvecti*, (216 post communionem, & confessionem delictorum, sacramento munitus Dominici corporis, ante aram, manibus solo tenus expansis, (217) latere lanceatus, (218) sexto Idus Julii, (219) & sexta feria, mortem pro Christo passus, requievit in ipso. Occisi sunt etiam ibidem cum eo, scilicet frater ejus, nomine, & gratia

S. Kanutus translatus Othensiam.

(215) Observat Meursius hoc caput totum & quidem iisdem verbis legendum fuisse in brevi illa passionis S. Canuti historia, quam repertam dicunt anno 1482. d. 22. Jan. in arcula qua corpus ejus conditum fuerat, cum sacellum in quo repositus fuerat, renovaretur. Referunt & hoc Wormius de fast Dan. L. 1. c. 9. Pontanus & alii ut inferius nobis dicendum est. De anno cædis S. Canuti Regis dissidet inter chronologos W. Malmesbur. de gest. Regis Anglor. L. 3. ponit annum octuagesimum septimum. Ericus Pomeran. in hist. gent. Dan. vult annum ejus sæculi octuagesimum octavum, cui assentitur anonymus ille rer. Danic. scriptor, quem citant Wormius, Stephanius & alii. Lyschander in genealogia sua ponit annum nonagesimum. Svaningius autem in prolegom. ad chronolog. nemini melius credendum vult quam Ælnotho, qui in Dania his iisdem versabatur temporibus, quibus cædes Canuti fuit peracta.

Cap. XXVIII.

Dissensus Autorum in anno emortuali Canuti R.

Malmesburiensis.

Erici Pomer.

Anonymi.

Lyschandri.

Suaningii.

(216) Disseruimus antea quædam de hac S. Albani translatione, quam putamus contigisse circa tertium annum imperii Canuti Regis; nam cum Ælnothus sub imperii Nicolai initio scripsit, & tunc se ante viginti annos in Daniam ait venisse ex metropolitana Cantii civitate, conjicio hanc Ælnothi profectionem factam, ex occasione hujus sancti, in Daniam transferendi, etenim in civitate Cantuariensi metropol. servatas fuisse has Albani reliquias, non dubito, cum & passus fuerat Albanus apud Londinum, unde cum ipsa Archiepiscopali sede Cantuariam migravit, ubi etiam coenobium erat cum templo in hujus honorem erectum, de quo nos superius diximus quædam ad præfationem Ælnothi; videtur autem Canutus noster singularem omnino habuisse opinionem, de transferendo in terras suas S. Albano Angliæ protomartyre, ut simul cum eo fortunam Angliæ, cui regioni semper inhiabat attraheret. Hanc enim superstitionem antiquis fuisse constat ex Crantz. Saxon. L. 3. c. 6. ubi refert simul cum translatis quibus S. Dionysii reliquiis omnes virtutes Franciam deseruisse; & mox subjungit cum translato beati viri corpore sub Ludovico Pio in Corbejam omnis Francorum fortuna ad Saxones demigravit, id quod ex Witichindo sumserat Corbej. annal. L. 1. p. 11. ed. Meibom. de translatione Deorum ex

De translatione S. Albani.

(217) Saxo: pro passis utrinque brachiis ante aram occubuit. Molanus in martyrologio, manibus in modum crucis, solo tenus expansis orans &c.

(218) i. e. lancea confossus per alterum latus. Deterioris latinitatis scriptores ita fuisse locutos observat Meursius ex Johann de Theuroz hist. Hungar. c. 74. Ex Matth. Paris & aliis etiam similia exempla profert Carol. Du Frene in glossar. Saxo autem de hoc nefario ictu ita: dum victimæ more prostratus percussorem exspectat, immissæ per fenestram lanceæ mortifico ictu confossus est.

(219) i. e. dies decimus Julii, qui splendidus est ille in fastis locus ut Saxo ait, quem S. Canutus a clero obtinuit Romano. Stephanius in notis ad Saxonem observat, martyrologium Romanum confundere diem sextum Januarii S. Canuto Duci sacrum cum hac Canuti Regis solennitate. Adhuc autem in fastis nostris eundem diem nomini suo dictum habet Canutus & ad eundem hic Otthiniæ quot annis triduum nundinale habetur, solebant autem antiqui Dani, Sveci, Norwegi, aliique septentrionales populi in fastis suis ligneis, danice *Rune-Steebn*, *Rum Strebn* vocatis, de quibus Wormius noster peculiari opere egit, hunc diem certis honorare figuris, coronam & crucem plerumque inferentibus; tales figuræ ex nonnullis hujus generis fastis hic coram delineatæ subjiciuntur;

Julii dies splendidus in fastis Roman.

error Martyrologii Romani

Ottho post conversionem suam multas sanctorum reliquias patriæ intulit, Canutus Magnus dum religionis gratia Romæ versabatur, multa talia magnis impetrata sumtibus domum remisit. Ericus bonus cum in itinere suo Hierosolymitano ad Imperatorem Constantinopolitanum divertteretur, ossa quædam S. Nicolai ceu pretiosissimum munus in patriam transportanda obtinuit. Henricus Leo Dux Saxoniæ, post eversum oppidum Bardewicum in quo sanctus quidam Petri Apolloli discipulus requiescebat primus Germaniæ prædicator, dedit Canuto quinto Regi Daniæ reliquias hasce in expeditionis mercedem ut meminit Crantz. Metrop. c. 1. quo autem locorum in Dania translata sunt haud dixero.

a Suenone Ottone.

Erico bono.

Sociorum mortis nomina.

gratia martyrii, Benedictus: ac decem & septem-fui commilitones; (220) videlicet Asmundus, Blaca, Suen, Aga, Thrugot, Bernard, Guthmar, Eskil, Tokki, Palni, Suna, Atti, Roſten, Milo, Radulphus, & alter Thrugotus, Wilgrip. Qui omnes, ſicut Dei gratia cum ſuo rege, & domino, ſocii paſſionum, & martyrii, fuerant, ita & conſolationis, & præmii, conſortes cum eo fieri meruerunt. XXX. Duce igitur præſtantiſſimo, cum invictiſſimis athletis, intra ſacras ædes interempto, eodemque ſacrario occiſorum cruore non jam violato, imo iterato, uti credi fas eſt, conſecrato, profanorum cuneus non tam atria regalia, quam & ipſa *angulatim* (221) pericrutatur ſacraria; nuper impoſita *diripiens*, (222) & pridem admiſſa, & *habita* (223) longiusque conſervata, non relinquens: ut, quæ ſacris extrahebant altaribus, ornandis inter ſe partirentur *muribus*: (224) ut illud Davidicum literaliter impleretur: *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum.* Dehinc, regiæ ſedis locum circumquaque perluſtrantes, &, ne quis regiæ ſtirpis, utpote ſceleris ultor, ſuperſtes relinqueretur provide præcavere cupientes, *Benedictum*, (225) jam pretioſi tam martyris quam & regis germanum fratrem, collegamque certaminum, ab inveſtigantibus adhuc ſupervivere, & quam proximo ſervatum hoſpitio, agnoſcunt adeſſe. Quo præcipiti catervatim curſu irruentes, & regium juvenem inventum, vulneribus admodum ſaucium, quod dictu nefas eſt, pedibus extrahentes, in medium impietatis ſuæ conventiculum admittunt; ut, ſecundum Apoſtoli dictum, *ſpectaculum mundo, mundique principis adminiſtratoribus, efficeretur*: *& per eos omne miniſterium iniquitatis perficeretur.* Cumque, quo modo, vel quali eum morte perderent, pertractarent, jam, veluti venatoribus de raptu diſſidentibus, membratim diſtrahunt etiam ſemivivum, ut nihil crudelitatis imperfectum derelinquerent: lanceis nobile corpus alii terræ affigunt, quidam ſecuribus, nonnulli gladiis impetunt. &, ne ullus profani ſceleris expers exiſteret, quod quisque manu proximum arripuerat, adjiciunt: & mille vulneribus vita exemptum, ac minutatim per membra ſecatum, relinquunt: atrocitatis ſuæ infamiam cumulantes, & orbi univerſo ſeſe deteſtabiles perpetuo efficientes. ut enim rex propheticus atteſtatur, corrupti ſunt, & abominabiles facti in ſtudiis ſuis, quia non erat in iis bonum agens, vel impie agentes coërcere ſtudens: ſed, ob immanitatem avaritiæ, crudelitatis, ſimul & malitiæ, veluti ſepulcrum patens erat guttur eorum. linguis quippe ſuis doloſe agebant, & venenum aſpidum ſub labiis eorum. Et, quoniam os eorum maledictione, & amaritudine plenum cor erat, qui quos poterant, ad *complicium* (226) ſceleris ſui invitabant: & ipſi peſſima quæque, & nefaria, perficiebant. Ad effundendum vero innocentem ſanguinem, non tam pedes veloces, quam & manus exhibent procaces; Deum quidem cognoſcentes, ſed nec eius juſtitiam metuentes, nec eum invocare curantes: ſed, quos venerari debuerant, illo jubente, ac metuere didicerant, impiæ atrocitatis ingluvie, ut *eſum panis*, (227) devorantes. Averterunt enim tam ſenſus, quam & oculos, ne viderent cœlum, & ne recordarentur judiciorum juſtorum. Illic quippe trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Timentes quippe, ne quempiam pravitatis ſuæ ſuperſtitem correctorem relinquendo, aut a Deo ſuperimpoſitæ poteſtati *obaudiendo*, (228) vel ſubjecti manendo, reliquis per circuitum nationibus æquarentur; ac per hoc quaſi priſtinæ libertatis exſortes efficerentur, dum nec divinis inſtitutis cedere, nec regiæ poteſtati *attemperare*; (229) ſed cæteris audaciores, potentiores, & præſtantiores, audacia ſimul & contumacia, conantur gentibus exiſtere; Deo execrabiles, orbi deteſtabiles, hominibus *odibiles*, (230) omnibus viliores, & contemptibiliores ob peracti ſce-

Benedictus, frater S. Canuti occiditur.

in confundendo Canuto regi D cum Canuto duce & Obotritarum rege.

tur; neſcio autem quo errore evenerit, ut diem huic Regi Canuto in faſtis olim ſacrum ſcilicet decimum Julii confuderint martyrologia Romana ut Meurſius obſervat cum die ſexto Januarii Canuto duci & Obotritico Regi ſacro, adeo ut etiam in miſſali Romano & officiis ſanctorum S. Canuto Regi ſextus & ſeptimus Januarii dies aſſignentur. Officium autem illud S Canuti Regis quod a. 1670. Romæ excuſum eſt, procurante fine dubio Chriſtiano Payng canonico S. Petri qui alia multa in honorem S Canuti Regis peregit, meminit feſtum hoc Canuti approbante congregatione rituum ſacrorum & juſſu Clementis decimi Papæ, translatum eſſe ad diem 19. Januarii, illud decretum tale eſt: St. Rituum congreg. ad preces Catholicorum nationis Danorum benigne conceſſit, ut feſtum S. Canuti martyris Regis Danorum quod cadit in diem 7. Januarii infra octavam Epiphaniæ transferatur ad diem primam non impeditam, nempe ad diem 19. Januarii, quo die ab omnibus utriusque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad horas canonicas tenentur recitandum eſt officium ſub ritu ſemiduplici ad libitum cum lectionibus & oratione propriis dicti ſancti alias & ſub die 9. Auguſti proxime præteriti ab eadem ſacra congregatione approbatis & ita cenſuit & ſervari mandavit. Hac die 13. Septembr. 1670. M. Epiſc Portuen, Card. Ginettus Bernardinus Caſalius S. Rit. congr. ſec.

(220) De his Saxo ita: Quotquot ex militibus Regis hoſtem præcurrere poterant, periculi conſortium affectantes, Regem petebant, ejus in ſe diſcrimen transfundere cupientes. Meurſius hic obſervat nomina ſociorum Regis aliter ab Ælnotho recenſeri, quam legebantur in tabula illa inter oſſa ipſius poſtea inventa, cui hæc inciſa erant nomina: Aſmündus, Blawe, Sönen, Aga, Thurgo, Bernard, Güdmer, Eskil, Tochik, Palai, Suna, Atti, Roſtenulo, Radulus, Altoi, Thurgotus, Vilgrup, Arni, unde cenſet eam tabulam fuiſſe, & tamen octodecim recenſet

(221) i. e. per omnes angulos. Latini dicunt quidem angulatum, ſed adverbialiter non itidem. *Cap. XX.*

(222) Dona videlicet quæ ante obitum altari ſacraverant Rex & ſocii certaminis gloriоſi.

(223) Reliquias ſanctorum ornamentis ſacris.

(224) Mures apud Carolum Du Frene in gloſſario ſaxum eſt eminens: an Ælnothus parietes ita vocaverit, dubito; alias ſine dubio muris vel moenibus legendum.

(225) Dixerat Ælnothus ante Benedictum in templo fortiter dimicantem occubuiſſe. Idem & Saxo ſcripſit. De hac autem Benedicti adhuc ſupervenientis ſecunda & ultima clade, populique in ipſum crudelitate plus quam barbara, nemo, niſi Ælnothus aliquid habet; cui tamen credere debemus.

(226) i. e. Societatem; de complicibus ſatis dicebamus ſupra, complicium, quod hic Ælnothus habet, alibi conquirere non vacat.

(227) i. e. fruſtulum.

(228) Obaudire dixerunt ſequiores ſcriptores ut Græci ὑπακούειν, quod ex Paulo Diacono aliisque obſervat Du Frene.

(229) Barbare, pro obtemperare.

(230) i. e odioſus, Ælnothus hoc ſumſit, ut reliquis conſonaret adjectivis: execrabilis, deteſtabilis.

sceleris immanitatem efficiuntur, & ipsis summæ veritatis persecutoribus non impares adjudicantur. Idcirco contritio, & infelicitas, in *viis eorum*; (231) quia, a via pacis divertentes, & divini respectus intuitum post tergum, non pro obtutib9 ponentes, Evangelicum scandalum inciderunt, pro eo quod vitia humanæ pravitatis potius exequi, quam derelinquere, maluerunt. Quis etenim illum falli posse, aut hæsitare, præsumat, qui servum, scientem voluntatem domini sui, & digna non facientem, *plagis vapulandum* (232) quamplurimis denuntiat? Ex quo namque furoris sui rabiem vesana multitudo in principem religiosum evomuit, *agri fructibus steriles*, (233) prata herbis attenuantur; silva glandibus rara, unda piscibus infæcunda permansit: pestis armenta consumpsit, homines morbus debilitat, *fames aggravat*; (234) nobiles, & ignobiles, ac locupletes, attenuans; imbecilles exanimans, secundum illud Hieremiæ: *Defecerunt in fame, in capite omnium platearum.* Et alibi: *Devastata sunt horrea, & defecerunt apothecæ.* Regionem quoque universam hostium metu occupante, sexus uterque, veluti jam jamque ingruentem adversariorum adventum indies suspicando, trepida titubat: donec pretiositas interempti, signis declarata divinis, emicuit; & hostis virtutum deperiit: *princepsque pacificus*, (235) *elementis*, ut fatear, *collætantibus*, simulque *faventibus*, (236) in regnum, Deo provehente, surrexit. Sed hæc suis in locis plenius explicanda. XXXI. Præmemoratis ergo sedatis tumultibus, & impietatis exequutoribus a templo divino, simul & a Deo, recedentibus, clerus ibidem devotus, fidelibus aggregatis, humanitatis officio insistentes, cæsorum corpora curant; regia quidem *membra*, germanique ipsius, *intra basilicam* certaminis ipsorum in singulis locis *recondentes*; (237) glorioforumque militum cadavera, in atrio ejusdem *basilicæ*, (238) angulo occidentali, simul & aquilonali, in diem resurrectionis reservanda, terræ matri commendantes. XXXII. Venerabilis vero Deo dilecti regis, & prudentissima conjux, inter *pressuras* (239) imminentes animi nobilitatem vultu prætendens, & de se, situque suo, admodum prospiciens, Canuti conjugis jam pretiosa membra a strepitu incursantium hactenus persequutorum eripere, & secum, ad nativos sibi *terminos*, (240) Gandavos scilicet, cœnobio Blandinienſi, Apostolorum principi consecrato, advecta, honore decenti disponebat recondere. Omnibus igitur dispositis, & opportunis ad hæc peragenda utensilibus acquisitis, basilicam, in qua jam nuper humatus servabatur, *nocturna* (241) cum suis aggreditur; quæ proposuerat, perficere; & ad locum, ut autumabat, eminentiorem corpus nobile desiderans advehere. Liminibus itaque reseratis, illisque introgressis, ante *mediam* (242) fere noctis horam lux emissa *coelitus* (243) omnes ecclesiæ angulos replevit: ac, veluti meridiam solis splendore, tam atrium, quam & vicina quæque, clarissime perlustravit. Metus quoque non minimus reginam venerabilem, comitesque, perculit; &, ne propositis insisterent, accrescentis splendoris admiratione, simul & pavore, detinuit. Cuncta enim disponentis providentia, quæ locum eundem pretiositate martyrii eius insigniti decreverat, patrocinio illius orbari, talibus oſten-

S. Canuti coniux recondit ossa mariti.

---

(231) Carolus Du Frene laudatissimus collector glossarii barbaro latini in vocabulo comictio locum profert quendam ex capitular. 5. Caroli M. c. 6. de presbyteris &c neque ea, inquit, quæ pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, sed semper comictiis & contritionibus aut rapinis vivunt. Dubitat autem quid sibi velint hæ duæ junctæ voces, comictia & contritiones, & conjicit per contritiones forte, intelligendas oppressiones. At illustrat bene hanc medii ævi vocem hic Ælnothi locus, ideoque glossario suo hunc tam opportunum locum inserere debuerat Du Frene, qui Ælnothum sæpe alias ut scriptorem sibi lectum & notum citare solet.

Comictia quid?

(232) Coercendum, castigandum &c. passive autem ita usurpari hoc verbum in constitutionibus Caroli M. Meursius meminit.

(233) De infelicitate temporum, quæ post cædem S. Canuti sub toto Olai imperio afflixit Daniam, abunde Saxo habet, qui inter alia hæc refert: Deus petulantiam penuria rependere voluit, communique inopia publici parricidii justa exegit piacula. Et postea: tanta ciborum penuria incessit ut maxima populi pars alimentorum inops, inedia consumeretur. Sveno Aggonis itidem de eodem: Temporibus Olai fames exstitit validissima, adeo ut etiam eum vulgaris asseveratio famelicum nuncuparet; vide præterea de hac temporum infelicitate Ericum Pomeran. Jo. Magni Goth. L. 18. c. 13. & alios.

De infelicitate temporum sub Olao rege testimonium Saxonis & Suenonis Aggonis.

(234) Barbare pro aggravescit, ingravescit, increscit.

(235) Ericus bonus, frater Canuti & Olai utriusque successor.

(236) Ubertatem & abundantiam temporum intelligit, quæ Daniæ contigit sub hujus imperio. Quo de Saxonem ita loquentem audiamus: Erici hujus ætas periclitanti populo labentis annonæ subsidia reparavit segesque tempestivi imbris beneficio visitata convaluit. Nam regnante eo agrorum habitus ad tantam ubertatem excesfit, ut singuli cujuslibet annonæ modii totidem denariis permutarentur.

(237) In templo illo primo seu ligneo S. Albani ab ipso Canuto erecto quieverunt ossa ejus annos octo & novem menses, ut Ælnothus postea refert, usque dum alterum illud quod nunc est ab ipso incoeptum eo perfectionis venisset, ut huic inferri posset; sed de hoc inferius plura. *Cap. XXXI.* Sepulcrum S. Canuti.

(238) Cum ante annos admodum paucos puteus foderetur, eo in loco ubi illud templum cum suis atriis steterat, inveniebatur caput prægrande seu cranium aut calva humana, immanem habens cicatricem vulneris, olim securi aut bipenne accepti indicem. Et ex hisce Canuti commilitonibus unum hunc fuisse credo, a furibunda plebe tunc peremtum

(239) Hoc a gallico pressures hi scriptores sumserunt, quamvis pressura etiam bonis scriptoribus est in usu, sed diversa significatione. *Cap. XXXII.*

(240) Latine: solum natale, diximus enim antea Ethelam reginam ex Flandria fuisse oriundam.

(241) Carolus Du Frene in glossario, nocturnam & nocturnos apud mediæ & infimæ ætatis scriptores significare nocturnale officium sacrum ex c. Caroli M L. 1. c. 80. Idem & habet Messianus in vita S. Caroli Arelatensis: Omnibus rebus vir sanctus semper voluit modum custodiæ, præcipue ad nocturna vigilantissime observabat; &c. In tres autem nocturnos solebat antiquitus ecclesia noctem distribuere, seu in tria tempora surgendi & laudandi Deum, ut Durandus monet Ration. Lib. 5. c. 3. num. 17. item ibidem n. 7. Nocturna ponitur pro hora; sed nocturni pro officio: vel nocturna, nocturnæ, est collectio Psalmorum qui dicuntur ante lectiones &c. Nocturnale officium.

(242) Habet Meursius Medianæ, repono ex Manuscripto.

(243) De proposito Reginæ corpus defuncti mariti in

ostensis indiciis, non *finebat* (244). Porro regina prudentissima, sagaci industria *divina* perpendens *magnalia*, (245) licet tanti conjugis mœsta maneret dissidio, tam perspicui tamen prodigii gratulatur indicio: jam se confidens advocatum apud Deum habere, cujus hoc signum sanctitatis intelligebat existere. Divinis itaque virtutibus cedens, & misericordiæ sempiternæ, debitas vultu demisso, grates jam cernua *reddens*, (246) læta simul & anxia,

Conjugis ad tumulum nobilis (247) *prosternitur, ipsam*
Crebris perfundens profusis fletibus humum:
Commendans summo se precibus domino.
Et sua cuncta pium poscens disponere Christum.

Lacrymis quoque ibidem largiter profusis, & gaudio mœrore mixto perfusa, surrexit; ac cruce sacrata, pariterque sacris verendis, declinata facie, genibusque flexis, sæpius resalutatis,

Multa quidem secum prudenti corde revoluens, atque sui quondam Canuti charissima pignora relinquens, præsentia tandem, non mente, recessit. Requievit autem rex Deo dilectus Canutus, & martyr egregius, eodem in loco, annis bis quaternis, & mensibus fere ter *ternis*, (245) Olauo, regni ejus successore, imperante: usque dum, crebrescentibus crebris virtutum miraculis, communi consilio, & pari voto, totius cleri, & populi, singulis pontificibus cum multitudine cleri aggregatis, *sacrisque ossibus igne examinatis*, (249) ex *humi mole* sustollitur, & ad basilicam australem, (250) insigni lapideo tabulatu a fundamentis erectam, sed non penitus constructam, nec vero ejus nomini consecratam, (251) solenniter advehitur: ibique saxeo sarcophago impositus, in crypta recondirur. Illo autem e terra levato, evidentibus signis Dei eum sanctum fore declarato, rex Olavus, quem regni ejus successorem prædiximus, quo & regnante fames, & pestilentia, morbus, & hostium metus, Daciæ terminos occupaverat, ægritudine *fractus*, (252) veluti virtutum non electus inspector, vita, simul & regno, excessit; protinusque, totius exercitus electione, & populi acclamatione, præstantissimus Ericus, Deo provehente, elementisque faventibus, ad regni jura conscendit: & totius Daciæ principatum, pari omnium voluntate, monarchiam obtinuit. Moxque, eo ad imperium evecto, utpote conversis temporibus, copia frugum

Sub Olao alio loco reposita.

Exemplus ritus

Antiquitas templi Onuti.

Flandriam absportandi, uti & de miraculo hoc, quod illam migrationem impediebat altum alibi silentium.

Canutum Patronum sibi eligunt Othonienses.

(244) Canutum sibi mox post martyrium, sed magis post consecrationem ejus Patronum sumserunt Otthonienses. Unde Saxo: Ejus tam vitæ quam miraculorum virtutem privatim Otthonienstbus venerandam publica etiam religio consecravit; hinc insignia urbis nostræ,

Teste civitatis Sigillo.

& sigillum supremæ curiæ urbanæ ostendunt S. Canutum Regem erecto stantem corpore cum vexillo martyrii seu triumphi, in quo crux conspicienda cernitur; & inter pedes ejus lilium est, de quo dubito an antiquius illud fuerit urbis insigne ante martyrium Canuti, etenim in communi urbis sigillo lilium est solum sine imagine Regis quod

Lilii in sigillo civitatis ratio.

etiam in terminalibus urbani territorii lapidibus & alibi sæpe videtur. Ostendunt & idem lilium multa quæ hic cusa credo antiqua numismata in quorum nonnullis ita illud efformatum observo, ut diceres gladium vel lanceam esse inter duos lituos seu Episcopales virgas, unde suspicio foret per gladium vel lanceam martyrium Regis denotari & per lituos episcopalem sedem, in duas veluti cathedras Otthonienses m & Mareboensem in Lollandia divisam, ubi tunc minus splendoris ecclesiasticæ erat quam hic Otthoniæ, & semper specialem sibi suam habuit hæc provincia jurisdictionem ecclesiasticam, quanquam sub arbitrio Fionensis Episcopi; omnium horum tam sigillorum quam nummorum delineationem æri incisam subjungendam curavi, ut singula eo melius illustrentur.

(245) i. e. magna DEI opera, ita deterioris latinitatis scriptores vocarunt; vulgata versio Bibliorum sæpe ita loquitur & exempla plura qui vult apud Carol DuFrene satis inveniet.

(246) Cornua cum haberet editio prior, cernuus reposuit Meursius id, quod ex Æneid. lib. 10. Servio & Nonio Marcello observat, est qui in faciem prostratus decumbit, sed non opus Meursio corrigere, MSCtus codex clare legit cernua.

(247) Primam corripit Ælnothus contra morem Poetarum bonorum.

(248) Per totum igitur Olai imperium hic sepultus fuit. Nec dubitandum est de Ælnothi fide in hac annorum supputatione, quippe qui iisdem temporibus vixit, ut inde liceat videre, Olaum nonnisi nonum imperii sui annum vidisse; cum tamen Huitfeldius ex Saxone decennium ex aliis autem octo ipsi tribui solent.

De consuetudine explorandi reliquias

(249) De purgatione & probatione vivorum hominum per ignem, diximus satis superius; hic, Ælnothus meminit illam eorundem temporum consuetudinem reliquias sanctorum eodem periculo explorandi, ut, si nullum a flammis & ignibus sentirent damnum pro genuinis & veris sanctorum ossibus agnoscerentur, certe cum eximerentur illa S. Canuti & reliquorum sanctorum ossa e muro templi nostri, inveni inter reliqua nonnulla frustula, quæ satis testabantur, hanc olim factam fuisse probationem, etenim etsi ea non in carbones issent, nigra tamen erant & fuligine obducta, ut omnibus in ignibus fuisse appareret. Unde dubitarem, an omnia sanctorum ossa ita flammis objici solerent, an vero quædam ex reliquis selecta ad hanc probationem fuissent. Exempla satis occurrunt, de hoc ossa sanctorum explorandi ritu, in vitis Sanctorum, actis & legendis ut vocant; utpote in chronic. Andrensi p. 342. comitem, inquit ad hoc induxit, ut per ignis judicium sanctæ DEI famulæ corpus examinaretur. Ut Carolus DuFrene ex eo refert & addit alia exempla, quærenda apud Leon. Ost. L. 2. c. 34. Adamian de locis sanctis c 10. Matth. Westmonast. ao. 1065. Roderic. Tolet. de reb. Hispan. L. 6. c. 26. Hariulfum L. 4 c. 20. Guilbert. L. 3. de vita sua cap. ult. hist. priorat. Stonens in Angl. Tom. 2. Monast Angl p. 125. Hugo Flaviniacens. chron. pag. 258. Gaiferus vita S. Secundini Episc. n 9. Theodoric. de invent. S. Celsi n. 22. hist. invent. S. Prisci apud Ughellum tom. 8. p. 424. Merlot in Metrop. Remens. p. 625. Ferrand disquis reliquiar. illud ex chron. Norvag. addere placet Reginam Canuti Magni conjugem cum Nidrosiam venisset, & multa de S. Olai tunc interfecti sanctitate & miraculis audivisset, illum pro sancto habere noluisse, antequam segmenta capillorum & unguium ipsius in ignem conjecta, sine detrimento e flammis eximi vidisset.

Sanctorum per ignem

(250) Templum scilicet illud elegantissimum & splendidum, quod adhuc sartum & tectum civitatem ornat nostram, & pulchritudine, altitudine & structuræ elegantia paucis non Daniæ modo sed & vicinarum terrarum templis cedit, & jam ultra sextum sæculum ætatem numerat suam, illud autem cum contiguis ædibus, cœnobio Canutino, schola S. Albani, ut olim vocabatur, & loco ubi steterat illud alterum templum, olim æneæ tabulæ incidendum curavi, ad patriæ urbis amorem aliquo modo testandum.

(251) Nondum enim inter sanctos relatus, templo non eguit. Unde videtur clare satis, templum hoc ab initio Canuto non fuisse destinatum. Neque enim Olai infelicia tempora de templis exstruendis, multo minus de Canuti honoribus promovendis cogitabant, Ericus autem Bonus demum imperium nactus, hoc templum a Canuto inceptum & Albano destinatum consummavit, & utrique ut videtur sacravit.

(252) Saxo satis loquitur de morte Olai quam ille ipse

gum arridebat, rerum opulentia exuberabat, pacis ſecuritas, ut Salomonis quondam temporibus, univerſos exhilarabat: quia & ipſe regibus per circuitum, ac potentibus, & prudentia ſtrenuus, & conſilio providus apparebat. His ergo temporibus pacis ſecuritate veluti opportunitate conceſſa divina, ad pretioſi martyris pignora crebreſcunt magnalia, & militis ſui præconia ſuperni regis indies exauget potentia. Cæcis namque viſus redditur, manus arefactæ reſtituuntur, debilium greſſus reparantur, Lazarica cutis emundatur; & omnibus, opem in nomine Jeſu petentibus, ſanitatis pariter & cœleſtis clementiæ auxilia conferuntur. Fama autem virtutum ejus latius diffuſa, confluit undecunque multitudo fidelium *ipſius exorare ſuffragium*: (253) ut, quem irritaverant perſequendo, ejus patrocinio juvarentur, ſcelerisque commiſſi veniam devotione fideli expetendo. XXXIII. Rex interea Ericus prudentiſſimus, utilitati publicæ providens, legatis ad pontificem Romanum transmiſſis, (254) geſtorum facta innoteſcit: (255) &, ut devotioni fidelium auctoritate pontificali conſulat, depoſcit. Qui, epiſcopis per circuitum conſiſtentibus aggregatis, religioſique ordinis viris venerandis quamplurimis omnibus ſynodali more aſſidentibus, & quæ ſunt tractantibus, ſilentio indicto, legati ut juſſa denuntient, ac ſimul legationis ſuæ ſigna demonſtrent, demandat. Rerum igitur geſtarum *apicibus* (256) in palam *prolatis*, (257) atque perlectis, regiisque mandatis ab internuntiis facunde peroratis, immenſas omnipotenti Deo grates perſolvunt, qui in diverſis mundi partibus electos ſuos glorificando manifeſtat: ac ita demum communi conſilio, & pari omnium voto, regem quondam glorioſum, beatorum in cœlis jam martyrum adciſci decernunt collegio, cum martyrii gloria nominis etiam dignitate adaucta: ut qui pridem, veluti vocabulo imperfecto, & ligamine inſoluto, Cnuth nuncupabatur, jam, ob ſenſus canitiem, & geſtorum maturitatem (258), ac pro eo quam maxime, quod jam in canone ſanctorum connumerandus adjudicatur, Canutus diceretur. *Sic* enim quondam Abrahæ, (259) cum Deo fœdus ineuntis, cum *divinæ familiaritatis participio* (260) vocabuli adaugeretur *editio*, (261) ut, qui hactenus Deo cognitus fide probabilis habebatur, ex hoc etiam inter homines rerum geſtarum exercitio, & generis & nominis amplificatione, glorioſior, ac magnificentior, haberetur. Et pulcre martyr pretioſus, a Deo dilectus, Canutus, ad inſtar Abrahæ, vocabuli amplificatione inſignitur: qui, ejuſdem Abrahæ ſinu exceptus, æternæ quietis felicitate perfrui lignis evidentibus approbatur. XXXIV. Legati ergo, pontificali auctoritate roborati, & tantorum, ac tam illuſtrium, virorum teſtimonio pariter confortati, beatiſſimi Petri, ſanctorumq;, patrociniis, prout deſideraverant, adoratis, honotis, & exoratis; atq; a pontifice mandatis, glorioſo regi deferendis, exceptis; Apoſtolica tandem benedictione condonata, Auſoniæ terminos lætabundi excedunt: beati jam indubitanter Canuti meritis proſequentibus, ac proſperum illis iter ubique conſervantibus. Deſideratas autem Daciæ partes ingreſſi, &, quouſque ad propria devenirent, a ſingulis *affectuoſe* (262) ubicunque ſuſcepti, regiam majeſtatem honorantes, & ore ſalutantes, Apoſtlicæ benedictionis verba intimant, mandata denuntiant, &, quæ de impoſitis reſponſa perceperint, lætabundi perorant. Super quæ magnificentiſſimus heros abundantiſſime exhilaratus, magnates quique lætificati, pontifices cum clero gratulati, plebs univerſa, veluti novæ pacis annuntiatoribus advenientibus, ſumma exultatione congaudet, univerſorum opificem devotione extollens aſſidua, qui etiam in remotis mundi partibus talia ſuis fidelibus patrocinia divina providiſſet clementia. Ex hinc dejecta, & confuſa, incredulitate infidelium, & erecta, atque adducta, religioſitate fidelium, baſilicæ, ejus martyrio dedicandæ, (263) conſtruuntur; *prædia*

Canutus in numerum SS. relatus.

ipſe calidis a DEo lacrimis emendicaverat), triſtem patriæ ſub ſuo imperio pertæſus ſtatum: nonnulli dicunt eum obiiſſe ipſa quæ nativitatis Chriſti ſolennitatem proxime præceſſerat nocte, A. D. 1094. alii, ad d. 18. Aug. obitum ejus reponunt.

(253) Præter alias multas ſignificationes, quas apud deterioris ævi ſcriptores obtinuit ſuffragium, de quibus luculenter & egregie Carolus Du Frene agit in hac voce, etiam obſervat ſuffragia eſſe ſanctorum interceſſiones apud Deum pro clientibus ſuis inter mortales: ex plurimis & elegantibus exemplis quæ ibi collecta leguntur unum hoc ex Ugutico nobis ſufficiat: Suffragia proprie ſunt orationes ſanctorum quas pro nobis fundunt ad Dominum &c.

Cap. XXXIII. (254) Non mirum eſt Ericum quem non nomine ſolo, ſed re & affectu fratrem Canuti fuiſſe diximus, tantam dilectiſſimi ſibi fratris egiſſe curam, qua non pietatem modo & fraternum declaravit affectum, ſed propriæ etiam conſuluit ſecuritati & auctoritati, dum inducta conſecratione fratris a plebe peremti, horrorem ſceleris ipſis excitaret majorem & ſanctiorem inpoſterum regii ſanguinis veneratione̅m, ut plane mihi feciſſe videatur Ericus idem quod Tiberius olim, de quo Plinius panegyr. ita; dicavit Auguſtum coelo Tiberius ut Majeſtatis Numen induceret. Accedit quod haud parum ab ejus ſæculi ſuperſtitionibus habuiſſe putetur Ericus, id quod peregrinatio ab ipſo ſuſcepta teſtatur, non niſi luctu ſubditorum & ipſius obitu terminata.

(255) Barbare, pro: facta & geſta denunciat: innoteſcit, pro declarat. &c. vidimus ſupra.

(256) Singulari modo juxta ejus ævi genium Ælnothus loquitur, & apices ſumit pro extremis ſingulis & minutis omnium quæ contigerant circumſtantiis.

(257) Si dixiſſet propalatis, ſatius egiſſet.

(258) Satis dictum eſt ſuperius ad cap. IV. & VI. Ælnothi de hoc nomine uti & de rationibus & cauſis mutationis ejus ab Ælnotho adductis, quas hic repetere, nec libet nec vacat.

(259) Cur Abraham ſolum Herculem a nativitate ſua Heraclidem vocatum fuiſſe Ælianus auctor eſt hiſt. var. L. 2. c. 32. ſed ab Apolline Pythio Heraclem ſeu Herculem nominatum. Sic idem licuit Pythoni ac Pontifici.

(260) Participium a Grammaticis confictum vocabulum hic uſurpat Ælnothus pro communicatione & uſu qui Græcis μετοχὴ dicitur & ſequioribus ſcriptoribus etiam participatio. Plura exempla apud hos ſcriptores facile eſt invenire.

(261) Plautus editionem ſumit pro edicto, imperio, mandato; Ælnothus ſecus, pro pronunciatione.

(262) Barbare, pro humaniter, perbenigne.

Cap. XXXIV. (263) Neſcio, an alibi ullum Canuto ſacratum eſt templum, præter hoc noſtrum Otthonienſe de quo diximus ſuperius, cujus inſignia in memoriam martyris ſui Regalis, crucem luteam oſtendunt in campo cœruleo. In medio templo Lundenſi Scanorum aram S. Canuto Regi & martyri

Monumenta memoriæ S. Canuti dicata. Templum Othinenſe. Ara Templi Lundinenſis.

condonantur, (264) & ubique apta sacris exhibentur: ut, quemadmodum ad necem principis religiosi pari conspiraverant consilio, ita jam communi universorum locis in singulis devotionis frequentaretur obsequio. Relatu quoque virtutum ipsius, ac Apostolicæ exinde confirmationis corroboratione latius volitante, non modo e vicinio, verum etiam ex regionibus circumjacentibus, nobilium, sicut & populi, annuntiantium occurrit multitudo, devotionis suæ quique signa deferentes, ejusque suffragia fideliter deposcentes. Regina etiam, prudenti usa consilio, prudentissima videlicet Ethla, ejus hactenus, ut prætulimus, coniux nobilissima, jam ultra Italiæ terminos *Rogerii, Appuliensium ducis* (265) illustrissimi, thalami comes effecta, tantis, & adeo desideratis, de charissimo quondam conjuge rumoribus auditis, super bonorum auctori debita referens, pretiosa dilecti sui pignora, pretiosis transmissis donis, adornat: ut, cui hic conjugis pudicis affectibus decenter inhæserat, eum jam a seculo sequestratum, ac superis associatum, & mente recoleret, &, quem præsentia non poterat, mu-

Conjux C. ti ad secu transit ve

---

martyri posuit Jacobus Gerhardi Episcopus loci A.C.1400. eamque reditibus variis dotavit: illud diploma renovatum est, anno 1405. Bonifacius nonus Papa Romanus indulgentias (ut vocant) omnibus concessit, qui festo S. Laurentii hanc Canuti aram visitabit. Habuerunt & Ripenses apud se convivium & sacellum seu aram S. Canuti, cujus hic coram conspicere licet sigillum. Sacella & altaria variis in locis ipsi dicata novimus, Svinoburgi, quod antiquiores Svinæburgum dixerunt, hujus provinciæ oppidum, altare S. Canuto sacratum fuisse docent multa prioris ævi diplomata, sed a quo institutum & quo tempore nondum comperi; post obitum Domini Tuckonis Wind, ejusque conjugis, cives Swinæburgenses publico edicto sanxerunt & voverunt quotannis in ecclesia divæ virginis ad altare S. Canuti celebrare missam cum purpura, candelabris & aliis consuetudinibus, pro animabus prædicti Dni. Windii & conjugis ejus ob prædia quædam civibus concessa. Et insuper non altaris modo, sed & convivii S. Canuti fit mentio, qualia multa solebant antiqui in honorem sanctorum instituere, ut, quorum patrocinia in sacellis antea orando, nunc in conventibus strenue compotando, etiam in honorem & memoriam Patroni sancti, sibi procurarent. Illud diploma mihi ab amico & affine religiosissimo & longe honoratissimo Thoslandiæ sacerdote & antiquitatum Danicarum apprime gnaro communicatum scriptum fuit A. D. 1330. & alia multa in ejusdem museo exstant, talia antiqua monumenta in quibus S. Canuti altare apud Swinæburgenses ejusdem convivium ibidem & hujus convivii præsides, Assessores & Senatores, Sacerdotes & fratres memorantur. Inter alia occurrunt etiam Johannis tertii Episcopi Fionensis litteræ, quibus testatur, se, propter salutem suam & familiæ suæ propriis sumtibus instituisse novam vicariam, ut illis temporibus vocabatur, ad prædictum altare divi Canuti, apud Swinæburgenses, cujus Curatores elegit convivii Canutini Præsides & Senatores ut ex illis videtur litteris scripti & signatis A. D. M. CCCCXVII. Sigillum antiquum æneum possidet Polyhistor sæculi nostri celeberrimus Dn. Otto Sperlingius Consiliarius Regius, quod S. Canuti convivium de Steckeborg meminit, oppidum ut puto satis famigeratum in Suecia, ubi a clientibus quibusdam suis, hic honos Canuto est habitus; juxta ipsum Divi Canuti templum Otthonience, sacellum quoddam erexit, Sanctæque Trinitati, & beatis martyribus, Canuto Regi & Benedicto, dicavit Magnus Crase, Episcopus Fioniæ an. 1466. ut ex Huitfeldio discimus. Sed quod primo loco mihi memorandum fuisset, etiam Romæ cultum & honorem in singulari sacello, post multos annos invenit Canutus Rex. Illud procuravit & suis sumptibus instruxit, Christianus Paynk natione Danus, filius D. Petri Paynk Medici & Chymici divi Christiani quarti Regis & frater D. Ahasveri Paynk, Doctoris Medici Hafnienſis. Hi bini fratres, nescio quo a Præceptore, ita primis ab annis Romano-Catholicam imbiberant doctrinam, ut publice eandem postea, patria excedere ubi contigerat, profiteri etiam auderent. Ahasverus rediit ad Augustanæ confessionis ecclesiam, Christianus vero Ulmam pergens, ubi ab Episcopo loci inter Domesticos adsumtus, & Romam deductus est, ibi Cardinali Barbarini ab Episcopo suo recommendatus, ipsi adeo perplacuit, (per quæ officiorum genera dicere haud fastidio) ut ejus ope in Prælatos primum, & postea inter Canonicos sit numeratus, qua in dignitate lucrosa diu vixit, & multa corrasit bona, quorum partem Pontifici Romano legavit, partem Regi & martyri Danorum Canuto sacravit, ipsi sacellum quoddam cum horis & sacris ordinariis procuravit, altare, cereos, ornamenta, picturas suis sumptibus non paravit modo, sed ingenti etiam summa annuam eorundem conservationem & officiorum continuationem stabilivit; ille quoque binas illas de martyrio S. Canuti figuras, Romæ æneis tabulis incidi curavit, omnia quidem ex fide & relatu Ælnothi quod ex c. 26. & 27 videre est. Nos autem easdem tabulas debemus bonitati viri, nobilissimi & generosissimi Domini Henrici Stenson, Domini de Steensgaard, in Langelandia qui Romæ diu commoratus, supra memorati Christiani Paynk amicitia & conversatione usus, multa mihi de ipso & dicto S. Canuti sacello retulit. Officium autem, ut vocant, S. Canuti & preces vel lectiones ipsi dicendæ non eædem sunt ubique. Alias habent antiqua missalia, ut vocant MSCta, alias habuit Breviarium illud Slesvicense, unde easdem in historiam ecclesiasticam suam transscripsit Cypræus, aliæ inveniuntur in officio S. Canuti Romæ impresso, anno 1370. quæ eodem anno insertæ sunt breviario Romano juxta hoc decretum Clementis X. P. P. Cum Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa X. die X. Augusti M. DC. LXX. de voto etiam sacræ Rituum congregationis, habitæ sunt infrascripta die mandaverit apponi in Breviario Romano, officium S. Canuti Martyris Regis Danorum sub ritu semiduplici ad libitum recitandum d. VII. Januarii, ab omnibus qui ad horas canonicas tenentur, tum sæcularibus tum regularibus utriusque sexus eadem sacra congregatio supradicta orationem & lectiones proprias dicti Sancti, una cum prædicto ejus officio recitandas, revisas & relatas, per Eminentissimum Dn. Cardinalem Bona approbavit, ac imprimi posse concessit die IX. Augusti M. DC. LXX. M. Episc. Portuens. Card. Ginettus: Bernardinus Cavalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Sacellum Ripense.

Suinoburgense.

Convivia S. Canuti.

Sacellum Canuto Romæ erectum a Chr. Paynk.

Officia & ctiones in moriam S nuti.

(264) Ad collegium scil. seu coenobium Canutinum quod fundavit Hubaldus loci Episcopus, qui Regi Nicolao cui familiarissimus erat, persuasit, ut Benedictinos monachos, cujus ordinis ipse erat, ex Anglia huc traduceret. Auctum & condonatum fuit postea hoc coenobium multis prædiis & reditibus. Ricolfus Episcopus Otthon. qui obiit, an. 1143. multa contulit bona ob anniversarias sibi futuras exequias. A. 1183. Canutus Dux Præbesiæ filius, variis privilegiis hoc coenobium dotavit, annuente Simone Episcopo. Jam jam eo creverat luxuria, & auctoritas horum Benedictinorum, ut sibi totum jus vocandi Episcopos Fioniæ arrogarent. Johannes secundus sub Erico Glippingio coenobium majoribus donis & privilegiis adauxit. Gescio Episcopus ex monacho Canutino factus, coenobium hoc incendio deletum majus & amplius exstruxit, quam fuerat antea; sed nimis prolixum foret innumera beneficia, privilegia & dona enumerare, quæ in hoc coenobium a multis, omnis ordinis & dignitatis hominibus congesta, peculiarem sibi inde S. Canuti favorem promittentibus, cujus iram fastuose & potenter jactare solebant monachi. Publicum hujus communitatis sigillum præfert S. Canutum, in solio Regio sedentem paludamento Regali circumdatum, dextra portantem globum mundanum, sinistra sceptrum, cujus sigilli iconem hic una cum privato nonnullorum ejusdem conventus Priorum, ad conservandam singulorum memoriam placuit subjungere.

Coenobii nutini pri legia & d

Data a Ri fo.

Canuto.

Johanne II

Gescione.

(265) Hic Apuliæ & Calabriæ Princeps, dominusque Rogerius Siciliæ Roberti filius erat. Obiit Salernæ a. 1110. filium princeps Apuliæ relin-

muneribus transmissis decentibus honoraret. Unde ex collatis, & asservatis, regis imperio, & reverendi eiusdem sedis pontificis Humbaldi *consilio,* (266) simul & adminiculo,

Ossibus arca sacris, insigni schemate facta,
Conficitur; puro, nitido fulvoque metallo,
Cæruleis, croceis, pulcre decorata lapillis: (267)
Quo possent sancti jam pignora sancta recondi.

XXXV. Anno autem sexto imperii magnifici *regis Erici,* (268) congregatis universis Daciæ pontificibus, cum multitudine cleri, & terræ populo innumerabili, pretiosas beati martyris reliquias,

relinquens ex Ethela Guilielmum Apuliæ & Calabriæ Principem, qui sine liberis decessit anno 1127.

Hubaldus an primus Episcop. Ottoniensis?

(266) Sunt qui opinantur primum hunc fuisse Episcopum Otthoniensem, quia reliquorum nomina ante ipsum non a scriptoribus fuerunt annotata, ideoque existimant, ecclesias Fionenses, antea Roschildensi Episcopo paruisse; sed hæc sane est invidia aliorum quorundam, quibus patria adeo cara est, ut ejus gratia mentiri haud vereantur. Novimus ex Adamo Bremensi & aliis, ecclesiam Otthoniensem Episcopalem cum aliis tribus Slesvicensi, Ripensi, Arhusiensique fundatam ab Haraldo Blaatand, quod circa medium decimi seculi contigit; & recitat idem Bremensis varia nomina horum antistitum & Episcoporum, ex quibus unus necessario Fionensis erit, quo de conjecturas nostras alibi declaramus, cum & ipse Adamus fatetur nomina quidem scripta inveniisse, sed non loca specialiter enumerata, ad quæ fuerant inthronizati (ut verba sunt ipsius) præterea loquitur diploma Ottonis tertii scriptum anno 986. de ecclesia Otthoniensi ut de sede Episcopali jam antea fundata & stabilita cum Roschildensis episcopatus nonnisi anno sequentis seculi duodecimo a Svenone bifurcatæ barbæ fuit erectus; non negamus interea fuisse jam antea per Selandiam antistites & sacrorum curatores, sed episcopatum ejus loci Fionensi longe recentiorem esse contendimus. Humbaldum igitur seu Hubaldum ut alii vocant, præcesserunt alii sedis Otthonensis Episcopi, hic autem Amylus erat monachus ordinis S. Benedicti ordinatus ab Adzero Londinensi Archiepiscopo primo & coenobii Canutini fundatore, ut paulo superius relatum fuit.

negatur.

Historia inventionis capsulæ reliquiis S. Canuti repletæ.

(267) Hic, quia Ælnothus de capsula in qua reconditæ fuerunt reliquiæ S. Canuti loquitur, ejusdem capsulæ inventionem & descriptionem hic subjungere opportunum duxi. Anno proxime elapso nonagesimo quarto seculi hujus decimi septimi cum templum Canutinum reficeretur, circumquaque inciderunt operarii in locum illum muri orientalis post altare summum ubi non nisi ex relationibus antiquis fama erat S. Canuti reliquias insertas fuisse. Ne itaque vulgus operariorum qui jam jam aperti foraminis abditi reseratione scrutabantur manibus, aliquid indecens in Regios committerent manes a Rege nostro Augustissimo, qui iisdem temporibus urbem transibat nostram, id facile obtinuit Reverendissimus ecclesiæ nostræ Antistes & Episcopus, ut, aperto ad necessitatem muro, de latentium reliquiarum statu & conditione notitiam daret integram, tum ad historiam anteacti temporis illustrandam tum ad vulgi curiositatem in scrutando præcludendam si post factam inquisitionem melius reconderentur. Peractum est negotium die præsentibus Præside & Gubernatore Regio, Episcopo, Consulibus & Senatoribus urbis; sed eheu! horrendum spectaculum capsulæ ibi stabant ligneæ cum ossibus inclusis, omnibus autem ornamentis, imo etiam ipsis operculis spoliatæ, quomodo etiam arculam S. Canuti Ringstadiensis jam olim deformatam fuisse ferunt; duo autem scrinia hic non fundo, sed in alteram extremitatem erecta, & juxta se invicem posita cernebantur. De uno scriniolo autem S. Albani, aut S. Oswaldi, aut utriusque receptaculo diximus supra ad cap. XXVII. De altero quod Regias reliquias extra omnem dubitationem habuit & adhuc habet, pauca referre placet. Hocce scriniolum uti & alterum illud erectum, alteri insistebat extremitati, omniaque ossa deorsum lapsa, cum involucris & integumentis linteis, sericis, & aliis ignoti generis pannis, mixtum faciebant cumulum, &, etiamsi operculum plane ablatum erat arcuata tamen illa, & dorsuosa scrinii figura, omnia intra se continebat ossa, præter paucula quæ exciderant, & nunc sollicite collecta, reliquis sunt adunata. Ossa omnia majora & potiora ibi sunt, ut desiderari ex iis nihil poterit, colorem niveum de quo Ælnothus sequente capite loquitur non observare licuit: firma tamen sunt omnia illa ossa solida, nitidissima, sed crocei coloris præter nonnulla frustula nigra & fuliginosa, quæ igne olim examinata & probata fuerunt, ut ad cap. XXXII. superius dictum est, nihilominus dura & solida. Ex illis majoribus ossibus brachiorum, femorum & tibiarum erectam & proceram Regis olim staturam fuisse, quilibet videt, qui mensuram corporis humani intelligit, scapula altera violenter non fracta, sed telo transmissa & succisa videbatur, quod, aut in martyrio & cæde ipsius contigerit, non edicam, sed forsitan credam: Uno enim vulnere ipsum confectum non fuisse novimus. Nec ideo curiosi dictionis suæ fuerunt hi scriptores, qui ipsum a latere sauciatum fuisse ajunt, quin potuerint ad latera utramque scapulam referre, quæ cum lateribus confinia faciunt. Involucra & integumenta, hic varii generis erant, sericei panni, ibi inveniebantur satis, multi coloris, ex rubro & coeruleo mixti, quem columbinum vocant nonnulli, & hoc sericum est, de quo Ælnothus cap. sequenti. Pulvinaria adjacebant quædam parva & crassa, tanquam quæ capiti supponi possent, quædam adeo longa & angusta, ut usum illorum cogar nescire. Suffulta erant plumis molliissimis, sed e pannis consuta, nobis ignotis, ferme ad gossypinam naturam accedentibus, compactioribus tamen ut pro pellibus acciperentur, magni sine dubio pretii, olim. Ipsa arca, loculus, reconditorium, scrinium; vel quicquid vocare placeat, ligneum est, figuram habet accuratam vel dorsuosam potius, ut delineatio ejusdem monstrat. Sed operculum dorsi sacrilego & nefario nebulonum quorundam ausu surreptum & ablatum est. Totum illud scrinium, longitudine sua, ulnas habet Danicas seu pedes communes & altitudine pedes. Obductum fuerat olim laminis ex ære & orichalco inaurato, quod metallum illud est purum, nitidum & fulvum, cujus Ælnothus meminit. Hujus vestigia, indicia immo & portiunculæ haud paucæ adhuc hinc inde cernuntur, unde reliqua dijudicari facile potuerunt, & ea ad perfectam totius operis delineationem nos juvarunt, obtinendam, scilicet quoad has laminas pampineas & corymbiferas, quæ omnes angulos operuisse videntur, & singulas ligni juncturas texisse. Mediæ autem singulorum laterum areæ quid decoris & ornamenti habuerint nihil est quod declarat, præter claviculos multos enarratos avulsi operis, reliqui luculentos indices: cœrulei illi & crocei lapides, quos ibi eluxisse Ælnothus ait, nunquam comparent, utpote cum reliquis ornamentis abstracti a sceleratis illis quique fuerint, sacrilegis. Lætabar tamen altarum scrinii hujus extremitatem adhuc laminas suas inauratas habentem, ostendere hæc loculamenta, inclusarum olim gemmarum, unde & conjicere licuit qualis aversi lateris alterius, fuerat facies. Operculum uti dixi non solum ex altera illa, sed & ex hac arca, sacrilegis furum manibus in prædam cesserat jam olim, quippe qui non tempus forsitan habentes, omnia decora & ornamenta avellendi, tota abstulerunt opercula, alii plus, alii habituri singula eximendi pro lubitu. Ideo & epitaphium illud arcæ huic olim inscriptum non invenitur hodie nisi apud scriptores, Ælnothum, Wormium, Stephanium, Pontanum & Meursium. Vixit autem non ita pridem clarissimus quidam & doctissimus Professor gymnasii hujus Otthonienſis, M. Christianus Jo. Lundius, inter cujus schedas post obitum ejus inveniebatur, idem S. Canuti epitaphium quod olim descripserat ex ipsa autographa tabula, quam viderat, ut testatur manus ipsius. Diximus jam, qualis fuerat olim arca vel loculus, in quo S. Canuti ossa recondebantur, & quomodo a nobis hodie inventus & conspectus fuit. Conjecturas autem nostras de tempore, quo hoc sacrilegium fuit commissum, proponamus postea.

(268) Quieverat jam per hoc sexennium Canutus in templo, quod Canutinum vocamus, ideoque tunc non Canuti, qui nondum consecratus a Pontifice erat; sed Albani dicebatur. *Cap. XXXV.*

quias, ex saxeo sarcophago assumptas, atque e crypta, ubi hactenus servabantur, evectas, solemnibus laudibus, & ingenti lætitia, universis comitantibus, ab eodem, quem præfati sumus, pontifice Humbaldo, tertiodecimo Kalendas Maji, eadem, quam prædiximus, arca, *oculis peccatricibus* (269) inspeximus impositas, ad instar nivis candidas, & decenti serico involutas, epitaphio simul imposito, hoc modo composito:

Epitaphium S. Canuto positum.

Jam cælo tutus summo cum rege Canutus,
Martyr in aurata rex atque reconditus arca;
Qui pro justitiæ factis occisus inique,
Vt Christum vita, sic morte fatetur in ipsa:
Traditus a proprio, sicut Deus ipse, ministro;
Atque, petens potum, telorum pertulit ictum:
Lancea nec ne latus, ut Christi, perferat ejus;
Spiritibusque sacris morlens sociatur in astris.

Ossibus itaque sacris, eisdemque apicibus, decenter collocatis, cælestis thesauri pretiosus loculus reconditur; & omnibus, eius patrocinia requirentibus, *mensa vitalis convivii* (270) spectanda supponitur; dehincque ibidem perficiuntur virtutum insignia, & præsentibus perspicua, & opem exquirendo petentibus efficiuntur probabilia.

EPILOGUS.

Hæc ego Ælnothus, sacerdotum infimus, Anglorum orbe editus, & Daciæ partibus annis numerosis peregrinatus, tibi, rex præclare, & martyr pretiose, tua exarando gesta, dictavi; certaminum tuorum conflictus, posterûm memoriæ tradenda, composui: & pulcrum, ut dicitur, hominem pictor ego foedus depinxi: monumentum ære perennius (271) *exegi, quod nec fluctuum impetus absorbeat, non flamma vorax absumat; sed ad chaos ultimum usque permaneat, & tuæ laudis in seculum monumenta retineat. Tu infelicitati meæ apud Deum precibus succurre, calamitatibus miserere, angustiarum miserias releva, imbecillitatem sustenta, fragilitatem alleva, crassa criminum circumfusum caligine virtutum tuarum splendoribus illustra, sarcina admissorum jam jamque sub onusto fasce decidentem sustolle, molibus peccaminum aggravatum erige; ab Evangelicis latronibus saucio, ac semivivo relicto, miserationis opem admitte; cicatricum plagas, intercessionis tuæ antidoto infuso, obducito; vitiorum putredines expurga, ad stabulum divinæ reconciliationis inducito; ut, in tabernacula quantulumcunque intromissus æterna, te cum tuis concivibus inspicere, & ad januam regni vel ultimus merear adsistere. Et, quia de nitido fuscus, de mundo spurcus eloqui sum aggressus, linguæ procaci indulge, labiis audacibus ignosce; & verbo, per quod omnia condita sunt, cunctos fideles reconcilia; cujus majestatis potentia non desinit in secula. Illi, cum patre, & coæterno pnevmate, benedictio, honor, laus, & gratiarum actio, sempiterno maneat, & accrescat, tempore. Amen.*

Preces S. Canuto dicta.

(269) Hic præ devotione! grammatices suæ oblitus est Ælnothus: pejus adhuc agit, dum vix peccatorem, nedum peccatricem apud *bonos* inveniat *scriptores*.

(270) Altare in templis christianorum mensam vocari, apud scriptores hujus ævi satis est cognitum, ad imitationem N. T. quod ita: Τράπεζαν sumit, 1. Cor. X. 21. ubi opponitur ἡ τράπεζα Κυρίε τῆ[τῶν Δαιμονίων, sive aris idololatricis, ubi commessationes & compotationes satis largæ erant, etenim quod ad ipsam aram non accedunt, nostrates, sanctissimæ coenæ futuri participes, veluti Protestantes, qui vocantur ad mensas ipsorum, hoc nihil facit ad essentiam epuli sanctissimi. Cingimus altare seu mensam templi, in genua nostra prostrati, quod idem est, ac si adsideremus; nec Christus cum suis discipulis sedit; sed accubuit, ut Orientales populi hodie & Romani olim. Reliquias autem sanctorum secundum decreta Pontificia deberi in altaribus recondi & seponi, præter alios rituum Pontificiorum scriptores, quos recitare prolixum foret, refert Guilielm. Durand. Offic. c. 7. L. 1. de consecratione altaris, ubi juxta genium religionis suæ docet, tales reliquias cum tribus granis thuris, sub lapide magno altaris recondendas cum aliis ritibus & superstitiosis ceremoniis, quas scire nec juvat, nec interest. Dani nostri antiqui dixerunt: *At krün legge* i. e. in scrinia reponere, & *At Alter fette* i. e. in altari recondere. Post hanc autem S. Canuti depositionem solennem quæ facta est A. C. noo. d. 19. Apr. conquieverunt ossa ipsius, in hoc eodem, ubi deposita fuerant sacello, ad latus templi australe, qua parte coenobium, eidem Regi sacratum spectat, usque ad annum 1582. d. 22. Januar. cum jussu per illustris Dn. Nicolai Kaas de Torupgaard, Cancellarii Regii, qui, in coenobio dicto, tunc in Regios usus commutato habitabat, ea pars templi reficeretur. Sacellum enim illud, in quo illa ara erat, quæ capsulam hanc cum reliquiis Regiis condebat, destruebatur tunc, remanentibus adhuc parvulæ januæ vestigiis in muro, qua introitus in hoc sacellum erat, eaque ex occasione, capsula illa integra cum suis ornamentis, laminis quibus obducebatur inauratis, gemmis & lapidibus suis conspicua, & epitaphio seu inscriptione sua illæsa, ut & cum tabula ænea ossibus ejus immixta brevem cædis ipsius historiam continens & nomina sociorum qui una cum Rege occubuerant, inveniebatur, & in ipsius templi chorum ut vocant transferebatur, ubi retro altare ipsi muro aliquot ulnas supra terram inferebatur, more Roschildiæ, Ringstadii & alibi recepto, Principum & Procerum corpora intra muros templorum condendi. Perstrinxerat tunc forsitan operariorum oculos aureus ille apparatus & gemmarum nitor, & incitavit ad sacrilegum illud facinus, ut sine dubio revertentes, insequente quadam nocte effregerint murum, quod facillime & celerrime fieri poterat, & omnibus quæ splendere videbantur festinato avulsis scelere, locum citissime occluserint, ante diem, & eo tutius furtum celare potuerint, quod nemini de tali audacia suspicio foret, nedum occasio inquirendi & aliquid desiderandi. Quodsi autem tunc non perpetratum est illud sacrilegium, factum est omnino anno hujus sæculi quadragesimo nono, tunc enim novum & elegans altare factum, templo nostro quod multis grandioribus decoratus Apostolorum & Evangelistarum statuis quæ cum muro annecterentur & ferramenta seu vincula ferrea variis in locis muro inciderentur, etiam ansam illud dare potuerat sceleratis quibusdam capsulas splendentes videndi, & nocte quadam despoliandi.

Locus ossibus S. Canuti assignatur.

Destructo cello.

(271) Ovidium imitari voluit Ælnothus, ita metamorphosin suam, sed dissimili scriptam genio claudentem:

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

IX.

JO. RVSSE LVNDENSIS FRAGMENTA XXXV. RERVM DITHMARSICARVM AB A. 1040--1542. QVORVM SELECTIORA ARGVMENTA PRODEVNT EX AVTOGRAPHO. ACCEDVNT E CODICE RECENTIORI SVPPLEMENTA IV. VSQVE AD A. 1595.

CONTENTA.

I. Excerpta ex miscellaneis lingua Saxonica scriptis a. 1209.-1400. II. Quædam notata de Ditmarsia Lubeca inventa ab a. 1044.-1491. III. Ex Codice

Codice ecclesiæ Oldenburgensis descripta ab a. 1044.-1404. IV. Ex Hiligenhaven terræ Oldenburgensis descripta ab a. 1044.-1189. V. Quædam de Ditmarsia Brunsbutteli inventa de a. 1144. VI. Excerpta ex Chronico Slavonensium D. Christiano Gensken (al. Sehenk) Collectore ab a. 1318. ad a. 1500. VII. Excerpta ex libro Dieterici Holting Parochi in Tellingstede ab a. 1187.-1436. VIII. Anonymi de a. 1319.-1518. IX. Communicata per Jo. Borcholtz in Hamburg a. 1044.-1524. X. Ex Calendario Libri Missalis ecclesiæ Neofaniæ a. 1362.-1545. XI. Ex Nicolai Viti descriptione Ditmarsiæ de a. 1500.-1524. XII. Contenta cantilenæ vernaculæ de Victoria Ditmarsorum a. 1404. & 1500. reportata, autore Jo. Russe a. 1533. XIII. *Ene Schrifft, so myn Vader* Witte Johanns (Patris Jo. Russii) *de sulvest vöffte Broder und sinem Vader in der Schlachte by* Hemmingstede 1500. *mede gewesen beschreven, entholtend eine Liste derjenen de in der Schlacht gebleven.* XIV. Notata quædam *Jac. Boethii* Nicolai Weslingburens. fratris a. 1500.-1524. XV. Ej. descripta ex tabula antiqua pendente in templo Busum. XVI. Ex Chronico MSC. Slavorum a. 1404. XVII. Excerpta ex membranis sacris M. Nicolai Dirck Pastoris Weslinburensis a. 1499.-1500. XVIII. Ex membranis sacris ecclesiæ Tellingstedensis a. 1404.-1481. XIX. Excerpta ex codice ecclesiæ Bockelburgianæ a. 1144. XX. Excerpta ex libello autographo aurifabri Lundensis a. 1319.-1532. XXI. Excerpta ex libello Jo. Rodek Lubecensis descripta ab a. 1148.-1500. (Moller Isagog. IV. p. 28.) XXII. Excerpta ex vetusto codice precum cantionumque ecclesiasticarum ædis sacræ oppidi Lundensis ab a. 1436.-1492. XXIII. Ex descriptione M. Nicolai Mildii pastoris Lundensis de a. 1319.-1471. XXIV. Ex libello Nicolai Witte (forte V. Đ. M. ecclesiæ Neukirchen cujus tempore reformatio evangelica illuxit) in Weslingboren ab a. 1119.-1530. continuato usque ad a. 1542. XXV. *Schrifft der Broderè to Mergenowe van des Closters Orsprung a. 1302.-1404.* XXVI. *Uth enem uthgeretenen Blade* Magni Günthers *geschreven a. 1481.-1498.* XXVII. Ex libello Johannis Erp in Hemme ab a. 1520.-1523. XXVIII. Ex veteri folio quædam descripta de a. 1517. XXIX. Quædam ex descriptione cujusdam Franciscani. XXX. Quædam ex cœnobio S. Blasii Brunsvicensi descripta. XXXI. Ex libello per Henningum Svyn Petri Svyn filium a. 1533. d. 8. Octobr. defunctum scripto a. 1506.-1532. XXXII. Henrici Sibei Olpheni (Guestphali Rectoris Meldorp. de quo Dn. Vieth in Descript. Dithm. p. 19.) Elogium M. Nic. Boisen Meldorpensis Superattendentis, qui obiit a. 1542. d. 6. Maji. XXXIII. *Dat Ditmarsen nene upgedrungene und sulvest upgeworffene Overichkeit hefft, sündern durch ordentliche Gewalt erwæhlet* per Nicol. Boyen Past. zu Meldorp. a. 1542. XXXIV. *Frybeit det Lands to Dithmarsen, entworffen durch* Gunther Wernher. XXXV. Conradi Regis Rom. Literæ de comitatu Ditmarsiæ archiepiscopatui Magdeburgico addicto a. 1145. cum aliis chartis Ditmarsicis quas vide Tomo III. insertas diplomatario Ditmarsico. accedunt XXXVI. Ottonis Fabricii Cimbri de Bello Ditmarsor. a. 1500. cum Johanne R. Dan. gesto ex Libro IV. Daniadum P. f. 4. XXXVII. Vita & Martyrium Hinr. Zutphani, in Ditmarsia combusti a. 1524. Ex Renneri Chronico Bremensi MSC. Tom. II. ad a. 1522. Wo Gades Wort erst to Bremen to predigen angefangen. XXXVIII. Insignia gentilitia societatum & familiarum veterum Ditmarsorum vulgo Klusste descripta a Jan Adolphi V. D. M. Busum: a. 1594. XXXIX. Sigilla Ecclesiarum & Parochiarum Ditmarsica fide diplomatum delineata. XL. De jure Ditmarsiæ ex Petri Saxii historia Ditmarsiæ MSC. a. 1640. XLI. Descriptio processus Ditmarsici e codice recentiori.

* * * *
* *

I. Waldemarus *na* Canut *sinen Broder König to Dannemarck brocht under sick de Stadt Lübeck a. 1209. eme gevende* Privilegia, *de se scholden bruckende wesen na ere olde Rechtigheit. 1199. wolte Hertig* Woldemarus *alle de Lande* Nordalbingien *leggen to der Crone van Dannemarcken. An. 1209. gewann he* Hamborg, Zegeberge *und* Ratzeborg, *unde vangete den Greven* Adolphum, *unde he is geworden en Koning der Dænen na dem Dode* Canuti *sines Broders, unde he bracht under sick de Stadt Lübeck. An. 1322. togen* Joann *und Gert Greven van Holsten mit enem groten Heere in Dithmarschen, die beyden Vorsten unde vele Greven mit* eddelen Mannen, *de worden geschlegben, so dat der twe dusend und mehr bleven tor Stede. An. 1404. Gerd Hertog to Schleswig tog in Dithmarschen mit hundert gewapenen, de dort alle wurden geschlaghen. An. 1474. na der hiligen drien Koninge, doch* Christiernus *de König van Dannemarcken unde Hertog* Johannes *van Lowenborg togen up na* Rom *to seende den Pavest, se quemen under Weegen to dem Kayser Frederick und he behalt* (al. *kriegte*) *van ehme Dithmarschen* (al. codex addit. *to Lene*) *ock beghilftede he öhme ein* Tollen to leggende *in sinem Lande, aver de Güder der Koplüde wedder de Privilegia* der Lübschen *unde der van Hamborgh, welcke* Albertus *der Marggraff von Brandenborg vortbrachte, de Konig hefft se dock nie gebrucket; desgelycken ock der Dithmarscher eme mehr bekennen vor enen Herrn. Von dem Kayser quemen se to dem Hertogen von Milan (Meyland) unde da vort binnen Rome, dar se de Pawes mit allen Ehren entfinck unde badde sin* Weesent *in des Kayſers Pallast. De Paweſt gav eme vele kostlicke Gaven, he gav eme ock de Rosen, welcke he alle Jahr up Mit-Vasten plecht to vergevende, he was ock den Römern gantz ehrwürdig, indeme dat he was ein* Köning der Gothen *dede* Rom vor Tiden wunnen *do men schreff 378. In deme Afreisend quam he in Francken to dem Marg-Graven Albert bliffte dar by eme, wente to* Jacobi, *böven alle Giffte und Gave vorterede he grot Geld, welcke he borgede van de Schanck to Milan An. 1480. in Jegenwardichkeit der Stædte binnen Rendesburg togede Konig* Christiernus *den Dithmarschen Kayserlicke Breve worinnen se und öhre Land ehm wæren van dem Kayser* infeuderet. *Se entwordeden: De Kayser is des Unrecht berichtet, wente to de leste Fede de Greve des Lan-*

al. Cod. Herberge.

des verſtorven was, ſunder Erven gaf Friederich de erſte de Greveſchop van Dithmarſchen *und de* Greveſchop van Stade *Hartwico dem Ærtz Biſchopp to* Bremen *und ſinen Nakommelingen by dem to ewigen Tyden wollen bliven, darup de Sacke wart in Frede gheſett ein Jahr lang, under der Tyd de Konig verſtarff und quam nicht in Dithmarſchen.* II. *An. 1044.* Dedo *und* Ethelerus *de* Witte *Grafen to* Saſſen in Dithmarſchen *erſchlagen. An. 1116.* Udo *de drüdde und* Rudolphus *Graven to Saßen ſint in Ditbmarſchen vorſchlagen. A. 1144. (1161.) do döden de Dithmarſchen ören egenen Herrn und Förſten Rodolphum up dem Slate to* Bockelenburg, *und ſchneden ſiner Frowen de Bröſte aff, Naſe und Ohren, und ſchmeten ſe in dat Water:* rivus hic deinceps ab ea Welbergau denominatus eſt. A. 1183. Harwicus *de andere hefft de Dithmarſchen dat na betömde Volck bedwungen, averſt ſe belden kenen Geloven. A. 1322. Gerdt und Johann Greven to Holſtein, quemen to Holſten mit 14 Banner Herren am Avende Marien-Gebuhrt ſind in Dithmarſchen erſchlagen. A. 1404. Gerdt de erſte Hertog to Schleswig mit den Eddel-Lüden des Landes ſind am Dage Oſewaldi erſchlagen. A. 1500. Up St. Valentini Dage ſind Koning* Hans to Dannemarck *unde ſyn Broder* Hertoch Frederick to Holſtein *in Dithmarſchen getagen to erem Unglück wo ſolckes opentlick am Dage is.* A. 1474. datum eſt Privilegium Domino Chriſtierno ſuper populum & territorium Tytimarci. Hæc Dn. Nicol. Mildius circa annum ſalutis 1470. & 1480. Vice-Rector eccleſiæ Lundenſis literis mandavit. A. 1477. ult. menſis Auguſti exierunt Jeben, Claves & Poleken Jacob cum ſociis ſuis verſus Romanam curiam. III. A. 1444. Poſtquam nativitatem Jeſus aſſumſit ſibi noſtram quarto milleno quater centeno quadrageno Andreæ feſti ſolennis luce priori, tunc Meldorpenſis cecidit altiſſima turris, impetus quam venti ſtravit motu vehementi. A. 1482. Coelorum Rege genito pia de genitrice bino milleno quater centum octuageno, ipſa die S. Galli mundo radiante, confluxit magnum ventorum flatibus ortum diluvium, genti terras baſſasque colenti arvis vaſtatis & aquis nimis inebriatis. A. 1493. Poſtquam pia virgo peperit quæ mundum redemit anno milleno quater centeno nonageno, ſurrexit cunctis populis, cariſtia grandis in terris baſſis ex cladis undique caſſis, tempus nimboſum cauſans hanc & pluvioſum. An. 1491. Rege poli genito puer de virginis alvo, anno milleno quater C. monos nonageno telluris hujus quidam ſocius inimicus in noctis medio Jacobi ſanctique profeſto Brunsbüttel villam ſpoliavit cineravit & illam. IV. *A. 1040. By den Tyden* Henrici III. *hebben de Dithmarſchen to dem erſten* Dedonem, *darna* Ethelerum *beyde Graven, welcke ock ene Frowen gehat hebben de ene na dem andern geheten Ida uth Schwaben, geſchlagen. Um 1144. (1127.) hebben de Dithmarſen Greven Rodolphum eren eigenen Herrn dodt geſchlagen und Dithmarſchen is up ſienem Bruder enem Dohm Praweſt to Bremen ervet, deſülve hefft idt* der Kercken to Bremen *gegeven. A. 1187. Was Greve Aleff von Holſten een Herr aver Dithmarſchen, verboth ſe ock vor den Biſchopp to Bremen, hadde ock de Greveſchopp to Stade, averſt to* den Lanſten *gaf he der Kercken Dithmarſchen wedder und behelde* de Greveſchopp Stade *vor ſick. A. 1189. Umme düße Tidt ſind de Dithmarſchen durch den Biſchopp van Bremen mit Krieges-Volck övertagen ock bedwungen, laveden den Biſchopp veele,* helden eme nicht: *Do he wedder uth dem Lande was, kören ſe den Biſchopp* tho Schleswig *to erem Herren und quemen ſo under de Crohne to Dænnemarcken under welcker ſe bleven, wente dat de Schlachting* to Bornehövede *geſchah do geven ſe ſick wedder under den* Græffen to Holſten. V. A. 1144. Poſt Chriſtum quatuor milleno Marchio Rodolphus Walburgis & ejus uxor nequiter ſunt ſtrati in Bocklenburg atque necati. VI. An. 1318. (al. 1381.) in vigilia Alexii confeſſoris Theotmarcici intraverunt terram Holſatiæ cum mille viris parochias Bornhövede & Seghebarge incendio deſtruxerunt. (Cod. al. addit: *und den Hoff to Bogenmöhle vor Stordenſee*) Domicellus Johannes filius comitis Bernhardi (Gerhardi) Regis Danorum frater bellum commiſit cum Thetmarcicis, interfecit ex eis quingentos viros (C. al. addit: *to Buntſee up der Brügge*) A. 1319. comes Bernhardus & domicellus Johannes cum exercitu copioſo & amicis ſuis Duce alio Domino Henrico *Magnopolenſi & comite de Güſtrow* & comite *de Wuſtorp* & comite Adolpho *de Schowenborg* cum auxilio Regis Daniæ Erici & auxilio Johannis Ducis Saxoniæ intraverunt terram Theomarchiam in vigilia nativitatis Dominæ noſtræ vel ut alii volunt Domini noſtri, cum Thetmarcicis bellum committendo. Bis triumpharunt & ex iis mille ſeptingentos cum parvulis & mulieribus cædendo eccleſiam S. Nicolai in Oldenworden (a. 1322.) incenderunt. Veſperi autem cum exire palude vellent, prævaluerunt Thithmarchii & occiderunt Comites de Güſtrow & de Wuſtorp milites & armigeros & reliquum vulgus plus quam duo millia virorum. A. 1404. Dux Sleſvicenſis (Gerhardus Henrici ferrei filius) lancea perforatus occubuit in Theomarcia *amator eccleſiæ & defenſor reipublicæ* & cum eo XL. Holſatorum, qui, ut quidam volunt, in *Meldorp* fuit ad tempus ſepultus in agro, a feris & canibus ceteris devoratis. Eodem anno ipſo die Oſwaldi Regis fuit Dn. illuſtris princeps Gerardus Dux Sleſwicenſis & comes Holſatiæ cum aliis militibus & armigeris civibus & villanis a Theomartiis interfectus & plus quam ad viros 400. tribus vel quatuor viris exemtis & exceptis parvulis & mulieribus. Et eodem anno compulſi ſunt Holſatici deſtruere caſtrum *Marienborch* quod ante Theomartiam conſtruxerunt modo vellent Principem mortuum & quatuordecim captivos a Theomartiis recipere. A. 1500. Die Valentii Johannes Rex Daniæ in Dicken expulſus fuit octodecim millibus ut dicitur interemtis. VII. A. 1187. Hartwicus Archiepiſcopus Bremenſis congregato exercitu cum manu valida intravit Dithmarſiam, ut eos qui ſibi contradicebant, ad dilectionem compelleret, illi autem pro ſua liberatione multa a pecuniam promiſerunt, ſic epiſcopus cum magna ſumma ad propria reverſus eſt jactanter credens ſe in omnibus proſperæ egiſſe, ſed ex eodem facto materia non dico confuſionis ſed humiliationis in eadem ſuborta eſt eccleſia.

Cypræus E. S. p. 3

Cranz. S. p. 235.

cleſia. Nam cum Odolphus comes Nordalbingiæ & Theodoricus (al. Chriſtianus II.) Comes de Oldenborch ac cæteri nobiles ſtipendium militiæ, quod eis archiepiſcopus Bremenſis promiſerat, requirerent, ille, tam ea, quæ eis promiſerat quam alia multa ab eo inutiliter conſumta reddere non valens, neceſſitate compulſus redditus epiſcopales ad triennium tollere & ſublevare adjuravit ut ſic infra illud tempus omnia debita ex integro ſolverent. Archiepiſcopus vero ſolum de his quæ de eccleſiarum & cœmiteriorum conſecrationibus conſequi poterat ſuſtentabatur. Dithmarcii autem pecuniam quam polliciti fuerant ſolvere non valentes, ad Waldemarum Epiſcopum Sleſvicenſem ſe tranſtulerunt, qui erat filius Canuti Regis Danorum. Hic Canutus poſtea a Svenone invitatus ad convivium, inter epulorum ſolatia ſeditioſe occiſus eſt, erat vir utique dives valde non ſolum in ſtipendiis epiſcopalibus ſed & de lautiſſimo Patris quod ſibi remanſerat patrimonio: ſicque additi ſunt Dithmarſii *regno Daniæ* ſervieruntque *S. Petro in Sleswig*, ut antea eidem ſervierant *in Brema*. A. 1436. indictione XIV. Pontificis Eugenii Domini Papæ IV. anno ejus ſexto die Mercurii in profeſto omnium ſanctorum hora tertia vel quaſi, poſt medium noctis fuit magnum particulare diluvium, quod omnes inſulæ hic circumjacentes innumerabilia acceperunt damna, tam in hominibus quam in bobus, & fuit ita magnum, ut aqua tetigerit *pedem cemeterii eccleſiæ Lundenſis* in parte aquilonari. VIII. *A. 1319. Up den Dag unſer leven Frowen genomed* Borgerdach *befft de Grave van Holſten, mit ſinem Mede Helpern vorbrannt de Kercken to Oldenworden de up dat Mas was gedeckt mit Blie und nahm haſtigen Flucht na ſinem Lande. A. 1362. was ene grote Flot genahmet de* GROTE MANNDRENCKE. *A. 1436. up alle Godes Hilligen Dach was ock ene grote Flot. 1433. am Dage* ad vincula Petri *is doedt geſchlagen Hinrich Swartekopp mit duſend Manne in dem Süderſtrande. A. 1434. is doedt geſchlagen Ralleſes Kerſten van ſinen eigenen Fründen. A. 1500. in der Faſten leten ſick de Dithmarſchen vor de* Tylenborg *und* Wunenſee, *an dem drüdden Dage brecken ſe dat Buwede in den Grund und braunten do up dat gantze Carſpell to Ervede und ock dat gantze Carſpell to Hademarſchen. A. 1518. in des billigen Carſtens Avend gwann Biſchoff Chriſtopher van Bremen,* Worſt Freſeland *mit* harder Hand und Lüde, *darinn eine vaſte Borg genömed*, Stüre Bremen, *und* bade dem Volck grote Pacht up und Tynſen, *de ſe nicht wohl kunten holden. Des andern Jahres darna qvam de Dohm-Decanus van Bremen, genömed Meſter* Gerdt Klincke *mit dem Land-Droſten und ock mit dem Droſt van* Vehrden *und* Rodenburg *Tinſen und Hüer to mahnende, den Decken mit ſiner Selſchopp hebben ſe dodt geſchlaen* (*) *und in demſülven Jahren geven ſick de* Worſt-Freſen *unter den* Hartich von Lowenborch *unde brocken erſtlich* Stur Bremen *in den Grund.* E. a. *ſind Biſchop* Mats (Gregor. Rynnings) *von* Strigenitz, *Biſchop* Vincent *von* Scare, *Herre* Erich Abraham, Erich Johannſen, Erich Nielſen *vor* Karſtnen *Broder*, Steen Sturſen, Erich Knutſen, Kart Knutſen *Brödere*, Erich Ronnow, Magnus Gremm *de Tydt Holm-Voget was*, Erich Hanſen, Andreas Eis *der olde und junge*, Bent Giltze, Gunde Galle, Peter Schröder, &c. *binnen* dem Holme in Schweden *up dat Kop-Marckede durch Konig* Chriſtiernus *enthöfet to ſamen 2. Biſchöpe, 5. Riddere, 21. Eddellüde, 3. Borgermeſter, 20. Raedlüde.* IX. *A. 1044.* Dedo *und* Ethelerus *in Dithmarſchen erſchlagen. 1116. de drüdde* Rodolphus *Greve to Saſſen worde in Dithmarſchen erſchlagen. 1183.* Hartwicus *de andere beſſt betwungen dat* ungenomede Volck, *man de Dithmarſchen hebben eme nenen Geloven geholden. 1420. ward* Marten Swartekopp *ein Rathmann to Hamborg erſchlagen in Dithmarſchen. 1451. was dat Orlog in Fresland, und de König* Juncker Olrich van Emden, *wieder ſiene Herrſchop van den von Hamborg. 1455. do was dat grote Orlog und Krieg in Lande to Hadelen dorch den Hertog to Lowenborch. 1464. was Peſtilentzie unde grote Düere Tydt to Hamborg und ock över alle dütſche Lande* (**). *1520. Up der Hilligen Eilf duſend Jungfrauen Dach gaf de Ricks-Radt van Schweden den Holm up, de Dach unwietlich geholden was, dem König* Chriſtian *van Dannemarcken, denn he lach da vor Jahr und Dach mit groſſer Macht. In denſülvigen Jahren, nicht lange darna leth wedder den König* Carſten, *dat ſe möchten under öhm ſtaen, dewile ſe doch wüſten, idt wolde öhm koſten Lyff und Guht, wo ſe ſick ſiner nicht entwehren möchten, und nademe König* Carſten *uth böſen Upſaten nicht allein wedder de Juten, denn ock jegen* Hertoch Friederich *und dieſe Wendiſche Stædte gebruckede, ſo is Hertog Friederich mit den Stædten Lubeck Hamborg aver ene gekommen dat ſe Lyff and Guht by einander laten wolden, und ſammelden viele* Rüder und Knechte *by groten Hupen; do* König Carſten *dat vernahm, do mackede he ſine Schepe rede binnen* Copenhagen, *und verſegelde dre Königricke und qwam mit ſiner Königinne wente to* vere *in* Seeland. *In denſülven Jahre toch Hertoch Friedrich mit den Düdeſchen in Dännemarck vor Copenhagen, legen darvor ein gantzes Jahr ſo lange dat ſe mercklichen Schaden under malckander gedaen. De Stadt word opgegeven in des Hertogen Hand A. 1524. untrennt dree Weecken na Paſchen.* X. A. 1362. fuit grande diluvium in iſta patria hic dictum *die Manndrencke*, ipſo die S. Mauri Abbatis XV. Januar. ad XVII. id. Januar. A. 1414. interfecti ſunt Dithmarſi in Eyderſtede numero quaſi trecenti d. 18. Julii in die Arnolphi. A. 1431. datæ ſunt indulgentiæ a ſede Apoſtolica pro ſex annis ſex Karena cuicunque qui intereſt in Statione contra Turcas. 1433. ipſo die Cathedræ Petri 22. Febr. interfecti ſunt *Hamburgenſes* in Suderſtrandt, numero ducenti viri minus viginti viris.

(*) Addunt Cod. recentiores: *Dieſe That iſt den guten Worſt-Frieſen hernach übel bekommen, denn Biſchof Chriſtoph überzog das Land mit Feuer und Schwerdt: Der Ort worauf die Herren erſchlagen heiſst noch* Klincken-hamm *worauf die Landſchafft ihre Verſamlung hat und rathſchlagen.*

(**) Codex al. addit: *ſturben zu Hamborg ſechszehen duſend &c.*

viris. A.1424. fusæ sunt campanæ ambæ illæ magnæ & illo anno fuit Vice-Rector hujus ecclesiæ *Henricus Hanerhorst* & clavigeri fuerunt *Thed Johann & Johann Holm* & sub regimine dictorum virorum renovata fuit rectura hujus minoris ecclesiæ (*) ex utraque parte. *A. 1532. des Mandages na* Omnium Sanctor. *5 Nov. is geschehen eine grote Vloet über alle Marsch Erde, so dat vele Volcks verdrencket is, besunderlick in Eiderstede, unde dat Water was so grot, so dat de Kerckmuere tor* Nienkercke *de Nordersyde vam Kerckhove is umme gefallen und etlicke Hüse weg gedreven. 1545. am Dage* Potentiæ virginis *den 19 May ward* Wybe Peter *to* Hilligen Landt *dodt geschlagen, de der Dithmarschen Viend was unde des Sonnavendes darna vor de Hamme up ene Rad gelegt. Baven geschrevene acht Stücke, hebbe ick* uth enem Calender eines Missebreckers der Kercken tor Nien Kereken geschreven. XI. An. 1524. Sabbatho post conceptionis Mariæ quarto nonar. Decembr. combustus est *Heidæ* quidam MARTINIANUS frater *Hinricus de Sutphelde* captus in nocte ex urbe Meldorpiensi ordinis S. Augustini, sed mutavit habitum. XII. A. 1404. filius Hinrici (ferrei) & Dux Gerhard de Slesvic in Ditmarsiam irruerunt cum xv. Riddere & 400. gude Mannen & cum integro exercitu ex Holsatis Frisis Danis collecto; aufugerunt Ditmarsi in sylvam Hamme & adventantes multos catapultis trucidarunt, ipsum principem lancea perforarunt & Hinricum de Syggen strenuum militem bannerium cum 7. filiis & Wulff Pogwisch; mox destruxerunt Castellum Holsatorum Marienburgum. Tunc fuit inter eos pax longo tempore, donec Christiernus I. Romam proficiscens ab Imperatore Dithmarsiam impetravit in feudum. Rex reversus domum, nuncios misit ad Ditmarsos, ut se pro Domino suo agnoscerent, se velle eis esse clementem & illis Privilegia sua relinquere, illi, contumeliose responderunt, num vellet esse contentus modio fabarum. Rex Johannes filius ejus contraxit ad hos subigendos magnas copias: hoc audito, urbes, arces, muros & aggeres firmos fecerunt. Johannes cum fratre exercitum in Dithmarsiam duxit adsumtis secum dominis Oldenburgensibus, adfuit quoque *Joannes van Anefelde:* illic conspiciebatur tum multiplex pulcher vir supra modum: die Martis post Scholasticæ virginis intraverunt in Ditmarsiam, eo proposito quod neminem vellent relinquere vivum, primam noctem manserunt in Alverstorp; illic metu Gardarum omnes diffugerunt in diversas partes. Die Mercurii iverunt meridiem versus Windbergam: illinc omnes aufugerunt, quia omnes erant pauperes & nudi rustici. Die Jovis occuparunt Meldorp & vastarunt pagos incendio, prædarunt domos & templum Meldorp. *Tor Staet ifs de Torn getschert (geziert) mit een tecken, ein Crütze mit Golde und Parlen bestecken.* Die tertio post S. Valentini tres exercitus viginti millium hominum comparuerunt, quos Ditmarsi fortiter dissiparunt; plures perierunt in fossis limosis & aqua repletis mirabili vero triplici modo (in vernacula cantilena: *dre sünderlicke syt*) utebantur in hac victoria Crucifixum quoddam præ se ferebant loco vexilli, quod uti judæi serpentem æneum contra malos serpentes intuebantur. Dum hostes illud conspiciebant, animi eorum perterriti sunt. Secundo virgo quædam casta ad hoc opus conducta, ante aciem Ditmarsorum illud portavit bannerium & lanceam. Voverat S. Mariæ virginitatem perpetuam, Ditmarsi vero vovebant Monasterium novum exstruendum si victoriam reportaverint: Tertio, fide in S. Virginem stipati incedebant nudis pedibus contra hostes & clamabant: *Help* Maria *milde* (vernacula cant. addit:) *se warpen van sick* Krefete (loricas, thoraces) *Höde und Schilde.* Invocabant etiam S. Georgium & Valentinum quorum & S. Mariæ ope recuperarunt Meldorpium eod. die, quo perierunt ultra 6000. milites. *Se hädden berowet de Gades Huse, Se sparden weder Nonnen offt Cluse, de dar mit* Karnappent *gingen, de kund man nu narghen vynden.* Hartich Frederick *de sprack nu also,* Konik Hans *Broder wa rade wy nu, dat Beer hefst du to Bruwen, dat wert uns lange ruwen* &c. *de gyrelick will vullen enen Sack, by den andern, deme schalde nicht nügen Holland und Flandern. Vor God ist Homod ewige Schande, dorch Homod verderwen Stæde und Lande, up dat uns so ock nicht geschehe, een yslick by tydt up sick to see, legget weg de Vlege* (muliebria ornamenta) *de sündige Dracht, darmit nicht Gott in Thorheit ward bracht, de hier nu meer will von weeten, de lese Jesaiam den hilligen Propheten, in dridden Capiddel findest du stan, warumme Jerusalem enst müste vergan. Dit Letgen is gesungen und vullenbracht, dat het een Prester Geselle bedacht.* Johan Russe *een Susse.* In alio Codice: *exaravit Russius Theotmartus in paterna domo nostræ salutis A. 1533. Kal. Jan.* XIII. *Düsse nageschrevene Riddere und Gudemanns sind in Dithmarschen alle erschlagen in der Schlacht des Avends geschehen: Juncker Otto von* Oldenborg, *Juncker* Oleff *(Adolph) sin Broder Greven. Hans* Anevelde, *mit sess Gudemanns, sinen Knechte, Riddere. Claws* Krummendick. *Hinrich* Jessen, *Jons* Brock, *Knut* Oygissen, *Jürgen* Rute. *Laurens* Andersen, *Henrick und Jürgen van* Anevelde, *tweene Benedictus van* Anevelde *tor Leemkulen, Lüder* Hest, *Volckert, Detleff, Hinrich* Hesten *Lüderi Söhns. Detlev von* Bockwolde *tor Hasselborch, Otto, Detlev und Hinrich von* Bockwolde, *Hinrich* Blome *Voged to Gottorff, und Gudemanns sinen Knechten, Hans* Blome *sin Broder, Hennike* Strake *to Nutskow, Benedickus* van Qvalen, *Detlev* van Qvalen, *noch ein van Qvalen des Konigs* Kenzeler, *Brede* Ransow, *Ove* Ransow *to Rostorp, Jochim* Rantzow *to Asgenperge, Hinrich* Brocktorpp, *Boye* Tetessen *Voged to Eyderstede, Benedictus* Seestede *to Klückenseck, Borget* Seestede *Hans Broder, Pawel* Seestede *mit 3. Gudemanns sinen Knechten, Hinrich* Kule *ein Hadeler, Borgert* Krummendick *Voged to Flensborg mit Vyf Gudemanns sinen Knechten, Wulff* Pogwisst *tor Warleborg, Hans* Pogwisch *tor Wisborg, Wulff* Pogwisch *tor Stoep, Henning* Pogwisch *to Werlangen, Jochim* Pogwisch, *Hinrich* Pogwisch *dree Söhns Benedictus* Pogwisch, *Hans Pogwisch sine Söhne to Obeinnge, Hans* Ratlow *to Lindow mit sinem Sohne, Schacke* Mot

(*) Cod. al. addit paucula de Johanne quodam item Radelevo aliisque interfectis.

KOLSKEGGIUS. Poſt Kolskeggium in Islandia floruit Brandus, Sæmundi filius, de quo diſſerentem audire lubet Torfæum in proleg. ad hiſt. Norweg. ubi ſic ſcribit: Poſt hos, nempe Isleifum, Sæmundum, Arium & Kolskeggium in Islandia floruit Brandus Sæmundi filius quartus, dioeceſeos Holenſis epiſcopus, vel ſolo cum Saxone Grammatico celeberrimo rerum Danicar. hiſtorico ſynchroniſmo notabilis inauguratus ninimirum anno 1164. Hunc multa hiſtorica in Islandia collegiſſe literisque mandari curaſſe, annales nobis perſvadent inprimis Sturlungorum hiſt. P. II. c. 38. his verbis: Plurimæ hiſtoriæ res in Islandia geſtas continentes ante obitum Brandi Sæmundi filii, conſcriptæ ſunt. Mortuus autem Brandus eſt a. 1201. & procul dubio in his multa ad res Norwegicas ſpectantia exſtiterunt cum illo tempore creber ex Norwegia in Islandiam eſſet transcurſus, crebra inter utramque gentem commercia ſed quantumcunque curæ & laboris in

antiquitates ille impenderit, ad noſtra certe tempora nullum quod ſciam induſtriæ ejus monumentum indubium conſervatum eſt. Licet vero hi duoKolsgeggus nimirum & Brandus nonniſi inter deperditos hodie locum inveniant, illos tamen cum aliis recenſere voluimus non modo, ne debita induſtriæ laude nomina illorum defraudarentur ſed ut conſtaret, unde ſequentes ſcriptores quibusve autoribus illa, quæ tradiderunt collegerint.

ibid. §. XI. p. 75. *Oddi filius* non Olafi ut habet chronici Norwagici verſio Danica.

ibid. p. ead. *Geſta filiorum Haraldi Gillii* Sigurdi nempe Bronchi & Ingii gibboſi.

ibid. *Ryggiar Stycki* quorum ſingula Torfæi hiſtor. Norweg. Part. III. l. 9. inſerta ſunt. Opus ipſum inſcripſit Ryggiar.

ibid. p. 76. *Dorſi particulam.* Notatione ut videtur inde ſumta, quod non integram Regum Norwegicorum hiſtoriam ſed particulam duntaxat, illam nimirum quæ ad ætatem pertinet ſuam uſque ad ann. 1161. continuaret.

ibid. §. XI. p. 76. *KARL Carolus Jonis filius.* Meminit hujus Caroli Arildus Huitfeldius ad an. 1195. polliceturque ejus vitam lucem propediem viſuram, de qua vita Pontanus affirmat, quod ſi aliquando prodire in publicum contingat plurimum lucis Norwegiæ rebus illaturam, dubium nullum eſſe. Qua vero auctoritate Karli Jonæ vita ſcripta ſit, inde apparet quod Karl ſciente, imo dictante ipſo Sverrere Rege, vitæ ſcribendæ initium fecerit & librum *Styrmer multiſcius* deinde transſcripſerit, cujus codicem a Torfæo exhibitum l. c. poſtea Paſtor Magnus Thorhalli filius deſcripſit.

ibid. p. 76. *Transtulit.* Et Parti III. hiſt. Norweg. lib. III. & P. IV. lib. I. inſeruit. Notum etiam Torfæo monente in vulgus eſt celebre Gunnlaugi monachi Thingegrenſis nomen, ſed nomen tantum. Scripta enim illius quot & qualiacunque demum fuere, dudum interciderunt. Inter hæc Olafi Trygwini hiſtoria, ab hoc ipſo Gunnlaugo latine conſcripta in ejusdem Regis vita Scalholti impreſſa cap. 106. 108. memoratur. Quin & Gunnlaugum hiſt. Sturlungorum Part. IV. cap. 17. celebrat eumque inter præcipuos hiſtoriæ Islandicæ Septentrionalis quadrantis religioſos a doctrina & humanitate commendat. Imo notari quoque meretur quod Biornus de Scartza hiſtoriam Britonum ab hoc monacho verſam citat & quod Erynolfus Svenonius in epiſtola ad Stephanium ſcripta ejus præſtantiſſima cum auctore ipſo a. 1219. ſubiiſſe deplorat, cen pro more ſuo erudite obſervat Torfæus in proleg. ad hiſtor. Norweg.

ibid. p. 76. *Compoſita eſt*, partibus duabus diſtincta eſt quarum prior vitam Olafi privatam uſque dum ad regnum veniret, poſterior vero ejusdem in imperio res geſtas continet. Autores narrationis ſuæ producit Asgrimum Abbatem Verſtulidæ filium, Biarnium Presbyterum Berythori filium, Gellirem Thorgilſis filium, & alios.

ibid. p. 76. *In Suecia literata.* Octo verſionis Rugmannianæ hiſtoriæ Olai tantum in Suecia ſupereſſe docet Nic. Dal. l. c.

ibid §. 13. p. 76. fin. *Et Spicileg. p. 45. ſeqq.* necnon ea quæ celeberr. Torfæus Tom. IV. hiſt. Norw. lib IV. cap. IV. & V. ſuis locis retulit qui de ejus vita & geſtis ſpecialem librum prælum exſpectantem conſcripſiſſe fatetur in prolegomenis ad H. N. Exſtat hæc Snorronis vita a Torfæo peculiari libro ſcripta inter Cimelia Arnæ Magnæi qui bibliothecam Torfæi ære ſuo redemit.

Complectitur autem Edda præter Prologum de quo judicium Verelii p. 5. not ad Hervar Saga adſcribere lubet: Plura, inquit, huic prologo tribuerem niſi maxima ſui parte impurum eſſet commentum ex Mythologia græca & latina conſarcinatum non pauca ſibi invicem contraria continens. Quod ex genuina Snorronis præfatione ſatis liquet. ibid §. p. 77.

Eddam hanc Reſenii editione multo auctiorem in famoſiſſima bibliotheca Gvelpherbytana exſtare. Idem αὐτόπτης affirmat cl. Nicolſonus in the Engliſch Hiſtorical Library Part. I. pag. 53. neſcit tamen utrum hic codex ſit copia Eddæ Sæmundi, de qua ante, refert autem contenta hujus libri adeo fuiſſe incognita, ut & ipſe tunc temporis bibliothecarius Ducalis Haniſius Eddam hanc pro vetuſto MSCto Moſcovitico venditarit. Eddam hanc primum in ſermonem latinum juſſu Thorlaci Sculonii, dioeceſeos Holenſis in Islandia epiſcopi, transtulit Magnus Olai, olim Scholæ Holenſis moderator, poſtea eccleſiæ Laſanienſis in Islandia Boreali Paſtor, cujus mentionem facit Wormius, in tr. lit. Run. c. VII. p. 51. adde Stephanium in notis ad Saxonem p. 16. lit E. qui docet verſionem hanc a M. Olai adornatam eſſe, in gratiam perilluſtris Cancellarii Chriſtiani Friſii, confer Reſenii præfationem in Eddam Snorronis, ubi de aliis Eddæ verſionibus latinis prolixe agit. ibid. p.

Illuſtratam a Jona Rugmanno add. Nic. Dal. ſpecim. Biograph. antiquit. Sveciæ plag. O. ibid. p.

Ignotum eſt. Olai Tryggwini hiſtoriam a Snorrio conſcriptam in hiſtoria Sturlungorum cap. 2. p. 38. citari monet Torfæus in proleg. hiſt. Norweg. ubi de chronici Sturlæani exemplaribus varia erudita, narrat codicesque Snorronis Sturlæi in bibliotheca Regia Hafnienſi obvias recenſet. His denique addeReſenium in addendis ad Eddam Snorronis ubi perplures ante & poſt hunc Snorronem in Islandia nomine Snorronis inſignitos fuſius recenſet. §. 13.

Cap. I. Sect. IV. §. 14. p. 78. Sturlam Snorrii. Pluribus aliis viris Islandis Sturlæ nomen fuiſſe variis exemplis probat Reſenius in addendis ad Eddam Snorronis.

Ibid. p. 78. Sturla legifer. Is autor eſt laudatæ Sturlungorum hiſtoriæ, qua res ſuis temporibus in Islandia geſtas, turbasque omnes quæ tum maxime eam dilacerabant magna fide & auctoritate luculenter deſcripſit. Operi nomen a familia Sturlæa indidit, licet Sturlungorum hiſtoria quæ hodie exſtat, prioris ſaltem epitome eſſe videatur ut obſervat Torfæus in ſæpe citatis prolegomenis ad hiſtoriam Norwegicam qui opus illud hiſtor. Norweg. Parte IV. lib. V. plane ferme inſeruit & cap. IV. V. & VI. plura de eo paſſim retulit.

ib. p. 80. Torfæus ſe poſſidere teſtatur l. c. Quibus omnibus addimus conjecturam celeberrimi Torfæi qua Regem Suerrerem hiſtoriam Norwegicam aut certe aliquam ejus partem conſcribendam curaſſe autumat & in prolegomenis ſæpe citatis

tatis hac de re ad historiæ Norweg. P. III. lib. IX. & c. XIV. provocat.

Cap. I. Sect. IV. §. 16. p. 80. Bryniolfus Svenonius. Bryniolfum Svenonium episcoporum Skalholtinorum ad sua usque tempora omnis ætatis doctissimum & sine pari vocat Torfæus testaturque se a Friderico III. ad eum a. 1662. juvenem literis Regiis missum ad addiscendam difficiliorum vocum phrasiumque antiquarum genuinam significationem vid. Torfæi addend. ad histor. Vinland. antiquæ lit. G. sqq. conf. de Svenonio Indicem Stephanii in Saxonem. Græce fuit adeo doctus, ut perfectissime loqui posset, ac si vernacula fuisset. Fuit primum Roschildensis scholæ Con-Rector. Carmina ejus in Islandia passim circumferuntur. Bryniolfum virum raræ & reconditæ eruditionis vocat Stephan. not. ad Sax. p. 14. f. Notata ejus in Saxonem, notis suis inseruit Stephanius p. 20. c. 23. d. 24. e. 26. d. alii ibique passim, virum nunquam sine laude dicendum vocat p. 46. B.

Cap. I. Sect. IV. §. 17. p. 83. a Reenhelmio in Svecia cum commentariis edita Upsaliæ 1680. De his Jacobi Reenhelmii conatibus ita judicat Bartholinus antiqu. Dan. lib. 2. c. 1. Dolendum est autorem illustrando anili commento bonas horas impendisse, inprimis quod calumniis texendis omnes vires intendat, editas nugas fidem inventuras credens, si additæ notæ Danicam historiam modo evertere possent, quamvis utrique genti gloriosius esset septentrionis antiquitates tandem in lucem proferri sine alterius infectatione, & tunc sua cuique populo laus constaret illibata. Sed defuerunt, pergit, malevolæ Jac. Reenhelmii intentioni vires & historiarum borealium sane Danicarum limata cognitio. Tandem l. c. p. 225. claudit his verbis: Rogamus Reenhelmium si quæ inposterum docti ingenii monumenta evulget, a convitiis & insectatione Regum abstineat. Inprimis enim sedulo cavendum ne dum antiqua Septentrionis nostri scripta protrahere allaboramus pro veris historiis, quarum adhuc ineditarum immensa copia, insulsas protrudamus fabulas. Mitius quidem de Reenhelmio judicat Torfæus, fatetur tamen ille multa ab eo plane absurda tractari. vid. ser. Regum & Dynastar. p. 30-34. Eandem tamen Reenhelmii levitatem cum Bartholino pro merito notavit C. Wormius comment. ad Aræ Polyhistoris schedas de Islandia p. 126. seqq. Oxonii in 8vo absque anno editionis mutilatim edito, qui liber rarissimus & nullibi fere obvius inter cimelia mea historiæ septentrionalis servatur.

Ibid. p. 83. Scheffer in Svecia liter. p. 197. Hanc Gotrici Sagam ritus quidem veteres explanare, ipsam autem historiam non per omnia veritati congruam exponere ait Bartholinus antiqq. Dan. p. 329.

Ibid. p. 83. Torfæus p. 22. ubi dubitat, an id quod in limine promittit, etiam in processu præstet. Id ad minimum suspectum videri posse asserit quod ipse auctor fidem sibi suo stylo præstruat nec tamen totam narrationem confictam esse temere statuere vult, sed potius p. 30. inter ea monumenta collocat quæ rebus vere gestis fabulas ubique indiscriminatim ingerunt.

Cap. I. Sect. IV. §. 20. p. 88. exhibent. Sinistrum de hac Torfæi serie judicium legere licebit in Jo. Bircherodii dissertat. circa disquisitiones antiquitat. patriæ Daniæ gentilis disputat. IV. p. 204. seqq. it. disputat. VII. p. 415. 416. seqq.

Cap. I. Sect. IV. §. 21. p. 89. Norwegicarum opus Hafniæ 1711. in fol. IV. editum prostat quod p. 132. notavimus, proindeque merito indigne tulimus quod collectores Lipsienses *des klemen Bücher-Saals in der LVI. Oeffnung p. 567.* in notis nos ἀβλεψίας insimulare non sint veriti.

Ibid. p. 91. binos, quatuor ante obitum.

Ibid p. 91. fin. transiit obiit tandem Tom. V. hist. Norweg. inundans A. - - - quem tomum ad tempora Christiani II se perduxisse ipse in prolegomenis ad historiam Norweg. testatus fuit.

Cap. II. tit. Chronologicis p. 91. confer ad hoc caput omnino catalogum MSCtor. collegii antiquitat. Upsal. a num. 25-29. incl.

Cap. II. §. 6. fin. p. 97. probaturi sumus. Inter scriptores Daniæ chronologicos suo etiam jure merito referendus est Jo. Messenius, Philosoph. Doct. Juris & Politices Professor Upsalienis deinde regii Stockholmiensis dicasterii adsessor a. 1687. ætatis 56. defunctus. Hujus enim Scandia illustrata seu chronologia de rebus Scondiæ h. e. Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ atque una Islandiæ Gronlandiæque tam ecclesiasticis quam politicis a mundi cataclysmo usque ad A. C. 1612. gestis per Jo. Peringskiold Stockholmiæ a. 1700. & annis sequentibus in folio Tomis X. edita est. Tom. I. ab ipso mundi eluvio usque ad A. C. 1150. Tom. II. ab A. C. 1150. usque ad A. C. 1320. Tom. III. ab A. C. 1320. usque ad A. C. 1448. Tom. IV. ab A. C. 1448. usque ad A. C. 1520. Tom. V. ab A. C. 1520. usque ad A. C. 1560. Tom. VI. ab A. C. 1560. usque ad A. C. 1568. Tom. VII. ab A. C. 1568. usque ad A. C. 1592. Tom. VIII. ab A. C. 1592. usque ad A. C. 1612. Omnes in regnis septentrionalibus res gestas sive ecclesiasticas sive civiles enarrat, quibus A. 1703. accessit Scandiæ illustratæ Tomus IX. historiam sanctorum & Præsulum sive præclustrium hominum Scandiæ conversionem sibi vindicantium complectens & anno eodem Tom. X. accessit quæ chronologiam de rebus Venedarum borealium ad Scondiam jure pertinentium scilicet Finnonum, Livonum & Curlandorum ab ipso ferme orbis diluvio ad A. C. 1628. gestis continet. Cuilibet Tomo usque ad Tom. VIII. specialis dedicatio ad Gustavum Adolphum Sveciæ Regem præfixa est, in quibus portentosa varia, falsa, perniciosissimumque Suecorum in Danos odium perfidumque affectum redolentia effutiuntur, quæ si demantur & a nimio partium studio si abstinuisset auctor certe laudem laboris & diligentiæ suæ per viginti annos ceu ipse in prima dedicatione testatur huic operi impensæ omnino mererentur.

Cap. III. §. 2. p. 99. lin. 4. ad verb. Ducis cujusvis narratio. Diversa ab hac est brevis ac rotunda Regum Daniæ ac Ducum Slesvici ac Holsatiæ genealogia quæ annalibus episcoporum Slesvicensium a Jo. Adolph. Cypræo Colon. Agripp. 1634. 8. editis inserta est, ceu ipsa tituli annalium inspectio fusius docebit.

Ibid. p. ead. ejusd. §. fin. asservantur. Quibus denique addo genealogiam Regum & Principum chri-

christianorum in Dania ex codice Lagardianæ donationis Upsalienſi n. 12. excerptam & ab Erico Benzelio novæ Vastobii litis Aquiloniæ editioni Upsal. 1708. 4. vulgatæ adjunctam.

Cap. III. §. 3. fin. p. 101. observare licebit. Generatim notari poterit esse Islandis studium investigandi genealogias adeo familiare, ut nec ipsæ mulieres ab hoc studiorum genere excludendæ jure meritoque sint. Exemplum hujus rei sistit Ara multiscius in schedis suis, qui genus suum tam a Rege quodam Sveciæ nec non ab Imperatore quodam Turciæ deducit.

Cap. IV. §. 4. p. 109. ad not. (*) verb. Varillasius. Varillasii in historia Danica errores plures notavit Jo. Brunsmannus in specimine errorum ant. Varillasii Hafn. 1689. 8vo ut adeo mirer Reenhelmii perfrictam audaciam in notis ad Torstein Saga p. 108. scribentis: Nunquam in vetustissimis monumentis excepto Saxone reperias Sveones a Danis subactos fuisse, Danos vero ab illis sæpius.

Cap. IV. §. 11. p. 116. descriptionem hanc bipartitam chronologicam, quarum prior historiam generalem ab origine gentis usque ad A. C. 1660. posterior 24. tabulas æri incisas cum explicatione specialiori de urbibus & arcibus præcipuis complectitur.

Cap. IV. §. 12. p. 117. typis exscriptam, posteriorem editionem Venetiis 1561. Italico idiomate in octavo editam sub sequenti titulo memorat catalogus Londesianus p. 308. Istoria d' Olao d'Costumi & popoli Settentrionali delli genti della Gotia, della Norwegia, della Svecia appresso Francisco Pindoni. Editionem Italicam alteram Venetiis 1565. fol. editam memorat designatio Scaveniana p. 168.

Cap. IV. §. XIV. p. 119. Delineatio Hafniæ topographica, quo etiam commode referri potest Arnoldi Johannis relatio de incendio quod a. 1640. duas Hafniæ partes misere devastavit. Hafniæ 1661. 8. edita. Taceo libellum qui Hafniæ 1720. 8. prodiit sub sequenti titulo: *De Kongelicke* Residentz *Stadt* Kiopenhaven *som ligger i Enden af Oester Sönn und Orsund in Soedland i. Dannemarck begyendefe Opkomst ock endetell af dat sonder dier* passeret ab a. 1168 --- 1711.

Ib. p. ead. patenti excusa. Moenæ insulæ descriptionem vernaculam versibus Alexandrinis dedit Joh. Kaalund Christiani, Rector Scholæ Stiebbekopensis Hafniæ 1722. 4. plagg. 4.

Ibid. Fridericoburgensis cui jungendus est Mr. Blondel, qui ceu ex dedicatione apparet 1653. Hafniæ edita 4. La solitude Royale ou description de Friederichsbourg en vers plag. 22.

Cap. IV. §. XIV. p. 120. Carolus Ogerius una cum Nic. Borbonii ad legatum cl. Memmium epistolis hactenus ineditis nec non Caroli Ogerii poematibus quibusdam adjectis.

Ibid. editum est. illustr. Claud. Memmii comitis Quauxii ad septentrionis Reges legati in itinere comes Lutetiæ Parisiorum an. 1595. natus & an. 1654. d. 11. Augusti ætat. 59. denatus vir (teste fratre Francisco) qui inter bonos censeri mereatur, ab omni ambitione, livore, avaritia remotissimus, quem & perfectum Philosophum diceres ni morositas nonnihil ex ista laude detraheret.

Ibid. Gryphius de scriptoribus Sec. XVII. cui adde Baelium T. II. dictionar. p. 1164. & 1165. qui fidei ejus plurimum tribuere videtur cum quæstionem de non procliviori septentrionalium quam aliarum gentium in Venerem affectu, contra dominum de Baujou fusius paulo pertractat. Adde quæ de itinerarii hujus bonitate memorat T. III. Diction. p. 2984. not. Q.

Ibid. ab autore editus est antea Hafniæ, recusus una cum vita Jani Munckii Danice Hafniæ 1723. 8vo.

Cap. IV. §. XV. fin. p. 121. taceam. Cui denique addi meretur: La relation de trois ambassades de Monseigneur le Comte de Carlisle, quarum postrema iter in Daniam ad Fridericum III. Regem complectitur Amstelod. 1669. 12.

Cap. IV. §. XVI. p. 121. anonymi epistola ad nobilem quendam Germaniæ 1659. 4to edita, sive ut alia vice titulum mutavit: Anonymi historico politica deductio hodierni status Germaniæ, Franciæ, Angliæ, Daniæ, & Poloniæ Francof. 1658. 4.

Ibid. p. ead. Joach. Hagemeieri epistola, prior epistolæ editio statum Daniæ solum exhibens an. 1659. 4to edita sequenti titulo gaudet: Juris publici Europæi de Daniæ regni statu epistola prima. Huc etiam spectare videtur autoris anonymi epistola de ordine subditorum in regno Daniæ & inprimis de nobilitate 2. plag. in 4. edita, cui postea oppositum nobilitatis responsum ad famosum factiosi calumniatoris libellum, de ordine subditorum in regno Daniæ itidem sine autoris nomine & loco editionis 3½. plag. in 4to excusum.

Ibid. Ivari Hertzholmi liber de quo plura in sectione Criticorum ad historiam Danicam spectantium.

Ibid. dicendi locus erit. quibus denique addimus Friderici II. Regis Daniæ edictum, de certis conditionibus, quibus peregrini, hospitii jus in hisce regnis petentes, sint recipiendi, an. 1569. 4to publicatum editumque latine, Danice & Germanice.

Cap. V. Sect. I. §. 2. fin. p. 123. & evolvi possunt. De hoc Jonæ labore ita judicat Bircherodius Disp. VII. circa antiqu. Daniæ gentilis p. 412. Jonæ Rami Norwegia antiqua licet parvus sit tractatus, multis parasangis quoad primorum Regum rerum & genealogiarum ordinem Sturlæum antecedit.

Cap. V. Sect. I. §. 3. p. 123. THEODORICUS MONACHUS notatur ob errorem cap. 16. commissum ab Erico Benzelio in not. ad Vastovii vitam p. 20. NB. emendatur etiam & illustratur ibidem. confer indicem & not. ad autor. has emendat. & illustrat.

Ibid. p. 124. Monacho Nidrosiensi viro suo seculo doctissimo & Suerreris Regi synchrono.

Ibid. p. ead. definit autem in Haraldo Hybernensi, sive ut vult Torfæus in præf. ad hist. Norweg. in fine vitæ Sigurdi qui a suscepta primum ex Norwegia Hierosolymas usque peregrinatione Jorsalafare S. Hierosolymiæta dictus est. Causam quare opus illud suum non ulterius produxerit

xerit ipse hanc Theodoricus affert quod abhorruerit a diris calamitatibus, parricidiis & omnis generis sceleribus, quæ sequentia viderunt tempora stilo commemorandis, id quod ex ipsius sub operis finem verbis historiæ Norwegiæ Torfæanæ Part. III. lib. IX. c. 1. insertis, clare admodum liquet. Imo illum non multa ad manus habuisse scribendæ historiæ subsidia, præter Islandorum narrationes, atque adeo parum aut nihil diversum ab iis tradidisse ex ipsius ad Eysteinium archiepiscopum Nidrosiensem, cui opus suum dedicavit, verbis quæ in præfatione habentur abunde liquet. Sed utcunque ista se habent laudanda viri industria est, quod indigenarum ope destitutum ab exteris hæc didicisse non piguerit, nec illa quæ ad ipsius notitiam pervenerunt interire passus sit.

Ibid. pag. 125. ab auctore incerto, Dano procul dubio.

Ibid. p. ead. Regis Woldemari filii. Observat celeberrimus Torfæus profectionem hanc in terram S. non ut putavit Kirchmannus A. C. 1181. aut circa A. C. 1187. ut in titulo habetur susceptam fuisse, id quod ille literis Pontificis Gregorii VIII. Beneventani eodem an. 1187. quo Papa constitutus est scriptis opinabatur, sed dilatam eam fuisse ad minimum in quinquennium tantoque tempore apparatam autumat, in hist. Norw. P. IV. lib. I. c. 26. p. 71.

Cap. IV. §. IV. Sect. I. p. 126. Snorronis Sturlæi filii chronica. editionem alteram Hafniensem 1647. 4to excusam citat Langlett du Fresnoy in catalogo scriptorum ejus methodo historicæ subnexo, nescio tamen qua fide.

Ibid. p. 127. quas. etiam ex Peringschioldi præfatione novæ Storlæanæ historiæ præfixa.

Cap. V. §. 4. p. 130. brevius contraxisse. De versione Danica Petri Claudii & editione Wormiana ita judicat clariss. Peringskiold in præfatione ad editionem modo memorandam. Porro & id memorandum occurrit historiarum Snorronis aliquam partem an. 1599. in epitomen redegisse virum venerabilem Petrum Claudii, quod Danico idiomate confectum opus typis vulgari curavit Vir cl. Olaus Wormius Hafn. 1633. Omissis tamen poetarum carminibus, ex quibus ut pote priscæ vetustissimis testimoniis de dignissimis robur mutuata est historia, adeoque in breves interdum periodos coarctato sensu quasi data opera excluduntur ea, quæ ad gloriam gentis nostræ vergunt præcipue. Fatendum nihilominus laudatum modo Sturlonidæ interpretem Danicum, codice usum fuisse integro optimæque notæ, quandoquidem eas interdum repræsentat uberiores expositiones, quæ in nostris desiderantur exemplaribus. Proinde etiam commentationes illas in hac nostra editione minime negligendas esse rati sumus, quin potius minoribus characteribus, ut a reliquo discernantur contextu, eas expressimus.

Ibid. p. 130. Gudmundus Olai. A. 1652. nat. & 20. Decembr. 1695. denatus, cujus vitam scripta edita & affecta recenset Nicol. Dal in specim. Biograph. de antiqu. Svec. Holm. 1724. 4. edit.

Ibid. p. ead. Peringskiold archivi Holmensis Secretar. denat. 1720. d. 24. Mart.

Ibid. Svecici adsessor an. 1618. d. 12. April. nat. cujus elogia & scripta enarrantur in actis liter. Svec. Trimestr. III. p. 82. seqq.

Ibid. sed a Peringskiold correcta, ideo quod adhærescens patrii idiotismi consuetudo homini diligentissimo negavit versionem Svecicam, ea quæ fas erat stili puritate concinnare.

Ibid. Eller Snorre Sturle Rober Nordlændske.

Ibid. p. 131. Norwegiæ monarchicæ & christianæ, me obstetricante.

Cap. V. §. VI. pag. 132. Tormodi Torfæi historiam Regum & rerum Norwegicar. Titulus operis integer hic est: Thormodi Torfæi S. R. M. Daniæ & Norwegiæ &c. rerum Norwegicarum historiographi & in coll. Consist. Assessoris historia rerum Norwegicarum in quatuor tomos divisa, in qua præter Norwegiæ descriptionem, gentis primordia, instituta, mores, incrementa, & inprimis heroum & regum tam ante quam post monarchiam institutam successiones, eorumque domi juxta ac foris gesta, cumque vicinis gentibus commercia, genealogia item chronologia & quæcunque ad regni Norwegici illustrationem spectant singula ex archivis Regiis & optimis, quæ haberi potuerunt membranis aliisque fide dignissimis autoribus eruta luci publicæ exponuntur, cum indicibus & prolegomenis necessariis Hafniæ 1711. fol. ex typograph. Joach. Schmittgenii.

Cap. V. §. VIII. p. 136. Cambrica a veteribus scripta.

Ibid. p. ead. Francof. 1603. fol. edita apud Claudium Marnium.

Ibid. ab illust. Leibnitio vulgatorum n. 39. p. 578-629. ut Jo. Baptistæ Crophii dissertationem de Normannis Siciliæ Neapolisque Dominis Jenæ 1684. 4to editam, aliosque taceam.

Ibid. bibliothecæ historicæ Anglicanæ cap. IV. p. 41.

Ibid. p. 136. fin. §. exposuerunt. laudat autem Bedam, Asserium, pseudo Asserium, Ethelwerdum sive Elwardum Patricium, Seldenum, Sheringhamum, Spelmannum & alios, sed Johannem Picum, de Regibus Anglo Saxonum sive de Danis in Anglia dominantibus scripsisse in dubium vocat. adde Part. II. cap. 2.

Cap. V. Sect. II. §. I. pag. 138. fin. de Gronlandia differitur. Laborem Petri Claudii Undalini sibi plurimum profuisse fatetur Torfæus in præfat. ad histor. Norweg. hujus enim si modo versionem latinam & nonnulla suo aliter quam ipsius tempore constituta, per notas parentheseos ab illius verbis facile dignoscenda si excepta fuerint, in solidum partis primæ historiæ Norweg. librum secundum esse confitetur. Torfæus addit se reliqua, quæ in amantissimo cæteroquin scriptore & patriæ viro, tanquam minus in honorem gentis scripta, nonnulli fugillarunt, immutata haud quaquam duxisse, cum veritatis studio illum unice talia scripsisse certum sit. Nec credit in ignominiam nationis vergere posse, si dicatur in illa olim fuisse homines præ aliis insigniter barbaros atque effrenes.

Cap. V. Sect. II. §. III. p. 139. Gronlandiam illustratam. Titulus integer hic est: Norrigia illustrata *Eller Norriges und sine underliggende Lan-*

de oc der kort oc ſandferdege Beſkrivelſe: Hvor udi loffvir oc berömmit det Rikes Herrlighed Forfaren Konings Macht Stridbarhed oc Mandalighed Adel oc Konings Driſtighed Sande Religion *oc Gufrichtighed Korge oc Biſcops Stichder Gorſſmildhed Viſs lom oc Ruytfertighed Oygning oc Konſter Fruckt ſomelighed und Fiſcarie ſolff kobben oc jembringe Privilegien oc Kibmenſcop item Heye Klipper und erlike Fiſke oc bæſtar* &c. colligiret *oc ſamen ſcreven af* Jens Lauritz *ſohn* Wolff *bey Förer* Hafn. 1651. 4. 1. Alphab. 15. plag. In hoc libro, autor primum agit de Norwegia in genere, deinde hiſtoriam epiſcopatuum, Nidroſienſis, Borgenſis, Chriſtianienſis, Stavangrienſis & Ferroenſis exponit, deinde Islandiæ inſulæ deſcriptionem, cum ſolennitatibus homagii Friderico III. ab Islandis præſtiti exhibet, & denique a pag. 254. uſque ad finem de Gronlandia ejusque inventione & inhabitatione differit. Autor non *ἀυτόπτης*, Snorronis Sturlæ & P. Claudii chronica Norwegiæ plerisque in locis ſecutus eſt, novaque ſubinde eaque falſa & ſæpe inſulſa addens, quæ ab aliis orali traditione accepit, ut ſunt v. g. quæ in ſectione de Islandia pag. 209. de piſcibus monoculis pag. 210. de aquis venenoſis, de igne aquas & non linum abſumente, de ſaxis ſua ſponte motis, de oraculis p. 212. de Hecla perpetuo ignivoma p. 213. de vaccis ſibi ipſis ubera mordentibus, item de foro corvorum & ſpectris & p. 219. de foemina mortua ingentis magnitudinis in arena prope littus inventa, & p. 228. de viſionibus & Prophetiis refert. Nomina quoque propria virorum, locorum &c. utraque fere pagina confundit & corrumpit, ſic pag. 201. pro Madedder legendum Naddodus, p. 203. pro Skielſvande leg. Skialfande pag. 204. pro Faxoe lege Faxos pag. 205. pro Thorlof lege Thorolf, pro Torjolf Smor lege Torolf Smor, pro Irandeske lege Irlandeske, p. 219. pro Skrideraaſand leg. Skeideraaſand p. 238. pro Everaa, lege Egſarea vel ut vulgo Oxaraa, & quæ his ſunt ſimilia.

Cap. V. ſſ. V. p. 141. facile poterit. quorſum etiam procul dubio ſpectare adhuc videtur deſcriptio Norwegiæ, Islandiæ & Groenlandiæ, lingua Danica in folio conſcripta, & inter codices legationis Langardianæ, quos Hadorphius enumeravit n. 24 obvia, ad quam celeberrimus Hadorphius ſequentia notavit, titulus Danica lingua præfixus eſt talis: *Norgis Islands ock Gronlands Beskrivelſe Landzens Deiling Hand ock folgens Brock ock &c.* Reperiuntur duo adhuc opuſcula eidem volumini adnexa: *An Bergens* fundatie *ock Herrligkeid ock um fordem Kopſtæder udi Norge ſom er nyligen ſammen skriven paa Danſzka a. 1581. dem andern bog ær am Tydſkrivens framgang ock Borgerniß undertröckelſe 2 Endlicken Undervniſung om Findmarcken oc dev Handel.*

Cap. V. ſſ. VI. p. 141. commentatus eſt. Reliquiæ incendii Bergenſis ſive preſſior deſignatio tractatuum & ſchediaſmatum quæ incendio Bergenſi abſumta, reparare voluit auctore Cl. Severino Lintrupio exſtat Hafniæ 1704. 4to.

Cap. V. Sect. III. ſſ. I. p. 142. Arngrimum Jonam de quo poſt Mollerum omnino conſulendus eſt Bælius T. II. diction. voce Jonas.

Ibid. Reſenio teſte. Reſenium virum eruditum, memoria ſæpe deſtitutum fuiſſe vel ex hoc ſolo patebit, quod in præfatione ad Eddam 1605. editam annum Arngrymi emortualem 1649. exprimat, poſtea autem in præfat. ad Lexic. Island. 1683. p. 27. ſcribat, ſibi de anno quo Arngrymus obierit, non conſtare.

Ibid. doctum & de patriæ ſuæ antiquitatibus egregie meritum & an. 1649. defunctum.

Ibid. & in enucleanda hiſtoria patriæ ſocius. De hoc Gudbrando Thorlacio ſic etiam Arngrymus Jonas, in comment. de Islandia p. 65. ille ſcil. Gudbrandus, non modo ætatis ſuæ & poſteritatis ornamentum, qui præterquam, quod inchoatum opus, a prædeceſſore Olao ſibi relictum ducente S. S. optime ad eam, quam dedit Deus perfectionem deduxit. Labores ac diligentiam in aſſerenda veritate Evangelica, & Papiſticis ſuperſtitionibus abrogandis, etiam in hac patria ſua officinam typographicam primus Islandorum aperuit, cui idcirco patria inter libros complures in linguam vernaculam translatos etiam S.S. Biblia elegantiſſimis typis Islandica lingua in officina ejus excuſa, in æternum debebit.

Cap. V. Sect. III. ſſ. I. p. 142. mendacis cujus deſcriptio Islandiæ rythmis germanicis antiquis per Joachimum Leonem Hamburgi 1561. & ſæpius excuſa eſt.

Ibid. Hafniæ 1593. 1592. vult Reſenius.

Ibid. commentarium hunc Jonæ tunc typis ſtudioſi adhuc.

Ib. p. 143. mutatione religionis Islandorum agit. præfationem addidit Gudbrandus Thorlacius epiſcopus Holenſis in Islandia, unde collectores bibliothecæ hiſtoricæ Hamburgenſis, non ſine cauſa hariolantur, Jonam ſvalu Thorlacii laborem hunc in ſe ſuſcepiſſe, conf. bibl. hiſt. cent. VII. p. 253. id quod etiam in præfatione diſerte fatetur Thorlacius, qui Arngrimum honeſtam operam navaſſe judicat quod non modo ſcriptorum varias ſententias de rebus ignotis perpendere & invicem conferre, nec non ad veritatis & experientiæ cenſuram exigere, ſed etiam patriam a venenatis quorundam ſycophantarum morſibus vindicare aggreſſus ſit.

Ibid. Reſenius, in præfatione ad Eddam Snorronis.

Cap. V. Sect. III. ſſ. I. p. 144. factus ſum. Tribus autem libris Crymogæa abſolvitur I. agit de ſitu & appellatione Islandiæ, de tempore inhabitationis, de lingua, de primis Arctoi orbis incolis in genere, de moribus ſeu vivendi ratione, de forma reipubl. & religione ethnica, de muneribus publicis, de Nomotheſia, de legibus Monomachiæ & de mutatione religionis. Lib. II. aliquot celebrium Islandorum vitas cum tabulis genealogicis exhibet. Liber III. catalogum Regum ſeptentrionalium qui Islandiam rexerunt ab Haquino V. uſque ad Chriſtianum IV. ſiſtit.

Ibid. DANIELI *Fabricio* ipſa autem libri inſpectio Davidis prænomen refert.

Ibid. in Islandia ejus obvias, quas magna ex parte Bælius T. II. diction. una cum autoribus vernaculæ bibliothecæ Hamburgenſis recenſet.

Ibid. Hamburgum indicare voluerit. Conſtat enim epiſtolam hanc defenſoriam cum anatomia

Blefke-

Blefkeniana & Crymogæa junctim Hamburgi 1618. 4to editam esse.

Cap. V. Sect. III. §. II. p. 145. vocatus a. 1570.

Ibid. postea fecit nempe Lugd. Batav. a. 1607.

Ibid. p. 146. meruerit. Parum fidei Martinorianæ huic de Gronlandia & Blefkenii de Islandia narrationi tribuit Torfæus in præfat. ad Vinland. antiqu. p. 17. sic inter alia scribens: Gnarus, inquit, effrontis Bleokenianæ muscaque impudentioris Martinerianæ audaciæ quorum uterque itineraria sua in Islandiam & Gronlandiam (& hic posterior glorioſissimæ memoriæ Regis Friderici III. tempore eo se profectum nugatur, cum tamen nesciam an alter Islandiam certe neuter Gronlandiam unquam viderit) stupenda temeritate typis excusa evulgarunt apudque multos & hic quoque posterior apud cl. *Olaum Rudbeckium* fidem & æstimationem haud exiguam meruit. Portento simile est urbem insulæ Frislandiæ primariam tanta piscium copia abundantem exstitisse, ut Belgæ pariter ac Britanni, nec non Angli, Scoti, Dani & Norwegi copiose eos peterent, & insulani ex iis ingentes opes cumularent: nihil tamen in harum gentium annalibus de iis & ne vestigium de ipsa Frislandia & commerciis cum incolis iis usquam exstare; ne Norwegis quidem ausIslandis qui in illorum terra & aulis frequenter bella commerciaque exercebant constare, in ditione unquam fuisse Frislandiam sibique vi a Zichino ereptam, nec unquam (quod tamen Regibus insolens) non dicam recuperatam, sed ne quæsitam quidem aut ad obsequii reductionem tentatam.

Cap. V. Sect. III. §. III. p. 146. de Islandia & Gronlandia capitibus XII. constantem & Hamburgi 1639. 12. 2. plagg. recusum.

Ibid. §. IV. p. 147. editum, idem hic Runolphus Jonas Grammaticam Islandicam edidit Hafniæ 1651. quam plurimis in locis auctam recudi fecit Hickesius in Tom. I. thesaur. linguar. Septentr. addito dictionariolo Islandico.

Ibid. §. V. p. ead. dissertatio de Islandia sub præsidio D. Ægidii Strauchii habita & Witembergæ 1666. 4to edita ibidemque 1686. 4to recusa.

Ibid. §. V. p. 148. Islandicarum rerum cognitionem. Omnium tamen industriam procul dubio superavit Brynolphus Svenonius in relatione historica de rebus Islandicis quæ MSCt. in 4to latet inter codices La Gardianos collegio antiquitatum Upsaliensi legatis n. 16. in qua relatione quid veri quid falsi in descriptione hujus insulæ præstantissimi Geographi Gerardus Mercator & Jodocus Hondius prodiderint, strictim expenditur. Scripta est hæc relatio in Scaltholt australis Islandiæ parte a. 1647. d. 15. Jul. & summaria sequentia continet 1. nomen & etymon Islandiæ 2. Islandia an veterum Thule sit? 3. de situ Islandiæ 4. de aeris conditionibus 5. de graminis proventu 6. de animalibus 7. quod silvæ sint in Islandia nullæ 8. de imperio Norwagico in Islandos 9. de episcoporum potestate 10. Islandia quando inhabitari coepta 11. quod nullius Regis in Islandiam fuerit expeditio 12. quod in quadrantes distinguatur. 13. de fontibus in Islandia prodigiosis 14. de piscium copia 15. de montibus ignivomis. 16. de monte Hecla descriptio. 17. de larvis & lemuribus 18. de animabus defunctorum 19. de glacie 20. de sulphure 21. de habitaculis in cavernis montium 22. de coenobiis 23. de victu & moribus Islandorum. *NB.* hic mentio injicienda erit scripti Gislai quod penes me est, sub Christiani Wormii nomine citantur Hickesio in Grammatica Meso-Gothica p. 113. not. 2. Grammat. Island. p. 6. & 44. infra; Aræ Multiscii Schedæ de Islandia *Oxonii 1697.* 8. edita sunt. Editor C. W. Arnæ Magnæi & Junii scrinia, utroque tamen auctore non nominato compilavit, & opus hoc suum ob præmaturum ex Anglia discessum non absolvit p. 171. seqq. apparet dissertatio erudita de vita Aræ Multiscii p. 176. e bibliotheca academiæ Hafnienſis inseritur Leonis X. Pontificis ad Christiernum II. Regem Daniæ a. 1517. scripta epistola, qua ab eo poscit libros raros, Romanorum historias continentes & quosvis alios libros antiquos sui regni, ex qua patet, ut inquit editor C. W. quod delata fuerint pleraque omnia quæ ad antiquitates Danicas e tenebris eruendas faciunt documenta. p. 120. seqq. Reenhelmium indigne tractat & p. 16. Aram inter Septentrionales scriptores primum vocat, & exemplar ad quod editum est Oxonienſe propria ejus manu conscriptum memoratur, liber ipse absolvitur capitibus X. *NB.* de Aræ Islandia conf. Torfæi præfationem ad Gronlandiam antiquam.

Cap. V. Sect. III. §. VII. pag. 149. Orcadum insularum. Robertus Jamesius item de Orcadibus scripsit testibus act. erudit. Lipsienſ. 1705. mense Aprili p. 159.

Ibid. p. ead. veterum Thule. Observandum hic est eam descriptionem quam Jacob. Wollace filius paulo auctiorem 1700. edidit, a patre ejus Jacobo antea Sibbaldi svasu ad complendum Scotiæ theatrum elucubratam & Edinburgi 1693. vulgatam fuisse, ceu referunt Act. erudit Lipsienſ. 1705. mens. April. p. 159. seqq.

Ibid. p. 150. Orknu Saga, Orkneygma sogu.

Cap. V. Sect. IV. §. I. p. 150. 1608. 8vo edita ibidemque 1726. in 8vo plagis 8. recusa.

Ibid. pag. 151. Gronland antiqu. p. 5. Plura sine dubio de rebus Gronlandicis occurrunt in annalibus Gronlandiæ lingua antiqua in 8vo conscriptis quorum mentio fit in designatione MSCtorum La Gardianorum sæpius memorata n. 21 continentur nempe in iis teste Hadorphio, ea quæ a prima occupatione Gronlandiæ per Norwegos a. 986. ad annum usque 1473. gesta sunt nec non memorabilia quæque de populi istius statu ecclesiastico politico & oeconomico. Autorem horum annalium circa annum 1623. vixisse fuit hariolatus Stephanius in nota propria manu hisce annalibus adjecta.

Ibid. p. 151. historiæ Gronlandiæ. Audiamus de hoc Arngrymi Jonæ labore ita differentem Resenium in præfat. ad Eddam plag. I. & K. Arngrymi liber de Gronlandia in Crymog. p. 149. seqq. citatus nondum editus est, quibus inter codices MSS. Arimei (p. m. Jo. Pauli Resenii quondam episcopi Seelandiæ) repertus hodie in instructissima & vere Regia Regis nostri Friderici III. bibliotheca exstat, una cum nova Gronlandiæ tabula A. C. 1606. propria manu episcopi Island. Domini Gudbrandi Thorla-

Thorlacii delineata. In hoc tractatu aliorum ſententias qui in ſuis inſularum deſcriptionibus, etiam Gronlandiam attigerunt ſollicite paſſim obvias non conquiſivit, in quorum manibus Saxo Grammaticus, Münſterus, Cranzius, Mercatoris mappa, Friſius, Zieglerus, Reinholdus, Neander, Nigritius & alii ſcriptores verſati ſunt, ſed ea ſummatim collegit quæ in Islandica gente hiſtoriarum ſtudioſi de Gronlandia ſua lingua memoriter tradiderunt, quæ in hoc genere perquam exigua ſunt & rara. Tractatus hic XI. capitibus conſtat, quorum 1. Gronlandiæ geographiam aliqualem continet 2. Gronlandiæ topographiam habitabilem & naturalem. 3. Gronlandorum reipubl. formam 4. Gronlandorum religionem 5. actus aliquot diverſos quibus res Gronlandiæ nonnihil attinguntur & illuſtrantur 6. nonnulla de Tormodo quodam Islando olim Regis Norwagiæ Olai Craſſi aulico 7. Ruffi cujusdam Islandi geſta in Gronlandia 8. geſta in Gronlandia ab a 1120--1131. 9. quædam de Hellulandia, Marcklandia & Winlandia 10. de Gronlandis qui Winlandiam ſecundum petunt 11. auctores Gronlandiæ & Winlandiæ complectitur.

Ibid Peyrerium Gallice Peyrerii hæc Islandiæ deſcriptio habetur in faſciculo itinerariorum ſeptentrionalium, ſequenti titulo ed. Recueil de Voyages du Nord Amſterd. 1715. Tom. I. ubi quoque ejusdem Peyrerii de Gronlandia apparet teſte Clerico in bibliotheca veteri & moderna T. IV. 1715. p. 451.

Ibid. pag. 151. Henricus Sivers natione Hamburgenſis an. 1691. d. 10. Jul. Profeſſor gymnaſii patrii defunctus.

Cap. V. Sect. IV. §. III. p. 152. verteutſcht durch Henrich Sivers Hamb. 1674. 4to. Contenta hujus relationis duobus libris comprehenſa, breviter enarrant autores bibliothecæ hiſtoricæ vernaculæ Hamburgenſis Part. V. artic. C. p. 334. ſeqq.

Ibid. p. cad. cl. Struvius p. 728. ut Nic. Chriſtophori chronicon Gronlandiæ rhytmis Danicis conſcriptum & Hafniæ 1608. 8. editum h. l. taceam.

Ibid. ſſ. V. p. 154. inveniendum. confer quæ de hoc itinerario ſupra ad cap. IV. §. 15. dicta ſunt.

Ibid. ſſ. VII. p. 155. exhibet. Ex ejusdem Capelli muſeo, latine prodiit hiſtoria navigationis Martini Forbiſſeri Angli Prætoris ſive Capitanei A.C. 1577. Majo, Junio, Julio, Auguſto & Septembri menſibus, juſſu Reginæ Eliſabethæ ex Anglia in Septentrionis & occidentis tractum ſuſceptæ, ephemeridis, ſive diarii more conſcripta & ſtilo, triennioque poſt ex gallico in latinum ſermonem a Jo. Thoma Freigio translata & Norimbergæ ante annos 94. cum præfatione utili obſervationibus aliquot & appendice edita, denuo prodiit e muſeo D. Capelli P. P. Hamburgenſis 1675. 4. verſionem hanc Freigius Domino Hieron. Paumgartnero reipubl. Norimb. Septemviro & Scholarchæ gymnaſii Altdorfini inſcripſit & dicavit.

Ibid. p. cad. & ſſ. itinerarium. Gallice itinerarium hoc Martinianum verſum eſt, in libro Amſterd. 1715. 12. ſub hoc titulo edito: Recueil de Voyages du Nord, contenant divers memoires tres utiles au commerce & à la navigation, tomo videlicet ſecundo ceu me docet Clericus in bibliotheca veteri & nova gallico idiomate vulgata 1715. Tom. IV. p. 451.

Ibid. p. cad. unquam viderit S. von V. *Beſchreibung Grönlands mit ſchönen Kupfferſtücken Nürnberg 1679. in 4.*

Ibid. §. VIII. p. 156. tomo rerum Germanicarum Schardii inſerta eſt C. G. Zorgdragers bloeyende Opkomſt der aloude en heden dagſche Gronlandſche Viſchery, mit ene hiſtoriſche Beſchriving der Nordere geweſten en alt aanmerklykſte in de Ontdekking deezer Landen en in der Viſchery voorgevallen door A. Morbach met Kaarten Amſterdam 1720. 4to & Lipſiæ 1723. 4. germanice.

Cap. V. §. X. pag. 158. Arngrimi Jonæ, contenta commentarii Arngrimi Jonæ de Gronlandia recenſentur a Reſenio præfat. ad Eddam.

Cap. VI. §. IV. p. 161. in hypommem. ad h. l. edita tamen ſunt Hafniæ 1705. ſub hoc titulo: *Kong Svend Harալds Søn Tvn-Skog udi en kort Hiſtoriſon tilſommen ſcreven af anders Sovvenſſön verdot til trecken for trenend af den ſalig Manns dater Daattes Söbn.* plag. 17.

Ibid. §. V. pag. cad. ÆLNOTHUS *monachus Cantuarienſis,* ſive ut in epilogo MSC. Hafnienſis ſine diphthongo ſcribitur Alnothus.

Cap. VI. §. V. p. 162. non vero Lubecæ, priorem Huitfeldianam editionem mendis quamplurimis ſcatere, quæ & in codice MSCto ſatis multa occurrere teſtatur, propterea ſe denuo operi manum admoviſſe, & corrupta paſſim loca inter deſcribendum obvia, correxiſſe; capitibus hiſtoria hæc abſolvitur XXXV. quibus præter anonymi de paſſione S. Caroli Ducis Flandriæ, S. Canuti Regis Daniæ filii, relationem, capitibus XI. incluſam, ſubjiciuntur ejusdem Meurſii ad Alnothum notæ, una cum indice rerum & verborum in notis contentorum a pagina 93.--123. In notis ad prooemium obſervat Meurſius, poſterioribus ſeculis Daniam Daciam, & Danos Dacos dictos fuiſſe, id quod ex Galfrido Monumetenſi; Petro Abbate Cellenſi, & aliis ejus notæ hiſtoricis probat. Conjicit tamen ex Felice Fabro, Ænea Sylvio proprie Daciæ nomine Cimbriam appellatam fuiſſe. Reliqua a cl. Meurſio notata, aliis obſervanda recenſendaque h. l. relinquo.

Ibid. p. 163. greſlick. Baar. &c.

Deweile em to lachede de lückſeelige Tydt,
So want he ſo mennigen groten Stritt,
Man do ſin Tydt umme quam,
Do ward he macket all dögen tamm,
Wem behagt to weten düſſe Wort,
De leſe mit Flit düſſe Schrifft fört,
Up dat ick juw anviſe und lehre,
So is idt ſchehn na de Boohrd unſes Herre,
Duſend twe hundert minn een Jahr (1199)
Do quam de Koning von Dænnemarck dar,
Canutus *war he genömed,*
He hadde ſick des Vaken vervömet &c.

Cap. VI. §. VIII. p. 165. mihi licuit. Certamen pro virgine Thora Borgarhiortur a Rege Danorum Regnero Lodbrog ſuſceptum diſſertatione peculiari antiquario-Heraldico-critica illuſtravit Fridericus Lysholm, reſpondente Eraſmo Hammero Hafniæ 1711. in 4to.

Cap

Cap. VI. §. IX. p. 166. Oddum Monachum, de quo jam p. 76. egimus.

Ibid. §. eod. & p. 1690. 4to. Utrique tomo additus est index & ad finem Tomi II. apparet appendix sive additamentum, ad historiam Olai Tryggonis continens quædam omissa in ipsa historia, præsertim ea quæ post cædem & discessum Olai contigerunt. Sunt autem ea 1) fragmentum de Erico comite Haconis filio 2) divisio Norwegiæ post pugnam Swoldensem 3) historiola Onni Storolfi filii 4) historia Halfredi Scaldri cognomento difficilis (de quo in ipsa historia P. 2. p 77. seqq. agitur) 5) historia Sigmundi Bresteris filii (de quo Torfæus in Fereyen) 6) Fragmenta exigua de Sinaro Tambaskelfero (i. e. ilia concussantis) de moribus Erlingi Skealgi filii, de rebus gestis comitum Erici & Svenonis.

Cap. VI. §. X. p. 166. historia S. Olai Norwegiæ Regis Gothica sive annales S. Olai Regis Norwagiæ in membrana scripti a Laurentio Burel concinnata & latina ab Olao Verelio adornata & notis illustrata.

Ibid. Svecico & notis illustrata. Fragmentum hujus historiæ ipse edidit Olaus Verelius. a. 1665. Fragmentum historiæ Olai Tryggonis an. 1665. Upsaliæ edidit Olaus Verelius, quod ipsum fragmentum inter codices membranaceos, collegio antiquitatum Upsaliensi a comite de la Gardie donatos, exstat n. 4. fol. ceu ex catalogo hujus legati edoceor. Historia de Haldano cognomento Nigro Rege Oplandorum in Norego translata & lingua veteri toti olim Septentrioni fere communi in latinam a Thorarino Ericio Islando Hafn. 1658. plag. 2.

Cap. VI. §. X. p. 166. Hafn. 1650. fol. edito præfixo. Nescio an ab his S. Olai annalibus diversi sint annales Norwegici MSC. Loccenio in indice Codic. MSStor. memorati, quos in Svecicam linguam versos, suis sumtibus edi curavit illustriss. R. Drotsetus comes Petrus Brahe, quemadmodum testatur Loccenius l. c. annales hi Norwegici MSC. a Jona Rugmanno in modernam linguam Svecicam conversi & editi lingua antiqua Islandica conscripti sub titulo *Konunga Sagarun* inter MSC. a comitis Magni Gabrielis de la Gardie collegio antiquitatum Upsaliensi legata exstant teste *Jo. Hadorfio* in donatione testamentaria comitis de la Gardie Holmiæ 1672. fol. excusa n. 3 fol.

Ibid. §. XI. pag. ead. editque ex Islandico sermone in latinum translata.

Ibid. Hafn. 1658. 4to. plag. 2. historia duorum Regum Hedini & Hugonis ex antiqua lingua Norwegica per Jonam Gudmundi latine versa, subjecta est historiæ Katilli Hengii & Grimonis Hirsutigenæ quam ex antiqua lingua Norwegica in latinum translatam per Isleifum Torleifum vulgavit Olaus Rudbeckius Upsal. 1697. fol.

Ibid. p. 167. Italicam appellat. Gallica forsan autenthica versio est quæ Amstelodami an. 1695. in 12mo prodiit sub titulo: Histoire de Ildegerte Reine de Dannemarc, germanice versa historia Ildegardæ prodiit Hanoveræ & Guelpherbyti 1698. 12.

Ibid. pag. ead. & Regum Daniæ, ut testamentum Magni Regis Norwegiæ ob restitutam regno suo justitiam Lagabæter dicti A. C. 1272. conscriptum & Hafniæ 1719. 8vo typis Wielandianis ab Arna Magnæo 2. pl. editum h. l. taceam.

Cap. VI. Sect. II. §. I. pag. 168. lucem viderunt. Ejusdem Mich. Beuteri exstat: *Kurtz begriffene Anzeigung von Leben und Weesen der Könige zu Dännemarck Schweden Norwegen* Basileæ 1587. fol. hic de Andreæ Hoyeri historia agendum, promisimus enim hoc cap. I. Sect. II. §. 20.

Ibid. §. 2. p. 170. erecta. De Christiani I. electione in Regem Daniæ particularia varia ex Trazigeri chronico collegit Fellerus Tom. IX. monumentorum ineditorum.

Ibid. §. 3. pag. ead. Regis Danorum ab an. 1481. ad an. 1513. regnantis.

Ibid. Professoris chronicon sive historia.

Ibid. Magni Gothi Jo. Magni historia Gothorum Sueonumque prima vice Romæ 1554. fol. & aliquoties postea edita, prostat.

Ibid. §. 3. p. 171. Petro Parvo sive ut hariolatur antagonista autori Personato libri suppositicii.

Ibid. pag. 173. fin. §. 3. Jacobus Boetius, diversus plane ab hoc est Matthias Boetius, cujus de cataclysino Nordstrandico commentariorum libri III. ad illustrem Principem Holsatiæ Fridericum exstant Slesvici 1623. 8.

Ibid. §. 4. pag. 174. Catalogus Thuanæus. In bibliotheca academiæ Hafnienfis editio hæc Krantzianorum chronicorum Francofurtensis manu viri summi Ottonis Kraagii subinde in margine: Inter has notulas singulare plane mihi visum fuit, historiam crudelitatis Christierni II. quæ huic editioni adnexa, & antea cum Ziegleri Sconia edita est, a Kraagio, non Zieglero sed famosissimo Sueonum historico Johanni Magno (quem scurræ Upsalienfis seu potius Cretensis elogio mactat) tribui jure an injuria, nunc quidem definire non audeo.

Ibid. §. V. pag. 175. Cornelii Duplicii Scepperi Noviportuensis.

Ibid. pag. ead. Lubecensium articulos quibus susceptis adversum eum belli rationem præscribunt.

Ibid. Duplicii Scepperi responsio. Bina Cornelii Duplicii Scepperi scripta hæc pro Christiano II. edita, male inter scriptores historiæ germanicæ in catalago Cordesiano pag. 307. relata esse obiter hic saltem notamus, quicquid etiam de catalogi hujus ἀκριβείᾳ nugentur alii.

Ibid. p. ead. an. 1524. 4. per typographum Melchiorem plagulis XIV. vulgata.

Ibid. pag. 176. Patruelis Christierni calumnias.

Ibid. Vindingium, hic Pii Servilii Ligurini tractatus non omittendus.

Cap. VI. Sect. II. §. V. p. 176. No. 29. in quarto. (6) Literæ excusatoriæ Friderici electi Regis Daniæ ad Electores & Principes quibus clare indicatur, qua ex causa adactus sit, se cum Christiano II. aliquando Rege Daniæ in apertum bellum immittere 1523. (7) causæ cur Reverendissimi in Christo nobiles, episcopi, Prælati, Barones, equestris ordo, oppida atque omnes incolæ regni Daciæ juramentum, subjectionem, fidelitatem,

juramentum Regi Chriſtierno renunciaverint & illuſtr. Fridericum Regem ſuper totam Daciam elegerint. Utrumque legere licet in J. P. de Ludewig reliquiis MSCt. Tom. V. p. 308. ſeqq.

Ibid. pag. 177. & Gothorum Friderici I. filiam Ulrici Ducis Mecklenburgenſis conjugem Eliſabetham oratione funebri laudavit D. Chytræus quæ oratio funebris Roſtochii 1586. in quarto edita proſtat. De laudibus ejusdem Eliſabethæ Cimbricæ libro ſingulari egit Joh. Caſelius Roſtoch. 1586. 4. Conciones funebres germanicas vulgavit Andreas Celichius Superintendens Mecklenburgenſis & D. Simon Pauli Theologus Roſtochienſis quæ anno ſupra memorato in quarto typis exſcripta leguntur.

Cap. VI. Sect. II. §. VII. p. 178. alphabetico ordine digeſtus, majorem hiſtoriæ Chriſtiani III. lucem attuliſſet, ſi promiſſis ſtetiſſet, Vir excellentiſſimus Chriſtianus Reitzerus S. R. M. conſiliarius Juſtitiæ J. U. P. P. & collegi Elerſiani Ephorus qui hiſtoriam Chriſtiani III. a Nic. Kraagio olim memoratam pollicitus eſt.

Ibid. §. VIII. p. ead. Sanderupii hiſtoria Chriſtiani III. MSCt. Hafniæ paſſim latet.

Ibid. §. eod. p. 179. prelo ſubjectas, nec non anonymum cujus hiſtoria vitæ Chriſtiani III. Daniæ Regis, a Bartholomæo Chriſtiano Richardo Bibliothecario Jenenſi inter aliquot Principum vitas ab anonymo conſcriptas edita eſt Jenæ 1706. 8. quibus omnibus denique ſubjungas ſcriptum vernaculum quod ſub titulo: *Een wahrhafftig ende Gelofwerdig Bericht van dem ſeeligen Afſchede Königs* Chriſtiani III. prodiit Hamburgi 1559. 8vo.

Cap. VI. §. IX. Sect. II. p. 180. Nicolai Kraagii. Kraagii hiſtoriam Chriſtiani III. propemodum edendam fore ope V. C. Chriſt. Wormii narravit 1725. Dn. Schröderus conſiliarius Juſtitiæ.

Ibid. §. X. p. 183. & aulam deſcripſit. Prænomen ſolum ſub titulo Jacobi Nobilis Dani Hodeporici Ruthenici memorat catalogus Cordeſianus p. 210.

Ib. §. XII. p. 185. ab aliis inter quos eſt Mollerus ad Bartholin. p. 201.

Ibid. §. XIII. p. 186. vulgavit Wittebergæ absque anno editionis.

Ibid. ead. pag. Wittebergæ 1589. 4to nec non Hafniæ 1693. 4to.

Ibid. Olai Petri Regioſtadani.

Ibid. exſcriptum typis Laurentii Benedicti plag. X.

Ibid. §. XIV. p. 189. ſedulo collegit cui adde 7. Laur. Axelſonii Paſtoris in Septentrionali Jutia hiſtoriam pleniorem belli Dithmarſici MSCt. de qua conferri merentur Novell. literar. Dan. anni 1725. p. 101.

Ibid. §. XV. p. 190. res Friderici II. NB. referatur huc controverſia de Formula concordiæ ad Frider. II. combuſta inter Hoyerum & Elſwigium agitata. Cum Elſwigio narrationem contra Roberti Hoſpiniani calumnias falſitatis poſtulat Leonh. Hutterus concord. conc. cap. XXXV. p. m. 942.

Ibid. p. 190. belli ſeptennalis Relation *vom Feldzug* a. 1567. lingua germanica conſcripta plag. 21. conſtans, inter cimelia Reitzeriana ſervatur,

Ibid. ead. p. 190. ſ. XV. Friede. Feide.

Cap. VI. Sect. II. §. XVI. p. 191. latet n. 28. 4. deſcriptaque inter cimelia mea hiſtorica ſervatur. Petri Marcilii Biturigis Galli hiſt. MSCt. latin. Lutet. Paris 1566. menſe Novembr. ſcriptam, de cauſis belli inter Svecos & Danos Frideric. II. nempe & Eric. XIV. a. 1563. ſuſcepti, ex bibliotheca comitis de la Gardie Sveciæ cancellarii ſibi communicatam laudat Jo. Loccenius in indice actorum & codic. MSCt. quibus in adornanda hiſtoria Svecica uſus eſt, quæ poſtea inter codices MSCt. Upſalienſes Lagardianos recenſetur n. 49.

Cap. eod. & Sect. §. XVI. p. 192. Hafniæ 1580. 4. excuſa eſt. Omitto fundationem Scholæ trivialis Fridericoburgenſis a Friderico II. Rege A. 1586. d. 31. Junii factam, cujus mentionem facit catalogus MSCtor. Lagardianorum Upſalienſ. Hadorphianus n. 42.

Ibid. §. XVIII. pag. ead. filii natu minimi, Haderslebiæ A. 1583. menſe Julio nati.

Ibid. §. XIX. p. 193. tydſan tydſke.

Ibid. — bles. blef.

Capitis & Sect. ejusdem II. §. XXI. p. 195. Martin. Scavenium. Diverſus ab hoc omnino eſt Laur. Nic. Scavenius A. 1590. Rector Scholæ Haſnienſis, poſtea a. 1594. in acad. Hafn. Profeſſor deinde Paſt. Tombeyenſis in Amagria, hinc Epiſcopus Stavangr. vid. Vinding acad. Hafn. hiſtor. p. 194.

Ibid. §. eod. p. 196. impreſſa 8. Bartolum Bartholinum cujus oratio in exceſſum Chriſtiani IV. ex publico mandato, in celeberrimo Hafnienſium athenæo XI. Calendar. Decembr. 1648 edicta prodiit Hafniæ eod. anno in fol. junctis epiced. plag. 20.

Ibid. §. XXII. p. 196. quod Lubecæ anno reſtitutæ Salutis

HoLfatIa DIthMarsIa sLesVIgIa & IVtIa
sVperantVr.

Ibid. §. eod. p. 197. ſit ferienda. Sunt autem rationes octo quibus nititur profligatiſſimus nebulo ſequentes: 1. quia Rex Daniæ enormiter deliquit, Imperatorem absque ulla prorſus cauſa provocavit, vel potius per crines invitiſſimum traxit, unde ſumtus & damna, quæ omnibus ſuis divitiis & ditionibus reſarcire nequaquam valet nec non pericula extrema Imperatori totique Imperio. 2. quia ipſi quantumvis juranti nunquam haberi fides poteſt. 3. quia licet ditiones ipſi ex gratia coarctarentur nihilominus non minus quam hactenus imperio, Regi Hiſpaniarum, Regi Poloniæ, aliisque plurimum nocebit. 4. quia hæreſis qua infectiſſima eſt Dania nunquam quieſcet, unde hac occaſione neglecta extrema pericula, & noviſſima pejora prioribus certiſſime timenda forent. 5. Quia DEVS eſt, qui pugnat, quod patet ex toto decurſu belli, eccleſiamque hoc modo reſtitutam, exaltatam, & oves abductas, ad ovile revocatas vult. 6. Quia regna Daniæ & Norwegiæ nec non magna pars Holſatiæ, Ditmarſiæ & ducatus Sleſvicenſis jure ad Auguſtiſſimam domum Auſtriacam pertinent, modernus vero Parens & Avus & Proavus meri uſurpatores fuerunt. 7. Jam nefandum ſcelus, quod DEUM, eccleſiam, Regem, clerum, & populum, cultu, bonis, regno, honore & vita, mediisque ſalu-

ris

tis spoliare non dubitavit, tenetur Imperator (ubi enim alias justitia in terris?) punire. 8. hoc modo & non alio, factio Palatinica dissolvetur, Hollandi & Sveci rebelles ad mentem & cor ut redeant, induci & quidem facili negotio poterunt.

Cap. VI. Sect. II. §. XXIII. pag. 198. stipendia meritum fuisse. Huc etiam pertinet Gundæi Rosecranzii Soterion quod Regi Christiano IV. pro salute & restitutione patriæ expulsis tribus potentibus, iisque instructissimis Svecorum classibus, purgatisque maribus septentrionali & Balthico obtulit Hafn. 1644. fol.

Ibid. §. eod. p. 199. obviam. Nec non Johannis Loccenii historiæ Svecanæ Francofurti 1676. 4to editæ annexam.

Ibid. ad §. XXIII. p. 200. Archi Decanum Ripensem an. 1612. conscripta. Historiske relation *om dem Krieg ock Frieden under König* Christian IV. *ock Koning* Carl IX. *begynnt im Maii a. 1681.*

Ibid. pag. ead. §. eod. Broderus Bircherodius. Idem hoc bellum Gallico idiomate descripsit Julianus Peleus advocatus parlamenti Parisiensis, ediditque sub sequenti titulo: histoire de la derniere gverre de Svede en la quelle sont amplement decrits touts les Sieges, combats, rencontres & battailes des Suedois contre les Danois ensemble leur paix par l'entremise du Roy de la grande Bretagne à Paris 1631. 8. pl. 23. Auctor relationibus dubiis & interdum aperte falsis, nimium fidens, non ubique veritatem profitetur, sed pluribus in locis solidis probationibus destitutus hallucinatur, immo scurrarum in morem hallucinatur. Huc inter alia pertinere videntur quæ nugivendulus Gallus p. 35. de causa odii inveterati inter Danos & Svecos in medium profert, quam calumniam de inveterati odii causa, nempe occiso Holgone Danorum Rege, summam Imperii cani latranti Rachoni nomine ad ignominiam gentis commissam fuisse, refutavit dudum Petrus Parvus Rosæfontus in retorsione adversus Jo. Gothum p. 17. Ejusdem farinæ & veritatis est cum p. 36. Daniam vicibus novem a Svecis subjugatam esse affirmat, id quod testimoniis autorum aliorum p. 109. notatis examussi contrariatur. Nec pauca de hoc bello notatu digna videre & recognoscere licebit ex Petri Winstrupii Theol. Doct. & Scaniæ episcopi tractatu, quem sub titulo sequenti edidit: Belli Svecico - Danici Θαυμασια seu opera mirabilia proxima belli tempestate ab admirabili DEO in Dania patrata, solenni gratiarum actione decantata publicis laudibus celebrata & sine chartis recitata in synodo Lundensi vern. 14 April. a. 1646. a Petro Winstrupio Hafn. 1646. 4.

Cap. VI. Sect. II. §. XXIV. pag. 201. C. Erasmi Brochmandi Seelandiæ episcopi oratio, qua Christiani V. Daniæ Norwegiæque Regis electi antiquum & clarum genus, heroica indoles, accurata educatio, virtutes dignæ Principe, felix conjugium, beatus denique obitus, stricte enarrantur.

Ejusd. cap. Sect. II. §. XXV. pag. 203. quibus 7. Jac. Sceffleri gratulatio ad Fridericum III. cum Daniæ Rex crearetur, Hardervici Gelrorum 1648. fol.

Tom. IV. de Westph. monum. ined. Rer. Ger.

Ibid. §. XXVI. Friderici III. 7. arctos pullata tumulo Friderici III. Danorum Norwegorumque monarchæ illacrymans auctore Olao Borrichio Hafn. 1670. f.

Ibid. p. 204. Bericht *von der denckwürdigen Sache so vermittelst ordentlichen* processes *mit* Dina &c.

Ibid. pag. ead. §. XXVII. latine. Danice prodiit sub titulo: *Hoy trengende Keris Forsvar imod den* publicerte *ufand fertige Kiobenhafens Beretning anlangende* Dinæ *ock Walters Sag.* 1652. 4. plag. 18. Latine prodiit sub titulo sequenti: Cornificii Uhlfeldii magistri palatii regni Daniæ apologia, relationi Hafnienti falsissimæ, quæ in publicum prodiit, opposita qua Dinæ & Walteri causam inordinato processu ibidem 1651. agitatam, nolens volens publice demonstrare coactus est. Cui subjunctæ sunt causæ quæ necessitatem ipsi imposuerunt & adegerunt ut ad tempus Dania excederet, scripta est apologia die 12. & 14. April. 1652. Strahlsund & eodem anno in 12. juxta exemplar in Germania excusum edita est. Causas discessus ipse Uhlefeldius in fine fere tractatus his verbis repetit & enarrat: Quod itaque contra pacta stipulata, arresto obstrictus fuerim, quod Dinæ confessio per plures menses occultata & celata, quod contra leges, clam me, examinata, quod jus meum prima vice secundum leges ipsam citandi, ereptum mihi fuerit, quod milites armis & bombardis tribunalia obsederint, quod regni Senatores inaudito plane more & contra consuetudines judicio civitatis se immiscuerint, quod Dinæ citatæ contra jura comparere non licuerit, quod eadem ut captiva mea per vim mihi negata fuerit, quod Regia Majestas illegitimo mandato a Georgio Rosencranzio in judicio producto, inter causam meam & Walterum se interposuerit, quod testes mei adversus leges mihi prærepti, quod episcopus ut adversarius meus judex mihi constitutus, quod Regiæ literæ contra me Waltero illegitime concessæ, quod in episcopi Walteri & Langemackii causa iniquissimæ sententiæ pronunciatæ una cum ignominia in me meosque redundante, quod Dina quo pacto conjuratio illa in nos conflata esset, fateri coacta non fuerit, quod in captivam meam postquam supplicio addicta esset secundum leges jure meo uti non licuerit, quod in causa mea fratribus & cognatis audientia nomine Regio negata fuerit; hæc, inquam, omnia ut patriam dulcissimam tandem relinquerem, me compulerunt.

Cap. VI. Sect. II. §. XXVII. p. 205. & enarrantur. Michael Achard Rousseau Escuyeur Sieur de la Valette, nouvelle historique intitulée le comte de Uhlefeld imprimée a Paris 1677. 8vo 2. Tom. hujus autorem perpetuum comitis Uhlefeldii encomiasten & panegyristam vocat Bælius loco mox allegando p. 2981. not. C.

Ibid. modo adducta, quibus adde: Memoires de Chamit Tom. III. a p. 292 -- 295. & quibus adde Baylium in diction. hist. Critico, T. III. p. 2981. seqq. voce Uhlefeld & quam ibidem sæpiuscule citat Sorbierii relationem de regno Anglicano, qui tamen ob nimium in Uhlefeldium affectum & partis studium, urgente Regis Daniæ in Gallia

miniſtro, relegatus eſt, quemadmodum teſtatur Bælius l. c. not. D. qui The diſe of count Uhlfeld Great-Maſter of Denmark and of thee Counteſſ Eleonora his Wife Done ut of Frenſch with à Supplement thereunto and tho account of Dennmark formerly published Lond. 1695. plag. 11. autor in dedicatione ad Ducem Montauſierium Delphini gubernatorem vocatur Rouſſeau de la Valette.

Cap. VI. §. XXIX. p. 207. Petri Winſtrupii Theologiæ Doctoris & Scaniæ epiſcopi.

Ibid. p. ead. cum figuris æneis vulgato cui adde Philippi Meadovii (ceu ex dedicatione apparet) tractatum Anglico idiomate ſub hoc titulo editum: A Narrative of the principal actions occurring in the wars betwixit Sueden and Dennemarc, bofore and efter the Roſchild Treaty: with the Conſuls and Meaſures by which thoſe actions were directed &c. &c. Lond. 1677. 8vo.

Cap. VI. ſſ. XXX. p. 210. ſeparatim Hafniæ 1660. in 4to excuſum Danice.

Ibi I. offenduntur: Dania languens hiſtorico-Politico diſcurſu adumbrata, in quem influunt quæ modernum rerum ſtatum ac Europæ felicitatem reſpiciunt Veronæ 1659. 4. pl. in 4.

Cap. VI. Sect. II. ſſ. XXXI. p. 213. Pax Hafnienſis. (24) Relation *desjenigen ſo bey* reoccupir*ung der Inſul Fühnen vorgefallen* Hafn. 1659. 4to. (25) *Königs Friederich des IIIten Sieges-Saule aufgerichtet von Jacob Schnieger, Glückſt. 1659.* (26) *wahrhaffte* relation *was zwiſchen den Königlichen Dæniſchen und Schwediſchen iſt fürgefallen bey Lauholm. Copenhag. 1657. 4to.* (27) *Hiſtoriſche, wahrhaffte und ausführliche Beſchreibung was in den Friedens-Handlungen m' Dænnemarck bis anhero eingelauffen, wobey zu finden unterſchiedliche merckwürdige Stücke, die den eigentlichen Verlauf ſolcher Handlung deutlicher vorſtellen. A. 1659. 4to.* (28) Perſpicua actorum, ſcriptorumque prototyporum fide, ſulta narratio, qua poſt factam Roskildæ d. 26. Febr. h. a. 1658. inter Sereniſſimos Principes Daniæ & Sveciæ Regem pacem in conſecutis paulo poſt Hafnienſibus tractatibus, inter Commiſſarios Danicos & legatos Svecicos, ut & alibi acta ſint exponitur: manifeſtum toti orbi reddens, Suedos, pace tractatibusque illis ruptis, nulla belli denunciatione præcedente, nullo vel in ſpeciem jure regiam ſedem Hafniam & caſtellum Cronenburgum mari atque terra ejusd. a die IX. Aug obſidere incœpiſſe Hafniæ 1658. 4to & Danice eodem anno in 4to. idem hoc ſcriptum Batavice verſum ſub titulo: Kort Bericht getrocken uth den acten ende Protocollen eod. a. 1658. typis in 4to. excuſum proſtat.

Ibid. ſſ. XXXII. p. 214. Obſidionis Hafnienſis ab an. 1658. d. 8. Aug. uſque ad an. 1660. d. 1. Jun.

Ibid. p. ead. panegyricus Friderico III. dicatus, ſub titulo Fortunæ Friderici III. adoratæ.

ſſ. eod. p. 215. til Kiobenhaven. Huc quoque referimus: Relation exacte des choſes paſſées dans les aſſauts que Sa Majeſté le Roy de Suede fit donner à Copenhagen la Nuit du dix à l'onzieme de Fevrier de lá preſente anneé 1659. avec une recapitulation ſuccincte de beaucoup d' autres choſes qui concernent le meſme ſujet in 4to 5. plag. idem argumentum tractat ſcriptum vernaculum 1659. 4to. ſub hoc titulo editum: *Schwediſches Faſtnachts-Spiel, oder der Schweden Hunger nach den Copenhagener Hebungen, darinnen ihre jüngſthin am 11. Febr. 1659. dieſer Stadt gebrachte blutige Mummenſchantz mit beſonderer Ergötzlichkeit zu leſen.*

Cap. VI. §. XXXIII. p. 216. Oratione jubilæa expreſſum nec non Thomæ Bartholini panegyricus Friderico III. 1660. dicatus, Hafniæ in fol. cui adde tractatum Jo. Riſtii vernaculum, quem ſub titulo: *Dænnemarck ein Erb-Königreich in einer Glückwünſchung und hiſtoriſchen Erzæblung Luneb. 1660. fol.* vulgavit: quibus jungendus panegyricus Henr. Ernſtii, Friderico III. dicatus, quo, de ſummæ poteſtatis ſuprema dignitate Imperii Danici a S. P. Danico ipſi in perpetuam hereditatem collata gratulatur academia equeſtris Sorana Hafniæ 1660. fol. nec non Thomæ Bartholini panegyricus Hafniæ itidem in fol. editus.

Cap. VI. §. XXXV. p. 217. in bibliogr. hiſt. p. 380. Conſideratien op de Deductie en declaratie van Orlogh van den Koning van Grot Britannien tegens den Koning van Dannemarcken tot Roterdam 1666. 4to. it. Rerum omnium quæ inter Majeſtatem ſuam Magnæ Britanniæ & Daniæ Regem tranſactæ ſunt juſta ſerie deducta narratio: una cum belli indictione adverſus dictum Regem ſimul & rationes aliquot quibus Majeſtas ſua ad id impulſa eſt. Dictu S. R. Majeſtatis Magnæ Britanniæ edita. 4. pl.

Ibid. §. eod. p. ead. Ock Kong Carl dem ander af Engelland. Ceterum belli hujus circumſtantias haud paucas exhibet relatio Danica ſub ſequenti titulo edita: *Sandfoerdige* relation *fra Bergen udſj Norge om den Impaſs ſoede Engelske hof de ackted at giöre, dem Hollandske, Oſt-Indiſke Flode ſom Hafver lagt ſick und for Burgen 1665. 4.*

Cap. VI. ſ. XXXVII. p. 219. Belgice autem ſub titulo de Vrye Staats Regering geſcheſt in een Beſchrivinge van Dannemarcken 200. als it was in dem Jare 1692.

Ibid. bina Anglicana animadverſions on à pretended account of Danmark Lond. 1694. 8.

Ibid. aſſerit. Diverſum ab his eſt ſcriptum aliud Anglico idiomate editum ſub ſequenti titulo: The preſent ſtat of Denmarck and reflections up on the anſient ſtate thereof. Together with à particular account of the birth education Martial Atchierements and brave performances of his Royal Kighnell P. George &c. by G. Pierreville Gent Secretarii to the Kings Miniſter at the court of Dennmarck Lond 1683.

Cap. VI. §. XXXVIII. pag. 222. abſolvere potuiſſet. Denique tacendus non erit Andreas Claudiani S. S. Theolog. Stud. qui hiſtoriam belli Hybernici, biennium in Hybernia auxiliantibus copiis Danicis, geſti, latino idiomate conſcripſit ſub titulo ſequenti: Mavors Irrlandicus, ſive hiſtoria de bello Hibernico, biennium in Hybernia geſto, chartis conſignata a commilitone R. C. Hafn. 1718. 8. Judicat de hoc ſcripto Jo. Bircherodius in cenſura libro præfixa, quod bona fide, accurate & nitide compoſitum ſit,

sit, ut tam historia belli exinde scite innotescat, quam quantam etiam operam, fidelitatem, dexteritatem & virtutem Danicæ copiæ, quæ in Britannici Imperii subsidium missæ erant præstiterint.

Cap. VI. §. XLVI. pag. 233. hæc scatet, aut defensionem Christiani II. in se continent, quem injuste regno exutum esse a pag. 130. - 145. demonstrant.

Ibid. cuneum trudit. quæ autem in defensione hac latino idiomate vulgata continentur, eadem licet contracta, repetita tamen videbis in libro vernaculo sub sequenti titulo edito: *Sechs veste und unbewegliche Gründe, mit welchen* Jo. Buno *erweiset, daß das Königreich Dænnemarck vorzeiten kein Wahl- sondern ein Erb-Reich gewesen. Lüneb. 1683. 4. und daß dasselbe nachdem es an das Græffliche Haus Oldenburg kommen kein frey Wahl-Königreich worden, sondern in der so genannten Wahl die Rechte der Erb-* Succession *dennoch beybehalten.*

§. XLVII. pag. 233. Hafn. 1709. fol. edita. De Christiani Principis & filii Christiani V. Regis in itinere, quod in Italiam meditabatur Ulmæ extincti laudibus & morte confer: Oraison funebre de Son A. R. Monseigneur le Prince Christian Pr. de Dannemarck Norwegue prononcée le 11. Septembr. 1695. dans le temple des Reformées à Copenhague par Phil. Menard Ministre de l'Eglise Reformée de la meme ville Amsterd. 1696. pl. 2.

Cap. VI. §. L. pag. 254. historiam. Historiam belli an. 1699. & 1700. inter Regem Daniæ & Carolum XII. Sveciæ Regem, Fridericumque Holsatiæ Ducem gesti cognoscere licebit ex fasciculis X. actorum publicorum 1700. quarto editis, in quibus differentiæ Holsaticæ paulo fusius enarrantur. Speciatim belli hujus particularia quædam exponit: *Guds Vogeborg om de Konglicke Majestat Danske &c. af* Peter Witte S. S. Ministerii Candidato Hafn. 1700. 8vo. Item *Kürtzlich abgefaßtes Tage-Register über die Feld-Züge der Königlichen Dænischen Armeen und Trouppen in Schleswig-Holsteinischen von 20.* Martii *bis den 27.* Julii *im Jahr* 1700. adde: Lettre sur les differences du Roi de Dannemarc & du Duc de Holstein Gottorp & sur les mouvements presents de la Suede MSCt. 1699. pl. 2.

Cap. VI. §. L. pag. 235. Ceterum. Addimus hic bina scripta, ab eodem cl. autore evulgata primum Hafniæ 1715. 4. prodiit sub sequenti titulo: In jure & facto *gegründeter Beweiß der vielfæltigen Treulosigkeiten so das jetzt regierende Allerdurchlauchtigste Dænische Königliche Haus von den Fürstlichen Gottorpischen bißhero erlitten.* Alterum hoc titulo insignitum eodem anno lucem vidit sub tit. *Die aufgedeckten Schanden der unsinnigen Schwedischen* Proceduren itid. in 4to. Duo priora scripta in Gallicum sermonem a Domino Spennero translata eodem anno publici juris facta sunt.

Ibid. pag. ead. Beschreibung des Krieges in Norden. C. T. F. v. H. *Historische Nachricht von dem Nordischen Kriege* Frystadii 1716. 8. V. Volumina. Facta Friderici IV. illustria. (a) Proelium navale Duce Perillustri Domino de Gabel contra comitem de Wachtmeister prope Fridrichs-ohrt, annum & diem proelii hujus notant versus sequentes:

Als des Vierten Fridrichs Haupt in dem viertmal vierdten Jahr,
Und in vierten Mond des Jahrs Dannemarckens Kron getragen,
Auch es jetzt der vierdte Tag, in der vierdten Woche war,
Ward zur See bey Fridrichsorth *Schweden auf das Haupt geschlagen.*

(b) Captivatio totius exercitus Suecici prope Tonningam & fortalitii hujus demolitio. (c) Occupatio Pomeraniæ, Rugiæ &c. Wismariæ demolitio. (d) Utraque ejectio exercitus Suecici ex Norwagia, prior nempe an. 1716. altera 1718. ubi Rex Sueciæ CAROLUS XII. globo transfossus obiit, cujus mortem & infaustam in Norwegiam expeditionem, sequentia plangunt poemata:

Der XII. kühne CARL schließt mit verhengten Lauff
Vor Fridrichshall zuletzt sein wahres Ruder auf,
Der mit dem Woffen-Keil durch Nord und Süd gewittert
Vor dem sich Stambul neigt, Sarmatien erschüttert,
Der Oost und Weesten dræut, nichts vor unmöglich hælt,
Hat doch das Haupt zuletzt an Friedrichstein zerschellt,
Laß tapffrer Cimbrer hie, des Seelen Großmuth lesen
Beklag des Helden Fall, der würcklich Grols gewesen
Küßt aber auch gebückt des großen Friedrichs *Schwerd,*
Durch den der Himmel euch die Wunder-Krafft gewæhrt,
Daß wo sich nur der Blitz von Fridrichs *Nahmen regt,*
Er Könige *so gar vor sich zu Boden schlægt.*

Id, quod alius haud infelix Poeta ita expressit:

Stenbock muß bey Friedrichstadt,
Großen Friedrich seinen Degen
Mit dem Volcke niederlegen
Und die Flotte wird schach matt
Als beym Friedrichs Orter Sande
Sie der Schröcken trieb zu Lande
Friedrichstein und Friedrichshall
Machen daß man jetzt aufs neue
Den Blitz deines Nahmens scheue,
Norden giebt den Wiederschall
Der uns nicht ließ Frieden hoffen
Ward durch Friedrichs Blitz getroffen.

Irruptio in Sueciam, expugnatio Marstrandiæ & demolitio fortalitii Stromstadensis & Sunsborgensis. Elegantissimo carmine Danico, ejectionem hanc exercitus Suecici ex Norwegia expressit Jürgen Friis sub titulo *de Schwendskes Ingang, Frengang, og Udgang, ab Norrig* a. 1716. fol. In loco illo ubi CAROLUS XII. occubuit, erectum est monumentum lapideum, corona aurata & trophæis adhæc in basi, tam inscriptionibus, quarum literæ auratæ marmori incisis, quam insignibus Regni & figura Emblematica Fridrichshaldiam triumphantem repræsentante in marmore cælatis ornatum

Inscriptio Danica hæc est:

CARL dem Tolve motte viege
Fra Stralsund og toungen Sige
Fede Dytsceland sil Fervel
Derfür had dat Norska Rige
Vithvard. Friedrichshald bestige
Ok und Flare Grendske Sküe
Hand my sparer Kunst ock Moye
In Naturen sallf wil boye

Fer at faan fit forſet frem
Man et Svud ſend fra dat Heye
Luckte Sverrigs Konges Oye
Fer Hand fallt heer gick himm.
d. XI. Decembr. M. DCC. XVIII.
Frid. Roſtgaard.

Inſcriptio latina ſequens eſt:
MortIfero gLobo ICtVs hoC LoCo & hoC
anno oCCVbVIt
&
ſibi mortem, ſuis fugam
quas nobis deſtinabat
Ipſe maturavit
bellicoſiſſimus Sueciæ Rex
CAROLUS XII.
qui
iterato fruſtra impetu munimenti hujus & regni
abhInC ante bIennIVM non sIne hoſtIs
CæDe oppVgnatI
propriis avitisque veſtigiis non deterritus
Oppugnator
Divino hic fato cecidit
&
propugnatorum imperterritæ fortitudini
propriam adhuc & perpetuam
reliquit
VICTORIAM
quam
DehInC poſt bIennIVM InſeCVta fVIt
paX
victo hoſti extorta, victrici patriæ vindicata
felici auſpicio ac moderamine
VICTORIS ET PACIFICATORIS
Invictiſſimi Daniæ & Norwegiæ Regis
FRIDERICI QUARTI
Cui Dominus Adjutor
Matthias Plade.

Ad regni inſigne leopardum cum bipenni
Hav Tack o ſture Gud
For FRIDERICH DEN FIERDE
Som war mod Fiendens brud
Neſt dig vor Værn og Gierde
M. DCC. XVIII.

Cap. VII. §. II. pag. 239. carmina heroica, de nobilitate & nobilibus Daniæ Norwegiæ generatim tractatum prelo maturum premit M. Johannes Lönborg ſacerdos in Jutia ſub titulo: *Adels-Stand ens opridelſe Aernog Verdigheit i dieſe Nordiske Ryker Dannemarck ock Norge,* Sectionibus III. capitib. VII. abſolutum quorum contenta enarrantur *in den Dæniſchen gelærten Zeitungen* an. 1720. n. 48 ad eundem quoque ſcopum collimat labor non injucundus an. 1724. incoeptus, quo per hebdomaden in novellis Danicis litterariis familiæ nobiles articulo ſemper primo juxta ordinem alphabeticum recenſentur, adjectis inſignibus & armis familiarum gentilitiis.

Ibid. pag. ead. §. III. ac mortem oratione funebri in academia Hafnienſi d. 29. Julii habita.

Ibid. Jo. Reſenius Hafn. 1640. 4. In deſignatione legationis Lagardianæ academiæ Upſalienſ. & collegio antiquitatum factæ & Holmiæ 1672. ſtudio Jo. Hadorphii edit. n. 19. memoratum codicem vidi ſub titulo: *Ridder Chriſtiern Friis droga* in quo de virtute viri hujus magni contenentur carmina Islandica lingua concinnata quæ paraphraſtica interpretatione alicujus Islandi ad verbum latine expoſita hoc in codice videntur.

Cap. VII. §. III. pag. 242. GULDENLOVIO, memoriam illuſtriſſimi comitis Chriſtiani Guldenlovii, equitis aurati, ſummi caſtrorum Imperatoris Regii vicarii nec non ſupremi cubiculi regii & rei tabellariæ per Daniam præfecti oratione ſolenni perennavit Jo. Frellund tunc temporis exercitus Danici in Italia militantis Præpoſitus. Hafn. 1707. fol. edit.

Ibid. §. eod. & pag. ſimul complectitur. Comitas Reventloviana, ſeu oratio funebris in obitum Conradi comitis de Reventlow magni cancellarii autore Paulo Vindingio prodiit Hafniæ 1714. fol. Taceo illuſtrium heroum Ranzovianæ familiæ biographos perplures inter quos non poſtremus eſt Paulus Woldenbergius, qui de vita & morte orationem habitam edidit Jenæ 1619. 4. cui addimus Chriſtophori Kellinghauſen carmen panegyricum de præcipuis rebus geſtis Jo. Ranzovii Francof. 1567. quarto edit. nec non M. Martini Coronæi Præceptoris filiorum Henrici Rantzovii vitæ & res geſtæ Jo. Ranzovii Roſtoch. 1566. 4. & alios complures quorum inſignem numerum plus ſimplici vice citat & allegat cl. Mollerus in introductione ſæpe laudata. Typus nummorum decantatorum qui in familia Rantzoviana aſſervantur:



Cap. VII. §. IV. pag. 244. editis p. 276.--295. Pauli Vindingii oratio funebris in exceſſum Olai Borrichii orationibus Borrichianis Hafniæ 1714. 8vo editis præmiſſa eſt.

Cap. VIII. §. I. p. 245. edere pollicitus eſt. Pertinent huc STOBÆI *diſſertationes quatuor de Legibus & legislatoribus Danorum.*

Cap. VIII. §. VI. p. 249. Stephanius in notis p. 120. Exſtant & aliæ leges Cnuti M. eccleſiaſticæ & civiles Anglo-Saxonice & latine exhibitæ in Davidis Wilkins L. L. Anglo Saxonicis Londini 1721. fol. editis a p. 126-147. quorum titulos ob inſignem libri apud nos raritatem exhibere non pigebit. Gaudent autem Leges eccleſiaſticæ his titulis (1) de DEO, religione & rege debite colendis. (2) de pace DEI Regis & eccleſiarum. (3) de mulcta pro dignitate eccleſiæ conferenda. (4) de reverentia Sacerdotibus præſtanda. (5) de purgatione ordinatorum. (6) exhortatio ad eccleſiaſticos ut ſancte vivant. (7) de conjugiis prohibitis. (8) de decimis reddendis. (9) de nummo Romano. (10) de primitiis ſeminum. (11) de decimis ad eccleſiam Thani pertinentibus. (12) de pecunia pro lucernis. (13) de pecunia quæ dicitur ſymbolum animæ & de ſepultura. (14) de DEI juribus feſtis & jejuniis conſervandis. (15) de die Dominico. (16) de jejuniis. (17) de temporibus

bus justitiæ. (18) pia exhortatio ad confessionem & pœnitentiam. (19) ad eucharistiam & probitatem. (20) ad fidelitatem erga dominum. (21) ad DEUM ex intimis colendum & fidem. (22) ut orationem dominicam & symbolum calleant. (23) ut exitialia fugiant. (24) & inter hæc stuprum. (25) ut caveant sibi de tremendo judicio. (26) ut episcopi & sacerdotes fide obeant officia. Leges civiles his titulis comprehenduntur: (1) de justitia efferenda. (2) de misericordia exhibenda in judicio. (3) de christiano non vendendo extra regnum (scil. Angliam, iis enim potissimum hæ leges latæ) (4) de sagis, sortilegis &c. ejiciendis. (5) de gentilium superstitionibus abolendis. (6) de homicidis, pejerantibus & mœchantibus. (7) de cohibendis assentatoribus. (8) de pace tuenda & moneta corrigenda. (9) de pisto pondere. (10) de instauratione oppidorum & pontium. (11) de consiliis ad utilitatem reipubl. pertinentibus. (12) de autoritate Regis in violatione pacis. (13) idem in Mercia. (14) Rex mulctas pacis violatæ in regionibus Danorum accipiat. (15) de pœna convitiatorum. (16) nemo Regi de alterius injuriis queratur. (17) de comitiis municipalibus. (18) Nemo alium intra satrapem coerceat. (19) Nemo liber in centuriam se conjiciat. (20) de fidelibus & infidis in jure jurando. (21) de advocatis. (22) de rebus non emendis sine testimonio. (23) de infidis accusatis. (24) de calumniatoribus. (25) quod nemo plus triduo accipiatur hospitio. (26) de latronibus per incuriam dimissis. (27) de infidis apud centuriatos. (28) de hero propriæ familiæ fidejussore. (29) de servo Ordalii quæstione examinato. (30) infidus vadem regium exigat. (31) de municipiis purgandis. (32) de advenis & peregrinis custodiendis. (33) de pejerantium pœna. (34) de falsi testimonii accusato. (35) peccatum turpius est in diebus & locis sacris & majores magis sunt plectendi. (36) de ministrum altaris occidente. (37) ut Rex sit ordinatis alienigenis patronus. (38) de ministro altaris homicida. (39) de ordinatum vinciente aut verberante. (40) de ordinato capitis reo. (41) de reo confessarium petente. (42) de die Dominico & festis observandis. (43) de jejunium violante. (44) ut quadragesima & festa non temerentur. (45) de ecclesia debita vi detinente. (46) de sacrum ordinem violante. (47) de adulterio. (48) de incestuosis. (49) de viduam violante. (50) de uxoris adulteræ pœna gravi. (51) de uxorato fornicante aut concubinam habente. (52) ut alienigenæ libidinosi ejiciantur. (53) ut homicida in purgatione cadens episcopo tradatur. (54) de insidiis adversus Regem & Dominum. (55) de violatione fidejussionis. (56) de dimicatione in Regia. (57) de eo, qui alium armis injuste spoliavit. (58) de militum rapinis. (59) de eo qui domum alterius invaserit. (60) de rapina. (61) quæ sunt scelera inexpiabilia. (62) de viis publicis reficiendis. (63) de fano rejiciendo. (64) de eo qui excommunicatum vel ut legatum custodierit. (65) de misericordia exhibenda. (66) pii Regis misericordia & justitia. (67) de victu ex regiis prædiis. (68 de intestato mortuis. (69) de hereotis. (70) conjunx incolat eandem sedem, quam maritus. (71) viduæ non nubant nisi post bis senos menses. (72) nemo nubat fœminam invitam. (73) de eo qui reliquerit telum præ foribus. (74) conjux quæ furata recipit, furti non tenetur. (75) de servo deserente Dominum. (76) qui terram lite tutam præstiterit, eandem possideto. (77) de feris abigendis. (78) de officiis Domino debitis. (79) de eo qui ad comitia proficiscatur. (80) de harum legum violatore.

Clausula legum hæc est.

Nunc diligenter rogo & in DEI nomine oro quemlibet ut ex intimo corde ad Dominum suum convertatur & sæpe ac crebro contempletur quam diligentissime id quod ei est faciendum, & quod omittendum. Nos omnes maxime decet Deum diligere & Dei legibus obsequi & ecclesiasticis Doctoribus sedulo obedire, quoniam ii nos producent ad judicium, quum Deus judicabit quemlibet pro factis suis. Et beatus est Pastor qui gregem illum ad Dei regnum & cœleste gaudium lætum ducere potest propter facta sua. Bene etiam est gregi illi, qui pastorem sequitur eum, qui illum a diabolis eripuit & Deo acquisivit. Agedum omnes unanimi corde diligenter Domino nostro placeamus, jure & imposterum semper caveamus diligenter ab incalescente incendio quod prævalet in inferno. Faciant nunc etiam Doctores & ecclesiastici præcones prouti justum & cuilibet opus est, exponant semper ecclesiasticis necessitates, & omnis qui discretus est, audiat eos diligenter ac doctrinas ecclesiasticas in mente retineat, quam firmissime in propriam utilitatem, & semper quilibet homo in honorem Domini sui præstet Deo suo id quod potest verbo & facto hilariter semper. Tunc nobis omnibus misericordia Dei paratior erit. Sit nomen Dei semper in æternum benedictum ac gloria ei & laus ac veneratio sit semper in seculum seculi. Deus omnipotens sit nobis omnibus misericors, prout ipsi placuerit & conservet nos semper ad æternitatem. Fiat. Amen. Denique de legibus his Canuti Anglorum Regis &c. monemus eas ex bibliotheca Rostgaardii qui has ex bibliothecæ Colbertinæ codice, Parisiis descriptas, summa cura contulerat, adjectis brevissimis conjecturis, quibus vitiosa hinc inde emendantur auctione bibliothecæ Rostgaardianæ facta transiisse in bibliothecam illustris comitis de Dannenskiold, in eaque Hafniæ hodienum conspicuas esse.

Cap. VIII. §. IX. p. 253. Moller. in hypomnem. ad Barthol. p. 161. seqq. cui adde Andream Sunonis præter hanc versionem L. L. Scanicarum latinam conscripsisse *hexaëmeron* sive de creatione mundi carmen heroicum elegantissimum, quod edere aliquando pollicitus est Huitfeldius in præfat. ad L. L. Scandicas.

Ibid. §. XVI. p. 260. pro *CVII.* lege CXVII.

Ibid. §. eod. & p. a. 1488. concessum non 1488. ut in priore editione legitur, ex ipsa enim Juris MSCti inspectione liquet hanc legem promulgatam esse in castro Hafnienſi 1484. die b. Julianæ virginis.

Cap. VIII. §. XX. pag. 264. nondum publicata est. Germanice codicem Christianeum vertit C. F. Margraff quæ versio inedita MSa. servatur inter cimelia literaria illustris Christiani Wormii

con-

consiliarii Regii & præsidis Ripensis civitatis ceu ipse vir illustris mihi per literas d. 14. Dec. 1717. ad me scriptas significavit.

Ibid. §. XXI. p. ead. de Legum Danicarum. In genere de jure Danico notandæ sunt positiones septem selectiores ex jure Danico, quas ut a jure civili Justinianeo in nonnullis discrepantes ad normam juris divini naturæ & gentium expendit *Cornificius Roskranzius* Argentorati 1649. 4to edidit, ibidemque absque præside publice solemni disputatione ventilavit. De differentiis Juris Danici & Romani commentatus est Henricus Weghorstius Hafn. 1701. 4.

Cap. VIII. §. XXI. p. 265. in hypomnem. pag. 214. Plura tamen de præstantia juris Danici notavit procul dubio: Petr. Jo. Resenius in oratione sua de excellentia Juris Danici, quoad causam efficientem, materiam, formam, & finem quam in solenni Rectoratus mutandi actu a. 1658. habuit & cujus spem nobis aliquando fecit, teste Muhlferero in accessionibus ad Almelovenii bibliothecam latentem & promissam p. 91. seqq. ubi quoque jurisprudentiam Romano-Danicam ab eodem autore aliquando meditatam fuisse testatur, imo chronologiam juris civilis & ecclesiastici non solum Danici & Norwegici verum etiam Islandici & Gronlandici Danice & latine conscriptam ad imitationem chronologiæ juris civilis & canonici Romani a Freymontio, Contio, Giphanio & tandem Frehero editæ citat.

Cap. VIII. Sect. II. §. IV. p. 267. Frosfetingensis sive Frostathingensis Francorum a parte Norwegiæ Septentrionalis ubi lex ista in usu fuit dicta.

Ibid. p. ead. Guletingensis sive Bergensis ab Hajone Odelsteinii alumno lata.

Ibid. Uplandica quæ Heidsævensis appellatur ab Halfdano nigro.

Ibid. legum emendatoris titulo insigniat. Rem totam hanc uberius paulo exponit cl. Torfæus cujus verba hic paulum epitomate apponere non pigebit. Anno scribit 1269. Regi Magno in foro Trestathingensium publico ab omnibus ordinibus potestas absoluta leges Frostathingenses pro arbitrio quoad statum politicum emendandi juraque itidem Majestatis constituendi ad communem imperantis & subditorum utilitatem data. Et cum fidei ejus subditi salutem suam & posteritatis commisissent ipse ne fide ab iis vinceretur, æquissimas leges tulit, contentus rigorem præteritarum clementia & lenitate temperare vid. Torfæum hist. Norweg. P. IV. lib. VI. c. 5. p. 348. ubi undecim canones codicis Gulathingensis a superiorum legum rigore mitigatos recenset.

Ibid. allexisse narratur cui adde Torfæum hist. Norweg. Part. IV. lib. VI. c. 5. p. 350. ubi gratiosissimæ hac de re Regis Magni literæ ad Islandos datæ latino idiomate expressæ exhibentur.

Ibid. Hirdskraa sive jus aulicum vetus Sveciæ per Ignatium Meurer versum prostat Holm. 1648. 8vo.

Cap. VIII. Sect. II. §. IV. p. 268. novum conditorem. Audiamus de jure hoc aulico differentem Torfæum qui hist. Norweg. P. IV. lib. 6. c. 12. p. 368. sic scribit: Inter gesta Magni maxime memorabilia hoc est quod jus aulicum composuerit, sed quo anno non invenio. Post septuagesimum tamen tertium i. e. post A. C. 1273. conscriptum constat. Id ipsum certe idoneo satis est testimonio, quo ordine, qua cura, quo decore, res Norwegica administrata fuerit, quo vel opinio illa de barbarie Norwagis istis seculis imputata satis convellitur & tamen si leges tam civiles quam canonicæ hic conscriptæ aliæque constitutiones non suppeterent (quarum tamen sufficiens copia) pietatis & justitiæ in ea gente studium abunde commendatur.

Cap. VIII. Sect. III. §. II. p. 270. Ulffljoti de quo Arius Polyhist. in Sched. p. 3. edit. Skalholt.

Ibid. Thorleifus Hinn Spake i. e. Thorleifus sapiens.

Ibid. Altyng Alping.

Ibid Wigslode Vigslödi.

Ibid. §. III. pag. 271. Ira Christianorum Jus christianum.

Ibid. §. eod. & p. & Christiva Saga thatt hæc adeo corrupte edita sunt ut conjiciendo non sim quomodo genuinus titulus sese habeat. Evolvatur liber qui titulum exhibet. Poterit tamen Christina laga vel Sa Christina laga pættr vocari, prior autem conjectura verisimilior est.

Ibid. proditum esse testatur p. 457. antiquum L. L. codicem Gragaas dictum ex Norwegico illo homonymo compilatum apud Islandos etiam usitatum sed postea svadentibus episcopo Armio Rasno Oddi filio & Thorwardo Thorarini filio & Sturla Thordi filio abrogatum esse refert Torfæus in hist. Norweg. ad A. C. 1272. Part. IV. lib. 6. cap. 6. circa finem.

Ibid. §. IV. p. 271. Laag. Log.

Ibid. §. eod. & p. Jonis codex audiit. Historiam receptionis legum a Magno Rege correctarum apud Islandos circumstantiis parum mutatis narrat Torfæus in historia Norwegica adeoque haud operam lusero, si ejus verba hic adscribam. Eo tempore (a. nempe 1296.) Rex Bergis degebat. Verum cum percepissent Islandi, quanta industria felicitate & æquitate legum Norwegicarum codices Rex ipse reformaverat selecti præcipue ex singulis quæ ad usum communem maxime spectarent, ipsi quoque expetebant, ne vel tantæ gratiæ populum itidem suum exsortem sineret quibus is commotus curam hanc in se pio Parentis animo suscepit, scribit autem Arngrymus rer. Island. lib. XIII. ipsos Islandos hunc codicem quem ei miserunt ex veteri corpore Juris consarcinasse, reformandi vero potestatem quamvis Regi fecerint, id tamen ad ordinem & concinnitatem saltem referendum est. nam res ipsas vel subjectas ad ordinem materias mutare non licuisse vel inde constat quod quæ de Regi debita subditorum obedientia habentur omnia prorsus non mutata & primæ obligationi respondentia legantur, quæ nempe hic Magnus cum patre Hacone sancte promiserat se Leges Islandicas incolis inviolatas conservaturum. Non igitur licuit reformatori res vel materias mutare sed concinnare tantum. Verum cum is codex ultimo demum vitæ Magni anno cum supremo Judice Jone in Islandiam missus, annoque post ejus mortem publice approbatus receptusque sit, per

per longum tempus videtur ista emendatio durasse, nam qui interea codex in Islandiam missus est Gulathingensis forte fuit, parum tamen ab Islandico differt, in quibusdam præsertim titulis valde eidem consonans. vid. Torfæi hist. Norwag. P. IV. lib. 6. c. 5. p. 349.

Cap. VIII. §. V. p. 271. pro *Islandskur Lobockur* lege Islendsk Logbok vel ut ultima editio anni sec. hujus 91. habet Logbok Islendinga, liber legum Island.

Ibid. Farmauaraff, Farmannalog, portitorum leges vel navigantium.

Ibid. testatur. Denique hoc loco notamus interpretem verborum veterum L. L. Islandicar. Gudmundum Illugason citari ab Olao Verelio in notis ad histor. Gotrici p. 29. &70.

Cap. VIII. Sect. IV. §. I. p. 273. vel nominare. Juris communis & ordinationis provincialis Holsaticæ differentias principes exhibuit Matthiæ Joach. Sommers Willtrensis dissertatio inauguralis Rintelii præside Conr. Ludekingio a. 1717. d. 13. Nov. habita ibidemque in 4to edita.

Cap. VIII. Sect. VI. §. II. p. 286. Danice vulgatus. Glossarium Juridicum Dano-Norwegicum Christ. Vellæi 1661. in 4to editum citat catalogus bibliothecæ Laurentii Lindenow Hafn. 4to per Hartwig Conr. Neuhofium impressus p. 59. de quo nihil hucusque innotuit.

Cap. IX. §. 3. p. 291. videmus. De eodem hoc festo JUEL conferri omnino meretur M. Jo. Eircherodii palæstra antiquaria Hafn. 1688. 8. edit. in qua omne quod quidem ad hujus festi ritus & antiquitates pertinere quodammodo videtur rara congessit solertia. Absolvitur palæstra disquisitionibus X. prima de nominis Juel origine exponit, secunda de ludorum Juliorum usu licito & illicito. Tertia de prognosticorum, quæ Jule *Mercker* vocamus, usu, veritate nec non abusu & vanitate agit. Quarta pacis natalitiæ quam Jule *Freud* appellamus piam originem utilitatem profanam item originem & inutilitatem sistit. Quinta placentarum Juliarum originem sacram & profanam exhibet. Sexta poculorum Juliorum licitum usum & abusum enarrat. Septima capri Julii tolerandum & detestandum usum recenset. Octava candelarum Juliarum originem sacram & superstitiosam complectitur. Nona nomina propria & proverbia a festo Julio deducta colligit, & decima denique Scenopegiam Christianam refert; cuilibet disquisitioni subjuncta est decisio cl. Eircherodii succincta plerumque & eruditionis plenissima.

Cap. IX. §. IV. p. 292. usque ad annum 1528. De Christianismi introductione in Daniam plura quoque annotasset, si promissis stetisset vir summe Rever. Christian. Wormius Selandiæ hodie episcopus, qui in commentario ad Aræ schedas p. 106. dissertationem de obstaculis religionis Christianæ in Dania objectis pollicitus est, quam dissertationem hucusque typis exscriptam non esse cum orbe literato merito lugemus.

Cap. IX. §. V. p. 293. editam. Nec non Jonæ Turonis tractatum de propagatione Christianæ religionis in Dania quem eidem tribuit Lyschander teste Mollero in Spicileg. hypomnem. p. 27.

Ibid. §. VI. p. 295. episcoporum pontificiorum ultimi Bollingstediæ in prædio hæreditario a. 1541. d. 25. Januarii defuncti.

Ibid. p. ead. J. A. Cypræus in annalibus episcop. Slesvicens. lib. III. C. V. p. 415. Varia tamen insulsæ & absurda in breviario hoc Slesvicensi passim obvia & miseram religionis conditionem gliscentibus eo tempore Pontificiorum tenebris erroribusque demonstrantia accenset & enarrat Magnificus Dn. Henr. Muhlius in commentatione historico theologica de reformatione paulo post memoranda.

Ibid. p. 295. emendatius edendo interea consuli possunt cl. Arnæ Magnæi dissertationes 2. de initiis religionis christianæ in Norwegia Hafniæ 1692. & 1693. 4to. Plura etiam procul dubio erudita & scitu jucunda dabit M. Chr. Tychonius Pastor Schevensis in Cimbria, quem de statu ecclesiæ nostræ ante reformationem tractatum moliri testatur celeberr. Alb. Thura in idea hist. literar. Dan. p. 27.

Ibid. pag. 296. Danice autem 1622. 4to edita & Johannes Pauli Resenius in Luthero triumphante seu Jubilæo Christiano Hafniæ 1617. commentarium illustris Seckendorfhi de Lutheranismo reformationem Danicam lib. I. Sect. 57. § 149. p. 268. & lib. III. Sect VIII. §. 31. p. 88. & p. 241. cum solam Aslaci orationem in subsidium vocet hac in re necessariis non instructum fuisse subsidiis affirmat Bernhard. Raupach de præsenti rei literariæ & sacræ in Dania statu p. 42. 43. idem testatur Bartholdum Botsaccium in annotationibus ad Commonitorium de fugiendo papismo P. II. pag. 241. & 311. inopiam hanc supplere conatum fuisse.

Ibid. in historia Bugenhagiana Hafniæ 1706. 4. vulgata, cui vir summe Rever. Severinus Lintrupius de meritis Jo. Bugenhagii in ecclesiam Danicam schediasma adjunxit.

Ibid. testibus novis literariis maris Balticum. 1699. p. 57. & summe Rever. Severino Lintrupio in syllabo scriptorum b Masii tam editorum quam ineditorum dissertationibus academicis Masianis Hamb. 1719. junctim in 4to editis, cum vita b autoris præmissa. Ejusdem Masii τῶ μαχαρίτᾳ exstat Dania orthodoxa fidelis & pacifica contra Theologum Marpurgensem vindicata ad Theologos Giessenses Hafn. 1689. 4. & in Sylloge dissertationum academicarum recusa ad quam vindicias Theologico historicas postea adjecit Severin. Lintrupius Hafn. 1692. 4. in quibus non minus quam in Masiano tractatu ipso breviter quid inter nos & Reformatos ab initio reformationis in Dania gestum sit, recensetur.

Cap. IX. §. VII. p. 297. demonstravit. Unicus hic forte excipiendus foret Theologus Nicol. Hemmingius D. qui ob nimias lucubrationes, ætate ingravescente oculis orbatus reformatorum causam approbavit, quia eos potius deflendos quam refutandos esse in catechismo p. 261. judicavit. Regem Daniæ Lutheranum in odium formulæ sollicitavit, teste Hospiniano de ortu & progressu libr. Concord. c. 35. In causa sacramentaria se nullum alium Præceptorem præter unum Bezam agnoscere sancte affirmavit teste Schlüsselb. Theol. lib. 2. p. 75. mox autem ad mandatum Regis

gis theſes retractavit, & revocationem propriæ manus ſubſcriptione Regi exhibuit. Quam gravis ob hanc palinodiam inter H. G. Maſium & Samuelem Andreæ orta ſit controverſia, quorum ille Hemmingium ſerio revocaſſe errorem, hic autem mente non mutata verba tantum immutaſſe, aſſeruit, legi poteſt in Feuſtkingii tractatu de retractat. Theol. § 36. pag. 88. ſeqq. nec non in Kochii obſervat. miſcellan. P. XXI. p. 758.

Ibid. p. 297. hujus orationis ſpem interim penuriæ hujus vices quodammodo ſupplebit jubilæum Evangelicum a crocodilinis lacrimis Adami Contzen Jeſuitæ Moguntinenſis in anniverſaria panegyri Evangelica celebrata in Regia Danorum academia prid. Cal. Novembr. 1618. liberatum ab Olao Wormio Hafniæ 1619. 4to. Quibus omnibus magnifici D. Henrici Muhlii Theol. Profeſſoris apud Kilienſes primarii commentationem hiſtorico-Theologicam de reformatione religionis in vicinis Daniæ regionibus & ſpeciatim in Cimbria recepta variisque modis ſtabilita inter ejusdem diſſertationes hiſtorico Theologicas Kiliæ 1715. 4to junctim edit. primo ſtatim loco obviam.

Ibid. Febr. p. 44. eodem deſiderio Thomæ Bartholini junioris annales Daniæ eccleſiaſticos expectamus quos fuſius promiſſos citat Raupach l. c. p. 44.

Ibid. poſt reformationem. Quam ægre reformationem in Dania tulerint Pontificii videre licet ex epiſtola quam Cæſareæ Majeſtati a ſecretis confeſſionibus ad quendam Jeſuitam Hildeshemii agentem ſcripſit, in qua conſilia & machinationes Pontificiorum adverſus civitates Germaniæ, regna item Daniæ, Sveciæ, Angliæ & quadantenus Hollandiæ deteguntur latine & Danice 1628. 4to absque mentione loci edita.

Ibid. Cap. IX. ſſ. VIII. p. 297. Wittebergenſem. Reunionem eccleſiarum Daniæ fruſtra tentarunt, Deo ſit gloria, Pontificii cum eccleſia Romana, licet Jo. Henricſonius Meldorpianus procul dubio apoſtata ediderit tractatum de ratione & via ſeptentrionales ad cultum ſedis Romanæ reducendi in catalogo Cordeſiano p. 309. memoratum.

Ibid. p. ead. Sleſvici & Holſatiæ an. 1542. ſex & viginti articulis Ripenſibus aucta communi Regis ac regni Senatorum conſenſu ubique fuit introducta.

Ibid. p. 298. ſich zu verhalten ejusdem gloriosiſſimi Regis & monarchæ auſpiciis edita quoque eſt ordinatio eccleſiaſtica Norwegiæ in Islandicam linguam translata per Oddum Einarſonium epiſcopum Litelholtenſem editaque notis 1625. 8. cui ſubjuncti ſunt articuli connubiales ex mandato Friderici II. d. 1. Junii 1587. publicati.

Cap. IX. ſſ. X. p. 300. Friderici Roſtgaardii conſiliarii Regii nec non *den* Deliberation *af* Erich *Grave* Mathies Fos, Hans Leth og Chriſten Lodberg *alle Biſkoper andgaaende det ſchörsmaal om det er nüeligk uden ſaligheds ſkilde öffentlick dem Römerſke Catholiſchke Religion at bekiende og D. Hans Baggers ſvar an den Reformeerde Kirches Byging ock der is* religion *beede forfattede effte Konigl. allernaadigſte Befalninger* MSCt. Taceo ſynodalia varia MSCta in auctario legationis Lagardianæ a Jo. Hadorphio n. 16. ſub n. 4. 5. 6. 7. memorata quorum rubra hic adjicere non pigebit, ſunt autem: Synodalia habita diverſo tempore ſuperioribus annis præſidentibus nobiliſſimis viris Joanne Bilde, Chriſtophoro Walckendorpio, Chriſtiano Munck & Emichio Kaas nec non ſynodalia pædagogica an 1581. d. 15. Junii ab omnibus miniſtris borealis tertianæ recepta & approbata, in prima ſpeciali ſynodo propoſita a Davide Bileſeldio, ut & ſynodalia de emendatione miniſtrorum verbi divini in ſynodo generali Wisbywiæ habita a. 1572. d. 9. Septembr. & denique ſynodalia a Dominis Superintendentibus propoſita & a toto Præpoſitorum ſynodo Ottoniæ approbata, de quibus tamen omnibus eorumque contentis ſpecialiter hic dicere nobis non licet, cum ea omnia proh dolor! lateant, ignorentur, & quod Deus avertat, injuria temporum penitus obliteratura eſſe credibile ſit.

Cap. IX. ſſ. XII. p. 301. ſuppeditarunt Torchilli Badenii ſeries chronologica epiſcoporum Seelandiæ Danice Hafniæ 1720. 8vo. plag. 10.

Ibid. Struvius in bibliotb. hiſt. p. 729. Nicolai archiepiſcopi Lundenſis chronicon & vitas epiſcoporum Lundenſium edidit Thomas Bartholinus Th. filius Th. nepos Hafnienſis 1709. 8vo. Idem Wilhelmi Abbatis epiſtolas ad Reges, Principes &c. nec non annales patriæ eccleſiaſticos edere molitur teſte Raupachio in obſervation. ad orationem de ſtatu regni Daniæ p. 87. Neſcio tamen quo pretio habenda ſit ſeries epiſcoporum Lundenſium, una cum rerum maxime memorabilium notatione, initio facto a prima chriſtianiſmi introductione quæ n. 45. in form. 4. occupat inter MSCta Upſalienſia legationis Lagardianæ & cui teſte Hadorphio addita eſt ſub finem narratiuncula de reformata per Daniam religione & Superintendentibus Scaniæ, qui epiſcopis ſucceſſerunt, collectore Magno Matthiæ Theol. Lect. & Canonico Lundenſi.

Cap. IX. ſſ. XII. p. 301. in inſcriptionibus Reſeniaanis p. 249. nec non elenchum epiſcoporum Roſchildenſium, quem Tomo IX. Scondiæ illuſtratæ exhibet Jo. Meſſenius p. 66.

Ibid. multoties laudata cui addes elenchum epiſcoporum Roſchildenſium qui in Martini Petræi genealogia Abſolonis paulo poſt memoranda una cum epitaphiis epiſcoporum comparet.

Ibid. ſcriniis deliteſcit. Simile hucuſque fatum expertus eſt in ſerie ſua Regum Danorum, quorum tempora Danorum reperiri poterunt latine 1585. conſcripta & inter MSC. Lagardiana Upſaliæ num. 52. latentes. Jacturam tamen ſcripti prioris procul dubio reſarcirent, ſi adderentur varia documenta antiquitatum Danicarum præſertim de Othonienſis eccleſiæ privilegiis ac immunitatibus cum variis bullis Pontificiis inter codices MSCtos Upſalienſes n. 39. deliteſcentia; teſtatur tamen ſæpe laudatus *Jo. Hadorpbius* in deſignatione eorum librum hunc a Stephanio talem titulum habere præfixum: Hæc ſunt reſcripta privilegiorum ſanctæ eccleſiæ Othonienſis quæ de ſua dignitate & libertate ante incendium habuit. Prima bulla eſt Paſchalis epiſcopi A. C. 1317. ſcripta, regnante in Dania Nicolao anno Pontificatus ſui XIX. epiſcopo Othonienſi Hubaldo.

Ibid. p. 302. chronologia Danica p. 66. ſeqq. nec non

non in Messenii Tomo IX. Scandiæ illustratæ p. 67. seqq.

Ibid. in encomio regni Daniæ p. 57. & a Jo. Messenio Tom. IX. Scandiæ illustr. p. 69.

Ibid. imperfectum reliquit. A. 1723. in 4to prodiit Pauli F. Bibliotheca Aarhusiensis seu biographia episcoporum Arrhusiensium ante & post reformationem, in qua non modo eorum vitæ & res gestæ, verum & epitaphia scripta aliorum doctorum virorum de iis judicia proponuntur una cum præfatione de ordinibus ecclesiasticis Judaicæ & Christianæ ecclesiæ de autoribus qui de Danis vita & scriptis inclitis scripserunt.

Ibid. Jani Laurentii Wolfii encomio regni Daniæ p. 12. & in Jo. Messenii Scandia supracitata p. 68.

Ibid. p. 303. adspexisset, neque dubitamus merita ministrorum ecclesiæ Coldingensis exposita esse in Paul Jensons *Koldings Kercke* historie Hafn. 1614. 4to edit.

Ibid. p. 303. p. 44. & p. 80. ut & in MESSENII *Scandia T. IX. p. 69. p. seqq.* & *Borglumensium* in Dania episcoporum nomen exhibet.

Ibid. p. 303. §. XIII. chronicon episcoporum regni Daniæ, antistitum & episcoporum in Norwegia Nidrosiensium, Aslogensium, Bergensium, Stavangrensium, Hammarensium nomina, appositis annis exhibet Messenius T. IX. Scandiæ suæ a p. 70--74. Nideros ensium seriem ex MSCto Islandico sistit Torfæus hist. Norwag P. II. lib. 2. c. 19. quam pleniorem postea dedit cl. Bentzelius in notis ad diarium Vazstenense Upsal. 1721. 4to edit. p. 242.

Ibid. memoratur. Nomina autem episcoporum in Islandia Scalholtensium & Holensium recenset Messenius l. c. p. 74. 75.

Ibid. p. 241-257. & Rachenitz l. c. p. 75.

Ibid. enarrat, eorumdem episcoporum numero 25. nomina, expositis annis licet dubiis plerumque expressit Messenius in Scandia l. c. p. 76.

Ibid. p. 304. §. XIII. Londini 1700. 8vo edita nec non in Messenii Scandia l. c. p. 76.

Ibid. p. 304. §. XIV. Martinus Petræus Danus Abbas initio Soranus ordine quinquagesimus primus postea cathedralis ecclesiæ Roschildensis Pastor primarius edito tractatu vernaculo sub titulo sequenti: *Biscop Absolons oc Fer* Esbern Saarens *Herekonst og Adeliche Stamme.*

Ibid. prosapia & insignibus.

Cap. IX. §. XIV. pag. 305. in notis ad testamentum Absolonis p. 75. 76. genealogiam hanc Absolonis episcopi vulgavit Joach. Wielandus in tabula Cistercienf. Soran. paulo post recensenda.

Ibid. pag. 306. §. eod. episcopi Lundensis.

Ibid. Jani Grands ab Erico Memved Rege capti.

Ibid. editam esse. repetita hæc editio est cura Jani Severini Norniffenii Hafn. 1650. 8vo una cum syllabo episcop. Roschild.

Cap. IX. §. XIV. pag. 306. monasteriis Daniæ vid. epist. Ferdin. Imp. ad. Princ. protestant. in 8vo & 12mo edit. in quibus coenobia reposcit.

Ibid. commentati sunt de origine monachorum in Dania tractatum ineditum reliquit Petr. Vinglovius test. Nov. literar. Mar. Balt. 1706. pag. 96.

Tom. IV. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger. Ibid. fin. §. XIV. Cap. IX. p. 306. evulgare potuerit. Non pigebit tamen hoc loco recensum coenobiorum & monasteriorum in Dania & Norwagiæ olim obviorum ex Jo. Messenii Scondia T. IX. p. 79. seqq. exhibere.

Coenobia Benedictinorum Cistercienfiumque in Dania.

(1) Ringstadiense 1080. (2) Herevadense a. 1140. (3) Witescholense 1158. (4) Sorense 1161. (5) Esrumense 1160. (6) Wongense 1165. (7) Oumense 1166. (8) Nevesdense. 9) Schogense. (10) Tomelrupense. (11) Byrckelschogense. (12) Assisiense. (13) Tutevallense 1163. (14) Limense 1172. (15) Urelosuense. (16) Siberense. (17) Colbacense. (18) Gulholmense 1191. (19) Ryense 1190. (20) Gabnogense. (21) Holmense. (22) Nystedense 1286. (23) Knardrupense 1315. (24) Gladsaxense 1398. (25) Malmogense. (26) Lundense. (27) Syntense. (28) Wibygense.

Coenobia Franciscanorum in Dania.

Librum MSCt. quo privilegia Franciscanis a Regibus Daniæ concessa privilegia autentice a notariis subscripta contenta fuere, apud Olaum Wormium delituisse olim testatur Carol. Orgerius in itin. Dan. p. 64. (1) Lundense 1232. (2) Suinborgense 1326. (3) Randersense 1228. (4) Coldingense 1288. (5) Roschildense. (6) Ottoniense 1343. (7) Hafnience. (8) Horsense. (9) Trelleborgense. (10) Assense. (11) Faborgense. (12) Istadense. (13) Nycopense. (14) Hafniense virginum 1505. (15) Ottoniense item. (16) Malmogense item 1511. (17) Kogense 1513. (18) Halmstadense. 1512.

Coenobia Dominicanorum in Dania.

Dominicanorum ordo a. 1221. in Daniam invectus est, per commendationem Romani Pontificis procurante id negotium Gregorio de Crescentia, Cardinali, tum temporis in Dania versante, interprete usus fratre Salomone Dano, qui Veronæ ipsum S. Domini cum audiverat. Residentia Dominicanis concessa est Lundæ Scanorum vid. Arngrym Jonæ epist. pro patria defensoriam plag. D. in fin. ferme. (1) Lundense 1231. (2) Borglumense. (3) Arrhusiense. (4) Arrhusiense virginum. (5) Wedlense. (6) Lundense virginum. (7) Borglumense item.

Coenobia Augustinianorum in Dania.

(1) Dalbygense 1065. (2) Ottoniense 1117. (3) Ripense 1444. (4) Asmildense. (5) Eschilstunense 1163. (6) Dallumense. (7) Wiborgense 1169. (8) Ebbeholtense 1288.

Coenobia Johannitarum in Dania.

(1) Wiborgense 1160. (2) Ontworschogense.

Coenobia Præmonstratensium in Dania.

(1) Oesvidense. 1201.

Coenobia Carmelitarum in Dania.

(1) Lanscronense 1410. (2) Schelforense 1418. (3) Helsingorense 1430.

Coenobia Brigittanorum in Dania.

(1) Mariebodense 1417. (2) Mariestedense 1469.

Coenobia quorundam ordinum in Norwegia.

(1) Munchalivense 1116. (2) Warnense. (3) Holmense. (4) Gimsegense. (5) Kungellense. (6) Nidrosiense. (7) Elgesetterense. (8) Bergense. (9) Bachagense. (10) Fonsbergense. (11) Hufdergense. (12) Medruvellense & alia VIII.

Sequentia coenobia in Norwegia olim obvia nec non clauſtra & conventus memorantur in teſtamento Magni Regis Norwegiæ Hafniæ 1719. 8vo edito videlicet Clauſtrum fratrum minorum Bergenſe, clauſtrum ſanctimonialium de Rein Nidroenſis dioeceſos, clauſtrum ſanctimonialium Nunneſeter in civitate Bergenſi. clauſtrum ordinis Præmonſtratenſis dictum Mariskoeg dioeceſ. Asloenſis. Clauſtrum ordinis Ciſtercienſis in Lyſa. Clauſtrum ſanctimonialium de Gymbeſege Asloenſis dioeceſeos. Clauſtrum F. F. minorum in Konunghelle.

Cap. IX. §. XVI. p. 308. ſubito extinctus huic ſucceſſit Chriſtian. Albrecht Kirchhofius affinis & frater meus in Chriſto perquam dilectus & honoratiſſimus qui ſpartam Præpoſitorialem hodienum ornat.

Cap. X. §. I. p. 308. præmittimus huc referenda erit Alb. Thura idea hiſt. literar. Dan. edit. cum elogio.

Ejusd. Cap. §. II. p. 310. Jo. Suaningio in chronolog. Dan. p. 77. ſeqq. nec non epitaphia & inſcriptiones Abbatum Soræ defunctorum aliorumque virorum celebrium ibidem ſepultorum quas exhibet Martinus Petræus in genealogia Abſolonis epiſcopi ſupramemorati. Tabulam Ciſtercienſium Soranam catalogum Abbatum Soranorum item catalogum illuſtrium Soræ ſepultorum una cum annexa genealogia domini Abſolonis archiepiſcopi nec non epitaphiis quibusdam vetuſtioris ævi Soranis exhibentem Hafniæ 1712. 8vo. vulgavit Joach. Wielandus, Petri filius. Idem hic catalogus virorum & fœminarum illuſtrium Soræ jacentium auctor Danico ſermone concinnatus exhibetur in novellis litterariis Danic. 1726. N. XI. p. 164. ſeqq. Denique placet ex catalogo MSCtor. Upſalienſium legationis Lagardiano-Hadorphianæ ſæpius memorato iſtos enumerare codices qui ſpeciatim Sorani miniſterii hiſtoriam & antiquitates exploduut. Sunt autem 1. antiquitates monaſterii Sorenſis nec non de regia ſchola Sorenſi in fol. n. 30. de quibus Hadorphius ita: Antequam antiquitates iſtas exponit, duabus pagellis alia habet, priori quidem Pontifices Romanos enumerat ab A. C. 1159. qui ſederunt a prima monaſterii fundatione ad an. 1605. nomina item epiſcoporum Sorenſium qui in vetuſtis membranis ſub certo die reperiuntur. Altera vero catalogum habet Abbatum Sorenſium ex vetuſtis literarum ac diplomatum membranis. Antiquitates autem monaſterii Sorenſis conſiſtunt in ejus fundatione diplomatum privilegiorumque enumeratione & ejusmodi aliis rebus. 2. Fundatio Soræ a. 950. annales monaſterii Sorenſis ut & nomina Præſidum, Rectorum Paſtorum ſchola Regiæ a Steph. Stephanio concinnata exhibens.

Cap. X. §. III. p. 311. exſcripta proſtant. Gymnaſii Othinenſis Regii ſtatum breviter ſed venuſte ſatis deſcribit Laurentius Luja in ſtatua honoris gymnaſio Othinenſi Regio erecta & Hafniæ 1724. 8vo edita plag. 5. ubi ad finem catalogum epiſcoporum Fionenſium Profeſſorum gymnaſii Rectorum & Con-Rectorum Scholæ a tempore reformationis adjecit.

Ibid. §. IV. p. 311. ex ejus deſignatione *a. 1665. in 4to* ordine ſatis accurato & adjecto autorum indice prolixiore.

Cap. X. §. VII. p. 313. referendæ ſunt 1. bibliotheca Chriſtiani Oſtenfeldii a 1672. d. 29. Julii & ſeqq. publica auctione diſtracta, cujus catalogus integro alphabeto conſtans Hafniæ 1672. 4to editus exſtat.

Ibid. prodiit bibliothecæ Erici Roſencranzii equitis catalogus Hafniæ 1678. 4to integro alphabeto abſolutus vulgatus eſt.

Ibid. pag. 314. apparatus continetur. Addo ſuppellectilem librariam viri ſumme Reverendi Severini Lintrupii. de qua conferri meretur Bernh. Raupach in præfat. de præſenti rei ſacræ & literariæ in Dania ſtatu in academia Kilienſi recitata primum, & poſtea obſervationibus aucta editaque Hamburgi 1717. 8vo.

Ibid. §. VIII. p. 315. invidere nolit, de Roſchildenſis gymnaſii ſtudiorum ratione, plura, ſi vixiſſet, dubio procul expoſuiſſet *Eſcherus Laur. Dallius* canonicus Roſchildenſis circa an. Chriſti 1663. qui reliquiſſe fertur vaſtum opus MSCt. in quo, tam urbis quam ſcholæ & gymnaſii Roſchildenſis originem & fata eruditiſſime proſecutus eſt, teſte multoties antecitato & laudato cl. Alb. Thura in idea hiſt. literar Danor. p. 212.

Ibid. p. end. pag. 320. cui denique jungimus Laur. Luja Philoſoph. Prof. qui hiſtoriam gymnaſii Othiniani edidit ſub hoc titulo: Statua honoris erecta gymnaſio Othinenſi Regio Hafniæ 1724. 8vo plagul. 5. de qua jam ſupra vidimus.

Cap. XI. §. III. pag. 320. prelo paratum aliaque plura typis parata ſervare quorum catalogum exhibet Bernhard. Raupach de præſenti rei ſacræ & literariæ in Dania ſtatu p. 106. ſeqq.

Ibid. §. IV. p. 321. verb. pag. 106. ſeqq. cui addes nummum aureum antiquum & perrarum, Othinum, ceu probabile eſt eiusque ſacrorum ac myſteriorum ſigna & indicia exhibentem e muſeo Kederiano & cum hujus commentatione editum Lipſiæ 1722. 4to nec non Jo. Georg. Eccardi epiſtolam de nummis quibusdam explicatu difficilioribus ad Gerhardum Abbatem Luccenſem Lipſiæ 1722. 4to edit. ubi Oſtrogothorum nummum quendam in Italia cuſum explicat.

Cap. XI. §. V. p. 322. Oxon. 1705. fol. edit. Tomo ſecundo

Ibid. vix merentur, ſed errorem Thraſon ignorat vid. p. 314. in not. ubi ſuppellex legitur.

Ibid. §. VII. p. 322. fuſius memorentur. Delicias oratorum Danorum cum præfatione de meritis Danorum in literas humaniores pollicitus eſt vener. Severin. Lintrupius, idem merita Danorum in ſtudium Lexicographicum expreſſit in præfat. ad cl. Chriſtiani Falſteri ſcholæ cathedralis Ripenſis Con-Rectoris doctiſſimi mihique amiciſſimi ſupplementum linguæ latinæ Flensburg 1716. 8vo editum Tractat. Islandicum de veterum Danorum poetis in append. Hamfred. Wanleji ad catalog. librorum ſuorum Septentrionalium MSCt. citat Hickeſius T. II. Theſ. L. L. Septentr. p. 324.

Ibid. Navkandige Naunkundige.

Ibid. §. VIII. pag. 323. fruſtra quæramus licet ſecus de iis judicet cl. Bartholinus ant. Dan. p. 543.

543. qui putidiſſimas & triviales cantilenas vocat omni prorſus luce indignas, ad colos aniles heri aut nudius tertius infelici vena compoſitas. Adde Olai Stephani Waldeſon e Sora Leonis Dani carmine expreſſi citantur MSCt. *in den aufgefangenen Nachrichten von unterſchiedlichen gantz denckwürdigen* prognoſticis *und Politiſchen Weiſſagungen* Freyburgi 1716. 4to p. 64. ubi editio horum poematum cum ulteriori relatione de vita & ſtatu hujus autoris promittitur. NB. autor *dieſer Nachrichten Herr* M. G. L. *und hat er mir einen Satz geben wollen*, ſed fruſtra, cum de MSCtis omnibus dicere & referre non unius hominis labor ſit.

Ibid. pag. ead. hiſtorias exhibent liber quidam rhytmicus (ab Hafnienſibus plane diverſus) ſub titulo: *Danske Rym boeck Lylandes um Danska Konnunges lefieren, och bedrif eter alt is de til Konung Fridrich den II.* 4to inter codices la Gardianos collegio Upſalienſi donatos, n. 20. 4to apparet.

Cap. XI. §. IX. p. 324. Francofurti 1573. 4. & indice expurgatorio hiſpanico majore prohibiti.

Ibid. Sleſvici 1581. 4to editum ut M. Jonæ Joannis epigrammata latina, Danica, Germanica Regum Daniæ res geſtas compendio exhibentia cum iconibus Regum à Dano uſque ad Fridericum III. Hafniæ in fol. edita h. l. taceam. Latinorum epigrammatum autor eſt M. Jonas Jacobi Venuſinus primum Paſtor eccleſiæ Herfolgenſis deinde eccleſiaſtes Hafnienſis ad ædem ſacram Spiritus S. mox Profeſſor Phyſices in acad. Hafnienſi & tandem 1607. Soranæ præſes, poeta, anagrammatiſta & hiſtoricus ſuo ævo felix. Danicorum epigrammatum autor eſt Severinus Torchillus, germanicorum vero Adamus Fridericus Wernerus Saalfeldia Boruſſus. Icones autem accurate pariter ac nitide expreſſæ ſunt, per Alb. Haelweg ceu fuſius docet præfatio ad lectorem epigrammatibus hiſce præfixa. Ipſe Severinus Torchillus contenta horum epigrammatum verſibus aliquot Danicis in editione quæ penes me eſt manu propria ſequenti rhytmo expreſſit:

De vydt beromte Danske Kongers Noffn,
Och Billeder Fra Dan dend Forſte
Till Frederich deud tredi, oſs till Gaffn,
Der nu Regierer ſom dend Storſte
Beſkrefen ev in deme Bog mit Flyd
I trende Sprog und Gjed ej mange.

Cap. XI. §. IX. p. 325. recenſeantur. Huc etiam omnino ſpectant M. Jo. Seccervitii Profeſſoris academiæ Gryphiſw. Daneidum ſive carminum de rebus Danicis libri IV. Stetini 1581. 8vo editi. Primus liber continet carmen gratulatorium ad inclytum & invictiſſimum Principem Fridericum II. Daniæ Regem de natali filiolæ Auguſtæ, quæ nata eſt Coldingæ d. VIII. Apr. & baptizata ibidem d. 26. Jun. 1680. item propempticon clementiæ & fortitudinis ad illuſtriſſ. Principem Chriſtianum Friderici II. Regis filium. Liber II. continet hodoepericon itineris Danici in quo natalis & baptiſmus regiæ filiolæ Auguſtæ & obitus nobilis & magnifici viri Jo. Schongardii &c. & quædam alia celebrantur. Liber IV. & III. continent elegias ad viros illuſtres & amicos in Dania. Vetuſtiſſima procul dubio eſt editio iconum Regum Daniæ Hafn. 1646. fol. 2. alph. & 10. pl. per Georg Holſt exſcripta, a Dano enim Rege ad Chriſtianum IV. extenditur, latina quidem Venuſini epigrammata in utraque editione iconum retenta ſunt, ſed germanica & vernacula Danica prorſus immutata apparent. Quæ enim in bibliotheca hiſtorica Hamburgenſi germanice edita apparent epigrammata danica & latina ad icones Dani & Chriſtiani IIII. ſpeciminis loco expreſſa, ea longe aliter ſe habent in altera editione de qua ſupra. Tenor autem horum epigrammatum Danicorum & germanicorum ſequens eſt:

Ad iconem Dani

1.

Af Konge Trone Nafn og Stand
Jeg Förſt ey wiſs at ſige
Man dyden gaf myg Kron og Land
Der andre Matte vige
Af mig Fick Dannmarck a ſit Naffn
Som det endnu beholder
Pa denne Dag aff mig gaav Saffn
Thi dyden ſaadant Völcker.

2.

Vom Scepter, Purpur und dem Thron,
Hatt es ich nichts zu ſagen,
Doch gab die Tugend mir die Cron,
Und trug mir zu behagen,
Von meinem Nahmen ward dieſs Land,
Auch Dannemarck genennet,
Drum mich der gantze Balther Strand
Den erſten König kennet.

Ad iconem Chriſtiani IV.

1.

Jeg bygde Kercker Huuſe Slotz
Oc Sköler Byer oc Stæder
Jeg giorde meget mere got
Hvor offver meed ſick glader
Med lycken Stadt jeg Forſt oc ſtiff,
Hvor Fnider Mannd min lige
Oc Alderdom bort tog mit liff
Jec leffver i Gudz-Rige.

2.

Ich bin der groſſe Chriſtian,
In Fried und Krieg ein tapfrer Mann,
Mein Nahme wird im Reich geſchaut,
Wo nur was köſtlichs wird erbaut,
Des Landes Heyl und Gottes Ehr,
Hab ich geſucht je mehr und mehr,
Ich ſtarb im hohen Alterthum
Gantz ſanfft und wohl, das iſt mein Ruhm.

Præterea novæ huic editioni ad effigiem Friderici III. nova adjecta ſunt epigrammata latina Danica & Germanica quæ ita ſe habent.

C. III.

FRIDERICUS III.

Rex Pater & Cimbri dum non merita arma repellunt

Poſtpoſui mitram legibus atque focis
Hinc ſibi me fecit juſtiſſime Dania Regem
Et fratrum votis prævaluere DEI.

2.

Hvadmig for langen Tid war ſpaad
Oc Gud und lycken ſkenckte,
Dat hef vor jeg ocuſiden naand
Der mand der paa lidt tancke

For Stifft oc Biſcops Stoff jeg Fick
Tu Riger oc regiern,
Dem holder jeg und low oc Skick,
Vor Herre dem formeeret.

3.

Da, als der Schweden Krieges-Macht
In Cimbern eingefallen,
Nahm ich das Vaterland in Acht,
Hielt auch mich wohl für allen,
Den Biſchoffs-Stab den lieſs ich ſtehn,
Und lieſs Gott ferner walten,
Vor muſst ich meinem Bruder gehn,
Und ſo dieſs Reich erhalten.

Denique eruditum de poeſi Islandica diſcurſum ſcripſit Magnus Olai, ex quo, quanti ſit artificii, quantique ingenii condere doctum ſecundum leges poetarum Islandorum carmen liquido conſtabit, ſimulque quanto olim in pretio Islandi poetæ Regibus & Principibus, Norwegiæ, Daniæ, Sueciæ & Angliæ exſtiterint, elucebit; quam qui legere deſiderat, legat appendicem literariam Runicam Wormii a pag. 177. - 182. ad quam provocat Reſenius in præfatione ad Eddam Snorronis, conferatur ejusdem Reſenii præfat. ad lexic. Island. p. 16. & 17. ubi Gundmundi Andreæ rhytmos Islandicos de Joge cretico, capite Gorgonis nec non Ægide laudat in quibus ait tantum eſſe ingenium, tantaque ornamenta poetica, ut antiquiſſima Islandorum poemata, non ſolum adæquare ſed etiam ſuperare affirmat.

Cap. XII. §. I. fin. pag. 325. Lectoris tradamus. Thomas Broderus Bircherodius tractatum ſervat MSCt. a ſe conſcriptum; de cauſis deperditarum antiquitatum borealium.

Ibid. pag. 326. §. II. Olaus Wormius, quem magnum antiquitatum Danicarum reſtauratorem vocat & aliis elogiis ornat Nicolſonus in B. H. A. Part. I. Cap. IV. p. 54. ſeqq.

Ibid. dicenda erunt. De difficultatibus in monumentis Runicis occurrentibus tractatum eruditum prelo paratum poſt ſe reliquit M. Sonterupius cujus capita & contenta enarrantur in novellis literariis Danicis a. 1723. n. 15. 16. 17. 18. 19. - 24. incl. artic. ubique primo.

Cap. XII. §. III. pag. 329. Wigaglums Saga. Lubet hic adjicere celeberrimi Reſenii in præfatione ad Eddam Snorronis judicium integerrimum ubi ſic ſcribit: Hunc noſtrum Magnum Olai conſuluit antiquitatum Danicarum ut ſolus ita peritiſſimus myſta Olaus Wormius, cui per aliquot annos jam unam jam aliam partem lexici Runici in ſolius prædicti Wormii uſum elaborati indigeſtam tamen & interpretatione fida indigentem transmiſit. Quas Magni Olai ſchedas poſt ejus obitum Wormius collegit, omnia in ordinem redegit, auxit ac locupletavit & quæ interpretatione latina indigere videbantur, toga Romana donavit edique curavit Hafniæ in fol. 1650. ſub tit. Specimen lexici Runici. Collectio cipporum Runicorum Petri Dikmanni excuditur Holmiæ 1721. vid. acta literar. Sueciæ trimeſtr. II. p. 56. Olai Verelii manuductio compendioſa ad Runographiam Scanicam antiquam recte intelligendam prodiit Upſal. 1675. fol. Severini Petri Gludii diſſertationes de literatura Runica item de accenſis pyris Danorum memorantur Alb. Thura in idea H. L. D. p. 37.

Cap. XII. §. IV. p. 329. ad Bartholinum p. 561. cui addi meretur Carolus Oyerius in itinere Danico pag. 64. 67. & alibi paſſim ubi refert paſſim Cl. Wormio conſilium fuiſſe plura de lingua Danica & literis Gothicis ſcribendi ampliusque inquirendi.

Ibid. §. V. pag. 331. quid tentaret. Quod reſtat de ſcriptis Wormianis generatim conſtat ea apud eruditos etiam exteros maximo in pretio haberi cujus rei exemplum dedit P. Jo. Reſenius p. 17. ſeqq. præfat. ad Gudmundi lexic. Island. ubi integram farraginem autorum exterorum recenſet qui Wormianorum ſcriptorum honorificam mentionem fecerunt. Nihil itaque amplius addo, cum illud ſolum unicum notaverim cl. Wormium peculiare inſcriptionum antiquarum corpus & opus promiſiſſe in monument. Dan. lib. I. C. 2. ſub finem.

Cap. XII. §. VII. p. 332. referendi ſunt. Huc etiam referri meretur Jo. Jani Alanus cujus exſtat tractatus de gentium quarundam ortu, primatu præcipue de Cimbrorum ortu & migratione, donec in hiſce oris perſederint Hafn. 1628. 4to nec non Jo. Bircherodius junior Jani filius Philoſoph. P. P. Hafn. qui varias diſputationes circa diſquiſitiones antiquitatum patriæ Daniæ gentilis conſcripſit Hafn. 1701. annisque ſeqq. in 4to edit.

Ibid. fuſius recenſiti nec non Paulus Cypræus cujus *ἀπογραφεῖον*, de origine, nomine, priſcis ſedibus, lingua priſca, moribus antiquiſſimis, rebus geſtis & migrationibus, Saxonum Cimbrorum Vitarum & Anglorum, opera & ſtudio Hieronymi Cypræi Sleſvicenſis J. V. L. Hafn. 1632. 4to plag. 5½. editum exſtat. Abſolvitur autem tribus ſaltem capitibus: Cap. I. originem, nomen priſcasque Saxonum Cimbrorum Vitarum & Anglorum ſedes ad Albim & Oceanum exhibet. Cap. II. de lingua Saxonum Cimbrorum & Anglorum priſca eorumque moribus agit. Cap. III. Saxonum & Cimbrorum antiquiſſimas res geſtas & migrationes enarrat.

Cap. XII. §. VII. p. 332. fuſius explicatas. Quibus omnibus denique addo Jo. Georgii Keyſleri Societat. Regiæ Londinenſis ſocii antiquitates ſelectas, ſeptentrionales & Celticas quibus plurima loca conciliorum & capitularium explanantur, dogmata theologiæ Ethnicæ Celtarum, gentiumque ſeptentrionalium cum moribus & inſtitutis majorum noſtrorum, circa idola, aras, oracula, templa, lucos, ſacerdotes, Regum electiones, comitia & monumenta ſepulchralia una cum reliquis gentiliſmi in cœtibus Chriſtianorum ex monumentis potiſſimum ineditis fuſe perquiruntur. Hanoveræ cum figuris æri inciſis 1720. 8vo. Contenta libri hujus non indocti exhibentur in ſummario ſectionum & capitum ipſi operi præfixo adeo ut prolixum de iis h. l. recenſum ſiſtere abs re foret.

Cap. XII. §. VIII. p. 333. Hafn. 1621. 8vo. pl. 8½. quibus in fine addita eſt Bert. Canuti de monumentis antiquis epiſtola.

Ibid §. eod. pag. 334. circuli balthici Hamburgi 1624. 4to Germ. edita.

Cap. XII. §. IX. p. 336. academiæ Hafnienſis. De antiquitate & ſublimitate ordinis elephantini orationem

tionem Danicam a. 1694. d. 4. Julii in arce Friderico-burgensi habuit illustris Marcus Giöe Eques, quæ postea typis impressa Hafniæ 1721. 8. prostat.

Ibid. p. ead. molitus est. Petri Krogii Theol. D. Nidrosiensis breviarium equestre sive de ordine equestri elephantino Hafniæ 1704. fol. editum citat Bernhard. Raupach de præsenti rei literariæ & sacræ in Dania statu p. 94.

Ibid. p. ead. reperitur. De eodem Ordine Dannebrogico librum molitus est P. J. Resenius. Ipse b. Resenius meditatum hoc opus suum in fine chronici Friderici II. Regis p. 466. sequenti titulo insignivit: P. J. Resenii tractatus de insignibus Regum Daniæ & Norwegiæ &c. antiquis & modernis nec non de vexillo Dannebrogico, ut & de ordine equestri Dannebrogico, in quo imagines sive hieroglyphicæ notæ dictorum insignium & ordinis ex antiquitatibus, historiis regulisque ethicis illustrantur. Idem eodem loco vernaculo i. e. Danico idiomate librum de ordine elephantino paravit quorsum scholæ bibliothecæ Hafniensis academiæ supramemoratæ spectant.

Cap. XII. §. IX. pag. 337. teste catalogo Birchero-dimo ut G. Andr. de la Roque tractatum: De la noblesse & des Ordres de Chevalerie de la noblesse de Angleterre, de Espagne, de Portugal, de Allemagne, d'Hongrie, de Italie, de Pologne, de Suede, de Dannemarc, de Paybas &c. Paris 1678. 4to editum, ut alios hujus farinæ taceam.

Cap. XII. §. X. pag. 338. Amstelod. 1678. 12mo. Ejusdem Olai Wormii notæ & animadversiones in epistolam cujusdam de aureo cornu ad Steph. Stephanium datæ Idibus Apr. 1641. MSCt. exstant apud nepotem ipsius Castanum Wormium, consiliarium Regium & Præsidem civitatis Ripensis. Continent hæ notæ præsertim acerbam epistolæ Henrici Ernstii de aureo cornu ad Joach. Gerstorffium an. 1641. scriptæ (qua cornu hoc ad idolum Suantovitum in Rugia refertur) refutationem. Placet de his notis audire *V. Cl.* CHRIST. FALSTERUM ad me ipsis Kalendis Febr. ita scribentem: Scribis de animadversionibus *MSCtis Olai Wormii in epistolam H. Ernstii de aureo cornu* quarum copiam tibi fieri nimis verecunde optas, (sed crede mihi, amabo,) cernitur in his passim ea in H. Ernstium acerbitatis intemperantia ut vix sine invidia & detrimento famæ Wormianæ legi a bonis viris possint. Oravi nihilominus sed exorare non potui Wormium nostrum, ratum, si arcana hæc vitia aut convitia palam fieri pateretur, inique de nomine avito se meriturum.

Cap. XII. §. X. pag. 339. Theologiæ Christianæ ostendit. (nuper nempe a. 1722. defuncti) apud Cimbros prodiit nova plane Georgii Sorterupii Pastoris Lyderslevienſis & nomarchiæ Stevenensis in Sælandia & Præpositi de aureo cornu Christiani IV. sententia, qui insculptas huic singulas figuras ad cyclum & calendarium veterum Cimbrorum gentilium vernaculo idiomate refert: *Nogle Faan og korte Anmerkinger oc Einerindringer anhvis der bezöves til at verlangeen rigtig oc fulkommen Forklarung over de odskillige billeder oc figurer sen ere at seen paa det Aeldgande meget were og dyre baren Gylden Horn af Jürgen Sostrup.* Kioh. 1717. 8vo plagg. 4. adde Fallteri judicium ex literis.

Ibid. pag. ead. Jo. Justi Winckelmanni tractatum de hac materia sub sequenti titulo editum: *Des Oldenburgischen Wunderhorns, Ubrsprung, Herkunfft, Materie, Form, Gestalt, Figuren und hieroglyphische Auslegung mit angeführten lesswürdigen und lesentlichen Antiquitæten und Curiositæten nebst dessen künstlichen Abriß, aufgesetzt von* Joh. Just Winckelmann Bremen 1684. fol.

Cap. XII. §. XI. p. 340. Petr. Winslovius Pastor & Præpositus Præstoensis in Seelandia an. 1636. d. 20. Martii nat. & 1705. d. 13. Januar. denat. cujus scripta edita & inedita recensent nova literar. Balth. maris, 1706. p. 98.

Ibid. arctoum de historia sive observationes.

Ibid. Danica, regionumque vicinarum.

Ibid. Tanfana. De Taciti Tanfana conferendus quoque est Georg. Casp. Kirchmaierus in commentario ad Tacitum de situ, moribus & populis Germanorum, quem tamen perperam multa scripsisse ob linguæ Francicæ veteris ignorantiam testatur & aliquot exemplis probat Hickesius in præfat. ad Grammat. Franco-Theotiscam pag. 2. & 3.

Ibid. an. 1706. m. Mart. p. 97. seqq. ut Steph. Skinneri etymologiam linguæ Anglicanæ ex XII. linguis Anglo-Saxon. Runica, Gothica, Danica &c. Londini 1671. fol. edit. h. l. taceam: de eo quod de lingua Danica omnino dici potest confer de Thura ideam hist. liter. Dan.

Ibid. exhibet. Omitto quæ Bonaventura Vulcanius de literis & lingua Jutarum sive Gothorum nec non de notis Lombardicis Lugduni Batavorum 1597. 8vo tradere annisus est. Continetur hoc libello commentariolus in linguas Gothicas item in notas Lombardicas, Imperatorum nomina, literis Lombardicis salutatio angelica, oratio dominica &c. lingua Gothica. Quadruplex alphabetum Gothicum, Inscriptiones veteres Gothicæ, specimen linguæ Gothicæ, qui hodie Tauricam chersonesum incolunt, salutatio Angelica Teutonica & alia id generis plura, quorum indicem pagina, quæ post præfationem sequitur ostendit. Servanda sunt promissa adeoque tractatus Hertzholmiani de præcellentia Daniæ p. 121. memorati prolixiorem hic exhibebimus conspectum. Tractatus Hafniæ 1662. 4to impressus plag. 17. constans, sequenti gaudet titulo: Præcellentia & ὑπεροχὴ regni Daniæ Norwagiæ &c. ex antiquitate primæ propagationis Danorum & Regiæ eorum potestatis demonstrata & asserta auctore Ivaro Nicolai Hertzholmio. In dedicatione ad illustriss. Dn. de Reetz regni Cancellarium Clariss. autor monet se ansam scribendi tractatum coepisse ex stulto Lusitani cujusdam scripto publico, qui status Danorum plane ignarus, statuerat Regem Daniæ frustra de prærogativa sessionis cum Rege Lusitanorum contendere. Ipse tractatus cum in prooemio antiquitatem primum & solidum præcellentiæ fundamentum esse demonstraverit, pluribus capitibus absolvitur quæ in certos iterum subdividuntur titulos. Cap. I. monstrat Cimbros nostros qui Dani sunt a Gomero descendere, quod

quod partim ex Geneſ. X. 5. & Geneſ. XI. 8. partim ex modo adventus & profectionis Cimbrorum juxta veterum teſtimonia tit. I. & II. nec non tit. V. demonſtratur, ejuſdem capitis titulis IV. de linguarum Hebraicæ & Danicæ conformitate, quam plus uno exemplo firmare nititur ingenioſus auctor. Cap. II. tit I. & II. demonſtrat auctor, Cimbros nec a Germanis nec a Cambris Anglorum nec a gigantibus palæſtinis originem trahere. Cap. III. agit de variis Cimbrorum ſeu Danorum appellationibus, & quidem docet tit. hujus cap. I. Cimbros promiſcue apud veteres Gomorrhitas vocatos fuiſſe. Titulus vero II. Schytica nomina Danis impoſita & attributa recenſet, tit. III. nomen Cimmericorum iisdem tributum exponit, IV. porro & V. titulus luculenter aſſerit Danos mox Getas mox Gothos appellatos olim fuiſſe, & hac occaſione tit. VI. VII. VIII. de nomine Wandalico Longobardis & Normannis fuſius differunt. Pergit porro auctor Cap. IV. varias circa Danicæ vocis appellationem ſententias in medium afferre, ita tamen ut varias circa hanc ſententiam opiniones diſſentientes conciliet & plura de competentia Danici nominis immiſceat. Tandem Cap. V. titulis tribus variarum nationum teſtimonia de antiquitate gentis Danicæ & ejus regni loquentia ſtudioſe conquiſita agmen claudit. Denique huc quoque ſuo jure referenda eſt Chriſtierni Reiteri diſſertatio hiſtorico-geographica de orbe Septentrionali Hafn. 1664. 4to edita, quippe in qua, plura haud vulgaria nec ubivis obvia ad criticam ſpectantia obſervantur. Abſolvitur diſſertatio §phis XVIII. quorum contenta hic breviter enarrare animus eſt §. 1. diſquirit, quantam veteres habuerint ſeptentrionis cognitionem §. 2. examinat an Nerigos inſula Plinio hiſt. naturali lib. IV. c. 16. memorata ſit Norwegia §. III. explorat num per Sitones a Tacito citatos intelligendi ſint Norwegi § IV. & V. de veterum Thule fuſius differunt §. VI. & VII. infamis illius vorticis Norwegiæ Moskoeſtrom exteris Mulſtrom dicti rationem & circumſtantias ſiſtunt, ſimulque de miraculis & portentis ſerpentibus monſtroſis agunt § IX X. & XI. Islandiæ Frieslandiæ Gronlandiæque conſpectum præbent ſpeciatim autem de etymologia vocis & an Gronlandia veteribus cognita fuerit quidque de antiqua Gronlandia factum ſit §. XII. & XIII. agitur. Tandem §. XVI. XVII. & XVIII. de Oceano Septentrionali differitur ſimulque examinatur quæſtio: An per Septentrionem ad Indos navigari poſſit?

Cap. XII. §. XII. p. 341. Hafn. 1680. 4to. Joh. Jani Alani diſſertatio de gentium quarundam ortu, primatu præcipue de Cimbrorum ortu & migrationibus donec in hiſce oris perſederint Hafniæ 1628. 4to edita. Jac. Schefferi Neoburgo Dani diſſertatio de regnis Daniæ & Norwegiæ Hardevici 1648. 4to vulgata. Chriſt. Detlev comitis de Reventlow panegyricus de gentis Danorum antiquitate in honorem natalis Chriſtiani V. Regis Daniæ Hafniæ 1684. fol.

Cap. XIII. §. 2. p. 342. evulgatis, quibus jungi poteſt Nicolai Bentzoni Randruſia Dani theoria Jatrica affectuum, Septentrionales cum primis divexantium, quam reſpondente Jo. Frid. Zwingero Baſileæ publica diſputatione defendit, ediditque Baſileæ 1638. 4to.

Ejusd. cap. §. 4. p. 344. Mercurii filii. Lubet hac occaſione recenſere ſcriptum quod an. 1638. 4to ſub ſequenti titulo editum proſtat: Mare Balthicum i. e. hiſtorica deductio, utri, Regi Daniæ ne an Poloniæ, prædictum mare a multis annorum centenariis, aſſerente non fallaci hominum cenſura ſed ipſa nunquam fallibili natura ſe deſponſatum fateatur & agnoſcat. Huic tractatui oppoſitus a. 1639. in 4to eſt alter ſequenti titulo inſignitus: Antimare Balthicum ſeu brevis & analytica recapitulatio tractatus nuper editi cujus titulus eſt: Mare balthicum i. e. hiſtorica deductio, utri Regum Daniæ ne an Poloniæ prafatum mare a multis annorum centinariis aſſerente non fallaci hominum cenſura ſed ipſa nunquam fallibili natura ſe deſponſatum fateatur & agnoſcat. Finem controverſiæ huic procul dubio imponeret ſi ederetur Mathæi Knætebecks Roſtochienſis Chriſtianus V. maris Balthici dominus ſeu Imperium maris Balthici ſolo Regi Daniæ vindicatum cujus tractatus autographum latet in bibliotheca regia Hafnienſi & penes ſororem autoris in coenobio Ribnicenſi degentem teſte Hoyero *in kurtz gef ſter Dænifchen Geſchichte* pag. 228. not. y.

Ibid. de bibliothecæ ſuæ incendio p. 77. 78. quæ Bartholini diſſertatio Jenæ 1709. 8vo recuſa novaque Andreæ Weſtphali præfatione quæ recentiora bibliothecarum incendii furore conſumtarum exempla exhibet, aucta exſtat.

Ibid. Francof. 1679. 8vo edita Nicolai Vinterbergii brevis & fida relatio de navi magna Chriſtiani IV. quæ in Stora flumine juxta arcem Hilligeſtede interciderat, quomodo & quibus artibus ea erigitur, inſtauratur & Hafniam pervenit Hamb. 1615. 4to vulgata item Erich Hanſens Paſtoris eccleſiarum Græſted *og Marum Lidenbog om* Helenæ *Kildes opvældelſe og udſpring ſampt Maſſbruck* i. *Paavedommet* Hannov. 1650. 12mo i. e. Erici Hanſens tractatus de origine & fluxu aquarum fontis Helenæi cum earundem abuſu in Papatu Hanoveræ 1650. 12mo. de earundem aquarum natura vi & efficacia Regio juſſu judicium tulit Olaus Wormius quod una cum deſcriptione fontis MSCtum ſervat ejus nepos vir clariſſimus Caſtanus Wormius.

Suo loco inſerenda.

1. Illuſtria merita ordinis equeſtris Cimbrici in rem chriſtianam tam ante quam poſt ſacrorum emendationem in academia Kilonienſi Oratione ſolenni 1716. expoſita ab Ad. Henr. Lackmanno Oldenburgenſi Holſato Lubecæ 1717. 4. 2. Cherſoneſi Cimbricæ quæ hodie Holſatia appellatur annales ex bibliopolio Frobeniano 1606. 4. editi memorantur in catalogo Cordeſiano p. 304. & Scaveniano p. 69. 3. *Jo. Craptitii* Pæan Danicus Hafn. 1619. 4. 4. *Chriſt. Tiſtadii* Tranſitus Arhuſio-Hauniacus Roſtoch. 1623. 4. 5. Incendium quod Hafniæ 1640. duas partes miſere devaſtavit ab Arnoldo Joannis 1661. 8. 6. Jo. Seccervitii carminum de rebus Danicis libri quatuor Stetini 1581. 7. Pauli Ruteri diſquiſitiones quinque de ſcriptoribus Danicis Hafniæ forma 4ta. 8. De præcipuis rebus geſtis Friſiorum Septentrionalium lib. VI.

e ſummis

e summis antiquitatum tenebris producti per Petrum Saxium 1656. MSCt. vid. Kortholti epistolam ad me d. 23. Sept. 1722. scriptam. 9. Edwardus Thwaitas collegii Reginæ apud Oxonienses socius in *Hickesii Thesauro linguarum septentr.* edidit *Aelfrici heptateuchum* 1699. Oxon. vid. de eo Tom. I. in auctoris præf. de opere suo p. IV. ubi ita: Ad illos accedat cum laude mihi prædicandus Ethwartus Twaites cujus tum in me tum in literas septentrionales tum denique in librum meum merita cum considerem, vix plane a me impetrare possum quin exemplum sequar Petri Francisci Giombuttarii, qui librum suum de linguæ Florentinæ origine scriptum, (& Florentiis 4. edit.) a Jo. Baptista Gellii viri sibi amicitia & studiis conjunctissimi cognomine quem in scribendo socium & consiliarium habuit, Il Gello nuncupare voluit. Perinde quidem & mihi Thwaithesii nomine librum nostrum inscribendo, si per modestiam ejus liceret nobis faciendum esset. Etenim cum ille arctoarum literarum scientia quas cum græcis & latinis conjungere non dedignatus est, tum summo ingenio & honestate vitæ mihi charus & jucundus schedas nostras tam imprimendas quam impressas revisendi & corrigendi ut & typographos chalcographosque quotidie corrigendi instituendique sannorum cura & diligentia de codice nostro ita meruit ut si illum ejusdem auctorem cum adjutor maximus fuerit, prædicarem, id tantum quod sine arrogantia sibi sumere & jure suo quodammodo vendicare posset.

XII.

PROMOCONDVS SCRIPTORVM HISTORIÆ DANICÆ, QVIBVS ANDREAS SEVERINVS VELLEJVS HISTORIOGR. REGIVS IN CONSCRIBENDIS OPERIBVS HISTORICIS VSVS VNA CVM RECENSIONE OPERVM IPSIVS HISTORICORVM AFFECTORVM ET EX PARTE CONSCRIPTORVM. EX B. AVTHORIS AVTOGRAPHO APVD NOB. *CHRIST. WORMIVM* EXSCRIPSIT *ANDREAS KELLINGHVSIVS.*

Manuscripta Vellejo elaborata.

Hic *Promus condus* noster continet catalogum librorum, unde depromimus quasi e penu quodam materiam historiæ & operum Historicorum quæ molimur, quibus opera nostra Historica complectimur. Opera historica, quæ condere laboramus & Deo vitam ac valetudinem conservante, suo tempore subcisive pertluere, hæc erunt: I. *Historia Regum Daniæ*, quæ in sex tomos digesta est. 1. Reges continentur, quos Saxo recenset, & qui ab eo omissi sunt, ad Waldemarum magnum. 2. Reges a Waldemaro I. ad Waldemarum ultimum. 3. Reges a Waldemaro ultimo ad Christianum primum. 4. Christianus I. & Johannes. 5. Christianus secundus & Fridericus I. 6. Christianus III. Fridericus II. & Christianus IV. II. *Chronologia rerum Danorum*, in tres tomos est divisa. 1. A condito orbe ad A. C. 800. 2. A Carolo Magno ad Christ. I. 3. A Christiano I. ad Christianum IV. Quæ primo tomo continentur, lineis parallelis, res variis locis gestas invicem collatas continent. Quæ tomis posterioribus comprehenduntur, duabus columnis singulorum annorum memorabiles res repræsentant. III. *Genealogia Regum Daniæ* tabularis. Hoc volumine monstrantur series Regum a primo Rege Dan. ad Christ. IV. & affinitas nostrorum Principum cum exteris. IV. *Chorographia*, seu descriptio universi *Regni Daniæ*. Hoc opere recensentur, urbes, arces, templa, fluvii, & res reliquæ memorabiles, quæ in singulis dioecesibus regni reperiuntur. Huic descriptioni adjunctæ sunt tabulæ Chorographicæ. V. *Ethographia* seu de moribus nostræ gentis vetustis & recentioribus. Hæc certis capitibus explicat, quibus moribus præditi fuerint majores nostri, & quantum distent hujus ævi consuetudines a prisci seculi. VI. *Ethnographia*, quæ agit de populis omnibus, qui nomine Danico censendi veniunt, eorumque originibus, nominibus & migrationibus. Hi populi sunt imprimis Dani, Cimbri, Gothi, Vandali, Longobardi & Normanni. De his quid sentiendum, ex variis scriptoribus citantur testimonia; ὁμογλώττοι enim fuerunt. His septem partibus constat historia nostra Danica, qua Regum & incolarum gesta continentur. Præter hoc opus historicum alia quædam uno eodemque labore confecta edere Deo favente conabimur. I. Horum primo loco est *historia ecclesiastica*. Hoc complexi sumus religionis ortum & mutationes varias, inde usque a primis tenebris Cimbricis ad hujus ævi lucem verbi divini purissimam. II. *Historia bellorum*, quæ in exteris regnis imprimis cum populo Romano nostrates gesserunt. Hoc volumine pene integram historiam, Cimbrorum, Gothorum, Vandalorum, Longobardorum, Normannorum, Anglorum seu Vitarum & Ostmannnorum complexi sumus. III. *Nomographia* s. de legibus a Regibus Danorum variis temporibus latis. IV. *Ripæ* seu Chronicon rerum memorabilium, quæ contigerunt in dioecesi Ripensi sub Episcopis 34. V. *Historia Norvagica*. Hæc in duos tomos distincta est; quorum prior continet Reges Monarchas ab Pulchricomo ad D. Olaum, alter complectitur Reges a D. Olao ad nostra tempora: conscripta est hæc historia ad Danicæ historiæ methodum; primo enim tomo Chorographica, Ethnographica, Ethographica præmittuntur: Inde Reges recensentur, qui variis locis & temporibus regnabant usque ad Haraldum pulchricomum; ita ut primus tomus constet quinque libris, alter vero septem. VI. *Historia Ecclesiastica Norvagica*. Hæc ad formam Ecclesiasticæ historiæ Daniæ conscripta est. VII. *Genealogiæ Regum Norvagiæ*. Hæ septem tabulis comprehensæ commentariis nostris illustratæ sunt. VIII. *Chronologia rerum Norvagicarum*. Hæc res memorabiles, quæ in Norvegia & insulis vi-

Ejusdem affecta.

cinis contigerunt ab Anno Christi 800. ad A. C. 1600. comprehendit, ad formam prioris partis Chronologiæ Danicæ, sed imperfectior est. IX. *Holsatia* s. succincta rerum gestarum narratio ab incolis Holsatiæ, imprimis ab eo tempore, quo Comites eam possederunt. X. *Dytmersia* s. Historia gentis Dytmersicæ ad normam Danicæ & Norvagicæ conscripta. XI. *Nobilis.* Variæ Nobilium Danicorum Genealogiæ, quorum insignia peculiari libro complexi sumus. XII. *Catalogus Regum & Reginarum Daniæ*, item veteres Heroinæ Danicæ. Authores ac Documenta, ex quibus hasce nostras historias contexuimus, placet hoc loco enumerare. Eorum duplex est ordo. In primo recensentur Codices MSti: in altero vulgo editi ac impressi, plerique continentes historias nationum vicinarum, quibuscum nobis interceserunt pacis & belli temporibus negotia. *In Folio* I. Appendicis Saxonianæ volumen primum in quo continentur hæc infra scripta: 1) *Kong Oluf Tryggesöns Historie hvorledes Hand-boldt det store Slag med Kong Svend Tiugspag.* 2) *Kong Regners Börn og Börne Börn.* 1) *K. Ifver Regnersen.* 2) *Harald Klag.* 3) *Erick Barn.* 4) *K. Ragvald Regnersen.* 5) *K. Börn Regnersen.* 6) *Kong Sigfred og Kong Gotfried Brödern* (3) *Item nogle andre Konger som en deel ere forbegangne af* Saxone 1. Risilles - 1. *Laadne Knud.* 2. *Guderom* - 2. *Svend Langford* 3. Trugillus - 3. *K. Frode Hans Broder* 4) *Hanting* - 4) *K. Harald Blaatand.* 5. *Giord* - 5. *Rolff og Gelderfom indtog Nordmandien.* (4) *Item nogle andre historiske Tractater om* 1) *Eöde og Gotrik* 2) *Ealcher* 3) *Henmieg.* 4) *Harald Alfrason og Knudson* 5) *Kong Frode Hinstore.* II. *Appendicis Saxonis Volumen secundum*, quo hæc sequentia continentur (a) *Tre Norske Konger.* 1) *Svend Alfrinsön.* 2) *Magnus Hin Gode.* 3) *Harald Harefood & Haardraade.* (b) *om 6. Danske Konger.* 1) *Svend Tiugskag.* 2) *Harald Blaatand.* 3) *Knud Hin Store.* 4) *Sven Efrithson.* 5) *St. Knud Konning.* 6) *Erick Emun.* (c) *Sancti Sebalds Chrönike af Flandern.* (d) *Om Dan og Hans Afkom*, item *om* Otheri. (e) S. Knuds *Hertugs og Martyres Historie.* III. *Append. Saxon. volumen tertium som indeholder tolf Danske Kongers Historie, fra Kong Valdemar Seyer indtil Kong* Christian *den förste.* IV. *Append. Saxon. volumen quartum* in quo agitur de 1) Gothis. 2) Longobardis. 3) Normannis. 4) Olgero Danico. V. *Dend store M. Christen Pedersens Danske Krönicke*, ex hoc decerptæ sunt appendices Saxonianæ duæ priores. VI. *M. Joens Danske Krönike in Fol.* in describenda Historia hic potest conferri una cum Saxone & Crantzio. VII. *Preussiske Chronicon deutsk.* VIII. *Iter Rutenicum* M. Joh. Magni. IX. *Descriptio Regionum & Insularum Aquilonis*, M. Adami Bremensis. X. *S. Olufs Konge i Norge; Hans Krönike paa Danske.* XI. *Dend Norske Könike paa Danske, (den samme er nu prentet i* Octav.) XII. *Twende skrefne Norske Kröniker paa Norsk Maal.* XIII. *Dend Svenske Krönike* Dni *Olai Petri.* XIV. *Dend Svenske Krönike Dot. Erici, (Dend findes og san il4to,* item Article, *Hvorfor at Kong* Erick *Dend.* XV. *Blef affat*) *Borundholm* 1) Testes Archiepiscopi Lundensis examinati jussu Pontificis Romani super captione Archi-Episcopi Jacobi, quod noluerit tradere Regi Erico Borundholmiam. 2) Chronologia rerum quarundam memorabilium ab A. C. 1085. ad 1505. 3) *Hvorledes Bornholm er kommen under Erke-Bispen, og Hvis Trette sig darom begivet haver.* XVI. In Charta 1) Ex libro *Henrici Vegneri* Malmogiensis *Chronologica quædam* ab 1074. ad 1549. 2) Excerpta alia quædam aliunde, *af en gammel Rulle som Herr Claus Bilde hafde* ab A. C. 1027. ad 1323. XVII. *Paralipomena Chronicorum* 1) *Petri Olai Roskild* a Christophoro fratre Mendved, ad Christ. 3. inclusive in 4to (p. t. penes Chr. Worm.) 2) *En kort Extract af Kong Christophers, Waldemars, Margretes, Ericks, Christoffers, Christians, og Kong Hansis Historie.* 3) *Leonis X. Band Breff in nobiles prædones bonorum Ecclesiast.* XVIII. *Literæ & actiones variæ.* 1) Articuli in quos jurarunt Regi Christiano Milites Galli. 2) Item gallice. 3) Petri Corderii Oratio ad Reges Daniæ & Scotiæ de fœdere. 4) Christiani 2. Literæ ad Regem Rutenorum. 5) Responsum Clericorum in Diœcesi Arhusiensi super tributo tanto triennali. 6) *Svar som Dannarkes Raad gave Hannen paa 3.* Articler *i Niborg.* 7) Copia Monitorii poenalis *over Herr Steen Sture.* 8) Articuli M. Pauli Lubecensis, Præpositi Regenfeldensis, contra Regem Christ. 2. 9) Copia diffidationis Christ. 2. in Lubecenses. 10) Copia fœderis cum Rege Galliæ per J. Scodborg. 11) Literæ Epi. promissoriæ de III. art. ad Christ. 2. 12) Tractatus inter Regem & M. Paulum prædictum, Hafniæ. 13) *Svar som Kong* Christian *fik udi Aarhuus af Meenige Clerckerie om Spat.* 14) Commissio facta Henrico Raceburgensi Episcopo a Carolo V. in causa componenda inter Regem Daniæ & Lubecenses. 15) Articuli, quid Rex Daniæ petat a Lubecensibus. 16) Petitio Henrici Episcopi Raceb. ad Oratores Regni Daniæ, nomine Lubecens. & horum responsum. 17) Ultima responsa dictorum Oratorum. 18) Protestatio facta coram eodem Epo. 19) Literæ Christ. 2. ad Scotiæ Consiliarios, Regem filium *Angapie* & Archi Episc. S. Andreanum & Glascovienseni. 20) Causæ, cur incolæ Daniæ Regni renunciarent Christ. 2do Homagium. 21) Orationes quibus excepta fuit Anna filia Christ. III. in Misniam deducta ad D. Augustum. 22) *Forbunds-Article imellem Danmark og Engelland og Frankerig og Skotland.* XIX. *Calendarium Ecclesiæ Roschildensis*, quod Chronologica quædam de obitu præstantium virorum continet. XX. *Aliud Ecclesiæ Ripensis*, ejusdem generis. XXI. *Legendæ Sanctorum Albani, Canuti D., Bonifacii, Edmundi, Theogari, Canuti Reg., Chetilli, Olai R. Nicolai, Erici R.* Aliud in folio, *som* Balser *Bogförer Haver.* XXII. Ordning *som blef holden udi salig og Herr* Kong Frideriks 2 Begrafvelse. 2) Adelens Forgifrende samme Tiid og Raadsens Svar. 3) *Om* Orkenöer D. Claus. 4) *Om* Jacobi VI. Gifftermaal. XXIII. *Dend* Svensk Krönike Dni Olai Petri, *Pastoris Stokholm.* Item *Kong* Johanns 14. *hvorfor at Hand med Raadet var foraarsaget at affette Kong Erik 14.* XXIV. 1) Kong Mögens *hin* Godes Historie. 2) Harald Haardraades Historie, *ud,*

Promus seu subsidia quibus usus.

sat

ſat af Norſke med. 3) *Noget andet ſom dermed følger.* XXV. 1) Hogen Sverersons Hiſtorie, *og* 2) Hogen Hogensons, *med hvis andet, ſom fra Kong Sveres Dödog.* 3) Indtil Kong Hogen Hogensons Afgang *ſig begifvet haver.* In Quarta forma: I. *Norwegia.* Præter communicatos ſuperius Hiſtoricos Norvagos hi ſequentes peculiari libro reperiuntur. 1) *Om Norriges Rige M. Abſolons commentarii de moribus populi, Regibus & Epiſcopis.* 2) *Reges Norvagiæ.* 3) *Hralflag i Norge.* 4) *Landmerke imellem Norge og Sverrig.* 5) *Landmerke imellem Norge og Rusland.* 6) Catalogus Regum Norvagicorum. 7) *Om de Engelſkes Seglatz ind i Rusland til St. Nicolai.* 8) *Om Norriges förſte Begyndelſe, og om Orkenöe.* 9) *Segling af Norge til den Hellig Graf.* 10) *Segling af Norge til Grönland, Jisland og Orkenöer.* 11) *Om Norge og Norſke Konger Danſke Riim.* 12) *Siuf Brefre om Norſke Handel* ut ſequitur: 1) *Om et Canikedom i Obſlo.* 2) de Collectione denarii viceſimi. 3) de Synodo Provinciali in Norvigia contra inobedientes. 4) *Om en Nonne ſom indtages i Munkelif Kloſter under 18. Aar.* 5) Reſponſio ad Norvagos ex Concilio Baſileenſi. 6) *Fordrag imellem Kong Erik af* Pomeren, *og Kong Henrik af Engeland om Norge.* 7) *Mageſkiffkes Bref imellem en Danſk og Norgſk Praſt, at hver kommer hiem til Sogne i ſit Faderne Land.* 8) *Norſke Hirdſkraa eller Gaards-Rat, hvorledes holdes ſkal med Embede og Befalning.* 9) Norvagiæ Monarchæ, ſ. Hiſtoria ſuccincta continens res geſtas a primo Monarcha Haraldo pulchricomo ad Reg. Chriſt. 4. II. *Chriſtianus Captivus Skrifft imod Kong* Chriſtian *dend fangen, hvorfor hannem blef opſagt huldſkab og Forbund af de* 1) *Danſke,* 2) *Svenſke,* 3) *Lübſke,* 4) *Kong Friderick,* 5) *om det Mord i Stockholm.* 6) *De danskes Forklaring imod Skand-Skrifter.* 7) *Kong Guſtavs Undſkyldning imod alle Haande paaſiſa.* 1. Reſponſum Chriſt. 2. ad duas Epiſtolas Frider. I. quod expulſo bellum intulerit. 2. Reſponſio ejusdem ad Articulos Lubecenſium 1. Frid. I. Reſponſio ad calumnias patruelis ſui Chriſt. II. 2. *Antwort* Chriſt. 3. *auf der von Lübeck Ausſchreiben,* 1) De vita Chriſt. 3. Orat. D. Jacobi Bordingii & Hemmingii 2) Hiſtoria *vom Lehn-Tag zu* Odenſe 1580. 3) Carolus Canuti R. Suetiæ per Hinric. Möllerum Heſum, carmine Elegiaco. III. DE CIMBRIS & GOTHIS. 1) Scriptum Scani cujusdam de Cimbris & Gothis (forte Nic. Petr.) 2) Aliud ignoti Autoris de Gothlandia culta. IV. *Chronicon Ripenſe.* 1) Chronologia rerum Danicarum & de Regibus Daniæ quædam. 2) Chronica Eccleſiæ Ripenſis; ſ. Epiſcoporum Hiſtoria. 3) De S Ketillo, & aliud de eodem in calce libri. 4) Catalogus Regum Daniæ. 5) De Biörnone coſtæ ferreæ & Rollone. 6) De St. Nicolao Arhuſienſi. 7) De Archi Epiſcopis Eſchillo, Abſolone & D. Andrea. 8) Chronologia quædam ab A. Chr. 1098. ad 1240. 9) Chronologiæ pars ſuperioris ab 1258. ad 1324. 10) De ordine Prædicatorum, quando in Daniam venerint. 11) De D. Andrea Slaulovienſi D. Erico & D. Canuto Rege & Duce. 12. 13) De Regibus Daniæ Chriſtianis & Chronologica quædam. 14. 15) De St. Ketillo & Epitaphia R. R. 16) Formula ex-

haben, dann dieweil in dieſem Vertrag die gütliche Vergleichung und rechtliche Veranlaſſung als diverſa media ſeparirt *und unterſchieden worden, iſt daraus ohnſchwer zu* colligiren, *daß ſolche rechtliche Veranlaſſung von einem ordentlichen gerichtlichen Proceß und Erkænntniß, dadurch dieſe Irrungen in Entſtehung der Güte zu entſcheiden, zu verſtehen ſey. Nun iſt aber bekannten Rechtens.* quod arbitria ſint redacta ad inſtar judiciorum; hinc arbitramentum dicitur quædam tranſactio, ubi arbiter tenetur ſervare ſolennitates judiciorum & ea, quæ per judices ſervantur, teneturque ſequi leges, ſtatuta & conſuetudines loci nec non jus commune ſcriptum, & obſervare ſolennitates reſpicientes ordinem proceſſus & judicii. At vero arbitrator poteſt omiſſis legibus ſtatutis vel conſuetudinibus loci laudare, dummodo ſervet æqualitatem; procedit enim extrajudicialiter: arbitramentum vero eſt quædam tranſactio, in qua non ſervantur ſolennitates. *Und dieweil hie* de conpromiſſo *die Frage fürfællt, iſt umb ſo viel weniger zu zweiffeln, daß ſolch* Conpromiſſum *und rechtliche Veranlaſſung* de arbitro *und nicht* de arbitratore *zu verſtehen ſey: denn* proprie *davon zu reden*, Conpromiſſum fit in arbitrum tantum, & conpromiſſum, quod proprie fit in arbitratorem non proprie dicitur conpromiſſum ſed quidam contractus ſeu pactum quoddam ſeu tranſactio. Et ideo laudum arbitratoris dicitur implementum tranſactionis: hinc infertur, quod ſtatuta loquentia de conpromiſſis in dubio intelligantur de arbitris & non de arbitratoribus. *In was Perſohnen aber zu* compromittiren *ſey, dabey hat man fürnemlich auf mehr berührten Odenſeeiſchen Vertrag zu ſehen, als darinn ausdrücklich gemeldet ſtehet, daß ſolche Irrungen durch Unterhandlung etlicher erbetenen Herren und Freunde in der Güte ſollen verglichen, oder durch rechtliche Veranlaſſung entſchieden werden. Derowegen krafft und vermöge ſolcher Vergleichung in beederſeits Königliche und Fürſtliche Befreundte zu* conpromittiren *ſeyn wird. Es werden aber die Wort* Herrn *und* Freunde *allhie nicht* præciſe de conſanguineis, *ſondern auch* de talibus amicis *verſtanden,* qui non levi notitia ſunt dominis conpromittentibus conjuncti, ſed quibus ſunt jura honeſtis rationibus cum illis quæſita; uti hujusmodi amicos deſcribit PAULUS *JCtus in l. Iatæ culpæ 223. §. amicos 1. ff. de verb ſignif. Derowegen abangezogene Wort* Herrn *und* Freunde *auch in denen Freunden, die dem Königlichen und Hoch-Fürſtlichen Hauſe mit keiner Blut-Verwandniß zugethan, können* verificirt *werden. Und iſt beedes Ihro Königl. Mayeſt. und dem Hertzog zu Schleſwig* arbitrarium *in wem und wie viele ſie* conpromittiren *wollen. Dann der Odenſeeiſche Vertrag hierinne keine gewiſſe Maaſſe beſchreibet. Solchemnach und zum* Achten *iſt ja gewiß und unlæugbar, daß die Hertzogen zu Schleſwig auf die Reichs-Tæge der Crone Dænnemarcken nie nicht beſchrieben worden, vielweniger die Hertzogen zu Schleſwig ſich darauf eingeſtellet und denſelben als Reichs-Stænde beygewohnet. So wird auch kein* Actus *können angezogen werden, daß jemahls die Hertzogen zu Schleſwig für der Cron Dænnemarcken zu Recht geſtanden, ſondern vielmehr aus obdeducirten befindlich, daß ſo offt zwiſchen den Königen in Dænnemarcken und hochermeldten Hertzogen ſelbſten Irrungen und Miſsverſtand entſtanden, und dieſelben durch Mittel Rechtens haben müſſen entſchieden werden, daß alle wege* utrinque *gewiſſe Perſonen benennt und niedergeſetzet worden, denen man die Erörterung ſolcher Spaltung und Miſsverſtændniß beimgeſtellet.* Ex qua obſervantia ſubſecuta optima interpretatio ſumitur, ut quæ ab effectu ipſo proficiſcitur. MENOCH. *Conſil.* 32. n. 45. & n. 64. ubi ex aliis oſtendit, quod obſervantia ſubſecuta mirum in modum in materia feudali conſiderari ſoleat; & *Conſ.* 748. n. 21. ubi ex obſervantia ſubſecuta deducit, ad quid ſubditi teneantur erga ſuperiorem; & conſ. 552. n. 14. ubi obſervantiam optimam interpretem ait in his, quæ dignitatem reſpiciunt. Et quotiescunque dubitatur de rebus ante actis in qualibet materia, dubitatio illa ſolet removeri ab actibus ſubſecutis, quia actus ſequens declarat voluntatem præcedentem. Et ex tali obſervantia ſubſecuta, quod nimirum loca alteri conceſſa nunquam recognoverint Imperium concedentis nec mediate nec immediate, argumentatur ALBAN. quod intentio concedentis fuerit, abdicare omnem ſuperioritatem; in *conſ.* 62. n. 7. & 8. Nec dubium eſt, quin illuſtriſſima & ſereniſſima familia merum & mixtum Imperium legisque condendæ poteſtatem in ſuo territorio habens conſuetudinem inducere poſſit, & quod talis conſuetudo valeat, ut controverſiæ feudales inter Dominum & vaſallum non ad Pares curiæ, ſed ad alterius Judicis cognitionem pertineant; docet ROLAND. A VALLE *conſil.* 89. n. 19. lib. 2. SCHRADER *de feudis part. 10. Sect. 6. n. 229.* Idem quoque obtinet in conſuetudine ſtatuto vel privilegio, quo cavetur, quod de cauſis, litibus & controverſiis feudalibus inter vaſallos ortis non dominus feudi, ſed alius judex cognoſcere debeat. *Daß aber albie eine ſolche* obſervantia ſubſecuta *verhanden, kan gründlich daher* deducirt *werden, daß die Cron Dænnemarcken ſich in dergleichen Fællen nie der* Cognition *angemaſſet, auſſerhalb was bey König Erichs Zeiten geſchehen, da die Hertzogen zu Schleſwig ſich derſelben nicht unterwerffen wollen, ſondern ſolche* cognitio *ſamt allen, was darauf erfolget wiederumb hat müſſen abgeſtellet werden.* Licet enim ex non uſu regulariter non inducatur conſuetudo; hæc tamen concluſio fallit, quando ille actus negativus habet implicitum actum affirmativum, ut hoc caſu noſtro: tunc enim per negativos etiam actus & per non uſum conſuetudo inducitur, cujus obſervantiæ effectus eſt maximus; æquipollet enim pacto & habet vim privilegii. CRAVETT. *conſil.* 238. n. 8. Quare illud, quod conſuetum eſt, non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium. EVERHARD in *locis legal.* in *loco ab uſitato & a ſolitis* n. 3. *Demnach dann die Hertzogen zu Schleſwig die Reichs-Tage im Reich Dannemarcken nie beſucht, vielweniger dieſelbe geleiſtet was einem Unterthanen zu leiſten*

ſten gebührt; ſo iſt auch hieraus feſtiglich zu ſchlieſſen, daß darumb die Hertzogen von Schleſwig der Crone Dænnemarcken ſubditi *nie geweſen.* Quemadmodum enim ſubjectio ex eo probatur, quando quis id facit, quod ſubditi facere ſolent, ita quoque libertas eo ipſo legitime docetur, quando quis id non facit, quod alias ſubditi facere ſoliti ſunt, ut nimirum contrariorum eadem ſit ratio, & diſciplina & cognito uno de contrariis cognoſcatur & reliquum. *Und aus dieſem allen, ſo bishero gründlich* deducirt, *mit ſchlechter Vernunfft leichtlich zu berechnen die Bewandniß dieſes löblichen uralten Hertzogthums, ſo dann die Beſchaffenheit höchſtgemeldter Hertzogen zu Schleſwig, die dann bey dem* jure ſuperioritatis *und* Souverainitet *bis auf den heutigen Tag glücklich floriren und unbeweglich beſtehen. Gebe der Höchſte! ſo in ſeiner Hand die Königreiche und Fürſtenthümer hält, daß dieſes Hochfürſtliche Haus fernerweit beyſtetiger Proſperitet glücklich und in aller Fürſtlichen ſelbſt erſinnenden Vergnüglichkeit unaufhörlich wachſen und zunehmen, ſich auch dergeſtalt vermehren möge, damit deſſen Tage und Jahre unzehlbar werden und die graue Ewigkeit immerzu Anlß habe dieſes Hochfürſtlichen Hauſes unſterblichen Ruhm auszubreiten.*

XV.

JOHANNIS MEIERI JCTI FLENSBVRGENSIS *COMPENDIVM JVRIS CIMBRICI* SEV METHODVS JVRIS DANICI, QVOD GERMANICE *DAS JüDSCHE LOHBVCH, DAS JüDSCHE LOH - VND LAND - RECHT* VOCATVR, IN DVOS LIBROS DISTINCTA. SVBJVNCTA EST VERBORVM JVRIS CIMBRICI EXPLICATIO.

CAPITA LIBRI PRIMI.

1. De jure Parentum & Liberorum. 2. De Tutelis. 3. De Jure Matrimoniali. 4. De Jure Rerum & quidem de Succeſſionibus ex Teſtamento. 5. De Succeſſionibus ab inteſtato & ordine in illis. 6. De modo Diviſionis. 7. De Tempore intra quod Hæreditas petenda. 8. De Effectu additionis Hæreditatis. 9. De Alienationibus Terræ. 10. Quomodo Controverſiæ de Fundis, Agris, Ædificiis & Sepibus dirimantur. 11. De Jure Viarum. 12. De Molendinis & Piſcinis.

Liber I. partim continet Jus Perſonarum, partim Jus Rerum.

CAP. I. De Jure Parentum & Liberorum.

Jus Perſonarum quod attinet, id conſiſtit in Jure, quod eſt vel inter Parentes & Liberos, vel inter Tutores & Pupillos, vel in Jure matrimonii. In Jure Parentum & Liberorum duo potiſſimum conſideranda veniunt. 1. Quid Pater debeat Liberis. 2. Legitimatio Liberorum naturalium. Primum quod attinet, aut uterque Parentum eſt ſuperſtes: aut mater defuncta eſt: Priori caſu Pater Filio nihil in Poſſeſſionem dare tenetur; ſi vero quid uni concedat, id alteri denegare non poteſt. *Lobb.* 1. c. 14. Ubi ſingulariter Nota: Quod ſi Filio aliquid in Poſſeſſionem tradidit, & Filius ille liberos procreet, & exinde moriatur Nepotibus Avo relictis: tum nec Avus nec alius quisquam a Nepote repetere poteſt id, quod Filio ſuo conceſſit. *Lobb.* Lib. I. c. 14. Altero caſu, ſi 15. annos natus ſit Filius & a Patre ſejungi velit, Pater hæreditatem maternam ipſi denegare nequit. *Lobb.* Lib. I. c. 7. Legitimationem quod attinet, ea fit per oblationem judicialem, vel per ſubſequens matrimonium. I. Per oblationem ita, ſi Filium ſuum naturalem (non igitur ſpurium) ſeu illegitimum in Judicio *zu dinge* publice offerat, dicatque hunc ſuum eſſe Filium. *Lobb.* Lib. I. cap. 21. Hic vero 3. notanda veniunt: 1) Quod hunc filium, quem Pater ita legitimavit, nemo rejicere poſſit, nemoque cogi, ut filium ſibi eligat invitus, niſi a proximis Hæredibus. *Lobb.* Lib. I. c. 22. 2) Quod is, qui filium naturalem in Judicio legitimaverit, ſi is judicialiter compelletur, pro ipſo in Judicio reſpondere debeat Pater, ſicut pro Filio legitimo. *Lobb.* I. c. 22. §. 1. 3) Si Filius naturalis in Judicio non legitimatus interficiatur, quod hoc caſu Pater ipſiusque cognati de Emenda (*von der Buſſe*) nihil participent, ſed ſoli cognati matris eam capiant. Si quoque naturali morte exſtinguatur, mater aut ea defuncta, cognati ipſius Haredes exiſtunt, Patre prorſus excluſo. d. c. 22. §. 2. & f. quod & poſtea notatum c. 4. de Succeſſione aſcendent. II. Legitimantur Liberi per ſubſequens matrimonium, ſi quis matrem, ex qua liberos ſuſtulit illegitimos, poſtea matrimonio ſibi copulet, tum enim ipſorum Liberi fiunt legitimi, etſi omnes nati ſint, antequam matrimonium ſit contractum. *Lobb.* Lib. I. c. 25. §. 1. Huc quoque refero eos Liberos, qui ex Concubina nati ſunt, cum qua quis per Triennium manifeſto concubuit, eique feras & claves concredidit, & commenſalem habuit, quia pro Conjuge iſta reputatur. *Lobb.* I. c. 27. per tot.

CAP. II. De Tutelis.

In Tutelis duo ſunt conſideranda: Perſonæ Tutorum & Officium eorum. In Perſonis 1) Quinam legitimi Tutores ſint, quique non ſint. 2) Quales eſſe debeant Tutores. Sunt autem legitimi Tutores & quidem hoc ordine. I. Pater defuncta matre liberorum ſuorum legitimus Tutor eſt, & quidem Filiorum uſque ad annum 15. tunc enim, ſi a Patre ſejungi velint, is Hæreditatem maternam ipſis denegare nequit. Filiarium vero donec iſtæ alium juſtum Tutorem conſequantur. Lib. I. c. 7. in pr. & §. 1. Hic Nota: Quod Vitricus Privignorum ſuorum Tutor eſſe non poſſit, niſi conſentiant proximi cognati. Lib. I. c. 30. Quod ſi fiat, Vitricus in communionem eos recipiet, aut bona eorum pro certa pecuniæ ſumma æſtimari curabit. Terram quoque

quoque ipsorum, vel domum aut aream alienare non debet. Lib. I. c. 30. in pr. II. Mater quoque, quam diu illa ad secundas Nuptias non transit, liberos apud se retinet, & in Bonis mobilibus legitima Tutrix est: Immobilibus autem Bonis alii Tutores legitimi præsunt, quo defendant ipsa, si ab aliquo infestentur. *Lobb.* Lib. I. c. 29. in pr. Usum fructum tamen eorum videlicet immobilium mater consequitur, eumque pro lubitu in usum suum confert. *Lobb.* Lib. I. c. 29. Hic vero Nota: 1) Si mater vidua liberos apud se alens, necessitate coacta, de Terra sua quid vendat, & Pecunia in omnium illorum usum convertatur, ipsaque postea nubat: vel liberi ab ea separentur, tum ex Pecunia aut aliis melioribus Bonis indivisis, tantum recipiet, quantum Terra illa vendita valebat. De Terra autem Liberorum nihil recipiet, nisi sit Terra empta: Tum enim tantum capiet, quantum Terra sua valebat. Lib. I. c. 29. §. 4. 2) Quod si mater ad secunda vota transeat, alii Tutores legitimi liberos ad se recipient, nisi Infantes sint h. e. infra 7. annos, ut materna ope carere nequeant: Quo tamen casu Tutores Bona Infantum in custodiam suam recipient, & matri pro victu solvent. d. c. 29 §. 2. 3) Frater majorennis, defuncto Patre, Sororum & Fratrum suorum Pupillorum legitimus Tutor est. Lib. I. c. 28. in pr. 4) Si Frater majorennis non sit, Avus paternus legitimus Tutor est. 5) Hoc deficiente, Patruus. 6) Illo, Avunculus. 7) Hisce omnibus deficientibus, proximus cognatus Tutor existit. In quibus tamen potiores sunt, qui sunt ex Linea paterna, quam qui ex materna, si modo rite illi Tutelam administrant. d. c. 28. Quod si male, removendi erunt & Rex Tutores constituet, quoscunque voluerit: Rex siquidem omnium illorum Tutor est, qui idoneos Tutores non habent. d. c. 28. in fine. Et hi quidem Tutores esse possunt. Non possunt esse: Monachi & Viri docti, utpote Presbyteri; Diaconi; Sub-Diaconi; Item Servi, Servi villici & ii, qui se alterius Potestati subjecerunt, *Fledtföringh.* Prodigus *em Schlemmer* quoque Tutor esse nequit. Lib. I. c. 28. in fine & c. 30. §. 4. Itemque is quem adversa fortuna, senectus vel amentia premit. Lib. I. c. 7. §. 1. Hi enim sui ipsius Tutelam gerere non possunt: Ergo nec alterius. Lib. I. c. 7. §. 1. & c. 31. §. 1. Dictum est, quod is, qui se alterius Potestati subjicere vult, Tutor esse non possit, appellatur hic *Fledföring.* In hoc nunc sex consideranda sunt: 1) Quod is, qui hoc facere in animo habet, Propinquis suis, qui ipsi Hæredes futuri sunt, judicialiter se offerre debeat: Id enim si neglexerit, ii ipsum in libertatem revocare, aut in Curatelam suam recipere possunt. 2) Si quis aliquem eo nomine, quod in suam Tutelam se dedisset, convenire velit, & judicialiter id factum non sit, quod tum Reus conventus maneat sui Juris sine omni Lege & Purgatione per Juramentum. d. c. 32. Lib. I. *Lobb.* 3) Si quis judicialiter se alterius curæ commisit, quod is nunquam id retractare possit. d. c. 32. in pr. 4) Quod is, qui sic aliquem in Protectionem suam suscepit, pro illo in quacunque causa se Judicio sistere & respondere debeat. d. c. 32. §. 1. 5) Quod si receptus Domino suo vulnus infligat, ipse pro eo mulctam solvere teneatur. §. 2. eod. 6) Quod Maritus curæ alterius se subjicere non possit, nisi Uxor una id faciat, aut ejus ætatis sint, ut Episcopus unum quemque pro se vivere concedat. c. 32. in fine. Sequitur nunc, quales esse debeant Tutores: Hi tales erunt, ut in bonis tantum habeant, quanti bona Pupillorum, quorum Tutelam gerere debent, valeant, ut si forte de Bonis Pupilli quid dilapident, tantum possideant, unde Damnum ipsis resarciri possit. Lib. I. c. 30. § 3. Et tantum de Personis Tutoris, sequitur de Officio eorum. Hoc in tribus hisce capitibus consistit. 1) Ut Tutor diligentem habeat rationem ejus, quod Pupilli nomine impenditur, & ut id, quod quotannis superfuerit, in emolumentum ejus collocetur. *Lobb.* l. c. 30. §. 5. 2) Ut ex Consilio Propinquorum judicialiter declaretur, quanti sint annui Proventus ex Bonis Pupillorum: Id enim si non fiat, illi cum ad justam ætatem pervenerint, tantum a Tutoribus Jure exigere possunt, quanti plurimi ex ipsorum bonis provenire potuissent. eod. §. 6. 3) Quod non liceat ipsi Terram & ædes Pupillorum abalienare, etiamsi matre defuncta, Pater vel Avus Tutores existant. *Lobb.* Lib. I. c. 30. §. 2. & 8. Denique sciendum hic, quod Tutores tertiam Partem ex omnibus Pupillorum Proventibus, pro Labore Sumptibus & Impensis suis lucrentur. Lib. I. c. 30. §. 7.

CAP. III. De Jure Matrimoniali.

Id concernit vel Matrimonium contrahendum vel dissolvendum. In matrimonio contrahendo requiritur Consensus tam Propinquorum & Tutorum Sponsæ, tum quoque ipsius Sponsæ. Hic autem singulariter Nota: Si quis apud se Concubinam habeat, & cum ea manifesto concumbat, ipsaque Seras & Claves custodiat & palam conversentur, Convictoresque seu Commensales sint per Triennium, ipsa pro Conjuge ejus reputabitur. Lib. I. c. 27. Tutores autem illi, quorum Consensus requiritur, sunt 1) Pater. 2) Filius adultæ ætatis. 3 Frater. 4) Avus. 5) Patruus. 6) Avunculus aut 7) alii cognati Sponsæ. Lib. I. c. 28. & c. 33. Quod si cognatos nullos habeat, quilibet alius eam desponsare potest. d. c. 33. §. 1. Hic vero duo notanda veniunt: 1) Si mulier sine Consilio prædictorum cognatorum Sponsalia contrahat, quod ea tum Patrimonium & Bona sua amittat, & Cognati illa conservare debeant, donec vixerit, aut animum mutaverit: Si tamen vim patiatur Bonorum suorum jacturam non patitur. d. c. 33. in fine. 2) Si vero commode Fœmina elocari, Viroque tradi possit, & Frater aut Cognatus alius, qui sit ipsius Tutor, consentire nolit, sed propter pecuniam vel bona sua ultra legitimos annos 18. videlicet eam diutius apud se detinere velint, alii Cognati hoc ad Regem deferent, & Rex pro Consilio eorum, decenter eam in matrimonium dabit. Imo vero si Virgo 18. annorum vel Vidua Curatores suos judicialiter compellaverit, ut se Viro tradant, hique recusent, & postea illæ Virum admittant, hoc casu Bona sua non amittunt. Curatores tamen a Viro illo pœnam commissam

Leyewide & Brücbe Jure exigent. *Ist 9. Marck Deniſch für der Ehre.* Lib. I. c. 8. In Matrimonio diſſolvendo cauſa indicatur Adulterii: Et quidem in Diviſione bonorum inter eos, qui ob Adulterium ſeparantur, diſtinguitur quadrifariam. 1) Aut quis ſciens Scortum in Uxorem duxit & poſtea Judicio Eccleſiæ ſeparantur: Hoc caſu de Bonis mobilibus æquales capiens Portiones, quia utrique nequitia non fuit ignota: Et Liberi ex his procreati ſunt legitimi. Lib. I. cap. 14. in pr. 2) Aut Adultera ſcit, Vir autem ignorat Vitium & poſtea id patefit, ideoque ſeparantur. Hoc caſu, ſi liberos habent, illis aſſignabitur ſua portio, manebuntque apud Patrem: Defunctis autem illis ſolus Pater Hæres exiſtit excluſa matre. 3) Aut Vir ſeu Pater ſcit Adulterium, Mulier autem ſeu Mater ignorat: Hoc caſu idem Jus obtinet, Liberique ad Matrem ſe recipient, atque ipſis mortuis, Mater una cum Fratribus & Sororibus ipſorum Hæredes exiſtunt excluſo Patre. 4) Aut Conjuges illi Liberos non habent, & Divortium inter eos fit, hoc caſu is, cui de Vitio ſuo conſtitit, etiam ſi minus intulerit, amplius ex Bonis non capiet, quam intulit. Si quoque plus intulit, nihilominus ignorans Dimidium capiet. per Text. c. 24. Lib. I.

CAP. IV. De Jure Rerum & quidem de Succeſſionibus ex Teſtamento.

Hactenus de Jure Perſonarum traditum eſt; Sequitur Jus rerum: Idque in hiſce quatuor potiſſimum conſiſtit. 1) In Succeſſionibus. 2) In Alienationibus Terræ. 3) In Controverſiis Fundi dirimendis. 4) In Jure viarum, molendinorum, piſcinarum. Succeſſio autem vel ex Teſtamento contingit, vel ab inteſtato. Teſtamenta itemque Legata & Donationes cauſa mortis Jure Danico regulariter videntur prohibita, niſi Diſpoſitioni Teſtatoris conſentiant proximi Hæredes. per Text. Lib. 3. c. 43 in pr. Admittuntur tamen Teſtamenta aliquando, puta in Legatis ad pios uſus, eoque reſtringo Textum in fine cap. 45. *Lobb.* Lib. 3. Videamus igitur quid licitum ſit, quidque prohibitum: Itemque quid Juris, ſi ob talia Legata judicialiter quis compelletur. Licitum eſt mulieri Liberos non habenti ſive Maritum habeat, ſive non, Dimidium Bonorum ſuorum mobilium *Ihr Halbes Hoffnidtladt*, ad pios uſus legare, *zur Selgabe.* Lib. 1. c. 39 §. 2. & Lib. 3. c. 45. §. 3. Prohibitum vero eſt: 1mo Mulieri ſive Uxori Liberos habenti, Dimidium *Ires Hoffnitlaads*, aut alias magna Dona in illos uſus conferre, non conſentiente Marito. dd. Locis utrobique in pr. 2do Ut Uxor Marito, vel Maritus Uxori, ſive Liberos habeant, ſive non habeant, quid cedant vel relinquant, ſiquidem id poſt mortem ipſorum nullius eſt valoris, niſi proximi Hæredes conſentiant, ſeque id morte inſecuta ſervaturos, promittant. Lib. 3. c. 43. in pr. Si quoque in Fraudem Legis ab alterutro horum quid relinquatur Tertio, ita ut is hoc reſtituat vel retribuat uxori vel marito, id ſimiliter nullius roboris eſt, niſi conſenſum præbeant legitimi Hæredes. d. c. 43. §. 1. Præſumitur enim maritum minis aut aſtutia uxorem; illam vero Blanditiis maritum inducere & pellicere poſſe, ut quidvis ſibi invicem cedant & offerant. 3tio Ut Uxor maritum habens aliquid cedat, *Schöt*, aut alio modo alienet, ſine conſenſu mariti & proximorum Hæredum. Quodſi Maritus conniveat, aut conſentiat in ceſſionem aut alienationem Uxoris, Emptorque Poſſeſſionem acquirat *Laghefft*, ſine Interpellatione mariti: Id Hæredes de Jure retractare poſſunt, *zurück treiben mit Rechte.* Et Maritus luit Bondoni 3 marcas & Regi totidem. Lib. 3. c. 44. §. 1. Si vero Maritus interpellet & retractet talem Contractum, nihil luit, is vero, qui cum Uxore contraxit, Pretium amittit. Lib. 3. c. 44. §. 3. 4to Filius familias quoque aut Filia familias quamdiu cum Patre in communitate ſunt, ſine authoritate & conſenſu ipſius de Bonis ſuis nihil abalienare poſſunt. Idemque eſt de Miniſtris. Lib. 3. c. 44. §. 4. Sed hi poſteriores duo caſus, non tantum in Teſtamentis, ſed & Contractibus inter vivos obtinere videntur, ideoque proprie non ſunt hujus loci. Sed quid ſi ob prædicta Legata Monaſterium, Eccleſia, Xenodochium quempiam compellet? Reſp. Si in Teſtamento ſub bonorum virorum Teſtimonio id, quod petitur, ſcriptum non ſit, Reus ſe purgabit cognatis proximis, *mit ſeinen Kiönsneffen.* Lib. 3. c. 45. in fine. Si deficiat Juramentum, præſtabit Legatum. d. c. 45. §. 2. Quod ſi Maritus de Legato Uxoris conveniatur, is offerre debet id, in quod ſe conſenſiſſe fatetur & jurare de reliquo. Lib. 1. c. 39. §. 1. Si tamen Legatum excedat marcam argenti, Veridici de eo jurabunt. d. c. 45. Lib. 3 §. 4. Q. Sed quod in prædictis ſtatuitur, Uxorem liberos non habentem, Dimidium Bonorum ſuorum ad pios uſus transferre poſſe: Anne id in Viro etiam locum habet? Ita puto & Identitate rationis & per Tex. c. 46. Lib. 3. in Rubr. ſi vir aut mulier &c.

CAP. V. De Succeſſionibus ab inteſtato.

Hæc de Teſtamentis, ſequitur de Succeſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur. In hiſce Succeſſionibus 4. potiſſimum ſunt conſideranda: 1) Ordo ſeu gradus. 2) Modus Diviſionis. 3) Tempus intra quod Hæreditas petenda. 4) Effectus additionis. ORDO eſt 1) Deſcendentium. 2) Aſcendentium. 3) Collateralium. 4) Conjugum. 5) Regis ſeu Fiſci. Horum tamen quædam concurrunt, ut infra tradetur. Deſcendentium eſt Liberorum, & quidem tum Filiorum Filiarumve, tum Nepotum. Lib. I. c. 4. in pr. Horumque Jus potius eſt, donec ſuperſunt. §. 3. In Succeſſione vero Deſcendentium 6. ſunt conſideranda: 1) Infantem debere eſſe baptizatum, ut hæreditatis capax fiat. c. 1. Quod ſi dubitetur, an mater ſupervixerit Infantem, vel an Infans baptizatus ſit, nec ne, potius teſtificandum vel judicandum, Infantem Baptiſmo initiatum & Hæreditatis capacem eſſe, quam non eſſe: quod item de Patre accipiendum eſt. Eſtque hoc teſtificandum *mit Kions Neffen* cognatis. Sunt autem *Kions Neffen* 12. Viri tertio gradu cognationis juncti. Hos Actor nominare debet, non tamen eos, qui Reo manifeſte inimici ſunt. Poteſt tamen Reus ex hiſce tres rejicere, in eorum locum autem tres alii ſufficiuntur, quos quidem iterum Reus repudiare poteſt, ſed ita, ut 12. Viris juret, eos

eos sibi adeo infestos esse, ut Consortes eos habere non possit. *Lobb.* Lib I. c. 1. 2) In Nepotibus Juri repræsentationis locum esse, & ideo Nepotes ex filio tantum capiunt de Hæreditate Avi & Aviæ, quantum Pater ipse si superstes esset. Lib. I. c. 4. §. 1. Ex filia vero, quantum mater, si illa in vivis esset, percipere potuisset. d. c. 4. §. 2 Ratio est in §. 3. Semper enim hoc est in infinitum Jus Hæredum in Linea descendenti progreditur, quam diu ex illis aliqui supersunt. 3) Quod si Filius familias in communione existens a Patre non separatus, peregre abeat ad exercendam mercaturam, & lucretur pecuniam, Paterque moriatur, is si Hæreditatis paternæ particeps esse velit, ea, quæ lucratus est, conferre, aut Hæreditate paterna carere debeat: nisi uxorem ducat, & extra communionem diteſcat: tum enim ab Hæreditate paterna & materna excludi nequit. *Lobb.* Lib. I. cap. 12 in pr. & §. 1. 4) Si Pater Filiam elocet dotatam, aut Filio matrimonium contrahenti in possessionem aliquid det, illud ipsum post obitum Patris, aut pro justa Portione retinere, aut iterum conferre, posteaque justam Divisionem instituere debent. Sin vero Dubitatio incidat, an omnia illata sint, Reus cum cognatis proximis jurabit. *Lobb.* L. I. c. 15. Notandum vero hic, Patrem non teneri, Filio quidquam in possessionem dare, ipso & Matre superstitibus. c. 14. in pr. Lib. I Et si uni quid concesserit, id ipsum etiam alteri denegare non posse. d. cap. 14. §. 1. Quodque sic concessum est, mortuo Filio, relictis liberis, Avum aut alium quempiam repetere non posse. d. c. 14. §. 2. 5) In Filiis naturalibus, judicialiter *zu dinge* legitimatis singulariter attendendum. Quod si Pater ipsis judicialiter aliquid assignavit, illud ipsum retineant, & non amplius: Si vero nihil eis assignavit & tamen Hæredes eos pronunciavit, inque Familiam recepit, quod tunc cum Filiis legitimis participent Dimidium, *halb so viel als ein Ehelich Kindt.* Deficientibus etiam legitimis integram Fratris Hæreditatem capiunt. *Lobb.* Lib. I. c. 21. Præterea si Hæreditatis paternæ fuerunt capaces, Sororum quoque & Fratrum Hæredes existunt, una cum legitimis: Excepto eo casu, quo certa ipsis Portio assignata fuit, cum hoc additamento, ut ea contenti esse debeant. d. c. 21. 6) Spurii autem Patri non succedunt, etiamsi in Judicio legitimati fuerint, & Pater eis aliquid cesserit, *verschötet*, de Facultatibus suis, nisi tamen per Donationem inter vivos eis aliquid assignaverit. *Lobb.* Lib. I. c. 25. 2. ORDO est *Ascendentium*: Inter hos primum locum obtinet Pater. Is enim solus succedit Filio, sive is ab ipso separatus sit, sive non: puta quando Mater antea ex vivis excessit. *Lobb.* Lib. I. c. 9. §. 1. Secundum obtinet Mater: Illa vero succedit una cum Fratribus & Sororibus, tantumque capit, quantum unus ex liberis, puta, quando Pater antea Vita functus est. d. c. 9. §. 2. facit quoque Cap. 4. §. 4. & c. 11. Sed Q. An tantum, quantum optimus liberorum? R. Ita videri per §. 2. c. 6. loquitur tamen ille Textus in casu, quo succeditur Patri. Facit etiam Textus c. 5. in pr. ibi: In tali Successione. Filio quoque naturali in Judicio, *zu dinge* non legitimato & naturali morte extincto, Mater aut ea defuncta cognati ipsius Hæredes existunt, Patre prorsus excluso. Lib. I. c. 22. §. 2. & ult. Sed quid de Spuriis, idem obtinere puto. Hic vero Nota, quod traditur in princ. d. c. 9. Si quis ex Liberis in communione cum Patre & Matre decedat, habetur, ac si nunquam natus esset. Tertium locum, deficientibus videlicet Parentibus, Fratribus & Sororibus, tenent Avus, Avia, d. c. 4. §. 4. 3. ORDO est *Collateralium*. De hoc traditur Imo in c. 4. ult. Lib. I. in hunc modum: Frater Sororis & Soror Fratris Hæres est. 2do c. 5. §. 1. Ubi non sunt Fratres & Sorores; Proximus ad consequendam Hæreditatem est Patruus, Avunculus, Amita, Matertera, Filius Fratris & Sororis. Et hi æquales consequuntur Portiones, æque ac si omnes Fratres & Sorores essent: Ratio est, quia omnes sunt in pari gradu: Semper tamen masculus duas & Fœmina tertiam Portionem capit. Hinc collige: imo succedere Fratres & Sorores solos, & non una cum illis Fratrum Filios, uti Jure civili, ut ita in Linea collaterali Juri repræsentationis plane locus non detur Jure Danico. 2do non distingui inter Fratres germanos, consanguineos & uterinos, sed omnes simul admitti. 3tio Post Fratres & Sorores, Patruum, Avunculum &c. ut supra notatum, concurrere & simul Hæredes esse. 4) ORDO *Conjugum*: sive illi liberos non habeant, & sibi invicem succedant, sive una cum liberis Hæreditate potiantur. Hic autem distinguendi sunt casus 8. 1) Si Conjuges liberos non habeant, & alter eorum vita excedat. 1) Domus, 2) Pecunia numerata & 3) Terra empta in duas æquales Partes dividetur inter superstitem conjugem & Defuncti Hæredes. *Lobb.* Lib. I. c. 6. Sed quomodo Terra hæreditaria hoc casu dividetur? Existimo, hic quemque suam recipere, sicque divisionem illam non recipere. 2) Sin liberos habeant Conjuges & Mater decedat; hoc casu Pater in Terra matris tantum consequitur, quantum optimus liberorum. Idemque est in omnibus Bonis mobilibus. De Terra autem empta Filii nihil participant, antequam Hæreditatis paternæ fiant capaces. 3) Si moriatur Pater: Tum Mater in Terra Patris Hæres non fit: In terra empta vero tantum capit, quantum optimus liberorum. Et sic quoque in omnibus mobilibus. Quid Juris autem tum habet Mater in Terra sua? Eam ipsa retinet. c. 29. §. fin. Lib. I. 4) Si Maritus habeat filium, qui sit uxoris Privignus, & cum illo in communione vivat, & prius moriatur Noverca: hoc casu Pater Terram emptam retinet ad vitam, sicut & supra 2do casu decisum. Post mortem vero dividitur illa inter omnes liberos, instar reliquæ Terræ patrimonialis 5) Si vero Pater præmoriatur, & Noverca cum Privigno remaneat, tum Privignus primum de Terra capiet pro quota, quam habuit in communione, & postea Dimidium totius Hæreditatis, & relicta Vidua reliquum. Nota vero: Illam Partem, quam participat Privignus, dici Terram patrimonialem: Omnis siquidem Terra, quam emit Bondo, dicitur patrimonialis, sive in communione vivat cum Liberis sive extra eam, excepta illa Portione,

quam capit Uxor. De prædictis casibus habet c. 6. Lib. I. 6) Si filius Uxorem in communionem cum Patre & Matre recipiat, & ejus Bona communioni non immisceantur, & Filius postea ex hac vita excedat, sive liberos habeat, sive non, hoc casu amplius Uxor ex Bonis non capit, quam intulit. Filius enim sibi competentem Portionem in illis Bonis non habet, nisi singulariter ipsi quid a Parentibus concessum est. Sed quidsi dubitetur, quantum Uxor intulerit? hoc casu Pater cum cognatis in tertio gradu tantum exponet, quantum voluerit. De hoc casu est Text. in cap. 13. Lib. I. 7) Si quis Viduam Uxorem ducat, & ipse non habeat *Hoevetlandt*: Vidua autem illa liberos habeat ex priori matrimonio, & secundus ille maritus in communitatem non sit receptus, & post, defuncta Vidua, illa Hæreditas sit dividenda, tum Liberi prioris Matrimonii Juramento cognatorum testificabunt, quantum Vitricus intulit, tantumque percipient, & postea divident bona mobilia, prout in communitate fuere, antequam ille Vitricus illorum fieret. Vitricus vero amplius non capit, quam Portionem Uxoris suæ. Sed hoc casu Liberi nihil consequuntur ex Hæreditate Matris, quod videtur iniquum. De hoc casu agitur cap. 20. 8) Si Mulier defuncto Marito, se gravidam dicat, Bonorum Possessio usque ad 20. Septimanas ipsi concedetur, postea honestæ Mulieres inquirent, an gravida illa sit, nec ne: Quod si prægnans deprehendatur, usque ad Partum in Possessione manebit. Lib I. c. 3. Si vero postea ex Marito defuncto Puer non conceptus deprehendatur, Mater ea refundet, qua ex Bonis consumpsit, a 30. die mortis Mariti: & tum dimidiam Partem Bonorum capiet, reliquo Hæredibus relicto. Id quod congruit cum casu primo supra posito ex cap. 6. Lib. I. Nota: Providebunt autem hoc casu veri Hæredes, Cognatique Viduæ, ne plus illa ex Bonis alienet, aut profundat, quam ad vitæ sustentationem, Mercedemque Ministrorum requiratur. De hoc casu est Text. per tot. cap. 3. Lib I. 5) ORDO est Regis seu Fisci. Quod si nulli sint Hæredes usque ad 7. gradum, Rex vacantem Hæreditatem capit, hoc tamen servato Ordine: Si Hæredes non inveniantur intra 30. diem, æstimabitur Hæreditas & sequestrabitur usque ad anni & diei spatium: Et si intra hoc tempus veri Hæredes non prodeunt, Rex Hæreditatem accipiet, eamque custodiat, usque dum legitimi Hæredes veniant, qui si non venerint, Rex Hæreditatem retinebit. c. 23. Dies & annus sunt Annus & sex Hebdomades de quo agit cap. 23 Lib. I. In materia Successionum ad finem notanda quoque hæc Regula: Servi ii, qui dicuntur *Fleyfröing* & Monachi Hæreditatum capaces non sunt, *derer kan keiner erben. Lobb.* Lib. I. cap. 25. in fine.

CAP. VI. De Modo Divisionis.

Hactenus de Ordine in Successionibus, sequitur modus Divisionis, in quo duo consideranda veniunt: 1) Regulæ generales, quarum prima in pr. c. 5. hæc est: *In omni Hæreditate masculus duplum, & fœmina simplum capit.* Cui subjicitur Exceptio ima. Nisi quando Conjuges Judicio Ecclesiæ separati liberorum suorum Hæreditatem acquirere velint, tum enim fœmina æqualem cum Masculo portionem capit & tantum, quantum Filius aut Privignus, si illi simul ad Hæreditatem veniant. Sed hoc casu Persona innocens Hæres liberis tantum existit, ut supra cap. 3. ex Lib. 1. cap. 24. notatum. Non igitur uterque Parentum succedere potest? R. primo casu Textus hic videtur locum habere posse, quando utrique de Nequitia constitit, secundo & tertio non item. Hic ego addendam puto 2. Exceptionem: Quando Mater succedit cum Liberis, mortuo Patre, tum enim illa tantum capit, quantum optimus liberorum per Text. in §. 2. c. 6. Lib. 1. Secunda Regula est: Si quis Cohæredum extra communionem existat, cui sua Portio non sit assignata, & quispiam eorum, qui in communione vivunt, vita fungatur, tum Hæreditas dividenda erit, ac si omnes, qui communione utebantur, superstites essent, & post omnes Hæredes illam Portionem, quæ Defuncto competebat, inter se divident. c. 10. Tertia Regula est hæc: Una Hæreditas alteram lucratur, in omni Divisione, si sibi invicem occurrant, sive opulentæ sint, sive tenues. Si vero invicem sibi non obveniant, tum quisque Jure tantum percipit, quantum intulit: Idque Testimonio cognatorum *mit Krons Lede*, ita tamen, si in communionem non deductum sit. c. 17. Nota: Hanc ego Regulam tantum inter eos procedere puto, qui in communione sunt, alias sibi occurrere non possunt Hæreditates. Et hoc ipsum etiam verba finalia indicant. d. c. 17 ibi: *So fern es in die Gemeinschaffi nicht gelegt ist &c.* 2) Quædam Specialia hic consideranda: Et quidem 1) Si Fratres & Sorores inter se Divisionem Hæreditatis petant, Divisio illa instituetur per 12 Cognatos, *Sambt-Freunde* jurato, quod videlicet illi rectius dividere non potuerint. in pr. cap. 16. 2) Si inter liberos ab uno tantum latere conjunctos lis oriatur, Cognati *die Sambt-Freunde* illam quoque diriment, Hæreditatemque paternam & maternam distinguent, itemque Terram emptam prout voluerint. d. c. 16. §. 2. 3) Quod si de Bonis mobilibus contendunt hi: tum quisque Juramento cognatorum exponet tantum, quantum accepit. c. 18. Nota: Si non agatur de Portione competente Fratri aut Sorori, Cognati non requiruntur. 4) Si controversia existat inter Liberos & Matrem, quænam sit Hæreditas paterna vel materna: Mater; si vero inter Patrem & Liberos, Pater Juramento cognatorum id dirimet. c. 16. 5) Si Frater natu maximus Uxorem ducat, eamque ad se & reliquos fratres & sorores in communitatem recipiat: & Fratres & sorores illæ majorennes sanæque mentis sint, neque de eo conquerantur: tum majoris illius Fratris Liberi ex communitate cum Fratribus & Sororibus æqualem Portionem consequentur: Si vero Fratres & Sorores minorennes sint, aut Puellæ, quæ conqueri nequeant, his nullum inde Damnum existit. c. 19. 6) Notetur casus, quo unus Fratrum plus ex Hæreditate capit, quam alter: puta, quando Primogenitus una cum Matre succedit Fratri, ab uno tantum Latere conjuncto: Is enim quod hoc modo acquisivit, præcipiet & postea æqualiter cum Fratribus

&

& Sororibus Hæreditatem paternam vel maternam dividet. c. 11.

CAP. VII. De Tempore, intra quod Hæreditas eſt petenda.

Hic 5. ſunt conſideranda. 1) Aut in urbe Hæres eſt, & Tempus petendi Hæreditatem ſunt 30. dies, aut ad minimum proximus Dies Juridicus. 2) Aut Hæres extra Urbem eſt. Et ſpatium habet ſex ſeptimanarum. 3) Aut extra Provinciam; & ſpatium habet Anni & Diei. Sunt autem Dies & Annus, Annus & 6. ſeptimanæ. 4) Aut eſt in Negotiis & Expeditione Regis. Et habet ſpatium 15. dierum poſt Reditum. 5) Si quis relevantes cauſas non habet, quæ Jure excuſare poſſint, quod juſto Tempore non petiverit, & non ignorat, Hæreditatem ſibi delatam eſſe, tum is, qui ad ſe Hæreditatem recipit, jurabit 12. Viris honeſtis & Famæ integræ, *mit 12. Lowfeſte Mennr*, ſe Jure Hæreditatem illam acquiſiviſſe. c. 23. §. 4.

CAP. VIII. De Effectu Aditionis Hæreditatis.

Si intra Tempus legitimum proximi Cognati Hæreditatem adierint, exſolvent omne Debitum Defuncti, aut jurabunt ejus Defuncti nomine. Lib. I. c. 26. §. 1. Si vero Hæreditati ſe immiſcere nolint, illi, quibus Bona Defuncti ſunt pignori obligata ſolvent, quoad illa ſuffecerint. *So weit es ſtrecket.* d. c. 26. § 2.

CAP. IX. De Alienationibus Terræ.

Hæc de Succeſſionibus: Sequitur de Terræ alienationibus. In materia alienationum 4. ſunt conſideranda: 1) Perſonæ, quæ alienare poſſunt. 2) Quomodo valide Alienatio fieri debeat. 3) De Evictione. 4) Quomodo Terra defendi debeat: ubi de Præſcriptione. In Perſonis 1. Adoleſcens. 2. Puella. 3. Vidua. 4. Maritus. 5. Frater & Soror ſpectandæ ſunt. 1) Adoleſcens terram ſuam vendere aut alienare non poteſt, niſi ſit 18. annorum. *Lobb.* Lib. I. c. 36. in pr. 2) Puella nunquam, niſi in caſu neceſſariorum Alimentorum. Et tum alienatio fiet conſenſu proximorum cognatorum, & quotannis non amplius, quam pro dimidia marca argenti. d. c. 36. §. 1. 3) Vidua, conſilio proximorum cognatorum Terram ſuam permutare vel vendere poteſt. d. c. 36. §. 2. 4) In Marito diſtinguendum eſt (1) Aut enim ipſe vendit de Terra ſua. (2) Aut de Terra ſua & Uxoris. 3) Aut de Terra Uxoris tantum. 1. Si Terram ſuam alienat pro numerata Pecunia, & Pecunia illa iterum ad redimendos agros non conferatur, hoc caſu Terra, quæ reperitur, pro Terra habetur, Pecunia vero pro Boſae. c. 40. Si vero de Terra ſua quid diſtrahat, idque in communione abſumatur, Uxor de eo nihil refundit. cap. 36. in princ. niſi emiſſet Terram pecunia numerata. Hoc enim caſu tantum recipiet de Terra empta, quantum vendidit de Patrimoniali. d. c. 40. §. 1. aut alias Pecunia numerata adſit: tum enim ex illa æſtimationem recipiet. d. c. 40. §. 2. 2do Si de Terra ſua & Uxoris propter egeſtatem aliquid diſtrahat, eſt utriusque jactura. Ex ſuis enim utriusque bonis vivent. c. 36. 3tio Si vero de Terra Uxoris tantum quid alienare velit, tantundem Terræ poſſidebit, quantum ipſa, & æque bonum, & liberos cum ipſa habebit. c. 35. in pr. Hic vero Nota: Si Uxoris Terram diſtrahat Maritus, & aliam redimat, tum ipſa tantundem recipiet de Terra illa empta: Hæc vero ſi minoris ſit pretii, quod deficit ex Patrimonio Mariti capiet. d. c. 35. §. 1. & 3. 5. De Fratre & Sorore ſciendum. Si Emptor dicat, ſe emiſſe Terram Fratris & Sororis, quæ cum Fratre in communione vivat, & Maritum non habeat, & Teſtimonium Judiciale, *Dingeswinde* deficiat, quo probetur, utriusque Terram ſigillatim nominatam eſſe, tum Venditor jurabit, ſe non amplius quam ſuam portionem vendidiſſe. Deficiente Juramento luat tres marcas & Soror retineat Terram ſuam, niſi ipſa aut legitimi Tutores ejus abalienaſſent eam, *Lobb.* Lib. I. c. 43. 2) Quod ad validam alienationem attinet, duo conſideranda veniunt, Denunciatio videlicet Judicialis & Ceſſio. Quod ad Denunciationem: Bondo Terram ſuam, quam vult alienare, tribus vicibus, proximis cognatis, qui ipſi Hæredes futuri ſunt, judicialiter offerre, *Lagbeden* debet. *Lobb.* Lib. I. c. 34. in pr. Et quidem Terram paternam cognatis Patris, maternam Matris, offert. d. c. 34 § 1. Quod ſi non fecerit, Cognati proximi Venditionem retrahere poterunt, & Venditor luet tres marcas Bondoni, & tantundem Regi. Ibid. §. 2. Venditor autem dicens Denunciationem eſſe factam, defendere ſe debet Juramento 12. Hominum. d. c. 34. in fin. Quod ad Ceſſionem: In Judicio, *auf dem Dinge*, Terra valide ceditur, & in alium transfertur, *werdt vorſchötet*, & nuſſibi aliter: In Judicio autem vel circulari, *Herdesdinge* vel in *Siſſeldinge*, vel in Judicio provinciali, *Landesdinge*, vel coram Rege. *Lobb.* I. c. 37. in pr. Teſtimonium enim Judicii *Ein Dingeswinde*, adeo eſt validum, ut contra illud nullatenus Juramentum dari poſſit. Lib. I. c. 37. in fin. Eſt autem Teſtimonium Judiciale, quod Viri boni, qui in Judicio fuerunt, ſe audiviſſe & vidiſſe teſtantur. Judicium autem *Dinge*, ſeptem tantum Perſonis celebrari poteſt, totidemque Teſtimonium plenum eſt Teſtimonium Judiciale. Lib. I. c. 38. 3) Evictionem quod attinet, duo conſideranda veniunt. 1. Si a tertio Terra vendita infeſtetur, Venditor Evictionem præſtare & Terram tueri debet, donec Emptor Triennii Poſſeſſionem acquiſierit. Emptor vero poſt Triennium cognatis ſuis Terram emptam defendere debet. Præſcriptio enim Triennii legitima eſt. *Das iſt ein Lag haeffd &c. ein ruhiger Beſitz.* Lib. I. c. 44. & 57. Excipe tamen (1) niſi Terram infeſtent illi, qui tempore venditionis perfectæ ætatis non fuerunt, vel (2) ſi Foeminæ ſint, quæ legitimos Tutores non habuerunt, vel (3) etiam Viri, qui Tempore Venditionis extra Provinciam peregre abfuerunt. c. 41. 2) Si inter Emptorem & Venditorem, utrum plus minuſve venditum ſit, Dubitatio incidat. (1) Aut contentio exiſtit poſt Triennium a Tempore Venditionis, & Emptor potior habetur, Venditorque nihil recuperat. Aut (2) intra Triennium: & ad Teſtimonium Judicii recurritur, quo deficiente Venditor potior habetur Emptore. c. 42. Poena autem ejus, qui vendidit

dit Terram, cujus Proprietatem in alium transferre non potest, puta, quod evincatur, hæc est, ut reddito pretio Emptori luat Bondoni 3. marcas, & Regi tantundem. c. 41. in pr. 4) Defensio. Eaque fit vel Juramento, vel sine Juramento. Si Juramento (1) Aut Controversia est de Terra Laicorum & Defensio fiet cognatis per *Kions Neffen*, ut & supra in Emptoris Persona, traditum. (2) Aut controversia est de Terra Ecclesiæ, & tum 1) aut agitur de Terra, quæ valet plus marca argenti, & Veridici, *Sandtmenne* suo Juramento eam diriment. 2) aut agitur de Terra quæ valeat marca argenti vel minus: Hoc casu 1) Si Bondo est in Possessione, defendat se cognatis per *Kionsneffen*. 2) Si vero Ecclesia est in Possessione, duodecim ex præcipuis Parochianis *von den beſten Cirſpelmænnern*, adjudicabunt eam vel Ecclesiæ, vel alteri. Sine Juramento Defensio fit per Præscriptionem: Tum 1) aut Bondo possedit Terram quiete 40. annis, & tueri se potest hac Præscriptione contra Ecclesiam absque Juramento. 2) aut Ecclesia eam quiete possedit 30 ann. Et retinet eam quoque absque Juramento. d. c. 44. in fin.

CAP. X. Quomodo Controversiæ de Fundis, Agris, Ædificiis & Sepibus dirimantur.

Dirimuntur autem Controversiæ illæ 1) aut Juramento 12. Proprietariorum 2) aut per Revocationem. 3) aut per Agrimensuram. 1) Duodecim Proprietarii jurant 1) De Fundo & Via publica seu Actu *Zoffte und Forthe*. 2) De Fundo & agris. 3) De Sylva & agris. 4) De Terra divisa & Principio, *Opboff*. 5) Et de Via Regia. Circa hos considerandæ sunt 4. 1) Quomodo constituantur. 2) Vota ipsorum. 3) Quid Juris sit in Sylvis & Terra contermina. 4) Permutatio. *Mageſchiffung*. 1) Constituuntur ita, ut legitime vocentur & in Judicio ipsis injungatur certo die de re controversa Judicium ferre. Quod si in illo Pago 12. non sint, ex vicino Pago complebitur Numerus duodenarius: Et quod si juraverint, ratum & firmum erit. 2) In votis si dispares sint, Sententia plurium prævalebit. Sin pares, adjungentur his tres alii, & quibus duo ex illis assensum præbuerint, horum Sententia firma erit. Etsi vero plures nominentur, valebit tamen id, quod primi indicarunt. c. 52. 3) Si Sylva unius & alterius Terra sit conterranea, tum ad Dominum Sylvæ tantum de Terra pertinet, in quantum se frondes & Radices extendunt, nisi sit Terra publica. Tum enim Terra Regis est: Sylva Bondonis. c. 43. 4) Nemo alterum cogere ad Permutationem *Mageſchiffung* nisi sponte in illam consentire velit. c. 54. 2) Revocatione: Si parvus Pagus cum magno contendit, & illi, qui in majori Pago habitant, conqueruntur, se ex minori Pago Damnum vel Incommodum sentire: tum revocare licet minorem pagum ad majorem, si Damnum illud sit intolerabile. *Lobb*. Lib. 1. c. 47. §. 1. Quodsi sequi recusent, cogi possunt judicialiter *mit Lagetagen*. Si tum adhuc sint immorigeri, solvent Regi mulctam & nihilominus parebunt. d. c. 47. §. 2. & 3. Si tamen Possessione Triennii se tueri possunt, neque interea judicialiter sint infestati, revocari non possunt. d. c. 47. in fin. Quod si omnes Proprietarii emigraverint ex Pago aliquo, & unus tantum remanserit, hoc casu unus ille potiori Jure revocat reliquos, quam reliqui ipsum evocant, nisi nimis diu tacuisset, & intra Triennium, migrationem illam non infestasset. c. 51. v. 6. Si vero alias inter magnum & parvum Pagum de agris & pratis divisis lis oriatur, quæ videlicet ad magnum & quæ ad parvum Pagum pertineant. Id scire debent Incolæ majoris Pagi, quod dicitur *Adellby*. d. c. 47. in princ. 3) Agrimensura. In Agrimensura 5. sunt considerandæ: 1) Regulæ generales. 2) Processus in petitione Agrimensuræ observandus. 3) Quæ Terra mensurari debeat. 4) Modus in metiendo observandus. 5) De Ædificiis & sepibus. 1) Regulæ generales duæ sunt: Prima. Quod nemo Paganus altero petente mensuram agrorum, eam recusare possit. Qui enim scire gestit suam Portionem Terræ, vel quantum emerit in aliqua Parte Terræ, vel in aliquo Pago, is mensuram finium adhibebit, ut quisque tantum habeat quantum oportet, vel quantum suus Anteccessor habuit. c. 49. Secunda Regula: Quod si Proprietarii omnes in aliquo Pago mensuram funium in Judicio comprobaverint, unus aut duo eam impedire nequeunt. c. 50. §. fin. 2) In Processu 8. observanda veniunt: 1) Ut conqueratur Actor in Judicio, se tantum Terræ non possidere, quantum reliqui Proprietarii, minusque quantum oportet, ideoque se mensuram funium requirere. 2) Quo facto præfigitur adversæ Parti Terminus ad proximum diem juridicum, si modo ea in eodem Circulo habitat, aut ad 14. dies post proximum juridicum, si extra Circulum degat. 3) Actor Reum duobus Viris citabit in loco Domicilii quinque Diebus ante Juridicum, idque duo illi Viri in Judicio testabuntur. 4) Reo in Judicio comparente, denunciabitur ei Terminus videlicet elapsis 5. diebus Terram litigiosam metiendam esse. 5) Tum quoque Viri boni & Veridici, *Ehrliche Dingleüte und Suens Mennet* designabuntur, in quorum Præsentia hæc peragentur, iique Testimonium ferent, an Reus Juri se submittere velit, & quid eo die actum sit. 6) Secundum horum Testimonium mensura funium vel decernetur, si necessum sit, vel differetur, donec eo nomine inter bonos illos conveniet. 7) Si Reo justum aliquod Impedimentum obveniat, idque secundo Die Juridico obtendat, nec ipse in Judicio compareat, tum Dilatio conceditur ad proximum. 8) Ultra tertium autem Juridicum Impedimenta non excusant: nisi (1) Morbus, qui in Judicium ipsum venire impediat. (2) Negotia Regis. (3) Si a Rege sit avocatus. (4) Si extra Territorium peregre sit profectus. (5) Si ad superius Tribunal eo ipso tempore citatus. (6) Si eo ipso die Terram suam Jure defendere debeat. Hæ causæ relevantes *Ehehafften* sunt: nisi litem Reus acceptaverit, tum enim nulla Impedimenta excusant, nisi infirmitas & Peregrinatio. c. 50. 3) Debet autem Terra mensurari. 1) Si Paganus quispiam conqueratur, se minus habere de Villa seu Terra, quam vocant *Boll*, quam oporteat & totum *Boll* ad mensuram redigi debet. Intellige, si plures unam Villam

Villam *Boll*, simul possideant. 2) Si Villa *Boll* litiget cum Villa altera, totus Pagus ad mensuram deduci potest. c. 45. 3) Terra quæ dicitur Ornum, & antiquitus singulariter est determinata lapidibus, vel fossis, vel statuis, *mit Stapeln*, etsi totus Pagus mensuretur, ea tamen manebit indivisa. Quod si singulariter Terra illa non sit signata, cum reliqua metientur eam. Hic vero Nota singulariter: Si contentio oriatur, an Terra aliqua sit Ornum, vel mensurabilis, si videlicet inculta jaceat, Possessor 12. cognatis jurabit Terram illam suam Ornum esse & non dividetur. c. 46. 4) Modum quod attinet: Si mensura funium in Pago quodam usurpari debeat, ea a Solis Ortu, *Solschiffung* inchoanda. Et quilibet exponet omne id, quod in agris possidet. Excipe tamen 1) Terram propriam quæ dicitur Ornum. 2) Terram Ecclesiæ. 3) Terram singulariter emtam. Et Nota: Quod Terra illa, in qua jacet Terra empta *Stuff Landt*, per mensuram funium augeri minuive non debeat. Proinde primum mensurabuntur Fundi *Zoffte* in Pago siti, idque recusari non potest. Deinde prout fundi dividuntur, ita quoque omnis Terra quæ ruri est, sive agri sint, sive prata, dividenda erit. *Lobb.* Lib. 1. c. 55. 5) Sequitur de Ædificiis & Sepibus. Ædificia quod attinet, duo notanda sunt. 1) Si in mensurando Portio alicujus incidat in Ædificium alterius, & is Ædificium illud removere recuset, adversa Pars tantum de Terra illius, quæ in agris est, recipiet, ubicunque voluerit. Idemque est in Fundis, quos Coloni inhabitant, *Landtbotoffte*, item quos aliquis ex Familia incolit, *Gardfdetoffte*, & omnibus aliis fundis, in quibus aliquid extructum fuit, antequam Terra mensuretur. Hosce enim Fundos sepire & circumdare licet, sicuti eos, quos Proprietarius ipse inhabitat. 2 Si quis in alterius fundo ædificaverit Tugurium, aut aliam quamcunque Domum, tum Domino Fundi Ædificium illud diruere non licet sine Judicis Decreto *und Eingsdom*, & antequam ter illud judicialiter denunciaverit. Quo casu si is, qui extruxerit, facta prima Denunciatione Ædificium diruat, juretque se ignorasse solum fuisse alienum, manet indemnis: Si vero condemnetur, *Lest er das Recht über sich geben*, solvet tres marcas Bondoni & totidem Regi. c. 55. Sepes quod attinet, Jure vero ita definitum est: Quemlibet sepes suas ita conficere debere, sicuti in tota Vicinitate eo nomine contractum est, & secundum Portionem, quam quisque possidet in Pago aut Villa, prout mensura funium hoc ostendit, vel etiam poenam luet, de qua convenit, *die vermillkörte Straffe*: Quod si facere recuset, omnes Vicini Procuratorem constituent, qui contra contumacem illum Jure agat, isque condemnatus solvet 3 marcas Bondoni & totidem Regi. Lib. 3. c. 57. §. ult. Ad removendas autem Sepes, eadem Via agetur qua ad demolienda Ædificia, ut modo dictum. Lib. 3. c. 55. Sepibus autem muniendi vel Fundi, vel Agri, vel Pomaria, aliive Horti. 1) Fundum, in quo quis Ædificium habet, quilibet sepire debet. Ubi vero Ædificia posita non sunt, is qui Fundum possidet, in fine Sepem ponet, *toffte garden zeunet am Ende*, ad Latus vero reliqui Vicini, prout Portio cujuslibet & Necessitas requirit. Terra propria, *Stuffiandt*, Sepimento munienda non est, nisi ad Viam publicam, per quam videlicet Pecora aguntur, *an der gemeinen Forthe*. Ibi enim Seps principalis constituenda est. Lib. 3. c. 57. 2) In agris quoque consitis quilibet Sepem extruere debet, prout possidet secundum æstimationem auri. Hic vero notanda sunt tria: 1) Si contingat, ut Pascua unius Pagi contigua sit, agris consitis Pagi alterius, quod tam utrinque Dimidium sepire debeant. Fieri siquidem potest, ut qui nunc Terram habeant Pascuam, proximo Anno eandem conserant, eademque æqualitate opus habeant. Quodsi alteruter horum id recuset, iique qui agros consitos habent, Damnum patiantur, siquidem id contingat propter Defectum suarum Sepium, id sibi imputent. Sin vero ob Defectum Sepium vicinorum, cujuscunque armenta illud dederint, tum resarcient illud ii, qui Sepes conficere neglexerunt. Quodsi Dubitatio incidat, ad quem pertinuerit Sepes illas, ex quarum Defectu Damnum illatum est, exstruere, Vicini per mensuram funium id dijudicabunt. Et cui illi causam Damni assignabunt, is Juramento se defendere nequit, sed poenam conventam exsolvet, omneque Damnum restituet. Lib. 3. c. 58. 2) Seps, qua Siligo defenditur, circa vel ante Paschatis Festum extruetur, qua vero Fruges æstivæ, *die Sommerfabt*, circa Pentecosten, stabuntque ad Diem Michaelis, nisi ante omnes Fruges in Horreum collectæ sint, quique antea Sepes amoverint, omne inde Damnum emergens restituent. d. Lib. 3. c. 59. 3) Is quoque qui Equitium vel Gregem Equarum, *Ein Stodt* videlicet 12. equas feras habere vult, eas pascere debet, in propriis campis, cum singulari Pastore. Quod si non faciat, sed ex alterius agro circumsepto, *vong*, Damnum inferant; in Judicio eas prohibere licet, *auf dem Dinge vorleggen*, quo facto, si is, cujus sunt equæ, postea Damnum patiatur, id sibi imputet, si modo in agro circumsepto, *vongh*, id illatum sit. Si quis etiam equas suas in communem campum agat, in quo ipse Proprietarius non est: reliquis Proprietariis judicialiter ipsum persequi licet, ut Domum eas reducat, quod si facere recuset, sicque Damnum incurrat, id sibi imputet. Quod si fraudulenter quis in campis aliorum Terram emat pro marca argenti aut amplius, in hunc finem, ut suis equabus pascua absumat: tum reliqui secundum æstimationem auri cujusque, *nach eines Jeden Goldes Wurderung*, ipsum cogere possunt, ut non amplius in Pascua communia agat, quam campus admittat. Et quidem æqualitate servata eodem modo quo Porci in Sylvas coguntur, ex arbitrio eorum, qui Pagos incolunt, si siquidem optime norunt, quam multis Pascua ipsorum sufficiant. cap. 55. Si quoque Equæ feræ alicujus Scabie inficiantur, & Dominus illarum eas separare, & in suo singulari campo pascere nolit, tum Proprietarii judicialiter eas prohibebunt, *vorleggen*, posteaque eas loca in paludosa, *in Mose und Mohr*, detrudere & necare licet. Idemque in Equis domitis Scabie infectis obtinet. Est enim hic morbus inter equos scabiosus. L. 3. c. 55. 3) Pomarium,

Olitorium aut alium Hortum quilibet Sepibus ita munire debet, prout eum custoditum vult, & quidem, ut omnis generis pecora arceantur, exceptis capris & Effractoribus Hortorum, puta Bobus & Porcis. Judicialiter enim persequendus erit Possessor talium Effractorum, ut eos custodiat, servetque. In prædictis autem Hortis alias pecudes quam capras capere & includere, *einschützen*, non licet, nisi quas judicialiter prohibitum sit habere, *das sie zu dinge verlegt wehren*. Hic vero Nota: 1) Si quis alterius Pomarium aut Hortum, Olitoriumve effringat, indeque Poma aut olus aufferat, is furtum committit, æque ac si ex Domo ipsius aliquid furatus esset. 2. Si quis etiam in Pomario alterius Vestimenta sua amittat, is eo nomine de Spolio agere nequit. Lib. 3. c. 60. Is quoque qui apes possidet, Sepibus eas communire debet, ne alterius Pecudes eas dejiciant aut disturbent. Quod si Sepes adeo sint demissæ, ut ingrediantur pecudes, apibusque Damnum inferant, hoc ei resarciri non debet. Imo si intra Sepes Pecudes ab apibus interficiantur, tum is, cujus sunt apes, Damnum compensabit; Siquidem Sepes non fuerunt ita fortes, ut Pecora arcere potuissent. Quod si extra Sepes Pecudes alicujus ab Apibus interficiantur, Damnum illud manet Domino Pecudum, Apum Domino nihil eo nomine solvente. Lib. 3. c. 38. Hic de Apibus obiter Nota: 1) Si contingat, ut alicujus Apes alterius expellant, tum is, cujus Apes expulsæ sunt, per Vicinos suos id alteri significabit: Quod si Apes illas tam expellentes, quam expulsas cum eo velit possidere simul, id quidem fieri potest: Si nolit, & ipsius Apes iterum expellantur, solus quoque Damnum sentiet, qui ante Lucri & Damni particeps esse noluit. 2) Apes, quæ in vastis Sylvis inveniuntur, quasque nemo insecutus est, fiunt occupantis, licet is eo loci neque agros neque arbusta possideat. Apes quoque quæ in alterius Sylva in arborem aliquam involaverunt, auferre cuipiam non licet, nisi Domino, ex cujus Horto evolaverunt, & eas Dominus statim insecutus sit, ad eum locum, ubi consederunt. Et hoc casu ei, in cujus Sylva vel Arbore deprehenduntur, debetur tertia Pars, vel Ora Denarii. *Ein Ore-Pfenning, et Fünff kleine Pfenning nach Dæniſcher, oder III. Pfenning nach Meißniſcher Müntze.* Quam primum autem Apes ex conspectu alicujus excesserunt, fiunt primi Inventoris. Quod si in Cæmiterio Examen Apium quis deprehendat, id occupanti quoque cedit. Lib. 3. *Lohh.* c. 40.

CAP. XI. De Jure Viarum.

Sequitur de Jure Viarum, quarum de Jure nostro triplex est Distinctio: Etenim Via aut Regia *des Königs Heer Straſe*, aut publica *Hardeswegh*, aut ea, quæ dicitur *Forth*, Actus pecorum. Viam Regiam Proprietarii cujuscunque Pagi parabunt & reparabunt in quolibet campo. Quod si ibi sint Lacunæ, aut Amnes, aut Rivuli, aut tale quid, tum omnes Parochiani, si necesse sit, ad extruendos Pontes operam suam conferent. Viam publicam *den Hardeswegh* omnes Incolæ illius Circuli parabunt & reparabunt. Hic vero tria Nota: 1. Quod hæ Viæ *die Heerſtraßen*, latitudinem habebunt 14. ulnarum. 2) Quod Vias ex antiquo juratas, itemque ad Urbes, Judicia, Maris Littora, & ad Sylvas tendentes nemini liceat præpedire, removere, occludere aut fodere. 3) Ad quemlibet Pagum quatuor Vias tendere debere, quæ ibi antiquitus fuere, easque nemini licere impedire. Si quis id fecerit, solvet Regi 3. Marcas, viamque in pristinum Statum reducet. *Lohh.* Lib. 2. cap. 56. Viam quæ dicitur *Forth*, Actus pecorum, *die groſſe breite Gaſſe im Dorffe, darein das Vieh ausgehet*, quod attinet, in ea considerandæ sunt Sex. 1. Quod latitudinem ea habebit 12. *Faden*, aut prout Proprietarii omnes eam fecerint. §. fin. c. 56. 2. Quod nemini concessum est in ea ædificare. Et quod quilibet Proprietarius, quantumcunque in Pago possideat, conqueri possit de Viæ illius Imminutione aut coangustatione. 3. Omnes fundi in pago tam antiqui quam jurati suum habebunt actum, *Forth*. Sunt autem Fundi jurati, quos Incolæ alicujus Pagi simul de Terra communi, in qua nihil erat extructum, quæque antea agriculturæ serviebat, separarunt. Ejusmodi Fundis Actus quoque parabitur. *Lohh.* Lib. I. cap. 51. 4. Si quis extra Pagum habitet, is in suo Fundo sibi Introitum & Exitum, viam actumque *Forth*, parabit sine Damno aliorum Proprietariorum, aut ad Pagum majorem revertetur. c. 48. & 51. §. 5. 5. Si quoque Pagus quidam diruatur, *öde gelegt werde*, tum Via & Actus tanquam alia terra dividetur; vel ad Pagum vel ad Villam, *zum Dorpe oder zum Boll.* d. c. 51. 6. Quicunque in Pago habitat, is sibi vindicare potest Viam actumque Pecoris, si modo Triennium sine Infestatione aut querela habitavit. cap. 52. §. ultimo.

CAP. XII. De Molendinis & Piscinis.

Tantum de Viis; sequitur jam de Molendinis. In his tria considerandæ sunt: 1) Cui ædificare liceat & quomodo. 2) Quomodo quis ejus Possessionem & Proprietatem acquirat. 3) Si infestetur. 1) Nemini licet de novo Molendinum extruere, nisi habeat aggerem & locum aggeris. Ita autem ædificabit, ne aqua diffluat in prata vel agros alterius, & ne impediat sua Inundatione, *Struwing*, Molendina alterius, quæ antiquitus fuere. 2) Ad acquirendam ejus Possessionem legalem *Louffhoeffd*, requiritur Tempus legale, quod est Triennium. Ad Proprietatem Juramentum 12. Cognatorum, qui Juramento suo confirmabunt cursum & fluxum aquæ, aggerem & aggeris locum & solum. 3) Si infestetur Molendinum, antequam sit perfectum, vocabuntur Inspectores Viri boni, *Suens Leute*, qui explorent testificenturque an in suo vel alterius Fundo aquam sistere conatus sit. *Lohh.* Lib. I. c. 57. Quod nunc de Molendinis dictum est, idem in Piscinis obtinet. Nemini itaque licet aquam ducere ex Piscina alterius, nec antiquum cursum fodiendo immutare, aut a Fundo abducere. *Lohh.* Lib. I. c. 58.

INDEX CAPITUM LIBRI SECUNDI.

1. *De Veridicis in genere. von Sandmennern.* 2. *De Homicidio. Mandrab.* 3. *De Mutilatione membrorum. Lemmiſſe.* 4. *De Stupro violen-*

70, itemque obiter de ſimplici. 5. De Proſcriptis, friedloſen Leuten. 6. De Emenda, ejusque quantitate. Buſſe. 7. De Contributione cognatorum. Stad. 8. De Vi Herrewerck, ejusque Proceſſu. 9. De Modis, quibus Vis committitur. 10. Quomodo Vis probetur. 11. De Poena Violentiæ. 12. De Limitibus agrorum. Veldtſcheiden. 13. De Bonis Eccleſiaſticis. 14. De Captivitate ex Domo aut ſolo ſuo, auf ſeinem Behalte. 15. De nominatis Judicibus, Neſſingen, & quæ ad Perſonas illorum potiſſimum ſpectant. 16. De iis, quæ ad Officium Nominatorum ſpectant, & quidem de Proceſſu. 17. De Cauſis, quæ ad Nominatorum cognitionem pertinent, & primo de Spolio. 18. De iis, qui de Spolio agere & jurare debeant. von Rans Neſſningen. 19. De eo, qui de Spolio convictus & condemnatus eſt, ubi de Poena. 20. De Cauſis ſimilibus Spolii, Debiti videlicet Fidejuſſorum. 21. De Facto improviſo. Unwahrings thut. 22. De Furtis & quidem Furto manifeſto. 23. De Furto nec manifeſto, & quidem eo, in quo Inquiſitio adhibetur. 24. Quomodo is, qui Furti inſimulatur, ſit accuſandus. 25. De Furtis quibusdam ſingularibus. 26. De Poena Furti. 27. De quibusdam ſingularibus in cauſa Furti. 28. De Nominatis ex Circulo, von Stock oder Harritz - Neſſen. 29. De Falſo. 30. De Incendio. Mordtbrandt. 31. De Raptoribus. Straſſenraubern. 32. De Nominatis Epiſcoporum. von Biſchoffs - Neſſningin und heyliger Brüche. 33. De Nominatis Eccleſiæ. von Kirchen-Neſſen. ubi de Wrag & Re per Naufragium perdita: & de Magia von Zauberey.

LIBER SECVNDVS
agit de Veridicis & Nominatis. *Von Sandtmennen und Neſſningen.*

CAP. I. De Veridicis in genere.

In Veridicis duo conſideranda ſunt: 1) Quæ Perſonas ipſorum potiſſimum ſpectant. 2) Quæ ad Officium eorum & ad Proceſſum maxime pertinent. Perſonas quod attinet, conſiderandum: 1) Quot erunt Numero. 2) Quales. 3) Quomodo inſtituendi. 4) Mercedes eorum. 5) Quomodo removendi. 1. Numerum quod attinet, debent in quolibet Circulo ſeu Diſtrictu eſſe Octo Veridici, & quidem duo in qualibet quarta Parte: non tamen plures quam unus ex qualibet Communitate & ex qualibet Parochia. Lib. 2. in pr. c. 1. 2. Qualitatem quod attinet, primo Veridicus in illa quarta Parte in qua Veridicus eſt, unam Villam ad minimum poſſidebit, ut Proprietarius, non tanquam Colonus. §. 1. d. c. 1. Secundo ſimul etiam Exactor & Veridicus in uno eodemque Circulo quis eſſe non poteſt. §. fin. d. T. 3. Inſtitutio ſic fiet, ut Literis Regiis munus illud ipſis demandetur, in Judicio *uff dem dinge*. Lib. 2. c. 4. in princ. Exactori autem Regio Juramentum præſtabunt hac Forma: Ita me Deus juvet nec propter munera nec propter amicitiam, aut aliam cauſam aliter agam meo Juramento, quam quod ſciam eſſe juſtiſſimum & veriſſimum. d. c. 4. §. 1. 2. & 3. 4. Merces eorum eſt dimidia marca Argenti, deque ea omnes participabunt, licet eam unus acceperit. cap. 5. §. 1. Lib. 2. *Lobb.* Hanc exſolvere debet is, qui eos requiſivit, & quidem in Judicio, ubi Juramentum eſt præſtandum, ſive quid Juramento ipſi adjudicent, ſive detrahant, ſive plane non jurent. Idque accipient Teſtibus adhibitis, quo nemo conqueri poſſit. c. 5. §. 2. 5. Remotio vero ab Officio ex duabus cauſis fiet, 1mo ſi ob Perjurium ſua Bona amiſerunt. *Ihr vorlath verbrochen.* 2do Si plus quam Legitimam Mercedem acceperunt. Lib. 2. c. 1. §. 2. & c. 5. in pr. Porro Officium eorum & Proceſſum quod attinet, quatuor conſideranda veniunt: 1) Locus ubi jurare debeant. 2) Tempus intra quod vel quando jurare debeant. 3) Vota ipſorum. 4) De quibus cauſis jurare debeant. 1. Quod ad Locum: In Judicio Provinciali, *Landes Dinge* jurabunt: 1) De Cæde. 2) De Stupris violentis. 3) De Vi & mutilatione membrorum. 4) De Captivitate, puta ſi quis ex Domo ſua *auf ſeinem Behalte*, abducatur. In Judicio vero circulari: 1) De Bonis Eccleſiaſticis inter Eccleſiam & Bondonem. 2) De Vulneribus. 3) De Limitibus agrorum, in illo videlicet Circulo, in quo ſita eſt Terra litigioſa. *Lobb.* Lib. 2. c. 3. 2. Quod ad Tempus: Sex Septimanis & tribus Diebus Juridicis, & quidem interpoſitis intra unum quemque 14. Diebus terminatur *Lobb.* Lib. 2. c. 6. §. 1. Primo die litem denunciat Actor, ejusque cauſam exponit & præfigitur Reo Terminus ad Proximum, ſimulque vocantur Veridici. d. c. 6. §. 2. Tertio vero Die Juridico Actor actionem intentat, Reus reſpondet, & requiruntur Teſtes ad hoc, quod Veridici legitimi ſint vocati, ferturque Sententia, Juramento Veridicorum litem dirimendam eſſe. d. cap. 6. §. 3. Hic duo Notanda: 1) Quod lata tali Sententia Veridicis ſub Poena amiſſionis Bonorum mobilium, *Ihres Boſslaths*, recedere ex Judicio non licet, niſi præſtito Juramento, in cauſa ad quam legitime ſunt vocati. Lib. 2. c. 7. §. 1. 2) Quod ſi contingat, ut quidam ex Veridicis jurent Die conſtituto, & cæteri præſto non ſint, tunc Impedimenta abſentium indicari debent: puta quod non ſciverint hunc Diem Juri dicundo deſtinatum fuiſſe, aut quod ex alia cauſa legitima præpediti fuerint. Et tunc jurabunt abſentes illi proximo juridico, vel iterum cauſas relevantes allegabunt. d. c. 7. §. 4. Si vero tertio Die Juridico ab eo, quo primi juraverunt, Juramentum non dent, incidunt in Poenam amiſſionis Bonorum: niſi peregre abſint ex Provincia, aut morbo aliquo correpti decumbant. d. c. 7. §. 5. 3. Vota ipſorum quod attinet: 1) Aut jurant Votis conſentientibus. Et tum (1) Si plerique illius loci Incolæ, *in der Bygd*, eos non incuſant, & ratum erit atque firmum, quod jurarunt. d. c. 7. §. 3. (2) Aut ita jurant, ut quilibet percipere poſſit, eos falſo juraſſe, puta, jurant aliquem commiſiſſe Homicidium, qui Tempore Cædis non fuit in loco, & tum incidunt in Poenam amiſſionis Bonorum mobilium. d. c. 7. §. 1. 2) Aut jurant votis diſſentientibus: Et hoc caſu plurium Vota prævalebunt, niſi octo ex ejus loci Viris optimis & veraciſſimis, *Bygdemend*, una cum Epiſcopo judicent, eos contra Jus & æquitatem egiſſe. d. c. 7. in princ. 4. Quod ad cauſam: Veridici jurare debent 1) de Cæde.

2) de Mutilatione membrorum. 3) de Vulneribus. 4) de Stupro violento. 5) de Vi. 6) de Limitibus agrorum. 7) de Bonis Ecclesiasticis, quæ plus valeant dimidia Marca argenti. 8) de Captivitate & Ligatione. *Lobb.* Lib. 2. c. 2. Secundum tamen Distinctionem loci, ut supra hoc Cap. n. 2. notatum.

CAP. II. De Homicidio.

De Homicidio quæ traduntur, Processum præcipue spectant, & quidem duo hic consideranda veniunt: 1mo Tempus legitimum, intra quod Actio intentari debeat. 2do Competentia Veridicorum & modus jurandi. 1. Quod ad Tempus, id vel observatur vel negligitur. Observatur ita, si quis occisus sit Die Joviali ante meridiem vel etiam alio ante Jovialem Die, & Die Sabbathi sequenti celebretur Judicium provinciale, ut tum hoc Die Cognati occisi id denuncient judicialiter. Si vero quis occisus sit Die Joviali a meridie, ut tum Cognati differant accusationem suam in Diem juridicum sequentem. c. 8. Si vero negligitur, Venia a Rege impetranda est, ut accusare liceat. *Efftermalß Clage*, & quidem intra annum & diem. Hoc vero casu: Aut Rex veniam dare recusat, & tunc Actor a Reo plus consequi non potest, quum justi Viri Emendam, & ter octodecim marcas, vel Juramentum 12. Cognatorum, si factum neget. Aut veniam concedit: Et hoc Rescripto Regio in Judicio provinciali demonstrandum fuerit & actio intentanda ac prosequenda, perinde ac si justo Tempore instituta fuisset. Literæ quoque Regiæ intra 3. dies juridicos producentur, postea enim nullius erunt Valoris. c. 10. Hic vero Nota amplius: Quod si Actor neque Actionem justo tempore instituat, nec a Rege veniam impetret, Rex Occisorem condemnari jubebit ad Emendam, si factum fateatur, si neget, purgabit se proximis Cognatis. Et si neutrum acceptare velit Actor, Rex Reum una cum cognatis absolvet. Non enim licet ulli Injuriam sibi latam extra ordinem Judicii vindicare. Lib. 2. c. 9. in fine. 2. Quod ad competentiam: Veridici ejus loci, ubi cædes facta est, sive in Urbe, sive in Pago, sive in alio Loco, de ea jurabunt. Lib. 2. c. 11. per tot. Sicuti & in aliis controversiis ipsorum Juramento discutiendis. Ibid. Et quidem hoc modo, ut Juramento suo Reum 1) vel ad Emendam damnent. 2) vel Pace privent. Ad Emendam sic: Ita nos juvet DEus, Hominem illum sic fuisse percussum, aut vulneratum, vel etiam coactum, ut Vitam fortunasque suas defenderet. Ideoque Jure ipsum securum manere. Lib. 2. c. 12. in pr. Ad Securitatis Privationem sic: Ipsum Hominem innocentem necasse, ideoque Jure Securitate eum privandum esse. Ibid. §. 2. Hic vero Notandum singulariter: Si de causa mortis in Judicio provinciali inquiratur, tum Veridici suo Juramento inquirent, & demonstrabunt, quis fuerit verus Occisor, & quæ causa mortis. §. ult. cap. 12.

CAP. III. De Mutilatione membrorum.

De Mutilatione cujusvis membri Veridicos jurare oportet, tam de oculo, quam de alio membro. c. 15. in pr. Jurant autem ita, ut Reum 1. vel securitate privent, si videlicet ex Proposito factum sit, puta, quod innocentem cippo incluserit, sicque membro aliquo, pro quo solvitur quarta Pars Emendæ, mutilaverit. 2. Vel ad Emendam condemnent, si ex improviso quid contigit: puta quod in Itinere sibi obviam facti sint, neque Vitam Actori adimere, neque membrum mutilare voluerit, sed ex improviso quid accidit.

CAP. IV. De Stupro violento, itemque simplici. Umb Frauen Nothzucht und heimlichen Beyschlaffen.

Hic Veridici Reum vel Securitate privant, si videlicet mulierem contra Voluntatem suam vi compressit, Infamiaque notavit, vel non privant, si vim non intulit. Lib. 2. c. 16. Et hoc casu posteriori Actor perdit Jus suum & Emendam non consequitur: Majus siquidem Jus tollit minus. c. 17. §. 2. Sed Notanda hic duo. Primo: Si quæ mulier vim passa sit, illam statim, cum liberata fuit, id Vicinis, itemque Ecclesiæ & Judicibus conqueri debere, alias vis illata non præsumitur, quamvis Injuriam passa sit, atque tum de hac causa Veridici non jurent. c. 17. §. 1. Q. An Vitiatæ vis inferri possit? Resp. videri non posse, sed tantum exigi Jure Emendam 9. marcarum arg. c. 18. §. 1. nec enim ipsa Infamia notatur, quæ ante fuit infamis. arg. c. 16. §. 1. Secundo Not. Si Conjunx aut Concubina cujuspiam in Puerperio moriatur, Veridici de morte ejus non jurabunt, Infantem enim contra Voluntatem illa non concepit. Hic obiter de Stupro simplici propter cognationem materiæ duo attendantur. 1) Qui eo nomine agere. 2) Quid consequi possunt. 1. Possunt autem si mulier aliqua vel puella virum admisit, cognati ejus hoc nomine, quemcunque voluerint, & in quemcunque suspicionem conjecerint, judicialiter compellare. 2. Reus vero conventus Juramento duodecim cognatorum se liberare vel Emendam 9. marcarum solvere tenetur. Quod si facere recusat honorem & famam ejus impetere possunt, *auf sein Manhellet manen, das ist auf sein Ehr und Gelimpe.* Consequuntur autem hanc Emendam Cognati proximi, ad quos Tutela mulieris Jure pertinet, & nemo alius. Ipsa vero nihil de ea participat. c. 18. §. fin. Quod si cognati semel Emendam sumpserint, amplius petere eam non possunt, nisi vim passa fuisset. d. c. 18. §. 1. Porro notandum: Si filia illegitima, quæque judicialiter non est legitimata, stupretur, eo nomine non Patris sed Matris Consanguinei litem movere possunt. c. 20. Filius quoque illegitimus de Emenda, quam Pater Matri suæ dedit pro *Leyervide* & poena Stupri, nihil participat. d. cap. 20. in fine. Est autem Emenda illa 9. marcæ. c. 18.

CAP. V. De Proscriptis. von Friedlosen Leuten.

Poena Homicidii & Stupri violenti, ut ante dictum, est Privatio Pacis & Emenda. Nunc igitur de iis dicendum. In Privatione Pacis seu Proscriptione 3. sunt consideranda: 1. Si a proscripta Adversarius Emendam sumere nolit, intra diem & mensem, is Provincia excedet, profugietque. Quod si non faciat, Rex ipsum aqua & igni interdicet, & *vogelfrey geben*, nec Tranquillitatem ipsi largietur, antequam inter ipsum & cognatos Occisi conveniat. Lib. 2. *Lobb.* c. 22.

§. 1.

§. 1. 2. Si vel aufugiat, vel moriatur, cognati ejus proximi ſolvent duo *Saall.* h. e. bis 18. marcas. Idemque eſt, ſi præſens maneat contumaciter in Provincia. d. c. §. 2. 3. Quod nemini proſcriptum recipere liceat: Hic vero iterum notanda duo: Quorum primum eſt, ſi Monaſterium proſcriptum recipiat & inveſtiat, ut ſolvat plenam mulctam, ſi non inveſtivit, ut tradat illum. Lib. 2. c. 23. Secundum eſt. Si quis alius proſcriptum Hoſpitio excipiat, ultra diem & menſem, is luat Regi 3. marcas: Sin neget, edoceat Juramento 12. Virorum, ſe neſciviſſe ipſum proſcriptum eſſe, aut apud ſe non divertiſſe. Lib. 2. c. 27.

CAP. VI. De Emenda ejusque Quantitate von der Buſſe.

Hæc de Proſcriptis. Sequitur nunc de Emenda, in qua duo conſideranda veniunt: 1) Quantitas. 2) Contributio cognatorum. De primo agitur hoc capite, alterum in ſequenti videbimus. Quantitatem quod attinet, aut ſolvitur Emenda 1) pro Homicidio, aut 2) pro Mutilatione, aut 3) pro Læſione membri, aut 4) pro ſimplici vulnere, aut 5) pro plagis absque Vulneratione, *Fuſtkiff.* De hiſce quamvis Veridicos non judicare arbitrer, arg. c. 2. Lib. 2. tamen quæ Jure noſtro habentur, ea aſcribere commodum viſum fuit. Primo, pro Homicidio quæ ſolvitur Emenda, quæque Emenda Viri, *Mans Buſſe*, vocatur, ſi de ea inter ſe paciſcantur Partes, ſive ad præſtandam eam Juramento Veridicorum condemnentur, ſunt ter octodecim marcæ, aut quod tanti eſt pretii & valoris, ſine tamen additamento. Lib. 3. cap. 21. Eſtque Emenda intra annum & diem, *binnen Jamling*, ſolvenda. d. c. 21. Lib. 3. Additamentum vero *Giorſum*, quod attinet, ſi Partes paciſcantur, tantum eſt, quantum inter eas convenit. Si vero Juramenta Veridicorum interveniant, non eſt amplius ter 18. marcis. d. c. 21. Hic vero Nota: quid debeatur Regi, quod vocetur *Jegen Gieldt* itemque *Blutvide*. Et quidem Partes paciſcuntur de Emenda ſine Juris cognitione, Veridicorumque Juramento, & Regi debetur *Jegengildt* & 12. Marcæ Denariorum. Aut Veridicorum Juramento ad Emendam Reus condemnatur & Regi debetur *Blutvide* & tres marcæ. Idemque eſt, ſi extra ſecuritatem conſtitutus auffugiat vel etiam ſecurus maneat. Lib. 2. c. 13. Speciale autem Jus obtinet in Homicidio: Imo. Si quis 1) in Expeditione. 2) in Conventibus. 3) in Judicio. 4) in Via ad Judicium. 5) in Circulo, ubi Rex moratur. 6) in Templo. 7) in Coemiterio. 8) in Urbe. 9) aut ſi quis cultro aliquem interficiat, vel 10) interimat eum qui Aratrum tenet. Is enim ultra legitimam Emendam ſolvet 40. marcas cognatis occiſi & tantundem Regi, ita tamen ſi ad Emendam condemnatus eſt. Quod ſi Pace privatus aufugiat, cognati ejus Emendam ſolvent, ut ante cap. 5. v. 2. dictum: *Seine Freunde büſſen 2. Theile eines Wehr - Geldes und nicht mehr. Er. Kr.* Idemque obtinet, ſi quis in prædictis locis alicui vulnus infligat, aut Inſidias ſtruxerit. Solvet enim hic ultra legitimam Emendam Regi quoque 40 marcas & tantundem Bondoni. Excipe: Niſi tamen ipſi Inſidiæ ſtructæ & legitima Defenſione uſus ſit. Defenſio ſiquidem vitæ omni Jure licita eſt. Lib. 3. cap. 22. 2do Si quis eum qui Emendam ſolvit, vel interficiat, vel vulneret, aut ullo modo Injuriam, de qua tranſactum & Emenda recepta eſt, ulciſcatur, committitur *Orbotemall, ſo iſt Uberbuſſe.* Quid vero ſit *Orbotemal.* vide in Blaſii Repertorio. Et Nota hoc verbum in Danico & Latino non reperiri. Quod ſi is retineat Pacem, ut Emendam præſtet, tum reſtituet omne id, quod ab Adverſario accepit, inſuperque pendet plenam Emendam, ſive quis occiſus ſive vulneratus ſit. Si quoque Rex pro hiſce Delictis, de quibus hiſce duobus capitibus *Lobb.* Lib. 3. c. 22. & 23. dictum, aliquem decollari jubeat, nihilominus Proximi ejus Cognati pendent duo *Saall.* Quod enim decollatur Reus, id Rex ideo fieri juſſit, quod Pace privatus eſt, *vor ſein Fredtloſsmahl.* Hinc colligere licet, in Regis Poteſtate eſſe, proſcriptum vel capite punire, vel pace donare. 3tio Si cujuspiam Equus, Bos, Vacca, Porcus, Canis aliquem occidat, idque juretur ad *Mansbane* & quæ ſit cauſa Homicidii, tum is, cujus eſt animal, ſolvet 3. marcas, inſuperque jurabit adhibitis undecim aliis, ſibi affectum illum animalis illius ignotum fuiſſe. *Lobb.* Lib. 2. c. 35. in pr. Sed ſi id ter perpetraverit animal iſtud, dum in Poſſeſſione Bondonis eſt, is luet plenam Emendam. d. c. 35. §. 1. Idemque eſt, ſi quis feras Beſtias, puta Catulos luporum & urſorum educet, quicquid enim Damni dederint, eo nomine Dominus ipſorum plenam Emendam ſolvet. Hæ quoque ſi ligamentis ſolutæ a quopiam interficiantur, nihil pro iis ſolvitur, quamdiu autem ſunt in Poſſeſſione Bondonis, eos interficere vetitum eſt. *Lobb.* Lib. 2. cap. 36. 4to Si quis ſubmergatur in Puteo privati alicujus, Poſſeſſor Putei ſolvet 3. marcas. Si Puteus Ruſticorum ſit publicus, nihil ſolvetur. Idemque obtinet in foveis Terræ figularis. *Lobb.* Lib. 2. c. 37. in pr. Itemque ſi in Lacubus Riviſque molarum aut Piſcinis aut quadam Foſſa aquis repleta ſubmergatur: Sicut & ſi de Domo quis decidat, aut Ædificio aliquo corruente opprimatur, tum quoque nihil luetur. d. c. 37. §. 1. Secundo: Pro mutilatione Membri ſolvitur Emenda quadrifaria. 1) Pro mutilatione linguæ, naſi, utriusque oculi, utriusque manus, utriusque pedis, membri virilis ſolvitur plena Emenda Viri. *Lobb.* Lib. 2. c. 25. in pr. 2) Pro Privatione unius Oculi, unius manus, unius pedis, dimidia Viri Emenda. d. c. 25. §. 1. 3) Pro Aure, quæ crinibus aut mitra tegi poteſt, itemque pro pollice quarta Pars Emendæ. d. c. 25. §. 2. & §. 3. in pr. 4) Pro cæteris quatuor digitis ſolvitur, ſemper pro anterioribus duobus octava; pro poſterioribus duobus decima ſexta Pars Emendæ. d. §. 3. Quod ſi unguis aut extremus Digiti articulus abſcindatur, tantum pendatur ac ſi totus digitus eſſet abſciſſus. d. c. 25. §. 4. Tertio: Pro Læſione membri, quod adhuc uſui eſſe poteſt, ita ut moveri, extendi & attrahi poſſit, ſolvitur tantum, quantum boni Viri arbitrati fuerint. *Lobb.* Lib. 2. c. 26. Quod ſi plane id ſit necatum, perinde habetur, ac ſi eſſet detruncatum d. c. 26. Quarto:

Emendam, quæ pro vulneribus inflictis solvitur, quod attinet, quatuor considerandæ sunt: 1) Qualitas vulneris secundum quam Emenda solvitur. 2) Tempus, intra quod petenda Emenda. 3) Officium Veridicorum. 4) Quædam Specialia. 1. Qualitatem quod attinet, duo considerandæ: (1) Aut simplex vulnus est & fracturam non habet, nec perfossus quis est, & solventur 3. marcæ. *Lobb.* Lib. 3. c. 30. in pr. Excipe tamen 1. Si in facie aut manibus quis Vulnus accepit, quod Vestibus aut Crinibus tegi non potest, tum enim duplum solvitur. Lib. 3. c. 29. in pr. 2. Si quoque Signum aliquod remanet, utpote incurvatum os, oculus aut nasus, hæc nota arbitrio bonorum Virorum æstimabitur, & ex eo Emenda solvetur. *Lobb.* Lib 3. c. 29. §. 1. (2) Aut Vulnus est profundum, *unterkötig*, vel fracturam secum fert, ut ossa eximantur, in iisque cicatrices remaneant, vel perfossum est crus, coxa, brachium, manus & solventur 6. marcæ. c. 30. §. 1. Hic vero Nota: 1) Si plura ossa eximantur, Reusque id confiteatur, pro quolibet osse 3. marcæ sunt solvendæ, si neget Defensionem per cognatos. c. 31. §. 1. 2) Si quis ita tractetur, ut loco excedere non possit, membrisque fractus, vel ita percussus sit, ut Lecto decumbat: Is qui Damnum dedit, mercedem Medicorum exsolvet, luetque 12. marcas. c. 32. §. 1. 2. Tempus quod attinet, aut de simplice Vulnere quis est convictus, & condemnatus, & intra 15 dies pro Damno dato Emendam præstabit. Aut membrum est læsum, *Lemmus*, & expectabitur Tempus anni & Diei, tumque ex arbitratu bonorum Virorum Emenda præstabitur, & si pro Vulnere solutum sit. c. 27. in pr. & §. 1. Sed quid si Emendam quis solvere recuset? Tum in contumaciam ejus Existimationem & Famam persequi licet. Lib. 3. c. 27. in fin. *verfolgen zu seinen Manhelligt.* Taliter autem conventus solvet plenam Emendam nomine ejus Delicti, de quo conventus, insuperque 3. marcas & Regi 3. marcas. Si quoque is, qui hoc modo aliquem persecutus est, eum trucidet, is Pace non privatur, si vulneret, aut acriter percutiat, eo nomine nihil pendat. Lib. 3. c. 28. 3. Officium Veridicorum in Emenda Vulnerum, quod attinet, id vel imploratur, vel non imploratur. Primo casu, si imploratur: Veridici Juramento suo de quinque Vulneribus aliquem condemnare possunt, & non de pluribus. Lib. 3 c. 30. §. 2. Secundo casu, si non imploratur: Tum si quis ob vulnera illata judicialiter quidem actionem intentet, eam tamen non persequatur, per Veridicos hoc casu, quot Vulnera a se inflicta Reus confessus de totidem Emendam solvet, si de pluribus suspiciosus, defendet se proximis cognatis. Lib. 3. c. 31. in pr. 4. Specialia quod attinet 1mo Si quis cædere volens aliquem equo insidentem, equum vulneret, solvet 3. marcas, æque ac si Hominem vulnerasset, equumque ad se recipiet, & ad pristinam Sanitatem reducet. Quod si moriatur equus, aut Defectum retineat, ejus æstimationem pristinam præstabit cum 3. marcis. Eadem Pœna 3. marcarum est, si quis alicui vestes laceret, idque confiteatur. Quod si negat, defendat se proximis cognatis. Lib. 3. c. 34. 2do Si quis alteri arma commodet, & is Damnum det, tum aut scions Homini contentioso commodavit, & solvet 3. marcas: aut Ignorantiam prætendit, & purgabit se cognatis, aut dictas 3. marcas solvet. Lib. 3. c. 35. & 36. 3tio Si quis arma sua manu teneat, & alter ex improviso iis lædatur, hic pro facto improviso luet. Pro hoc tamen Regi aut Episcopo nihil solvitur. Lib. 3. c. 36. An vero in prædictis casibus Regi 3. marcæ solvuntur? Ita videtur arg. hujus Tex. a contrario Sensu. 4to Si quis cum Uxore alterius in Adulterio comprehensus vulneratur, vulnerans manet impunitus, & si ex Vulnere postea moriatur adulter: Hoc vero casu, si peccata sua confessus & Sacramento usus fuit in Cæmiterio eum sepelire licebit. Quod si in lecto trucidetur: Occisor in Judicio exhibebit lectum & lintea Sanguine conspersa, Testibusque duobus comprobabit, ipsum in lecto ubi Adulterium commissum & nullo alio loco occisum esse, & tum in Cæmiterio non humabitur. Si quis etiam extra lectum ob Suspicionem Adulterii necetur: id Veridici suo Juramento dijudicabunt. Lib. 3. cap. 38. 5to Si quis lædatur a Pecude alicujus, Dominus Pecudis solvet mercedem Medici: Idemque si macula aliqua remaneat, Emendam etiam præstabit, non tamen ultra 3. marcas, si neget, Juramento 12. Virorum se purgabit. Lib. 3. cap. 33. Quinto: Plagas absque Vulneratione quod attinet. Si quis Baculo, Fuste, Lapide, Osse, Manuve sit percussus, aut crinibus tractus, aut humi prostratus, Reus eo nomine sex marcas dabit, aut Juramentum cognatorum præstabit. Lib. 3. c. 32. in pr. Luet etiam sex marcas, si Vulnus sit pustulatum, *Unterkötig oder Beinschrötig*, & fracturam habeat. Lib. 3. c. 30. §. 1. Q. hic, Cui solvendæ prædictæ Emendæ, an Regi, an vero Parti læsæ? Puto Parti læsæ, nisi quando expressum aliquid Regi esse solvendum: Et quidem in causa Homicidii accipit Rex *Zigengildt* & *Blodtwide*. Lib. 2. c. 3. Imo puto, utrique & Regi & Parti. arg. Lib. 3. cap. 36. & Lib. 2. c. 40. quod pro facto improviso, quando scilicet ex improviso armis alterius læditur, Regi aut Episcopo nihil solvitur. d. c. 36.

CAP. VII. De Contributione cognatorum Stud. Ubi etiam de Nam traditur.

Hic in genere primum tenendum est, quod ad nullam Emendam quis possit colligere adjumentum vel contributionem, nisi in causa Homicidii. Lib. 2. c. 28. §. ult. Deinceps distinguendum: Aut Proscriptus est Homicida, aut ad Emendam est condemnatus. 1. Si Proscriptus est Homicida, sive aufugiat, sive moriatur sive præfracte in Provincia maneat, Cognati ejus solvent duo *Saall*, ut dictum est Capite præcedenti. Horum unum solvitur & colligitur ex Parte Patris, alterum ex Parte Matris. Et quidem hac Distinctione: Aut Proscriptus habet duos Filios & hi utrumque *Saal* solvent & exigent, major natu ex Parte Patris, minor natu ex Parte Matris. Aut habet duos fratres, qui sui Juris sunt, propriaque Bona possident, & major natu principalis est ex Parte Patris, minor natu ex Parte Matris. Hi si non sint, ex Parte Patris principales

pales sunt, Pater, Filius, Frater. Ex Parte Matris etiam Frater, puta, si non sint Pater vel Filius, vel alii cognati proximi. Lib. 2. c. 22. 2. Si ad Emendam Homicida est condemnatus, tum ipse ex propriis Bonis solvet unum *Saal*, & Contributionem exiget a cognatis ad reliqua duo. Quod si contribuere recusent cognati, occisor ipse ad quod condemnatus est, vel quod ex Pacto promisit, solvere tenetur. Cognatos autem prosequi potest ad *Nam*, *zu Nam vertheilen.* Lib. 2. c. 28. Hic vero tria Notanda: 1. Quod is, qui ultra quartum gradum cognationis est constitutus, non teneatur contribuere ad Emendam, nisi sponte velit, nec etiam de Emenda participet, nisi id cognati concedere velint. Lib. 2. c. 26. in pr. 2. Quod *Origetman* & is, qui non possidet propriam Domum aut agros, nihilque ad Expeditionem confert, ad contributionem Emendæ compelli nequeat. Lib. 2. c. 24. Itemque Viri docti & foeminæ, in quocunque gradu consanguinitatis sint, nec ad Emendam conferant, nec de ea quicquam participent, nisi sint proximi Hæredes Occisi: Tum enim accipiunt unum *Saall* pro Hæreditate, si modo plures non sint Fratres aut Sorores, reliqui Cognati accipiunt reliqua duo. d. c. 26. §. 2. 3. Si duo contendunt uter ad solvendam Emendam proximior sit, tum is, a quo primum exigitur, solvere debet primum *Saal*, aut aliquem propinquiorem demonstrare cognatis proximis proscripti. Lib. 2. c. 25. Sed hic Q. An hæc tria obtineant in Emenda quæ pro Proscripto solvitur tantum, an etiam pro eo, qui ad Emendam condemnatus est, cum tradatur Lib. 2. post. cap. 22. de Proscriptis, ante cap. 28. ubi agitur de iis, qui ad Emendam sunt condemnati? Resp. Pertinere ad utrumque, sed sub hac Distinctione, ut pro Proscripto solvantur duo *Saal*. *Lohb.* Lib. 2. cap. 22. & cap. præced. h. Si ad Emendam condemnatus, ut tum condemnatus ipse solvat unum *Saal*, & cognati duo *Saal*, ut paulo ante dictum. *Lohb.* Lib. 2. c. 28. Porro dictum est, licere cognatos ad *Nam* persequi, & de Persecutione ad *Nam* infra sæpius mentio fit, quare hic notare visum, quid de *Nam* tradatur in Jure nostro. Tradunt autem Duo: Primum est, si quis condemnetur ad *Nam*, quod Receptum forte appellare licet, & Actor semel quid capiat, tum amplius postea capere nequit: quamvis prima vice tantum non sumpsit, quantum oportuit. Secundum: Quod ad causam aliquam, de qua ante condemnatus fuit, nihil capere liceat. Actus enim Contractus posterior semper derogat priori, tam in causa recepti, *Nam*, quam in aliis. Lib. 2. c. 102.

CAP. VIII. *De Vi, Herrewerck, & ejus Processu.*

Hactenus de quatuor prioribus causis, de quibus jurant Veridici, puta de Cæde, mutilatione membrorum, Vulneribus & Stupro violento: Sequitur quinta, Vis nempe. In hac consideranda quatuor 1) Processus. 2) Quotmodis vis committatur, de quibus cap. proxime seq. 3) Quomodo probari debeat. c. 10. 4) Quæ poena. l. c. 11. Primo Processum quod attinet: Qui de Vi actionem intentare voluerit, eodem modo aget, suumque Jus persequetur, sicut in causa Homicidii traditum est. 5. cap. 2.

CAP. IX. *De modis quibus Vis committitur.*

Hi in Jure Danico traduntur sequentes: 1. Vim facit is, qui ex proposito ingreditur Domum aut Hortum alterius, Domumque effringit, atque inde aufert pecudes, vestes, arma aut alia bona, quæ vel sint ipsius Bondonis & Domini vel Patrisfamilias, vel alicujus ex Familia ipsius, qui ex ipsius Protectione sit, vel etiam Hospitis, apud ipsum divertentis. Lib. 2. c. 30 quo tamen casu Domino Domus Actio de Vi, Hospiti de Spolio competit. Lib. 2. c. 39. Est autem Domus alicujus locus, in quem quis bona sua transtulit, quemque inhabitat, sive alicubi Tentoria expandit, sive fossam fodit sive ex virgultis & frondibus casam extruxit, sive in navim bona sua intulit, Domus quoque conducta, donec mercedem quis solvit, pro propria habetur. Lib. 2. c. 32. 2. Qui Hospitem aut uxorem ejus aut Familiam aut quemvis alium, qui cum ipso est in communitate, in Domo sua percutit, aut male tractat, aut vulnerat. Excipe tamen, si amice & tranquille conveniant in Domo alicujus & postea oriatur contentio, id pro Vi habendum non est: Ex improviso siquidem id accidit. 3. Qui Hospitem ligat in Domo sua sine causa, aut rapit ejus filiam aut uxorem. Lib. 2. c. 30. 4. Qui contra Colonum tale quid in Domo sua committit. In Servo autem Villico distinguendum, ut si corpori ipsius, aut Uxori Liberisque ejus Injuria inferatur, contra ipsum: Si vero Domui, in qua moratur, quid illatum sit, in Domum ipsius vis commissa videatur? 5. Qui Segetes alterius vi eruit, aut in iis pecora vi pascit. Hoc casu tamen Viri boni Damnum illatum inspicient, deque eo proximo Die juridico Testimonium ferent. c. 31. 6. Qui Domum alicujus invito Domino diruit, quamvis in solo diruentis Domus illa posita sit. Lib. 2. c. 38. 7. Qui spoliat currum, cui insidet Uxor alicujus. 8. Qui Hortum alicujus invadit, indeque Apes aufert, aut suffocat, & mel exportat. Hoc tamen casu vel per Nominatos vel per Veridicos, prout lubet, Dominus Apum Invasorem illum prosequi potest: Potius tamen vis videtur facta quam Rapina seu Spolium. Lib. 3. cap. 41. 9. Qui vero gregem Boum, Equorum aut Porcorum in alterius agrum agit, & Segetes ejus vi absumit, is plenarie vim facit, & 40. marcas Parti læsæ exsolvit. Quod si ex improviso, & ob incuriam Pastoris agrum alicujus ingrediantur, Dominus Pecoris resarciet Damnum datum, jurabitque præter voluntatem ipsius id contigisse. Lib. 3. c. 48. Hic vero Nota: Gregem constituere 12. pecora. Si igitur paucioribus Damnum inferatur, de vi agi non poterit. Lib. 3. c. 49. 10. Qui Pratum alterius Pecude sua vi depascit, is Damnum resarciet, & 3. marcas solvet, nisi ex improviso factum sit, tum enim Damnum tantum resarciet, ut ante dictum. d. c. 48. 11. Vicinus in Pago aliquo Proprietarius, si pecora sua liget in agro aut Prato alterius, vim committit, teneturque Damnum refundere & 3. marcas luere, aut Juramentum dare, præter

ipsius

ipsius mandatum id factum esse, Damnumque resarcit, si id fateatur. Hic vero Nota: quod iter facienti & peregrino pastus gramenque pro suis equis denegari nequeat. Lib. 3. c. 51. 12. Qui ei, qui pecora alterius in agro aut prato suo cepit, & in Domum suam coegit, ea rursum inde aufert, vim quoque committit. Et quidem contra eum de vi agitur, quæ abstulit, non contra alium. Lib. 3. c. 50. 13. Qui pecudem alligatam aut compedibus constrictam in campo alicujus, qui dicitur Ornum, interficit, vim committit. 14. Qui pecudem alicujus Pastorem habentem interficit, sive id fiat intra Sepes, sive extra, is est *Giordmuding* & vim committit, Damnumque refundere debet, & 3. marcas Bondoni, totidemque Regi persolvere. Lib. 3. c. 53. 15. Qui pecudem alterius deprehensam in agro suo, Pastorem habentem armis aut cuspide occiderit, is æstimationem ejus præstabit, insuperque solvet 3. marcas. Lib. 3. c. 52. §. 2. Nisi prætendat ex improviso factum esse, quod probabit Juramento 12. Virorum, hicque Damnum tantum restituet. §. 4 Quod si pecudes Pastorem habentes quis ex agro suo abigere & includere velit, illæque sint tam petulantes, ut in lapidem aut palum incurrunt, indeque Damnum capiant aut moriantur, & fugans eas, hoc conficeatur, tam mortuum Pecus is ad se recipit, & aliud ejusdem bonitatis Domino restituet sine poena. Dominus pecoris autem Segetes absumptas solvet ei ad quem pertinebant. §. 2. Quod si Pecudes illæ Pastorem non habeant, nihil luitur §. fin. 16. Si quis alterius Equum Domino non consentiente abducat, is solvet Bondoni 3. marcas. Sed si consensu Domini equum consequatur, sive conducat, sive commodet, tum aut 1) longius equitat, atqui pactum est, & pro quoliber *Veldtmarck* quam transit, solvet duas oras Denariorum usque ad sex oras, & equum eadem bonitate restituet. aut 2 non equitat longius, & si conduxit equum, atque macrum & inflexibilem reddidit, aut plane examinavit, ita tamen ut *Zop* & *Zogèll* domum reducat, tum si juret sua culpa & negligentia, id factum non esse, eo nomine nihil pendet. Si vero commodavit, æque bonus restituendus erit. Lib. 3. c. 54. 17. Si quis in via publica vim alicui inferat, contra eum de vi vel de Spolio agitur. Lib. 2. cap. 76. vid. I. cap. 16.

CAP. X. Quomodo Vis probetur.

Hactenus, quot modis vis committatur: Sequitur quomodo probetur. Actor vim probare debet Testimonio sex bonorum Virorum ex illo Circulo, ubi vis facta est, idque fiet in Judicio provinciali, *auf dem Landesdinge*. Lib. 2. 34. His Testibus, si destituatur Actor, Reus defendet se cognatis proximis *mit Kiomeffen* dict. c. 34. & Lib. 3. cap. 48. §. fin. & cap. 49. §. 1. cap. 54. §. 5.

CAP. XI. De Poena Violentiæ.

His distinguendum, aut plena vis commissa est, utpote, quando quis gregem suum in alterius agrum agit, & solvuntur 40. marcæ. Lib. 3. c. 48. in pr. ut & ante dictum. Alias solvuntur 3. marcæ. Lib. 3. c. 48. §. . . & c. 57. in pr. d. l. ib. 3. c. 52. §. 3. Et quidem duplicato tres videlicet Regi & tres Bondoni. Lib. 3. c. 53. § 1. & c. 54. §. 6. insuperque Damnum resarcitur. vid. d. d. Tex. Quod si neque jurare velit, neque luere, condemnatur ad *Namsdobme*. d. §. 6. Adscripsi quoque supra poenam ad singulos modos, prout Textus, in quibus modi illi explicantur, id habent. Sed hic non incommode quæritur: Quando seu quo modo vis plene committatur, ut solvantur 40. Marcæ, anne aliter, quam si quis gregem in alterius agrum agit, ut Lib. 3. cap. 48. in pr. Et aliis omnibus modis solvuntur tres marcæ. Sane si hoc est, magna videtur Iniquitas, cum multis aliis modis prædictis gravius delinquatur, ut merito 40. Marcæ solvantur, aut amplius quam illo uno modo. Item Quæstionis est: an 3. marcæ sint poena regularis Violentiæ & quidem duplicatæ Regi & Bondoni.

CAP. XII. De Limitibus agrorum. Von Veldtscheide.

Hæc de Vi: Sequitur de Limitibus agrorum. Limites agrorum quod attinet, aut est contentio de Limitibus agrorum tantum: aut de Limitibus agrorum & circulorum simul. 1. Si de Limitibus agrorum tantum contentio sit, Veridici illius Circuli, ubi lis est, ligna aut lapides constituent, *Stapel und Steine*, jurabuntque in loco litigioso se recte fecisse. *Lobb.* Lib. 2. c. 2. 3. & expresse c. 21. in pr. 2. Si vero de Limitibus agrorum & circulorum, *wegen Veldt und Hardesscheide*, Controversia sit, tum quatuor Veridici ex uno, & quatuor ex altero Circulo, qui proximi habitent, limites distinguent, prout sciunt rectissime, jurabuntque se recte fecisse, idque postea denunciabunt judicialiter. d. c. 21. §. 1. Hic vero tria notanda veniunt: 1. Si Hominum memoria antea de litibus illis juratum fuit, & ex iis, qui juraverunt, adhuc quidem superstites sunt, tum amplius non jurabitur. d. c. 21. §. 2. 2. Si vero supra Hominum ætatem & memoriam id factum sit, atque Rex Equitibus limites discernere velit, id quoque ratum & firmum erit. d. c. 21 §. 3. tamen ut iis, quorum interest, denuncietur. §. 4. Præstat tamen Veridicis fines disterminari, quam Equitibus. Ibid. §. 5. 3. Si Incolæ unius Pagi quid emerint in altero Pago, Emptores illi emtionem suam Die juridico proxime præcedente, antequam fines medio Veridicorum Juramento vel Equitibus distinguendi sint, denunciabunt, & nihilominus in distinctionem finium consentient, contractumque emptionis proximis cognatis confirmabunt, si modo fossis & lapidibus id sit determinatum, nec refert, quod nihilominus fines Juramento distinguantur. d. c. 21. §. 7. Quod si peculiaris illa Emptio, *Stuff Kiob*, non denuncietur, neque in Distinctionem agrorum Emptores illi consentiant, antequam juretur. Postea nulla illis competit actio. Lib. 2. c. 21.

CAP. XIII De Bonis Ecclesiasticis.

De his etiam judicant Veridici. *Lobb.* Lib. 2. cap. 2. & 3. Et quidem si Monasterium exigat legatum, quod excedat marcam argenti. Lib. 3. c. 45. §. 4. Hic vero Notandum: Quod si Vir aut Mulier habeant bona in diversis Territoriis, Urbibus aut Circulis, tum Veridici illius loci, ubi illi mortem oppetierunt, & de legatis piis dispo-

disposuerunt, causam dijudicabunt. *Lobb.* Lib. 3. cap. 46.

CAP. XIV. De Ligatione & Captivitate.

De Ligatione quoque & Captivitate & si quis ex Domo aut solo suo *auß seinem freyen Behalte*, captivus abducatur, Veridici jurant. Lib. 2. c. 3.

CAP. XV. De Judicibus Nominatis Neffingen. Et quæ Personas ipsorum potissimum spectant.

Hactenus de Veridicis dictum est, sequitur de Judicibus Nominatis, qui sunt quatuor generum. 1. Nominati de Spolio. *Ranß Neffingen.* 2. Nominati ex Circulo. *Stock-oder Hardes-Neffingen.* 3. Nominati Episcopi. *Bischoffs - Neffingen.* 4. Nominati Ecclesiæ. *Kirchen-Neffingen.* In Nominatis super Spolio. *Rans Neffingen* duo consideranda sunt: 1) quæ Personas, 2) quæ Officium ipsorum potissimum spectant. Personas quod attinet, 7. potissimum in considerationem veniunt, de quibus hoc capite videbimus. Suntque illa hæc: 1. Quot erunt Judices Nominati. 2. Quales erunt. 3. Quomodo eligantur & sistantur. 4. Quomodo instituantur. 5. Si qui recusent. 6. Si qui moriantur aut ex Circulo excedant. 7. Quod nemo eorum Officium suum alii demandare possit. *Primo*: Erunt Nominati Octo in quolibet Circulo, seu Districtu & quidem in qualibet quarta Parte duo. Lib. 2. cap. 51. in princ. *Secundo*: Tales erunt, ut ipsorum agri valeant tres marcas, & quidem Proprietarii, non Coloni, *Adelbonden und keiner Kötner oder Lansten.* d. c. 51. in princ. *Tertio*: Bondones in qualibet Parte quarta Circuli suos eligunt. arg. c. 57. electosque primo Die juridico, qui celebratur post duodecim Dies a Festo Nativitatis Christi *Auf Allemansdinge*, Exactori Regio in Judicio sistunt, seque eos Nominatos creasse significabunt. d. c. 51. §. 1. Hic vero duo Notanda: 1. Si Bondones in Electione discordent, quod is Nominatus sit, pro quo plura Vota militant. d. c. 51. §. 4. 2. Quamdiu quis supersit Majorennis, qui Nominatus ante non fuit, cogi quis non potest, ad officium hoc obeundum, qui eo videlicet officio ante defunctus est: Si tamen is, qui Nominatus ante fuit, denuo eligatur, & munus illud sponte suscipiat, rejicere eum Exactor, *der Ombetmand* non potest. d. c. 51. §. 5. Si vero recuset, probare debet, aliquem superesse, qui antea non fuerit, aut tres marcas luet. d. c. 51. §. 6. *Quarto*: Nominatos Electos Exactor Regius instituet, eosque Juramento obstringet. d. c. 51. §. 1. Quod si tribus Diebus juridicis ab illo, qui celebratus fuit, post 12. dies a Festo Nativitatis Christi, Nominatos non admittat, instituatque, Rex Exactorem propterea Jure ab officio removet: Bondoni enim Justitiam non administravit, *rechtloß gelassen.* d. c. 54. Si quoque Bondones in locum Nominatorum alios surrogare, eosque Exactori nominare neglexerint, Exactor ipse Nominatos eliget. d. c. 51. §. 3. Forma Juramenti quo adstringuntur, hæc est: Ita Deus nos juvet, quod dum munus Nominatorum administraverimus, jurabimus in causis, ad quas judicialiter requisiti fuerimus, prout cognoverimus, & inquirere potuerimus; esse justissimum & verissimum, absque Dolo, sicuti Juramentum dare Jure conveniens est. *Sexto*: Si quis ex Nominatis vel moriatur vel peregrinetur, vel e Circulo discedat, vel Colonus fiat, tum Bondones in ejus locum alium nominabunt, eumque Exactor Juramento obstringet: ut ante dictum. c. 57. *Septimo*: Nominatus Officium suum Ministro suo demandare non potest, Bondoni autem qui in Circulo illo habitat, Officium hoc delegare potest, si modo is ejus sit Facultatis, ut Justitiam administrare, & si poenam incurrat, illam exsolvere possit. c. 56.

CAP. XVI. De iis, quæ ad Officium Nominatorum spectant, & quidem de Processu.

Hic potissimum duo consideranda sunt: 1) Quæ ad Processum pertinent. 2) De quibus causis jurare Nominati debeant. Processum: quædam concernunt Nominatos ipsos, quædam Actorem. Nominatos ipsos duo: 1. Quod eo ipso Die, quo Officium hoc alicui demandatur, causam aliquam dijudicare, aut jurare non teneatur. Siquidem ad minimum 7. noctium spatium ipsi indulgetur, intra quod veritatem causæ inquirere possit. c. 53. 2. Si ex octo Nominatis quatuor uno & alii quatuor alio modo jurent, accersentur tres alii ex vicino Circulo: quibus tum duo ex his adstipulabuntur, eorum sententia prævalebit. c. 55. Lib. 2. Actorem etiam duo: 1. Si quis de Spolio agere voluerit, quod is intra anni spatium a tempore admissi Spolii, actionem suam instituere debeat. Quod si neglexerit, Reus Juramento 12. Virorum se purgabit. Lib. 2. cap. 58. 2. Quod tribus diebus juridicis causa prosequenda sit. Primo Die Litem denunciabit Actor, eique Terminum præfigat ad proximum. Secundo Die quod primo Die peractum est, iterabitur h. e. duobus vel tribus Testibus comprobabitur, hunc esse alterum Diem juridicum, & quod Reus in Jus sit vocatus ad respondendum Actori, eodemque die Responsionem suam Reus inferat. c. 40. §. 2. & 3. Hic vero Nota: Si Actor secundo Die Juridico Spolium juret (puta adversario in manus. arg. §. fin. c. 40.) actionem autem suam per Nominatos postea non prosequatur, solvet Bondoni 3. marcas, & tantundem Regi: Et post Nominati amplius non adhibentur. c. 41. Tertio Die Juridico Judices Nominati Juramento suo Reum vel absolvent, vel condemnabunt de Spolio. c. 40. §. 4. Idque per Sententiam ipsis injungatur. *Lobb.* Lib. 2. c. 42. in pr. In hoc vero Termino duo consideranda veniunt: 1. Aut Reus antequam jurent Nominati, ultro factum, de quo convenitur, confitetur. Et non jurabunt Nominati, nec Reus quicquam luet Regi: Actor autem Jus suum consequitur. h. e. Reo medio Juramento exponente omne id, de quo conventus est, quod videlicet ex improviso id acceperit, vel putaverit ad se id pertinuisse, vel Actoris consensu se id consecutum esse. Si deficiat Juramentum, exponet omne id, quod petitum fuit, solvetque Bondoni 3. marcas & tantundem Regi. d. c. 40. §. 5. & 6. Aut non confitetur, & jurant Nominati, posteaque ad jurandum ille non admittitur. d. c. 40. §. ult. 2. Cum jurandum erit. No-

Nominati cum primariis ſui Circuli conſilium capient, an jurare debeant. Licet enim omnes unanimiter jurent, & id fiat contra Sententiam primariorum, amittent ſuum *Boßlath.* c. 42. §. 1. & 2. Jurabunt autem hac Forma: Ita me Deus juvet, & Liber hic ſanctus, quem teneo, quod Reus hic ſpoliavit Actorem hac vel illa re de qua accuſatus eſt, teneturque ille rem reſtituere & ſolvere 3. marcas Bondoni, totidemque Regi. Lib. 2. cap. 43.

CAP. XVII. De Cauſis ad Nominatorum Jurisdictionem pertinentibus.

Hæc de Proceſſu: Sequitur de cauſis ad Nominatorum Jurisdictionem pertinentibus. Eæque tres ſunt: 1) Spolium. 2) Factum improviſum. 3) Furtum. In Spolio 4. conſideranda ſunt: 1) Quotuplex ſit Spolium & quibus modis id committatur. 2) Qui de Spolio agere aut jurare debeant. 3) Quid Juris in eo, qui de Spolio convictus eſt. 4) De cauſis ſimilibus Spolio. Eſt autem Spolium *quintuplex* 1) Spolium manuum *Handraub.* 2) Spolium Domus. *Haußraub.* 3) Spolium agri. *Erdraub, Hiordtrann.* 4) Spolium occiſi. *Valraub.* 5) Spolium Navigii. *Styresraub.* 1. *Handraub* ſeu Spolium manuum eſt, rei quæ manu tenetur, puta pilei, chirothecæ, aut alterius rei æquivalentis pari chirothecarum. Si tamen valeat res illa dimidiam marcam argenti. Ratio ponitur, quia major ſæpe eſt Ignominia privari tam vili re, quam quæ ſit majoris pretii. Si tamen res vilior ſit, Spolium non committitur. c. 44. 2) *Hausraub.* Spolium Domus eſt, ſi quis intret ædes aut aream alicujus & rapiat ejus pecudes, veſtes, arma aut res ſimiles, quæ valeant dimidiam marcam. c. 45. Sed Q. anne ſic vis committitur? ut 5. c. 9. ex *Lobb.* Lib. 2. c. 30. Reſp. forte per Diſtinctionem: Vim committi ſi Domus effringatur. Spolium, ſi non effringatur. 3. *Hiordtran. Erdraub,* ſive Spolium agri committitur multis modis. Primo: Si quis ingrediatur Horreum aut ſtabulum alicujus nomine ædificatum, indeque auferat equum vel equam, vel aliud animal, aut foenum, frumenta, lignum vel aliud quippiam, quod valet dimidiam marcam. c. 46. in pr. Huc refer etiam, quod ſupra poſitum cap. 9. de vi. Si nempe quis Hortum alicujus invadat, indeque apes auferat, aut ſuffocet, aut mel exportet. Licet enim hoc per Nominatos vel Veridicos perſequi, prout libet, ut ibi dictum. Secundo: Si quis granum aut fruges in alterius agro ſecet, aut prato, indeque avehat, & ſi minus valeant dimidia marca. c. 48. Tertio: Si quis auferat alterius fruges, cum Terram absque querela & Interdicto Magiſtratus is aravit & conſevit, & ante mediam æſtatem, quod injuſte faceret, non eſt convictus, is Spolium committit. Etſi ager ex quo Fruges illas aufert, ad ipſum ſpoliantem pertinet. c. 72. in pr. Hic vero quatuor conſideranda: 1. Eum qui absque Querela & Infeſtatione aravit & ſevit, connivente videlicet eo, cujus ager eſt, fruges ſibi appropriare poſſe Juramento 12. Virorum, quod videlicet agrum Permiſſu Domini conſeverit, deficiente autem Juramento ſemen & Laborem perdidit. 2. Eum qui ex improviſo fatum eſſe prætendit, ſemen recipere, operam vero perdere. 3. Bondoni, ſi id quod ſevit, ante mediam æſtatem abjudicetur, & is nihilominus fruges auferat, cum ſpoliatorem exiſtere. *Ein Ranßman.* 4. Si quis agrum, quem conſevit, ſuum eſſe dicat, idque ante mediam æſtatem diſcuſſum non ſit, tum fruges in commodum utriusque partis ex arbitrio bonorum Virorum, in quos promiſſum eſt, ſequeſtrari debere, quo ſic is, qui Terram obtineat, etiam fruges conſequatur: Si vero quis horum ante Litis exitum fruges ad ſe recipiat, & alter Terram Jure obtineat, eum qui fruges receperit, ſpoliatorem fieri. *Ranßman.* juxta cap. 72. Quarto committitur Agri-Spolium *Hiordran:* Si quis fruges alterius Aratro ſubvertat, luitque is Bondoni 3. marcas & tantundem Regi, quamvis Terra ad eum pertineat: Quilibet enim Jure non Vi agere debet. *Jederman ſoll ſich zu recht ſprechen, und nicht zu rechte nehmen:* Quinto: Si quis alterius Pratum demetat, etſi ſuum id eſſe dicat, Jure tamen non obtineat, is enim Spoliator fit, poenamque legalem incurrit. Quod ſi dicat, ſe putaſſe ſuum fuiſſe agrum vel pratum, ubi fruges vel gramina demeſſuit, Juramento 12. Virorum id obtinebit, ſolvet foenum & frumentum, & a poena liber erit. Quod ſi ſolutionem præſtare recuſet, eoque nomine ter compellatus fuerit, poenam luet, deficiente autem Juramento totum ſolvet, luetque Bondoni 3. marcas & tantundem Regi. *Lobb.* 2. cap. 73. Sexto: Si quis in alterius Sylva ligna cædat, eaque currui ſuo imponat & Proprietarius ſuperveniat, illudque quod Currui impoſuit, auferat, is propterea Spoliator non eſt. Sed ſi viam publicam attigerit, dixeritque ſe illud juſto Titulo tenere, tum ipſum non detinebit, ſed Dominum inſequetur, curabitque, ut boni Viri, id quod habet, contemplentur: Quod ſi tum Defenſorem, *Himmelman* demonſtrare non poſſit, ex præſcripto Juris contra eum Actio inſtituetur vel Spolii vel Furti. Eodemque modo res habet, ſi de ablato frumento vel Foeno agatur. *Lobb.* Lib. 2. cap. 47. Septimo: Si quis alteri vim inferat in Via publica, ita quidem, ut vel equum ipſi auferat, vel currum ſubvertat, aut alio modo impediat quempiam, quo minus cum Bonis ſuis progredi poſſit, ſive quid ſecum auferat, ſive ibi relinquat, contra eum de vi aut Spolio agi poteſt, ſi modo id factum ſit præſentibus Viris bonis, qui de vi aut Spolio illi Teſtimonium ferre poſſint. *Lobb.* Lib. 2. cap. 76. in pr. & §. 2. Quod ſi is cui hoc factum eſt, bona ſua recipiat, contra committentem de vi aut Spolio ea de re agere non poteſt, quam ipſe tenet, vel poſſidet. d. c. 76. §. 1. Si vero quis agat aut Vehiculum ducat per agrum vel pratum alterius ubi Via publica non eſt, & is cujus ager aut pratum eſt, hoc impedire conetur, intereaque aliquid de Curru amittatur, vel etiam Currus ibi permaneat, hoc caſu is, qui impediit, Spolium non commiſit. *Lobb.* Lib. 2. cap. 75. per tot. Octavo: Si quis alterius pecora in agro aut prato ſuo deprehendat, eaque captivet, & Dominus eorum ſuperveniat, in agro vel in via, tum non

non licet invito captivante pecora illa auferre. Si quis auferat, Spoliator fit. *Lobb.* Lib. 3. c. 50. in pr. Quod si cum iis captivans Domum pervenit, indeque ea auferat Dominus, vim facit. *Herrewerck.* d. c. 50. §. 1. ut & supra notatum. cap. 9. Nono: Qui Hortum alicujus invadit, indeque apes auffert, aut suffocat & mel exportat: quo casu tamen potius vis facta. *Lobb.* Lib. 3. c. 41. Et hoc notatum est supra. cap. 9. Decimo: Viator, si Equo suo mergitem aut manipulum porrigat, aut Stipulis vesci sinat, eam ob causam Fur aut Raptor non fit. *Lobb.* Lib. 3. cap. 47. §. 1. Sed si ex agro quid auferat, contra eum de Rapina aut Furto, prout lubet, agere licet. d. c. §. 2. Tantum de Spolio agri. *Hiordran. 4. Valraub.* Spolium occisi est, si quis occisum spoliaverit vestimentis, armis, argento, auro, pecunia. Si tamen id penes se habeat, luetque is 40. marcas, aut proximis cognatis se purgabit. *Lobb.* Lib 3. c. 24. Sed an Nominati hoc judicant? Ita puto ex Ratione Identitatis. 5. *Styreßraub* seu Spolium Navigii est, si probari possit, Exactorem Regium aut ipsius Ministros de Bonis Naufragio perditis aliquid abstuliße, antequam Naufragi ipsi navim reliquissent, aut si etiam prohibuisset vel impediviße, quo minus illi operarios pro mercede consequerentur. *Lobb.* Lib 3. c. 63. Hoc vero casu Exactor officio suo movetur restituiturque omne id, quod de Bonis abstulit, cum plena Emenda: Nemini enim licet Bona Naufragorum contrectare, quamdiu illi cum iis, quos conduxerunt, Bona illa recuperare potuerint. Quod si alii tales Naufragos spoliaverint, restituent omne id, quod abstulerunt, solventque ipsis 3. marcas & tantundem Regi. *Lobb.* Lib. 3. c. 63. Sed an de hoc Nominati jurabunt? Sic sane videtur.

CAP. XVIII. De iis, qui de Spolio agere & jurare debeant.

Hactenus quibus modis Spolium committitur: Sequitur quinam de Spolio agere & jurare debeant. Idque concernit tum Nominatos, tum ipsos Spoliatos. 1. Nominatos quod attinet. Si utraque Pars, quibus de Spolio Lis est, terram in illo Circulo possideat, in quo habitat Reus, Nominati ejus Circuli Juramentum dabunt, quamvis Actor in alio Circulo Domicilium habeat. Ita tamen, si Terram illam nomine ejus Colonus tenuerit, vel ipse eo anno eam excoluerit. *Lobb.* Lib. 2. c. 60. Sed quid si Actor in illo Circulo Terram non habeat, anne nihilominus sequatur Forum Rei? R. Ita puto, quia *Sache folget den Bonden zu Hauß.* 2. Spoliatos quod attinet: Unus in causa aliqua agere & alter jurare potest, is autem, qui spoliatus est, jurabit, quamvis alter agat, si modo majorennis sit. Spoliatus enim optime novit, quis ipsum spoliaverit. Minorennis sive de Spolio agat, sive conveniatur, Tutores pro ipso agent, aut respondebunt, jurabuntque. *Lobb.* Lib. 2. c. 66. Colonus quoque Spolium jurare potest in iis rebus, quæ ad illam Villam, in qua ipse Colonus est, pertinent, ita tamen, ut Dominus ejus actionem ipsi demandet, & in Judicio denunciet ipsum Colonum ipsius & Ministrum esse. Si quoque Colonus ille Proprietarius sit, aliamque Villam possideat, in eaque Colonum habeat; Et ea Villa spolietur, eo nomine ipse actionem de Spolio instituet & prosequetur. *Lobb.* Lib. 2. c. 61.

CAP. XIX. De eo, qui de Spolio convictus & condemnatus est, ubi de Poena.

In hoc Sex consideranda veniunt: 1. Is qui de Spolio condemnatus est, Actori tenetur Spolium restituere vel solvere id, de quo damnatus est: Insuperque solvere Bondoni tres marcas & tantundem Regi. *Lobb.* Lib. 2. c. 43. & 47. & passim & supra notatum. 2. Quod si facere recusset quinque dies ipsi præfigentur, intra quos solvat, si tum non pareat, judicabitur Actori licere *Nam* sumere de Bonis suis extra Domum & Aream suam, *auſſer ſeine Hecke*, clam tamen & non manifesto: Is tamen, qui sumsit *Nam* uni, duobus, aut tribus ex Vicinis significabit, quidnam abstulerit: Sine lata Sententia quoque *Nam* auferre non licet. Alias in crimen Rapinæ aut Furti quis incideret. *Lobb.* Lib. 2. c. 59. 3. Convictus & condemnatus de Spolio vel alia causa ad solvendum 3. marcas Regi & totidem Bondoni, Domum suam vel Pecudes, vel alia Bona abalienare non potest, antequam satisfecerit Regi & Bondoni. c. 68. in pr. 4. Contra alium quoque, quamvis Actio sibi competat, Jure agere vel Jus suum persequi nequit. 5. Ab alio pro Colono recipi non potest, nisi pro ipso is respondere & Judicio se sistere velit. 6. Bona sua mobilia, *Farekoſter*, alio conferre, aut ipse alio concedere non debet. d. c. 68. Hisce enumeratis 6. Notis, sequentes addi possunt: 1. Nemini licet convictum & condemnatum de Spolio in Domum, Villam & Communitatem suam recipere. Quod si quis fecerit, aut pro ipso Jure respondebit, præstabitque, quod ab eo exigitur, aut cum Bonis allatis ipsum dimittet. Alias ad *Nam* condemnabitur. Quod si tantum incusatus & non convictus fuerit, Receptor quoque cum bonis suis eum dimittet. *Lobb.* Lib. 2. c. 69. 2. Nemo debet victo Equos, Pecudes aut aliud quid tradere, commodare aut elocare, cujus rei Possessionem talem, *Lanheffd*, acquirere possit, ut pro suo habeatur, cum tamen alterius sit. Si autem talia Bona Possidenti aufferantur, Domino eorum non contra auferentem, sed contra Commodatarium aut Conductorem competit Actio. Lib. 2. c. 70. 3. Villicus, qui cum Bondone manifesto communitatem fovet, victus omnes Pecudes suas Bondoni appropriare, seque ad Inopiam redigere non potest. Hic vero Nota: Bondonem cum Villico separationem instituentem tantum ipsi in manus tradere posse, quantum voluerit, nisi communio ipsorum judicialiter denunciata sit. Tum enim minus ipse dare non potest, quam denunciatum fuit. *Lobb.* Lib. 2. c. 71. 4. Procurator alicujus, si de Spolio aut alia causa condemnetur, tum Dominus aut qui ipsum constituit, ipsius nomine luat, aut cum Pecunia sua, si modo quid habeat, aut sine ea ipsum Actori tradet. d. c. 71. 5. Coloni Nobilium aut Episcoporum si ad poenam trium marcarum condemnentur, poenam illam suis Dominis & non Exactori Regis exsolvent. Lib. 2. c. 77.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

CAP. XX. De Cauſis ſimilibus Spolii, Debiti videlicet & Fideijuſſorum.

Hactenus tria in Spolio conſideravimus, quotuplex id ſit: qui de Spolio agere aut jurare debeant, & de Convictis ſeu de Condemnatis Spolii. Sequitur quartum, cauſa videlicet ſimilis, puta Debiti & Fideijuſſorum. I. Cauſam Debiti quod attinet: Si quis aliquem judicialiter eo nomine conveniat, quod pecuniam ipſi mutuo dedit, aut equum, aut aliud quippiam commodavit, aut etiam rem aliquam ipſi oppignoravit, tum Reus ſolvet, quantum confeſſus fuerit, & pro reliquo Juramentum 12. Virorum dabit. Deficiente vero Juramento ſolvet omne id, de quo convenitur. Hic vero duo Notanda ſunt: 1. Si ad Solutionem condemnetur & contumax ſit, atque intra juſtum Terminum, *den rechten Lagetag*, non ſolvat, quod tum præter judicatum 3. marcas Bondoni & totidem Regi ſolvere debeat, perinde ac ſi per Nominatos condemnatus eſſet. Si quoque Actor judicialiter hoc petiit & obtinuit, *Nam*, exercere poterit. 2. Sin Juramentum præſtare velit Reus: id faciat in Judicio, alias legitimum non eſt. Quicquid enim in Judicio oppignoratur, id ibidem redimetur. *Lobb.* Lib. 2. c. 61. Hic vero Nota: Hunc Textum de omni Debito agere & non tantum de Commodato, arg. Inſcriptionis ſeu Tituli d. c. 61. *Umbfellig et gemein Gut, Wed et Pfandt und umb Gield et Schuld.* II. Fideijuſſores quod attinet: Duo conſideranda ſunt: 1) Cauſæ pro quibus quis fidejuſſit. 2) Perſonæ quæ fidejubere poſſint, vel non poſſint. Primo: Quod ad cauſas, aut pro Debito fidejuſſit, aut pro Delicto. 1. Si pro Debito quis fidejuſſit, & ſolutionem præſtare recuſet, Creditori contra Fideijuſſorem competit Actio, perinde ac pro Debito ſuo. Nec poteſt quis Fidejuſſione liberari, niſi Debito exſoluto. Nominati autem de eo non jurabunt, ſiquidem perinde ſe habet, atque aliud Debitum. c. 62. 2. Si quis pro Fure aut alio qui animam luere aut aliquo membro corporis mutilari debeat, ſpoponderit; Is illum Hominem in Judicium inferet, nec ei, a quo illum accepit, reſtituet. Quod ſi contingat, ut Reus ille aut caſu effugiat, *durch Unglück*, aut ex conſilio Fidejuſſoris evadat, Fidejuſſor omne id, de quo tenebatur Reus, exſolvet, inſuperque Bondoni 40. & Regi 40. marcas pendet, quia Regem Judicio ſiſtere nequit. c. 63. Ad utrumque hæc duo Nota. 1. Quod is, qui Fidejuſſorem dedit, nemini ejus facti nomine, pro quo Fidejuſſorem conſtituit, rationem reddere cogatur, præterquam ei, qui pro ipſo fidejuſſit. 2. Si is, qui Fideijuſſorem dedit, aufugere velit, idque experiatur Fidejuſſor, quod ille tum ad Judicem loci rem deferre, Judexque ipſum detinere debeat. Fidejuſſori ſiquidem ipſum detinere aut captivare non licet, niſi Fidejuſſione, ſua ex vinculis aut carceribus eum liberaſſet. c. 64. Secundo: Quod ad Perſonas, quæ fidejubere poſſint, vel non poſſint, duo iterum notanda: 1. Quod Viri docti, Monachi, Mulieres, & Virgines itemque Minorennes, qui videlicet ſunt intra 18. annos, fidejuſſorie ſe interponere nequeant, pro iis qui in poenam corporis & membrorum inciderunt. Idemque quod Virgines, Pueri, Uxores, & Monachi, excepto Abbate, pro Pecunia aut alia re qualibet fidejubere nequeant. Quod etiam Filius familias, quam diu cum Patre in communitate vivit, quamvis adultæ ætatis ſit, fidejubere non poſſit. Ratio, quia is qui nihil proprium poſſidet, nihil alienare poteſt. 2. Quod Clerici & Viduæ pro Pecunia fidejubere poſſint, ſiquidem bona habeant, ex quibus Solutionem præſtare queant. cap. 65.

CAP. XXI. De Facto improviſo. Von Unwarings-That.

Hactenus de prima cauſa, quæ ad Jurisdictionem Nominatorum pertinet, nempe de Spolio. Sequitur ſecunda cauſa, videlicet Factum improviſum. De eo duo ſtatuuntur: 1. Si quis ob Violationem Feſti, *vor Heilige Bröcke*, aut inflictum Vulnus, *Blodtvide*, accuſetur, juretque ex improviſo id factum eſſe. Et Nominati jurent ex propoſito id perpetratum non eſſe, quod tum Damnum paſſo id reſarciet, Regique aut Epiſcopo nihil pendet. c. 49. Lib. 2. & c. 36. Lib. 3. 2. Puer quoque minor 15. annis læſo ſatisfaciet, nihilque Regi & Epiſcopo luet, excepta cauſa Homicidii. Alii quoque caſus, quibus Factum improviſum eſt commiſſum, addi poſſunt ex ſuperioribus. ut ex cap. 40. Lib. 2.

CAP. XXII. De Furtis & quidem de Furto manifeſto.

Tantum quoque de Facto improviſo: Sequitur tertia cauſa, de qua Nominati cognoſcunt, videlicet furtum. Furtum eſt vel manifeſtum vel nec manifeſtum. Furtum manifeſtum eſt, cum quis rem furtivam in manibus furis deprehendit. Hic conſiderandum eſt. 1) Quomodo Actor ſeu Bondo & is, cui res furto ablata eſt. 2) Exactor Regius, ad quem Fur deducitur, ſe gerere debeant. 1. Bondonem quod attinet: Si is rem ſibi furto ablatam apud Furem deprehendat, eam Dorſo Furis alligare debet, ſicque furem ad Judicium deducere, *zu dinge bringen*, & Exactori Regio tradere debet. c. 87. Hic vero notanda veniunt Sex: 1mo Quod nemini liceat aliquem conſtringere, niſi vel in manibus ejus quid deprehendat, vel etiam noctu ipſum in ædibus ſuis inveniat, & certa ſint Indicia, quod Furtum perpetrare velit. c. 95. 2do Quod omnes illi, qui in Furto deprehenduntur, ſive id fiat in Domo, ſive extra Domum, pro Furibus comprehendi poſſint. c. 99. in pr. 3tio Quod eum, qui Titulum allegat, eumque docere poteſt, quamvis rem furtivam manu teneat, conſtringere non liceat. Ubi iterum Nota: 1. Quod non ulterius quam ad tertium Venditorem is provocare poſſit, & hic Evictionem præſtare debeat, ſi confiteatur. 2. Quod ſi Reo deficiat Evictio: *So Er ſeinen Gewehresmann nicht bringen kann*, & tamen Titulum probare poſſit, rem reſtituere debeat Actori, absque Poena, Pretio tamen amiſſo. ita *Erich Kr.* 3. Quod ſi probare poſſit Teſtibus, ſe in Foro id emiſſe, jurare debet, ſe Furem non eſſe, nec cum Fure colludere, & Venditorem ſuum nec vivum noſſe nec mortuum. Hic quoque Pretium perdit, ſi modo Teſtes habeat. Teſtes enim ſolvunt Vincula & Jus Regis. c. 93. Probatur autem Teſtibus

Emptio

Emptio veſtimentorum, Inſtrumentorum mechanicorum, Suppellectilis, Armorum, Equorum, Pecorum & rerum aliarum, quæ ſingularem notam habeant. Eſtque Teſtimonium Depoſitio illorum, qui interfuerunt, quando Contractus eſt celebratus, & ad minimum eſt duorum Virorum. c. 49. 4to Si quis Equum furetur, vel ex ſtabulo, vel ex campo, furemque Actor inſequatur ſubito, hunc licet comprehendere, ubicunque tum deprehenſus fuerit. Si vero ſtatim eum non inſequatur, ſed poſt diem unum atque alterum, & adhuc furem cum equo deprehendat: Is vero Venditorem demonſtrare paratus ſit, vel in uno aliquo Pago a fronte, vel in duobus a Tergo, eo Actor ipſum comitabitur. Deficiente autem Autore, *Himmel*, *Gewehresman*, Actor Furem ſuum cuſtodiet. c. 96. 5to Quod Furem conſtrictum Actor dimittere non poſſit, ſed ipſum in Jus ducere debeat, *zu dinge bringen*, aut 40. marcas conſtricto & totidem Regi exſolvere debeat. Hoc caſu tamen etiam Exactor ipſum accuſare non poteſt, niſi apud ipſum prius Bondo conqueſtus fuiſſet, rem ſuam ſibi ablatam eſſe. 6to Quod ſi conſtrictus teſtantibus id Viris bonis, ſive e Domo Bondonis ſive in Via ad Judicium, ſive a Judicio, Sententia nondum lata, iterum evadat, tum ipſum comprehendere licet, ubicunque deprehendatur, & contra eum Jure procedere. Sed ſi ita excedat, ut in Domum ſuam revertatur, & poſtea in Judicium veniat non ligatus, tum comprehendere ipſum non licet, ſed Jure contra ipſum agendum erit, niſi Furtum quis judicialiter confiteatur. Reus enim ſecurus eſſe debet, ſive in Judicium ſive ex Judicio veniat. c. 91. 2. Exactorem quodattinet: Quando ipſi ab Actore ſeu Bondone Fur traditus eſt, ut ante dictum, ipſe Sententiam requiret judicialiter, quidnam admiſſo Furto commeritus ſit. c. 87. Quod ſi Exactor vel ipſius Subſtitutus Furem recipere nolit, Officio moveri debet, quia Actori Juſtitiam denegavit, luetque Regi 40. marcas & tantundem cognatis Furis. Si quoque poſtea Fur vinculis liberetur, Actor, qui ipſum conſtrinxit, indemnis erit. c. 89. & c. 92. niſi injuſte ſit conſtrictus & per Sententiam liberatus. d. c. 92. Sed quid tum Actor luet? An tres marcas? Q ut 1. c. 23. ſeq. *Lohb.* Lib. 2. c. 109.

CAP. XXIII. De Furto nec manifeſto, & quidem de eo, in quo Inquiſitio adhibetur.

Furtum nec manifeſtum eſt, quando res furtiva in manibus Furis quidem non deprehenditur, Furtum tamen eum non feciſſe negari non poteſt. In hoc Furto tria præcipue in conſiderationem veniunt: 1) Quomodo de re Furto ablata inquirendum. 2) Quomodo is, qui Furti inſimuletur, accuſandus & condemnandus. 3) Quænam ſingularia Furta. De primo agetur hoc capite, de ſecundo & tertio in duobus ſequentibus. Inquiſitio igitur fiet, primo Verbis, deinde factis. Verbis ita: ut is, qui rem amiſit, in Pagum illum ſe recipiat, quo rem ſuam perveniſſe putat, ibique Incolis & Vicinis omnibus id denunciet, & de re ſua inquirat: Quo facto, ſi quis confiteatur, ſe rem tenere, ſuumque Venditorem demonſtret, isque fateatur, rem a ſe venditam eſſe, Furti crimine ſe liberat. Lib. 2. c. 96. §. 1. Si vero quis dicat rem apud ſe depoſitam eſſe ab extraneo, Iter faciente, Juramento 12. Virorum obtinebit, ſe Furem non eſſe, neque ſcire rem Furto ablatam, aut unquam cum Fure colluſiſſe, *gebullet oder geduldet*. Ibid. §. 2. Atque hoc caſu pro re illa, quam detinet, tenebitur uſque ad proximum juridicum. Tum autem nominabuntur Viri boni, *gute Dinghörer*, in quorum præſentia poſtulanti rem tradet, nec tum competit ei, qui rem depoſuit, amplius Actio contra hunc Depoſitarium. Sed ſi is revertatur, ejusque Reſtitutionem flagitet: tum ipſorum Nominatorum judicio res illa iterum inferetur, & exinde Actor & Reus Jure agent. c. 96. Factis ita: Ut ſi omnes Incolæ negent, ſe de re illa, de qua quæritur, quicquam habere, tum Actor requirat Inveſtigationem, *Hauſſuchung*, per totum Pagum. In Ædibus ſiquidem unius aut duorum Inveſtigatio non permittitur ſub poena 3. marcarum, ſi nihil ibi reperiatur. Qua conceſſa Inveſtigatio fiet in Præſentia Exactoris Regii, ſi is præſto ſit. Si non: Bondonibus quoque Inquiſitionem inſtituere, & unde voluerunt, Initium facere licet. Inſtituta autem Inveſtigatione, ſi res inveniatur, id fit vel in clauſtris, aut extra. In Clauſtris alicujus ſi reperiatur res furtiva: Is pro fure Jure habetur, ſive is ſit Paterfamilias, ſive Materfamilias. c. 97. §. 3. 4. & c. 99. §. 1. ſive Filiusfamilias. c. 100. ſive alii liberi, ejus tamen ætatis, ut rem occultare ſciant, *büllen oder dulden können*. c. 97. §. fin. ſive etiam Inquilini. c. 99. §. 1. Extra Clauſtra, puta in horreo, aut alia Domo, quæ occluſa non ſit, *Schloßfeſt*. Hoc caſu autem Reus Juramento 12. Virorum obtinebit, quod Fur non ſit, nec rem Furto ablatam, ſed clam ad ſe delatam eſſe: Et ſic liber erit, niſi Jure condemnetur. Eſt autem in Actoris Poteſtate, an Juramento 12. Virorum contentus eſſe velit, aut Nominatis litem perſequi. Quo poſteriori caſu ſi condemnetur incuſatus, Furti Reus eſt. Ad utrumque vero Nota: Si Paterfamilias, cum Inquiſitio fit, præſto non ſit, & res furtiva in Domo ipſius deprehendatur, Uxor ipſius conſtringi vel abduci non debet, ſed per Vicinos cavebitur, rem non iri amotam vel venditam, donec ipſe Domum redeat: quando vero is reverſus eſt, Actor actionem ſuam Jure reſtituet. Eſt autem in Bondonis Reſponſione poſitum, quomodo cauſa tractari debeat. Lib. 2. c. 111.

CAP. XXIV. Quomodo is, qui Furti inſimulatus, ſit accuſandus & damnandus.

Si quis Furem ſuum ſciat, & tamen Bona ſibi ſubtracta in conſpectum recipere nequeat, (intellige modis prædictis, ut vel in manibus Furis vel in ejus cuſtodia eam deprehendat) tum eum quem ſuſpectum habet, in Jus vocabit, accuſabitque & Jus ſuum perſequetur, ſicut ante de Spolio *Ransdell* dictum eſt. Secundo autem Die juridico Reo cauſam in manus jurabit, in tantum, quantum Juramento ſuo tenere poſſit. Tertio Die juridico Nominati Reum conventum

vel absolvent, vel medio Juramento condemnabunt. c. 107. Condemnatus autem ita, quid præstare debeat, dicetur infra cap. de Poenis Furti. 26. Hic vero tria notanda: Primo: Si is, qui ob Furtum accusatus est, decumbat, ita ut in Judicio comparere non possit, expectandum erit, donec convalescat. Si peregre absit, donec Domum redeat. Si in Regno sit, mensis pro Termino ipsi præstituetur. Secundo: Quod omnia Impedimenta, de quibus ante dictum Lib. 1. cap. 10, 1. juxta *Lobb.* Lib. 1. c. 50. eum quoque relevare possint, si modo Domi non fuisset, cum conveniretur. Sed si audivit Actionem intentari, posteaque recedat, tum nulla relevabunt Impedimenta, nisi a Rege sit avocatus. *Lobb.* Lib. 2. c. 110. Tertio: Quod is, qui in Judicio alteri Furtum objecerit, idque probare nequeat ei, quem Furem nuncupavit, solvere debeat 3. marcas & Regi tantundem. c. 109. Sed quomodo hæc conveniunt cum præcedentibus & sequentibus? ubi statuitur, quod is, qui Furti insimulatur, se purgare debeat Juramento 12. Virorum, aut Nominati de eo judicare?

CAP. XXV. De Furtis quibusdam singularibus.

Cum in Jure nostro Furtorum singularium certæ quædam ponantur Species, deque iis singulis peculiares extent Tituli: Igitur de illis hoc loco agendum erit: Sunt autem Species illæ 6. 1. Detentio Pecudis alienæ & pro sua assertio. juxta *Lobb.* 2. c. 105. 2) Occultatio rei inventæ. d. Lib. c. 112. 3. Furtum in Expeditione, de quo habet c. 115. Lib. eod. 4. Demetatio & ablatio Segetis ex agro alterius. Lib. 3. c. 47. 5. Si aurum vel argentum ruri inventum Regi non tradatur. Lib. 2. c. 113. 6. Quando res deposita aut commodata Domino suo non restituitur. d. Lib. 2. c. 114. De prima Specie tenendum est: Si quis in custodia alterius, *Haffd*, reperiat Pecudes suas, easque suas esse asseveret. Is vero, qui eas detinet, id neget, & a se educatas esse dicat, hic probet id Juramento 12. Virorum & duorum Vicinorum. Quod si dicat se emisse, Venditorem suum ostendet: quo si destituatur, Actor a se educatas esse Signo consueto, *mit seinem Ohre oder Fußmarck* doceat. *Lobb.* Lib. 2. c. 105. Sequitur secunda Species de qua hæc Regula teneatur. Si quis rem aliquam deperditam inveniat, idque non patefaciat in Templo, vel Judicio, publice significando, is Furti Reus fit, perinde ac si rem abstuliisset. Is autem qui amisit, Signa & Notas indicabit. Juxta *Lobb.* Lib. 2. c. 112. Tertio loco succedit Furtum in Expeditione, in *der Herrefart*, commissum. De hoc sciendum est: Si quis in Expeditione, *in dem Ausbott*, a Capitaneo vel Directore navis vel alio quopiam in navi, furti accusetur, & res furtiva in manibus ejus non deprehendatur; Is se purgabit duobus Vicinis, qui cum ipso in eadem Parte navis fuere, aliisque sex nautis, quos consequi potuerit, ex eorum numero, qui cum ipso in navi fuerunt. Si tot non sint, purget se iis, qui præsto fuerint, excepto Actore. Hi vero si ipsum condemnent, ad dimidiam marcam, eodem modo cum ipso agetur, atque cum alio Fure, amisitque quod ibi habuerit, & præterea alia bona sua mobilia, *seine Hoff nit Laadt*. Quod si Domum revertatur non accusatus, aut Juramentum in Expeditione quidem firmavit, *gefeßet*, non tamen præstitit, purgabit se Juramento 12. Virorum c. 115. Progredimur ad quartam Speciem, quæ hanc Regulam habet. Si quis tempore nocturno alterius agrum ingrediatur, ibique Segetes demetat, aut falcet, aut defalcatos auferat, is Fur est. Sed si Viator equo suo mergitem aut manipulum porrigat, aut stipulis vesci sinat, propterea Fur aut Raptor non fit. Si vero quid auferat ex agro, Dominus agri contra eum de Rapina aut Furto, prout lubet, Jure aget. *Lobb.* Lib. 3. c. 47. Quinta Species est: Si quis aurum vel argentum inveniat ruri, aut in montibus, aut post aratrum, aut alio modo, id Regis est. Si vero Reus neget dicatve se nihil invenisse, purgabit se Juramento amicorum, *mit seiner frenden Eydt*. Juxta *Lobb.* Lib. 2. c. 113. De hoc Juramento *Lobb.* Lib. 1. c. 16. & Lib 2. c. 18. Sexta Species est: Si quis aliquid alterius custodiæ tradidit, aut aliquid alteri oppignoravit, & Incendium oriatur, ita ut Domus & arva conflagrent, una cum bonis, & probari possit Bona Rei seu Bondonis una cum re deposita Igne esse consumpta, liber erit: Si hac probatione Actor contentus esse nolit: Reus Juramento cognatorum obtinebit, in curia sua rem non periisse sicque nihil restituet. Si Reus Mercator sit, purgabit se *mit seinem hobesten Gelage*. Si deficiat Juramentum, solvat rem sibi commendatam & Actori seu Bondoni 3. marcas & tantundem Regi. Si de Bonis suis nihil amisit Reus, cum re sibi commissa, solvet eam, & non jurabit. Hic vero nota Regulam: Quod Pecunia mutuo data & res æstimata amitti non possint. *Lobb.* Lib. 2. c. 114.

CAP. XXVI. De Poena Furti.

Hic distinguendum: Aut enim quis in Furto deprehensus, Furtumve in Judicio fassus: Aut Juramento Nominatorum Furti est condemnatus. *Lobb.* Lib. 2. c. 108. Priori casu: Aut 1. Fur tantum est furatus, quod valeat dimidiam marcam. Et Exactori licet, nulla prævia Sententia ipsum suspendere: Actori non licet; Illi ideo: quod factum ipsum eum condemnet, & Jus Regiaque Potestas ipsum suspendi jubeant. Huic non: ne quid privata Vindicta factum videatur. Lib. 2. c. 88. Hoc vero casu præter poenam mortis bona mobilia furis, *sein Hovetlott*, Regi confiscantur. c. 90. §. 1. c. 97. §. 4. c. 99. in pr. & 108. §. 1. *Lobb.* Lib. 2. Aut 2. furatus est id, quod valeat minus dimidia marca. Et nota ipsi inuretur, solvetque Actori simplum, & rei æstimationem & duplum, *Igieldt und Taigildt*, Regique tres marcas. Hic vero singulariter Nota: Si Fur in Judicium veniat constrictus cum re furtiva, quamvis minima, notumque gestet, quod tum suspendi debeat, & Actor simplum & duplum, *Ein und zwomahl so viel als das gestohlene Gut werdt ist*, recipiat, Regi vero Bona sua cedant, *sein Hoff nit Laadt*. c. 90. §. 1. Altero casu: Si quis videlicet per Nominatos sit condemnatus; Reus primum exponet, quantum res furto ablata

ablata valeat, & prætorea duplum, *Zwiegieldt*, Regique luet 3. marcas. Hoc si Reus solvere recuset, Actor in Judicio Circuli, *zu Hardesdinge*, Testimonium Judiciale exiget, *ein Dinges winde*, idque in Judicio Provinciali, *zu Landesdinge*, producet, ut probet, se virum illum tribus Denunciationibus Judicialibus, *mit dreyen Lagetagen*, persecutum esse, eumque adhuc judicatum solvere nolle. Quo Facto in Judicium Provinciale vocabitur, & si non compareat, capitis damnabitur, perinde ac si in Furto deprehensus esset. *Lobb.* 2. c. 108.

CAP. XXVII. De quibusdam Singularibus in causa Furti.

Hæc vero pertinent tum ad Confiscationem Bonorum & Poenam pecuniariam, tum ad Cautionem in causis furti. Confiscationem quod attinet, de illa tria sunt notanda: 1. Si plures in Furto deprehendantur, quod omnes bona sua amiserunt. Lib. 2. c. 99. in pr. 2. Quod Paterfamilias vel Uxor ejus, omnesque qui cum ipso in communitate sunt, ob Furtum plus perdere non possunt, quam bona propria, vel Portionem suam, vitamque, nisi unus furetur & alter colludat, aut plures simul in ipso facto deprehendantur. c. 101. in princ. Hic vero iterum Nota: Si Paterfamilias condemnetur vel ad 3. vel ad 40. marcas, tantumque in Portione sua non habeat, tum reliqui, qui cum ipso in communitate sunt, quod deest, supplebunt. Si vero alius quispiam in communitate ad poenam condemnetur, is tantum suam amittit Portionem & nihil amplius. d. c. 101. §. 2. 3. Si Colonus alicujus furti condemnetur, aut res furtiva in manibus ejus deprehendatur, tum primum Actor Jus suum consequitur, quod est simplum & duplum. *Igieldt und Zwiegieldt.* c. 103. in pr. Exactor vero Regius Pecora recipiet, quæ egredi possunt limitibus, & si plus quam Porcum & Ovem non habeat, Exactor quoque plus consequi non potest. Dominus vero ipsius, cujus terram colit, *sein Adelbonde*, *Otelbyth* h. e. quod egredi Domo non potest, accipiet. Quod si Colonus ille tantum possideat, *Otelbyth*, illud Exactor Regius & Dominus inter se dividant, Actore tamen Jus suum percipiente. c. 103 §. 1. & 2. Cautionem vero quod attinet, tria quoque notanda: 1. Si quis ob Furtum conveniatur, qui Terram propriam possideat, is pro se ipso cavere possit. 2. Si Colonus conveniatur, Dominum Terræ; Si Villicus, Bondonem fidejubere debere. 3. Si Famulus conveniatur, Dominus ipsius, si tamen velit, fidejubebit, si nolit ipse de alio Fidejussore sibi prospiciet. Si Fidejussorem consequi nequeat, Exactor Regius usque ad Exitum litis ipsum custodiet. Idem Juris est in Inquilinis, sive mares sint sive Foeminæ. *Lobb.* Lib. 2. cap. 104.

CAP. XXVIII. De Nominatis ex Circulo. Von Hardes- oder Stock Neffningen.

Hactenus de Nominatis Spolii *Rans-Neffingen* & eorum causis traditum est. Sequitur de Nominatis ex Circulo, *Hardes* seu *Stock-Neffingen*. In hisce duo consideranda sunt: 1) A quibus quotque nominari & quodmodo officium suum exequi debeant. 2) Quas causas Juramento suo dirimant. Primo: Nominare eos debet Exactor Regius, aut alius quisquam Vir bonus, quem causa, de qua jurare debent, non concernit, quique vel Actorem vel Reum cognatione vel affinitate aut alio modo non attingit. Nominabuntur autem duodecim ex qualibet quarta Parte Circuli, *aus iedem Fierding*, tres. Potest autem Reus ex hisce duodecim rejicere apertum inimicum, ut ante dictum. Nemo siquidem cogi potest, ut Jure se defendat per Inimicum. *Lobb.* Lib. 3. c. 64. Hi autem Nominati Reum vel absolvent, vel condemnabunt. Tacite siquidem quempiam condemnare non licet, aut absolvere. Neminem tamen hi Nominati condemnare tenentur, nisi prius Actor ipsis causam in manus juraverit, videlicet Reum commisisse Delictum, quo poenam mortis, vel 40. marcas meruerit. Lib. 3. c. 64. Secundo: Causas quod attinet, de quibus jurabunt, sunt quatuor: 1) Falsum. *Falsch.* 2) Latrocinium. *Mordt.* 3) Incendium. *Brandt.* & 4) Rapina. *Straffenraub.* De hisce criminibus, qui conveniuntur, tueri se debent Nominatis ex Circulo. In singulis autem hisce criminibus duo sunt consideranda: 1) Quomodo committatur. 2) Quæ poena, ut 1.

CAP. XXIX. De Falso.

1. Falsum committit is, qui incudem ponit, falsamque monetam cudit, sine Regio Permissu aut Mandato. Item qui falsum argentum conflat, qui sciens moneta adulterina falsove argento contrahit. Si quis autem insscius deceptus falsa moneta aut falso argento ejus qualitatem apud Monetarium aut Aurifabrum exploret, nihilque emat, is Falsarius non est. 2) Poena hujus criminis est, quod manus ejus, qui falsum committit, aut in falso deprehenditur, aut falsi convincitur, in Potestate Regis sit. Ei vero, quem decepit, tenetur Damnum resarcire, vel Juramento se purgare. Falsum quoque sub Testimonio bonorum Virorum manebit apud eum, penes quem est deprehensum, nec amplius exponi, sed frangi, comburi, vel in mare projici debet, ne imposterum reperiatur. *Lobb.* Lib. 3 c. 65.

CAP. XXX. De Incendio Domus & Ericæ. Mordt und Heidebrandt.

Incendium, *Mordbrandt*, est, si quis Tempore nocturno aut alias clanculum Ignem supponat in Domo alicujus. Poena hujus Delicti Mors est, & Restitutio Damni dati cum Emenda 40. marcarum Actori solvenda, si in ipso facto deprehendatur. Si vero ob hoc crimen accusetur condemneturque, Damnum quoque resarciet & Provincia excedet, donec Rex ei gratiam conferat. *Lobb.* Lib. 3. c. 66. Hic obiter Nota: Si ex Incendio, *Heidebrandt*, Damnum inferatur. Si quis Ruri ignem extruat, ut suam Ericam conflagret, isque alterius Ericam vel cespites, vel arbusta, etiam contra animum & propositum suum comburat vel arefaciat, is Damnum restituet. Idemque est, si Ignis in Silvam, Domum aut

aut Pagum serpat. Quod si Minister id faciat inscio Domino, Dominus Damnum præstare non tenetur: Sin autem propterea conveniatur, defendet se Juramento cognatorum. Tutius autem est Ignem *in der Heyde* non accendere, nisi hoc fiat unanimi consensu omnium Proprietariorum, omnesque simul exeant & prospiciant, ne cui Damnum afferatur. Si quoque in campis unius Pagi Ignis accendatur, & ex eo alterius Pagi campis Damnum fiat, tum ii Proprietarii, qui primum Ignem extruxerunt, Damnum resarcient vel Autorem, qui videlicet primum Ignem rus exportavit, designabunt. *Lobb.* Lib. 3. cap. 68.

CAP. XXXI. De Raptoribus. Von Straffen-Raubern.

Raptores sunt, qui se occultant in Silvis, virgultis, Viis aut aliis Latebris, ut ambulantes, equitantes, curribus insidentes, vel aliter Iter facientes spoliare, & cum Spolio aufugere, & in Latebras se recipere possint. Poena Raptorum, si in ipso facto deprehenduntur, mors est & confiscatio bonorum. Si vero accusati se defendere nequeant, de Bonis suis Damnum resarciunt una cum 40. marcis Bondoni præstandis, manentque in Potestate Regis. Quilibet enim Pacem publicam tueri debet. Hic insuper Notandum est: Quod de quarto crimine Latrocinii in Jure nostro nihil tradatur.

CAP. XXXII. De Nominatis Episcoporum. Von Bischoffs-Neffen.

Hæc quoque de Nominatis Circuli: Sequitur de Nominatis Episcoporum. In his tria potissimum consideranda sunt: 1) Personæ Nominatorum. 2) Causa. 3) Processus. 1. Personas quod attinet: Nominati Episcoporum ad minimum erunt duo in qualibet quarta Parte Circuli, & duo in qualibet Parochia, eosque Parochiales eligent. Exactor autem Regius eos confirmabit, Juramentoque obstringet. Officium eorum erit annuum & post natalia Christi mutatio eorum instituetur ac subinde alii creabuntur. 2. Causa de qua jurant Nominati, est Mulcta sancta. Hic igitur duo consideranda: 1) Quænam sit mulcta sancta. 2) Contra quem committatur. Est autem Mulcta sancta trium generum: Primo: quæ irrogatur ob commissa verbera diebus Festis. *Lobb.* Lib. 2. c. 78. in fine. Festi autem illi Dies sunt. *Lobb.* Lib. 2. c 83. 1. A vespertino tempore Diei ante Sabbatum Adventus Domini usque ad octavum Diem post 12. diem Natalium Christi Sole occidente. 2. A Dominica Septuagesimæ, usque ad octiduum post Paschæ festum. 3. In Hebdomada Pentecostes omnibusque Diebus, quos Presbyteri denunciant Festos, a Vespere uno Sole cadente, usque ad sequens tempus vespertinum post Solis occasum. Secundo: Mulcta sancta est, quæ irrogatur ob Labores præstitos diebus festis, quos Presbyteri integros sanctificari jusserunt. Hoc nomine autem Reus incusatus se purgare potest Juramento 12. Virorum, Nominatorum Juramento non intervenient. *Lobb.* Lib. 2. c. 83. Tertio: Committit Mulctam sanctam Uxor contra Maritum, Liberi contra Parentes, quovis tempore. Itemque Fratres & Sorores, si communitate exierunt. Maritus autem contra Uxorem, Liberos aut Familiam, qui cum ipso in communitate sunt, mulctam sanctam non committit, nisi eos vulneret, aut membrum aliquod rumpat, *mit scharff und spitze Schlage, oder ein Arm und Bein zerbrochen.* Fustibus enim & virgis hosce castigare licet, non gladio vel armis. 3. Processum quod attinet: duo consideranda sunt: 1. Quæ Exactorem seu Actorem & Reum. 2. Quæ Judices & Nominatos concernunt. 1. Exactorem tria concernunt. *Primo:* Is Reum eumque quem ille percussit, citabit, & judicialiter Actionem suam instituet, diemque in quo Delictum commissum est, nominabit. *Lobb.* Lib. 2. c. 80. in pr. & c. 85. in pr. *Secundo:* Si illi, qui poenam sanctam commiserunt, id ab utraque parte reticere velint, eoque nomine transegerunt. Exactor Regius, quem voluerit, eo nomine convenire potest. c. 82. §. fin. *Tertio:* Quod de Mulcta sancta post annum & diem agi non possit. c. 85. §. 1. Reum vero quod attinet, quatuor notanda: 1. Quod is conventus uti possit Exceptionibus prædictis, de quibus *Lobb.* Lib. 1. c. 50. & Lib. I. Meth. c. 10. dictum est juxta *Lobb.* Lib. 2. c. 80. §. fin. 2. Quod si Exactor Diem nuncupavit, in quo delictum est perpetratum, & Reus ante illum diem quid perpetravit, eo nomine post compellari non potest. c 85. 3. Quod in Judicio Reus prætenderit, id apud Templum immutari non posse. c. 80. §. 1. 4. Si quis alicui Vulnus infligat in Templo vel in Cæmiterio, die sancto, tum sigillatim luet pro Templo, item pro Cæmiterio, nec non pro mulcta sancta, insuperque pro Vulnere illato. c. 86. in pr. Quod si vulneret Ordinatum, *Widman*, Monachum, solvet eo magis. d. c. 86. § un. Sed quæ est poena huic Delicto constituta? 2. Nominatos quod attinet, quinque sunt consideranda: 1. Quod quinto die, postquam Judicium est celebratum, actioque instituta, jurare debeant. *Lobb.* Lib. 2. c. 80. §. 1. Quamvis Exactor Reusve præsto non sint. c. 81. in pr. Nisi tamen justam causam habeant, eamque probare possint, tum enim jurabunt quinto die post proximum sequentem juridicum. d. c. 81. §. 3. 2. Quod apud Templum & non in Judicio jurare debeant. d. c. 80. §. 1. 3. Quod si absque Juramento in Termino præfixo recesserint, in poenam 3. marcarum incidunt. c. 81. §. 1. Et quod Juramento suo amplius quam tres marcas non perdant. c. 79. §. 1. 4. Si pejerent, eoque nomine condemnentur, quod tum Regi luant, perinde atque alii Nominati. d. c. 79. §. 2. 5. Si voris dissentiant Nominati, alii ex vicina quarta Parte Circuli advocabuntur, qui causam dijudicent. d. c. 79 in pr.

CAP. XXXIII. De Nominatis Ecclesiæ Kirchen-Neffen deque duabus causis ad illorum cognitionem pertinentibus, quæ sunt Vrag und Zeuberey.

Hæc quoque de Nominatis Episcoporum: Sequitur nunc Caput ultimum in quo agitur de Nominatis Ecclesiæ, *von Kirchen Neffen*, deque iis causis, quas illi dirimunt. Nominati Ecclesiæ de duabus causis cognoscunt 1) de re per Nau-

Naufragium perdita & ad Littus appulsa, quod *Vrag oder Wragk* appellatur, & 2) de Magia seu Incantatione *von Zeuberey*. Est autem *Vrag* omne id, quod ad Littus appellitur, quodque nemo insequitur. Omnia enim Littora sunt Regis, & quod alias nullius est, id Regi cedit. *Lobb.* Lib. 3. cap. 61. Hinc Cistæ, Ligna, Vestes aut quidvis aliud, quod dignosci potest, alicujus proprium fuisse, pro *Vrag* non est habendum, nisi nullus insequatur. Tum enim cedit Regi. c. 62. in pr. Piscis quoque, quem quis portare potest, ut Delphinus, Canis marinus, & similes Pisces minores non sunt *Vrag*. d. c. 62. in pr. & §. 1. Balæna autem *Lifft* & Accipenser, *Stör*, aliique Pisces majores, quos Homo gestare nequit, sunt *Vrag* & Regi cedunt. §. 2. Is igitur qui primum Balænam invenit, nihil de ea auferet, sed Exactori Regio id denunciabit. Quo facto pro suo labore si pedes sit, tantum capiet, quantum portare potest. Sin Eques, quantum Equo imponere potest: Si curru vehatur, quantum eo avehere poterit: Sin navi, quantum ea vehere poterit: Si tamen Navis illa major non sit, quam quæ sex Remigiis, ab unoquoque latere tribus agatur. Quando etiam primus ille Inventor debitam portionem sumpsit, nemini de ea quidpiam capere licet, sine venia Exactoris. Si vero quis absque venia abstulerit quippiam, eoque nomine ab Exactore incusetur. Is restituet id quod accepit, insuperque solvet 3. marcas, aut defendet se Juramento 12. Virorum fide dignorum, *Lauff-Feste Menner*, ex illa Parochia, in qua habitat. Exactor quoque, si Balænam capiat, Regique suam portionem non inferat, is propterea officio movebitur. *Lobb.* Lib. 3. c. 62. Incantationem quod attinet: Si quis alicui imputet, quod se incantaverit, aut aliquid mali sibi attulerit, & incusatus id neget, Actor autem suam Intentionem remittere nolit, tum Reus se defendet Juramento Nominatorum Ecclesiæ ex illa Parochia, in qua habitat, tam contra Actorem, quam contra Episcopum, *mit Kirchen-Neffingen*. *Lobb.* Lib. 3. c. 69.

Verzeichnüs der Dænischen Wörter so in dem Lobbuch etwa frembd und schwehr zu verstehende unterlauffen, wie dieselben zu verstehen, und nach Ordnung des Alphabets verklæret zu finden seyn.

Aager *Wocker.*
Arat *einem Wege lagern vorrasehen.*
Aasiun *besichtigen.*
Atelbonde barn *dat Kind dat echt und recht von Vater und Moder gebaren.*
Atelkone *de ehlige Hußfrow.*
Affare saeh *dat Veh dat irre geit und afhendig wert.*
Affoerie *afplogen.*
Affhug *so einer dem andern ein Glitt von seinem Live abhiebe.*
Affslet *einem andern Korn oder Graß von seinem Grunde affmeyen.*
Ambot *dat Menliche Gemechte.*
Atelbonde *der rechte Principal Hußwert des Huses.*
Atelkiobinge *ein Kopstett ok dat Blek darein jährlich Jahrmarckt gehalten werdt.*
Baardag *mit Füssen slan, steken, stenen slan, tho der Erde werpen, in der Harthen, mit Ber begeten, woll afthen &c.*
Baand *Gefængnüsse.*
Banesag *wenn de Sandmenne umb einen Dotslag sweren möten.*
Beede *wenn einem Wandersmann sine Perde underwegen up dem Stoppel anbiten let.*
Baerier *Wunden.*
By oc Boel *wenn ein Huß iegen dat ganze Dorp upsetzig worde umb Landt und Sandt.*
Bygdmen *de vornemsten und besten im Harde.*
Blodvide *sin blodige Wunden de einem geschlagen werden.*
Botlebod *der Orth der Versawling der wegen eines dotgeslagenen Mannes de man Bote erlegt und betalet werd.*
Bosoe *alle dat Geldt und Barschop dat ein Ackerman uth sinem Buwercke und Vebetuget erwerben und inlösen kan.*
Bosoe *Reth par Geldt.* Lib. I. cap. 40.
Boit *Huß, Hoff und alle eines Mannes Gut.* iuxta Lib. I. cap. 3.
Bolig *dat Huß und Gut darup einer wohnet.*
Bolesag *Rache, Wiederrache, Wrekersche.*
Boskaff *sin beweglich Gudt.*
Boran *Hußroff.*
Bosslad *sin Andehl Gudes &c. ein Hoff mit Laad.*
Brinnie *Harnsch und Platen tho dem Schipkrige de ein jder Stirsmann hebben soll.*
Brosioel *für eins Manns Huse, darin he wanet erstig oder vor jharlige Hure.*
Bryde Villicus Servus.
Citatio stevenen *oder Warsell.*
Clerke *mugen nicht vor Geldt borgen* Lib. 2. cap. 65. ratio contra inopem inanis est actio, nihil enim proprium habet.
Commissarii *Befahlning, Gebeysser.*
Daablen *umb Geldt spelen.*
Dollie *Lochenen.*
Dingsvinde *ein beschreven Getugeniss, dat binnen Dinges 4. Dingestocken gehandelt wert.*
Drab *ein Dotschlag.*
Drab paa Bottebod *Dotslag der geschicht in Versamling und up dat mahl darum eines begangenen Dotschlages Bote geveslet und uthsönet werd.*
Eydt *ein Anrpinge Gotts billigen Nahmens sin Ja wahrhafft tho sin, und sin Nen nicht wahr bewehrende.*
Esstermahl *Nahklage.*
Esstermahlsmand *de de Naklage trifft.*
Enge *Wische.*
Enck *Wedewe.*
Edarsue *ein Erbe dat einmahl ut einer Gemeinschop utgeerbet, und wederum in de Gemenschop gelegt werdt.*
Eyermenne *dat sin 12. Mænner in einem Dorpe edder uth 2. der negesten de umb gewisse gekrecken de twischen den Nabern und Fællen sweren möten.*
Ette *Geschlecht.*
Ettesahl *sint 2. Dele einer Manbote und legge dis-*

se Bote tho angeborne Fründe in dem Blode als nömlich den einen Sal des Vadern, den andern der Moder Fründe.

Falſsmahl *de Geldt-Bote, dartho einer im Rechte erkandt iſt.*

Fellig *Gemeinſchop.*

Fellig Bryde *ein Meyer.*

Fioele *helen und verſchweigen.*

Floetfor *wenn ſick einer umb einen ehrlicken tenrligen Underhalt mit alle deme wat he hefft, under eines andern Gewalt Schutz und Schirm begifft.*

Folſsmarck *ein Oremarck, wie de Buren gewanet ſin, und plegen ere Beſte und Vehe damit, als mit einem ſonderlichen Kenneteken affmercken.*

Fortae *eine grote breyde Gaſſe und Porte in dem Dorpe, darin ein und uthgeit dat Vieh.*

Frawen Suig *Liſt und Behendicheit.*

Gade oc Gadehus *dat Huß dat an der gemeine Dorpſtrate bebuwet wert.*

Gardbryder *ein Tuenbrecher.*

Gardniding *iſt ein Untath de begangen wert an einem Beſte dat in einem Tuder ſteit und gedodet wert iſt Gewalt.*

Gange Erbe *iſt dat Erve dat in der nedderſtigenden Linien vererbet na Kindes-Kindern.*

Giemme *bey einem etwa Hinderſetten.*

Gierdzel *Strüke oder Betumen.*

Giorſum *iſt ein Thobote de des Dotſchlages Fründe.*

Grander oc Grandekoner *Naber und Naberſchen.*

Gienmal Gienſwar *ſick thor Antwort inſtellen.*

Grandske *erforſchen und erfahren.*

Hadkon *dat Wiff dat einer mit Gewaldt genamen und tho Unehren gebracht hefft.*

Haffne Bondelage *edder Broderſchop nennet.*

Hambler *einen gegrepenen Mann dermaten gefenglich halten, dat he ſin egen nicht mæchtig iſt, ſonder deren alſo underhefft van em dohn möge, wat he an ſin Levendt nicht laten will.*

Handran *Handroff.*

Heyrathsgut *Brautſchatz na der Oldern Doht vor dat Erffdeel gerekenet.*

Hilligbroke *de up dem Virdage mit Schlegen und Wunden geſchehen.*

Herie *Vorbringer, Schlömer.*

Herwerg *Gewalt.* Lib. 2. cap. 30.

Heſtleie *dat Lohn der 8. Sandmenne, davon im Lohbuch verordnet.*

Hiemferd *dat Geldt und Gut dat ein Mann ſinen Kindern mit gifft, wenn he ſe ehelich beſtediget.* Lib. I. c. 15.

Hiernfody vintem *12. Mann Eedde edder ock 2. Neffen wittaligt.*

Hiemmel *Affnemer, Vollmacht, Bevehl, Gebete.*

Hiord latine Grex *du Deſch ein Heerde Viehes.*

Hoffnitlaad *eines iedern Andel beweglich Gudes.*

Horborn *de twiſchen twen echte Luden in Ehebruche getüget worden.*

Horkarl oc Horquin *Ehebreker und Ehebrekerin.*

Hion Familia, *Hußgeſinde.*

Hysky ock Hufsgenaten *de under einem Dake und under einem Behalt hußholden.*

Jamling *Jahr und Dag, dat iſt ein gantz umbgehend Jahr und 6. Weken.*

Jeſſnitzhende *tho framer Lude Erkentnüſſe.*

Igield *dat Geldt ſo vele dat Gut odder dat Dinck, dat einer geſtalen hat, in dem Werde galden mag.*

Twiegieldt *iſt dubbelt ſo vele, als dat geſtalene Gut gegulden hefft.*

Jordrot *der Landherr.*

Integte Foe *dat Vehe, dat uth Eckern und Wiſchen ingenamen und gepandet werdt.*

Ilsken und Kieren *Klagen und Byſpreken.*

Kaaſte *allerhand beweglich Gut und Dinge, dat einem Manne afgenamen und geſtalen werden kan.*

Kaſtgieldt oc Forſterlon *dat Koſtgeldt, ſo vor de klenen Sæugling Kinderken uthgeven werdt.*

Kiopinge *ein Kop-Stadt.*

Kin *Geſchlecht.*

Kiomeet *der Eed, de mit XII. ſiner negeſten im Geſchlecht angebohrnen Fründen in der 3. Linien gegeben werdt.*

Kirchland. *Wenn XI. ſſl. 3. pf. Lüb. warumb moten 8. Sand-Mænne ſweren.*

Kerckenfred. *Womit der begangen.* vid. Lib. 3. cap. 22.

Kerckenſtuff. Lib. I. cap. 55.

Laan *gelenet Gut.*

Lade *eine Schune.*

Landbo *ein Lanſte.*

Lagheden *ein Huß erff und egen edder wat liggende Grund iſt ſin moten tho Dinge tho Kope anbeden.*

Lagedag *der Tag und Termin vor Gerichte tho erſchinen, ok de Termin der Bethalung und aller Folgeleiſtung im Rechte tho dohn.*

Lawſeldman *ein gefallner Mann im Gerichte.*

Lawhefft *3. Jahr rowlich Beſitz unangefochten.*

Lawalder *mündige Jahren und ſin im talle XVIII. Jahr.*

Lawmahl *ein uthgande Recht dat binnen 6. Weken ſoll vollenbracht werden.*

Leiedreng *ein Denſtknecht und Junge.*

Liekops vintne *Winkops Tugen ſo aver ein Kop geweſen ſin.*

Leyervide *Geldtſtraffe de man utleggen mot de eine odder Jungfer ſchwængert.*

Loemleſt *Lemeniſſe an eines Mannes Live dat eme ſin Litmaten dermaten zerhawen und ſchlagen.*

Lonleye *erfurdert auch Leyervide dat Lohn vor beyſchlapen.* Lib. 2. cap. 18.

Letting *Utbot Herfart in den Krieg then.*

Lowe *Recht oder Geſette.*

Lyde *Cicatrix Narben, de etwa einen Menſchen ein Fleckmahl anhangen.*

Mageſchifft *tuſchen edder utbüten.*

Mandrab *Dotſchlag.*

Manhellitzman *wenn einer mit 3. Lagedagen verdelt wert.*

Marckeſskel *ein Veldt-Delinge.*

Markemenne *Egere im Dorp.*

Mord per Arat ſub Lit. A. *wegelagert, verraſchet.*

Mordbrand leg. Lib. 3. cap. 66.

Mundhefft *ein erhabene Klage de nicht ſoll geendert werden.*

Miterey

Miterey *Upror, Parlament anrichten.*
Nam lege Lib. 2. c. 59. 61. & 102.
Notwere. Lib. 3. c. 22. *Dar de Orde ſtede und tydt beſchreven werden, ock wyſe und mate wenn er de der in der Dat fredeloß werden kan.*
Odelbit *dat ſirk ſülveſt nicht uth der dore erben kan.*
Od *werd ock* Aadt eller Ogh &c. *mit Wapens Sneide oder der Spitze.*
Offuertuerting in facie Judicii *vor Gerichte und gehegedem Rechte einen andern mit Scheltworten übel ußmachen.*
Olde Erbe Lib. I. cap. 4. *Dat von elder Older Vader, Grote-Vader und Mutter in affſtigender Linie up jemand ererver werd.*
Ombotzman *Hardeß Vaget.*
Origetman *ein Arm man de kein gewiſſe Wanung hefft ock nicht uphelt Landt were uthbott.*
Orbotemal *liß* Lib. 3. §. 1. cap. 23.
Ornum *iſt ein Stück Landes dat oldinges mit ſtenen ſtapeln edder mit ſonderliken Grufften affgemerket iſt.*
Pandt *Danice* Wed.
Queckſeide *ſonderlick Landt darvon jarlig Hure gegeven werden möte.* Lib. 3. cap. 16.
Queck und Queckfoe *liß* Lib. 2. cap. 103.
Quennismand *ein* Enkebo &c. *befriet ſick woll mit einer Wedewen.*
Ran, Roff, Valran, *wenn einer einen doden Cörper umb etwas berovede,* Hardran *iſt* Handroff.
Stygran *de Schipbrökige Lüde berovet,* Boran *iſt* Huſsroff Jordran *iſt Erd edder Veltroff.*
Ranſage *Hußſokinge dohn.*
Rebdragen Land *dat Land dat under de mate gefallen iſt.*
Redeſwen *de Knecht de nicht allein up Perde Wagen und Buwercke beſcheden iſt, ſondern den der* Bonde *zu mahlen in ſinen Gewerben zu handeln gebruket.*
Redzel *alles wat ein Burſman von ſinem Gude ſynen Herrn jahrlich tho dohn und geven ſchuldig mit Perde und Wagen.*
Sale *ein Summe Geldes derer 3. in einer Manbote ſin, und iſt ieder Sael 18. Marck.* Lib. 3. c. 23.
Sar *Wunden.*
Salſe Lib. 2. cap. 98. *iſt des Burmans Huß dat mit boltem Klincken oder Grindeln verſperret und nicht mit Slöten up edder tho gedahn wert.*
Sage loſsmand *ein unſchuldiger gerechter Mann.*
Samptfründe. Lib. I. cap. 16. *ſein 12. gute ehrlike Lüde de den parten als Broder und Süſter, wenn ſe under ſick gelike erffdele begehren, dienen und von einander ſetzen.*
Sandman Veriding, *als de Mann der rechte Wahrheit ſprickt, daher ſchal und mot he ſin eines ehrliken uprichtigen Nahmens, rechtlichen Handels, kein Landbo, ſondern ſelbſt egendöhmlich haben thom wenigſten ein feſtigſtbride.*
Skiode *ein gerichtliche Uplatinge Vorkoper beweglich und unbeweglich Güder.* I. cap. 37.
Skiolning *fry geven und Erlaubnüß den Todtſleger tom Banne oder Vogelfrey preyß verkünden.* Lib. 2. cap. 22.
Slegfred Quind *ein Byſchleperin.*
Skierbe *dat einer weiniger am Lande hebben ſchall und mit unrecht an ſick gebracht hebben mag.* I. cap. 49.
Sold *Sat, Samen.*
Sedvan *Gewohnheit.*
Serkuld *ſin Süſtere und Brodere von einem Vader und 2. Moder,* ut etiam contra *von einer Moder und 2. Vader getüget und gebaren.*
Selegave *iſt alles wat tho Gottes Ere, Kercken, Scholen, Hoſpiteln, Klöſtern und Gotteshüſern gegeven werd.* I. cap. 39.
Stod *ein Ant alle wilden oder Moder perde Horſen.*
Stud *ein Tobote de einer ſinem Fründe, de einen Dodtſchlag begangen hat, tholecht, wenn he tho der Bote dorch 8. Sandmænne geſwaren iſt, und ſin fred beholt.*
Suig *Bedrechlicheitt.*
Tarff *Gewinn, Vordel, daher Fremtarff,* Lib. I. *Utarff het Schade.*
Tegengieldt. Lib. 2. cap. 13.
Teſtament *der letſte Wille eines Minſchen, wat he by ſinem Levende verordnet und na ſinem Dode will erfüllet hebben.*
Top oc Tagel *wenn dat Perd dot bleve und Sadell und Tom allein tho Huß kæme.* 3. cap. 54.
Towmahl *ein uthgande Recht, welkes na 6. Weken ſinen Utgang hebben ſchall.* 2. c. 6.
Towsmenne *de Mænne de aver ieder Sake, ſo tho Rechte angekluget werden Ordel ſpreken ſcholen und möten. Dat alles mittels Edeß dohn.*
Troel *Liffegen, Schlaven.*
Vade oc Vadis gieminger *Unwarings Dath.*
Vong *alle dat Landt im Velde dat geſeyet und betunet iſt.*
Verie *Vormunde.*
Vformis *jemand vordret Overlaſt dohn.*
Vilſsket eller Vkierd *ungehindert und unbeklaget.*
Voldforſel *einen mit Gewalt weg foren.*
Vrad *ſind 12. Swine.*
Vrag *iſt Schipbrökig Gut oder Wallfiſch Lifft Stor.*
Vphoff *Anbeginne.* I. c. 52.
Wabon *Wapen.*
Weterwibsbot. *6. Marck den Gefründen und 3. Marck dem Könige mot de betalen, de darby iſt, dar eine erſchlagen werd.*
Wirtings Penge. Lib. I. c. 30. *völlige Warderinge und* æſtimatio, *Schætzung der voll wirde e. Gudes.*
Wſelhed *Armodt.*

XVI.

JVRIS DANICI ET JVTICI LIBRI II. QVIBVS CONTINENTVR ORDINATIONES, SANCTIONES, VVLGO RECESSVS ET HANDFESTVNGE REGVM DANIÆ, PARTIM AB EPISCOPO VIBVRGENSI *CANVTO KOPSEN* EXPOSITIONIBVS LEGVM JVTIÆ A. 1507. AB ILLO EDITIS SVBJVNCTÆ, PARTIM CORPORI JVRIS JVTICI (*KONG WALDEMARS RETTE JVDSKE LOW*) HAFNIÆ A. 1642. EDITO ADNEXÆ, E DANICO VEL LATINE VEL GERMANICE REDDITÆ.

1. Conſtitutio Erici Regis. | Anno Domini MCCLXIX. Martii in *Helſyngborgh*

Lib 1. c Canuto a. 1269.

Lurgh in parlamento per dominum Regem Ericum de consilio meliorum regni Daciæ celebrato statutum est, Ut nullus portet vestes in minutas partes incisas sed integras vel bipartitas. Nullus etiam vestes suas ornet auro vel argento nisi Rex solum cum liberis suis incisas etiam vestes non liceat domino Regi portare. 2. Quicunque autem per annum vel amplius vestes suas portare voluerit hoc sibi nequaquam ad verecundiam imputetur. 3. Item nullus theotunicum potum scilicet cerevisiam ferat vendat vel bibat post lapsam proximam pentecosten quicunque contra hoc statutum venire præsumserit pro qualibet lagena solvat XL. marcas in poenam. 4. Item quicunque bonam cerevisiam braxare voluerit habeat licentiam vendendi quanto carius potest. 5. Item quod nullus petat hospitium a Clericis vel laicis quibuscunque regularibus seu secularibus sed tabernæ sufficientes pro transeuntibus ordinentur in quibus necessaria habeant. 6. Si vero domum alicujus aliquis invaserit & fregerit vel aliquid abstulerit, solvat domino Regi XL. marcas & læso tantum. Si vero pacifice tabernam intraverit & pro receptis solvere noluerit licitum sit eum detinere. Si vero violenter recedere voluerit advocet auxilium vicinorum & si eum deprehendere nequiverit hospes cum duobus vicinis suis accedat ad placitum suum citando eum ut redeat satisfacturus, secundum consuetudinem loci, quod si noluerit convincat eum ubi dinoscitur eum deliquisse. 7. Item quicunque aliquem interfecerit satisfaciat consanguineis interfecti cum ceteris vel promta pecunia & non cum aliis rebus nec cognati compellantur per Dominum Regem contribuere cum homicidium nisi forte pace privati fugerit, tunc propinquiores solvant duo attesaal & secundum antiquam terræ consuetudinem recipiunt suum stuth de cognatis. 8. Nec licitum sit alicui cognatorum interfecti in quenquam consanguineum interficientis vindicare quamdiu vixerit, qui occidit. 9. Quicunque contra hæc fecerit puniatur tanquam si occidisset aliquem innocentem. 10. Item si aliquis in domo propria vel ecclesia occiderit hoc est orbotemaal. Orbotemaal sic intelligitur quod occisor ad emendam venire non poterit nisi prius pro eo interceserint consanguinei interfecti.

II. Constitutio Erici Regis Daciæ.

1282. Ericus DEI gratia Danorum Slavorumque Rex omnibus hoc scriptum cernentibus ad perpetuam rei memoriam constare volumus præsentibus & futuris quod A. D. MCCLXXXII. in die beati Olaui Nyburg de consilio meliorum regni ordinavimus cum in consilio Vortingburg de eorum consilio semel in anno in media XL. parlamentum quod dicitur hoff debeat celebrari. Nullus captivari debeat nisi sponte confessus in jure aut legitime convictus vel manifesto facinore deprehensus fuerit pro quo secundum leges terræ vita carere debeat vel membris, sed convictus inducias habeat fugiendi extra regnum quæ in libris legalibus continentur. Item nullus convictus pro quacunque causa ultra id quod in legibus est expressum poena pecuniaria vel alia puniatur nec mulctetur aliquis nisi legitime convictus. Item nullus super aliquibus causis debet literas regias contra aliquem impetrare nisi causa ipsius prius ventilata fuerit in suis placitis & discussa sed postquam aliquis primam literam taliter impetratam superfederit contumaciter solvat conquerenti unam marcam denariorum & tres marcas Regi ultra id pro quo in prioribus placitis est convictus & pro secunda tantum & pro tertia tantum sed pro quarta conquerenti tres marcas & XL. solvat Regi, & si talis bona mobilia non habeat sed tantum terram ex tunc officialis Regis moneat eum ut infra mensem tantum vendat de terra sua in quantum tenetur bondoni & Regi quod nisi fecerit officialis Regis sub æstimatione bonorum jus Regis accipiat & bondonis de dicta terra & non amplius, sed si terra non sufficiat ad solvendum defectus ille pro rata parte cedat Regi pariter & bondoni. Sed si aliquis contra ea quæ dicta sunt literas impetraverit minus juste solvat bondoni tres marcas similiter & Regi tres marcas. Ordinavimus insuper & firmiter permittimus leges Regis Woldemari claræ memoriæ prout in suis libris legalibus continentur inviolabiliter observare omnes abusiones & dissuetudines contra leges terræ introductas penitus in irritum & evocantes expresse & præcipue infra scriptas primo quia victualia uxoris nostræ puerorum dapiferi nostri plaustrare non debent ultra limitem sui hareth & quicunque in plaustrando defecerit officialis Regis conducet plaustrum & deficiens solvat pretium trium marcarum. Item quod nostrum stuthkorn in festo S. Andreæ secundum consuetudinem provinciæ cujuslibet exsolvatur. Item bondones non debent compelli ad ædificandum vel reparandum molendina curias vel alia nec etiam castra nisi in tempore necessitatis sed in his faciant secundum quæ consueverunt in tempore Woldemari nec compelli sub aliqua poena ad dandum anseres vel pullos seu alia dona ad mensam Regis exceptis his quæ solvi consueverunt tempore Regis Woldemari sed pro dono vel gratis peti possunt. Item licitum sit bondonibus proprias terras habentibus villicatorum aliorum sumere ita quod suis bonis regia jura solvant. Item non debemus ædificare in fundo alieno nisi de consensu & voluntate possessoris. Officiales nostri non debent citare aliquem nisi ad justa placita nec coram se. Item literæ patentes & privilegia nostra suo robore permaneant nisi per fideles nostros in parlamento nostro docere poterimus, quod sint merito revocanda. Item non debet aliquis pro aliquo delicto terram suam amittere nisi pro crimine læsæ Majestatis convictus fuerit cum juramento *wort heldh* excepto casu superius expedito. Item de naufragium pasis volumus observare quod ut libris legalibus continetur. Item mercatoribus regnum nostrum visitantibus & nostris propriis nulla nova gravamina imponi debent, sed uti debent libertatibus quas habere consueverunt ex antiqua consuetudine nihilominus quæ servantur in skanor suo robore duraturis. Item si aliquis nos impetere voluerit super bonis quibuscunque tanquam minus

nus juste occupatis super hoc consilio stabimus & ordinationi fidelium nostrorum in parlamento nostro pro tempore celebrandis. Item volumus quod nullus apud clericos claustra vel laicos hospitetur indiscrete sed contentus sit his quæ domesticus habuerit & voluerit sibi dare si ulterius facere præsumsit aliqua rapiendo liberam habeat potestatem. Si clericus sit hujusmodi violentia per causam *herrewerck* rapinæ vel excommunicationis prosequendi, si vero laicus per viam *herrewerck* vel rapinæ. Item quod ecclesia Daciæ gaudere debeat omnibus libertatibus quibus unquam floruit tempore Regis Woldemari qui libertatem ejus in omnibus illibatam voluit observare. Ut autem hæc omnia & singula rata & firma permaneant reverendi patres Domini Johannes Lundensis archiepiscopus Petrus Vibergensis episcopus C. Arrusiensis episcopus C. Ripensis cum Burglanensi c. 1. Roskyldensi etiam Slesswigensi e. Johannes Ottonienſis episcopi electi confirmati nec non comes i de Rawensburgh & Woldemarus domicellus de Rostock sua sigilla una cum sigillo nostro præsentibus apponere curaverunt. Actum Nyburgh anno & die supra dictis.

III. Constitutio Christoferi Regis filii Woldemari Regis.

In nomine Domini Amen. A. D. MCCC. XX. 320. in die conversionis S. Pauli convenientibus Vibergis regni melioribus una cum popularibus ad electionem novi Regis plantatum fuit & concorditer ordinatum inprimis quia episcopi ac personæ ecclesiasticæ juribus jurisdictionibus ac libertatibus suis bonorum ipsorum & familiæ gaudere debeant libere prout ex antiquo consueverunt. 1. Item quod decimæ ecclesiarum non petantur nec recipiantur nisi sufficiens cautio facta fuerit prælatis ecclesiarum & parochianis de qua contenti fuerint & certificati sufficienter. 2. Item non citentur clerici ad placitum seculare vel coram judice seculari sed coram judice ecclesiastico pro quacunque causa citentur & ibidem legitime convincantur. 3. Item quod nullus extraneus ignotæ linguæ vel imperfectæ ætatis ad aliquam ecclesiam præsentetur. 4. Item ut non talientur clerici vel ecclesiasticæ personæ nec per litteras Regis aliquatenus aggraventur. 5. Item a sacerdotibus parochialibus de terris uni curiæ suæ in qua personaliter residet adjacentibus nullum servitium Regium exigatur. 6. Item ut nullus clericum ad aliquam ecclesiam præsentet nisi in qua merum jus patronatus habuerit ex antiquo. 7. Item ut nullus episcopus seu ecclesiastica persona capiatur exulet vel bonis suis privetur nisi ad mandatum summi Pontificis speciale si fuerit episcopus, sed si inferior clericus quicunque ad mandatum sui ordinarii Judicis spiritualis dummodo coram eo canonice fuerit convictus. 8. Item non graventur claustra per equos & canes pascendo. 9. Item bona archiepiscopi castrum & terram quantum in ipso est deliberet & deliberata restituet. 10. Item quod omnes milites & armigeri de propria familia emendam trium marcarum vel novem secundum consuetudinem cujusliber terræ & ultra si ad hoc exstiterint privilegiati. 11. Item non coguntur ire in exercitum extra regnum & quandocunque ad mandatum Regis sive intra regnum sive extra bellandi causa meruit Rex ipsos si capti fuerint de captivitate redimat expedite saltem infra annum & super perditis satisfaciat antequam secundario secum ire in exercitum jubeantur, libertatibus suis pristinis etiam si non inierint eis nihilominus conservatis. 12. Item ut guerras contra aliquem Rex inchoare non debeat nisi cum consilio & consensu prælatorum ac regni potiorum. 13. Item expulsis & eorum heredibus in quibuscunque injuste bonis suis privatis bona eorum uti inventa fuerint restituantur. 14. Item ut nulli laico sive clerico aliqualiter imputetur quod in servitio Regis nunc mortui, fideliter se habuit & si quas inimicitias propter mandatum Regis immunioſe incurrit per futurum Regem totaliter liberetur, excepto etiam Nolestien quondam dapifero & excluso. 15. Item inimicitias & dissensiones quascunque inter regnicolas pro posse sedare debeat & sopire. 16. Item omnes fidejussores pro Rege nunc mortuo & captivos causa ipsius liberet cum consilio & auxilio potiorum regni proximo parlamento inveniendo & laboret ad hoc ut inducias obtinere poterint longiores. 17. Item ut burgenses libere utantur suis mercaturis absque aliquibus gravaminibus novis & teloneis imponendis & absque quacunque quota mercimoniorum suorum ducant extra regnum quæ vendenda habuerit vel emenda nisi ex rationabili causa & urgente necessitate Rex de communi consensu meliorum super aliquibus non deducendam inhibitionem duxerit faciendam. 18. Item ut Rex & sui officiales si qua mutua a mercatoribus receperint eisdem satisfaciant. 19. Item ut non talientur sine mina sicut hucusque noscitur esse factum. 20. Item ut bondones non graventur per advocatos Regis contra leges & jura terræ. 21. Item ut non cogantur expensas regis ducere extra suum haret in quo resident. 22. Item per advocatos Regis taliæ & gravamina inconsueta eis minime imponantur. 23. Item semel in anno celebret parlamentum Nyburgh. 24. Item ut omnes conservent leges Woldemari Regis & si quis in eis inveniatur defectus per discretos regni suppleatur. 25. Item nullus citetur ad placitum Regis immediate sed primo ad placitum sui hareth & si inde provocaverit placitum generale sub poena consueta & si ibi juri stare noluerit coram Rege provocando examinetur sua causa ibidem ubi si justitiam non habuerit provocetur ad parlamentum generale. 26. Item ut nullus capi debeat nec ad mortem damnari vel bonis privari nisi prius juste & secure vocatus, publice incausatus & legaliter convictus, prout exigunt leges terræ. 27. Item quod Rex non offendatur alicui pro eo, quod pro jure terræ & regni loquatur nec ob hoc ipsum aut suos prosequatur. 28. Item ut omnia & singula gravamina noviter imposita a modo non petantur videlicet ploghs penninge Kulkorn thelonea aut alia quæcunque post mortem Woldemari Regis imposita & inventa. 29. Item spoliantes naufragantes tanquam pro flygh

roff convincantur & eodem modo puniantur. 30. Item ut advocatus undecunque oriundus bondonem illius haret suum constituat officialem. 31. Item omnia debita notoria & rationabiliter probabilia in quibus Rex nunc mortuus regnicolis tenebatur, omnino persolvat Rex futurus, & cautiones pro his interpositæ donec totaliter soluta fuerint teneantur exceptis castris destruendis. 32. Item ubicunque parlamentum Regis teneatur incausandi utantur legibus illius terræ. 33. Item ut nullus citetur extra terminum suum terræ. 34. Item ut non inveniantur novæ leges nisi de consensu totius Regni in parlamento generali in proximo celebrando in quo videlicet placito licet Regi futuro de consilio Prælatorum & meliorum regni supra dictos articulos immutare imminuere vel augere gravare vel etiam alleviare secundum profectui vel honori coronæ regni Daciæ ac utilitati reipublicæ viderint expedire. 35. Nos igitur Christoferus Dei gratia Danorum Dux promittimus in his scriptis nos si Deo volente ac populi accedente consensu ad regni regimen adsumpti fuerimus prædictos articulos secundum modum prætactum in perpetuum inviolabiliter observaturos. 36. In cujus rei testimonium sigilla venerabilium patrum dominorum Petri Vibergensis Nicolai Burglanensis, Esgeri Arusiensis. Johannis Ripensis, Nicolai Carbathensis episcoporum ac dominorum Lodwici marscalci Lagonis quondam marscalci Petri Mrole de bagh Nicolai hee, Laurentii Jens, Johannis Niels de Kaas, Johannis Pers, Johannis Kaan, Petri Nies de Allerut Nicoli Holghrs Nicolai Stammg Alberti Albrits Johannis Olefsen & Absolonis Jens militum una cum nostro sigillo præsentibus est appensum.

IV. Alia constitutio Woldemari Regis patris Margarethæ Reginæ trium regnorum scilicet Daciæ &c.

1354. In nomine Domini Amen. Nos Woldemarus Dei gratia Danorum Slavorum Rex in parlamento generali Danorum Danehoff dicto sub A. D. M. CCC. LIV. Octava beati Johannis Baptistæ Nyburgh celebrato ex consilio & consensu venerabilium patrum & dominorum episcoporum videlicet Nicolai Ottoniensis, Petri Ripensis, Petri Vybergensis, Henrici Roskildensis & Pauli Arusiensis Nicolai Limbeck dapiferi nostri Palnonis Jens marscalci nostri ceterorumque consiliariorum nostrorum & hominum statuimus omnes articulos infra scriptos inviolabiliter observandos. Primo quod tota communitas regni Daciæ debeat legibus & libertatibus domini Regis Woldemari & aliorum Regum Daniæ prædecessorum nostrorum uti libere & gaudere. item quod omnes bonæ consuetudines quas habuerant ab antiquo ratæ esse debeant atque firmæ. 2. Item pro nimio defectu populi regni Daciæ & aliis quam plurimis defectibus & periculis ipsi regno incumbentibus omnia fore facta tam hominis quam mutilationem membrorum tangentia in hunc diem perpetrata ex rogatu & consilio eorundem Dnn. Episcoporum & hominum nostrorum favorabiliter indulgemus, ita tamen quod cuicunque læso satisfaciat secundum exigentiam legis terræ in qua ipsum fore factum fuit perpetratum. 3. item quicunque equos boves jumenta seu alias res injuste amiserat jus suum coram nobis seu dapifero nostro vel justitiario nostro aut advocato nostro tunc præsente legaliter prosequatur. 4. item si quis domos suas violenter ablatas in fundo alterius positas illegaliter constructas invenerit eas legaliter arestet jus suum secundum leges terræ legaliter prosequendo. 5. Si vero reus infra diem b. Martini proximum emendare non curaverit bondoni & nobis satisfaciat prout exigunt leges terræ & sic notandum est de omnibus excessibus quibuscunque. 6. Item si aliquis aliquem super bonis sive terris violenter sibi ablatis incausare voluerit ipsa causa debito processu videlicet placito sui haret sysel & terræ quod lantsthing dicitur coram dapifero nostro justitiario seu nobis si justitiam prius consequi non valuerit ventilari debeat & finiri quod si nullatenus justitiam obtineri poterit, ex tunc adversarium suum in placito suo hareth ad decem septimanas ante præmoneat & ad generale parlamentum proximo celebrandum manifeste citet ubi dictam causam favente Deo debite terminet. 7. Item nullus cujuscunque conditionis existens cum aliquo clerico seu laico sine domestici voluntate hospitetur quodsi aliquis fecerit domesticus eum cum sua familia si sufficerit sui autem cum vicinis & nostro advocato tunc præsente seu nostro dapifero tanquam publicum raptorem prosequi & impedire poterit nullo sibi delicto ratione illius adversando. 8. Insuper mandamus firmiter & discrete ne quis cujuscunque conditionis existat de se bonis sacerdotum seu clericorum decedentium nisi veri hæredes aliqualiter intromittere præsumat nostræ gratiæ sub obtentu. 9. item parlamentum nostrum Danehoff dictum semel in anno videlicet die beati Johannis Baptistæ Nyburgh secundum antiquam consuetudinem regni Daciæ celebretur. 10. item quod omnes dissensiones & inimicitiæ inter quoscunque ad quindenam ante dictum festum beati Johannis Baptistæ usque ad festum beati Jacobi apostoli proximo futurum sub mera securitate in suspenso habeantur sub poena *or botemaal* vulgariter nuncupata. 11. item sub obtentu gratiæ nostræ firmiter inhibemus ne quis advocatorum nostrorum seu officialium contra præmissos articulos aliquid præsumat attemtare quodsi aliquis attemptaverit nobis nolumus imputari si ipse advocatus super propriis factis stabit jure suo.

V. Nota istam constitutionem dedit Woldemarus Rex ex parte filii sui Christophori. Constitutio Regis Woldemari patris Margarethæ Reginæ.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarus 1360.
Dei gratia Danorum Slavorum Rex & Christoferus filius noster dilectus Dux Lalandiæ propter ingentem penuriam & innumera exorti discriminis incommoda in regno nostro Daciæ hucusque proh dolor illata! subvenienda salubrius & delenda quoddam parlamentum sub A. D.

D. M. CCC. LX. die pentecostes cum dilectis hominibus & vasallis nostris militibus principibus inclitis dominis Woldemaro eadem gratia & Henrico filio suo Ducibus Jutiæ venerabilibus patribus ac dominis episcopis militibus militaribus ceterisque Regni nostri Daciæ communitati & incolis infrascriptis specialiter in Kalingburgh celebravimus & regnum nostrum Daciæ vigori & reformationi meliori subsistat cooperante gratia Spiritus septiformis quia ipsius Spiritus S. festo hujusmodi statuta handfestingh & decreta composita sunt & facta. Inprimis promittimus sub fide nostra Regia & filius noster Christoferus perdilectus omnes articulos infrascriptos firmos & inviolabiles observare. 2. primo omnes terræ regno Daciæ nunc adjacentes & imposterum DEO dante acquirendæ legibus & juribus suis prout in veris antiquis libris legalibus continetur libere uti debeant prout tempore Regis Woldemari & aliorum progenitorum nostrorum felicis recordationis liberius & melius perfrui consveverunt. 3. item Dominus Woldemarus & filius suus Henricus prædicti Duces Jutiæ & eorum heredes omnibus juribus suis libere & bene uti debeant prout aliqui Ducum Jutiæ eis usi liberius & melius fuerunt ab antiquo. 4. Item eidem Domini Duces permittunt bona fide ut permittant homines suos & incolas sui dominii universos libere & bene omnibus suis juribus uti sicut antiquis progenitorum suorum hominibus suis & incolis liberius & melius uti promiserant & gaudere ac homines eorundem Ducum ad hoc sint coadjutores efficaces quod eidem Duces & eorum heredes suis juribus libere & bene gaudeant sicuti progenitores eorundem Ducum melius & liberius uti consveverant ab antiquo. 5. Item quilibet episcoporum in regno Daciæ juribus & libertatibus suis libere & bene gaudebit, prout eorum prædecessores suis juribus & libertatibus usi liberius & melius fuerant ab antiquo. 6. Item si aliquis episcoporum regni Daciæ pro nunc non præsens hujusmodi statutis & liberius uti voluerit ipsa statuta & *Handfestingh* ratificare debeat & suo sigillo una nobiscum roborare. 7. Item si aliquid terræ sive Domini a regno & coronæ Dacia imposterum acquiri poterint quoquo modo & si ipsarum terrarum & dominiorum incolæ ipsis statutis & *Handfestingh* juribus & libertatibus libere & perfecte uti decreverit ex tunc ipsa statuta & *Handfestingh* una nobiscum suorum sigillorum appositione roborabunt. 8. Item capella, monasteria, ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ ad sacros ordines tam majores quam minores ordinatæ juribus & libertatibus suis libere & bene gaudebunt prout liberius & melius uti consveverant ab antiquo. 9. Item milites, militares, dominæ, virgines, mercatores, hospites, bondones & rustici antiquis suis juribus libere & bene utantur, sicut liberius & melius usi fuerant ab antiquo. 10. Item nullus in regno nostro Daciæ captivabitur nisi recenti facinore raptus, vel super hoc legaliter convictus vel in jure confessus. 11. Item de concordi consilio & unanimi consensu potiorum regni nostri Daciæ ordinavimus quod parlamentum quod Dane hoff dicitur, in primis tribus annis proximis & proxime subsequentibus in Kalingburgh celebretur, & illis tribus annis elapsis ipsum parlamentum in Nyburgh annuatim in die nativitatis beati Johannis Baptistæ celebretur prout antiquitus est consuetum. 12. Item si quis aliquem in ipso parlamento Dane hoff convenire vel incusare voluerit eum prius in placito pronunciati suæ hareth præmoneat & legaliter citet, ut ad ipsum parlamentum veniat per se ad objicienda legitime responsurus, nisi legitimis impedimentis fuisse docuerit impeditum. 13. Nos Duces, episcopi, milites, militares, totaque communitas Daciæ & quilibet propter magnam gratiam & internam benivolentiam nobis per dilectum dominum nostrum Regem Woldemarum prædictum quantociens & pluries antea sed nunc specialiter impensam etiam de cetero ut speramus per DEI gratiam impendendam unanimiter convenimus & nos & quemlibet nostrum pro se ad tenendum statuta omnia handfestingh & articulos infra scriptos sub fide nostra promittimus & firmiter obligamus recognoscentes hoc speciali Spiritus S. gratia cujus festo hæc acta sunt nobis accidisse. 14. Primo quicunque infrascriptorum his statutis *Handfesting* juribus & libertatibus uti & gaudere voluerint has præsentes litteras suorum sigillorum appositione roborabunt, & si apponere sigilla sua noluerint, his handfestingh & juribus nobiscum non utantur. 15. Item si aliquis infra scriptorum vel quicunque alius in regno Daciæ existens, his statutis & handfestingh contraire voluerit vel oppositum fecerit, ad hoc nos omnes cooperari efficaciter debemus, ut hujusmodi transgressor statutorum secundum exigentiam legis terræ judicetur & debita poena puniatur, specialiter contra illos qui infra regnum Daciæ rapinam, incendium & captivationem faciunt ex auxilio & consilio dominos extraneos & homines inducunt qui regno Daciæ officere poterint quomodolibet vel nocere. 16. Quicunque autem hujusmodi statuti transgressor in recenti facinore deprehensus vel legaliter convictus fuerit pace & bonis privabitur atque vita. 17. Item quicunque subscriptorum transgressor vel aliorum cujuscunque status aut conditionis existat contra dominum Regem vel filium ejus coronamque Daciæ notabiliter deliquerit secundum exigentiam legis terræ judicetur, & debite punietur & ad id omnes communiter & singulariter cooperabimur toto posse. 18. Item promittimus omnes & singuli & quilibet pro se sub fide bona sicut prius ne quis nostrum apud aliquem sine libera licentia hospitis injuste & irrationabiliter hospitetur. 19. Si quis autem nostrum infra scriptorum vel alii quicunque in regno Daciæ quod absit oppositum fecerint & si in recenti facinore deprehensi vel legaliter convicti fuerint, tanquam publici latrones judicentur & secundum leges terræ debite punientur & ad hoc coadjuvare debemus toto posse. 20. Si autem aliquis ipsum parlamentum visitare noluerit mera & perfecta & bona securitate ad quindenam ante & quindenam post dictum diem beati Johannis plenarie perfruatur quam quidem securitatem infringere nolumus,

& si

& ſi aliquis noſtrum vel alter quicunque ipſam ſecuritatem aliqualiter infregerit eo ipſo poenam orbotemaal ſciat ſe paſſurum. 21. Si quis in ipſam poenam orbotemaal inciderit per Dominum noſtrum Regem, & advocatos & officiales ſuos ſecundum leges terræ debite punietur & ad hoc cooperabimur toto niſu. 22. Item nullus cujuscunque ſtatus aut conditionis exiſtat alium inferiorem ſe, vel minus potentem ſupprimat vel compellat ad hoc quod jus ſuum in placitis vel judiciis proſequi non valeat, quod ſi fecerit & hoc contra eum rationabiliter edoctum vel probatum fuerit illud pro quo agitur primo perdat & poſtea Domino Regi tanquam in lite legaliter ſuccubuiſſet ſecundum leges terræ penitus emendabit. 23. Item quicunque verbis malis aliquem & contumelioſe quæ manngh dicuntur coram prædicto domino noſtro Rege vel in curia ſua ſeu coram dapifero ſuo, vel mareſcalco in judiciis exiſtentibus in parlamentis in placitis juſtitiariis generalibus vel ſpiritualibus terrarum Daciæ allocutus fuerit vel infeſtaverit ſuper quibus & pro quibus loquimur primo perdat & cum hoc ſecundum leges terræ emendabit. 24. Item ſi dominus noſter præfatus advocati & officiales ſui ſuper aliquo forefacto juſte & ſecundum leges terræ vindicaverit ſibi vel ſuis a nemine per modum inimicitiæ vel odii aliqualiter imputetur. 25. Item ſi quis injuriam ex domino noſtro Rege ſuis advocatis vel officialibus paſſus fuerit quod abſit, & ſi ſuper hoc juſte conqueſtus, vel perſecutus fuerit a domino noſtro Rege vel ſuis propter hoc nullam vindictam patiatur. 26. Item nos infra ſcripti & quilibet noſtrum pro ſe totaque communitas regni Daciæ promittimus ut prius bona fide quod dominus noſter Rex filius ſuus Chriſtoferus coronaque Daciæ omnibus Juribus ſuis perfecte uti debeant & ad hoc communiter & ſingulariter coadjuvare & fideliter cooperari debemus, ſecundum quod leges terræ requirunt toto conamine atque poſſe. 27. Inſuper eccleſiæ monaſteria, virgines, viduæ pupilli & orphani ac alii, tutores legitimos non habentes, villani, civitatenſes, bondones, mercatores, hoſpites, ruſtici homines trium marcarum tota familia regia & omnes pro quibus dominus Rex reſpondere habet & tenetur, omni jure ſuo legibus terræ & libertatibus uti liberius & melius permittuntur & ad hoc omnes & ſinguli infraſcripti & quilibet pro ſe cooperari debemus conſilio & toto poſſe. 28. Et nos Woldemarus Rex præfatus & filius noſter Chriſtoferus omnibus hominibus noſtris ſubſcriptis & cuilibet ſubſcriptorum ceterisque regni noſtri incolis hæc ſtatuta & handfeſtingh & omnia alia in melius vertere volumus & debemus. 29. Et nos Duces, Epiſcopi, milites militares ſubſcripti totaque communitas regni Daciæ Domino noſtro Regi Woldemaro filio ſuo Chriſtofero & coronæ Daciæ omnia ſtatuta & handfeſtingh ſupraſcripta & omnia alia vertere volumus & debemus. 30. Ut autem hæc omnia & ſingula præmiſſa perpetui roboris obtineant firmitatem & pleniorem ſortiantur effectum nec non & per omnes nos & ſingulos infraſcriptos & quemlibet noſtrum firmius teneantur. 31. Nos Woldemarus Dei gratia Rex Daciæ Chriſtoferus Dux Lalandiæ Woldemarus & Henricus Duces Juciæ præfati Nicolaus Ottonienſis, Petrus Vibergenſis, Petrus Ripenſis, Henricus Roskyldenſis, Paulus Aruſienſis & Magnus Burglanenſis Divina miſeratione eccleſiarum epiſcopi, Stigotus Anderſen, Nicolaus Lembeck, Henningus Podbusk, Ericus Barnuſen Benedictus Aneveld Senior, Boecius Falk, Ericus Nielſen, Petrus Laurenſen, Palno Jonſen, Everhardus Molthingh, Petrus Grubbe, Nicolaus Knutſen, Jacobus Bekere, Petrus Bekere, Olaus Jonſen, Petrus Nielſen, Andreas Froſth, Eſgerus Kroogh, Jacobus Olefſen, Johannes Hwmmersbutle, Heyno Capolt, Benedictus Aneveldh junior, Otto de Hoo, Uffo Peterſen, Petrus Lodwigſen, Arnoldus Moltingh, Chriſtiernus Kyle, Lyderus Lembeck, Johannes Nikelſen, Nicolaus Offeſen, Erlandus Kalff, Petrus Mwnck, Nicolaus Gloob, Ago Steegh, Johannes Abſolonſen, Petrus Albertſen, Jacobus Splijdh, Laurentius Hwas, Johannes Vendelbo, Nicolaus Haſe & Nicolaus Vind milites. 32. Nicolaus Erickſen de Linde, Johannes Laurenſen, Nicolaus Jenſen de Koldbeck, Kanutus Buggi, Paulus Gloob, Nicolaus Eytz, Woldemarus Sappi, Johannes Laas, Nicolaus Tymmeſs, Strango Ebbyſs, Boecius Hoogh, Thomas Nielſen Lago Offeſen, Petrus Iwerſen, Chriſtiernus Kaas, Olauus Peterſen de Nytorp, Olauus Petri Lwnge, Olauus Olefſen Lwnge, Matthias Faſthr, Nicolaus Karlſen, Petrus Hwid & Kanutus Haringh armigeri præſentibus literis ſigilla noſtra duximus apponenda. Dat. anno die & loco ſupradictis. §. XXXII.

VI. Conſtitutio Reginæ Margarethæ Regis Woldemari filiæ; item nota, iſta conſtitutio alio modo ſic intitulatur: *Conſtitutio Olaui Regis Daciæ & Haquini Regis Norwagiæ & Margarethæ Reginæ trium regnorum.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. 1376
Anno Domini M. CCC. LXXVI. die inventionis ſanctæ crucis convenientibus Slauloſiæ regni Daciæ potioribus cum popularibus ad electionem novi Regis parlamentum fuit & concorditer ordinatum. Inprimis quod epiſcopi capitula monaſteria & omnes eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ regni Daciæ omnibus libertatibus, gratiis, juribus, jurisdictionibus, legibus & privilegiis quibus unquam liberius & utilius fruebantur congaudebunt & ab omnibus ſint oneribus regiis quocunque nomine cenſeantur liberi pariter & exemti. Item quilibet presbyter habeat unam curiam principaliorem in parochia ſua pro reſidentia ſua liberam & exemtam de omnibus oneribus regiis una cum familia in dicta curia morante. 1. item decimæ eccleſiarum non petantur nec recipiantur per Regem & ejus officiales quovis modo. 2. item nullus extraneus ignotæ linguæ vel imperfectæ ætatis ad aliquam eccleſiam præſentetur. 3. item nullus cujuscunque ſtatus exſtiterit ſe de bonis & poſſeſſionibus monaſteriorum epiſcoporum abbatibus prioribus & proviſoribus contradicentibus aliqualiter intromittat ſed ipſi abbates priores & proviſo-

res

res monasteriorum dominis suis tanquam veris dominis in temporalibus & spiritualibus per omnia integre respondebunt. 4. item nullum clericum ad aliquam ecclesiam quis præsentet nisi in qua merum jus patronatus habuerit nec potentior inferiori præjudicium faciat in præsentando. 5. item nullus episcopus seu aliqua alia persona ecclesiastica capiatur exulet vel bonis suis privetur nisi per suum judicem ecclesiasticum fuerit canonice convictus. 6. item non conventus monasteria vel ecclesiasticæ personæ per equos & canes pascendos. 7. item nullus intromittat se de bonis clericorum discedentium sine suorum heredum voluntate & ordinarii. 8. item omnes milites militares & armigeri, de propria familia emendam trium marcarum vel IX. secundum consuetudinem cujuslibet terræ in quocunque placito seculari convincantur percipiant libere & ultra si ad hoc exstiterint privilegiati. 9. item non coguntur ire ad exercitum extra regnum & quemcunque ad mandatum Regis sive intra regnum sive extra bellandi causa inierint Rex ipsos si capti fuerint de captivitate redimat expedite saltem infra annum & super perditis satisfaciat antequam secundario secum ire in exercitum jubeantur, libertatibus suis pristinis etiamsi non inierint eis nihilominus conservatis. 10. item ut gverras contra aliquem Rex inchoare non debeat nisi cum consilio & consensu Prælatorum ac regni potiorum. 11. item quicunque terras suas injuste amisit per coronam regni illas rehabere debeat & si aliquis ex parte Regis terram sic resumtam & rehabitam impetierit hoc XII. discreti & autentici viri per episcopum illius dioeces. nominandi sub juramento suo terminabunt. 12 item nullus infra sacros ordines constitutus admittatur ad Regem ad aliquam advocatiam temporalem sed instituat laicos idoneos & discretos pro talibus officiis exercendis, in quibus officiis si notabiliter deliquerint pro excessibus suis emendant, & nunquam ad talia officia admittuntur. 13. item inimicitias & dissensiones quascunque rex & officiales sui inter regnicolas pro toto posse suo sedare debeant, & sopire. 14. item quod nullus captivetur nisi sponte confessus est in jure aut legitime convictus vel manifesto facinore deprehensus fuerit pro quo secundum leges terræ vita carere debeat, sive membris, sed convictus legitime inducias fugiendi extra regnum habeat quæ in libris legalibus continentur. Pro quacunque causa ultra id quod in legibus expressum est poena pecuniaria & alia puniatur nullus & mulctetur aliquis nisi prius legitime sit convictus. 15. item omnes leges Regis Woldemari legislatoris bonæ memoriæ prout in suis libris legalibus continentur nisi aliter per privilegia & handfestingh reperiantur modificatæ & declaratæ inviolabiliter observentur. 16. item omnes abusiones & dissuetudines contra leges introductæ per quoscunque penitus in irritum revocentur, & præcipue infra scriptæ quarum prima est quod victualia Regis uxoris suæ puerorum suorum & dapiferi plaustrare non debent bondones regis ultra limites sui haret & quicunque bondo Regis in plaustrando defecerit, officialis Regis conducet plaustrum deficiensque solvat pretium tribus marcis. 17. item bondones non debent compelli ad reædificandum vel reparandum curias Regias & molendina nec etiam castra nisi cum consilio & consensu regni potiorum. 18 item nova gravamina noviter inducta videlicet thindeskath amodo non petantur nec recipiantur per quemcunque. 19. item licitum sit bondonibus proprias terras habentibus villicationem aliorum sumere; ita tamen quod de suis terris propriis regia jura solvantur. 20. item non debet Rex in fundo alieno ædificare præter consensum & voluntatem possessoris & hucusque ædificata penitus destruantur. 21. item villici & coloni quorumcunque si bona in quibus resident ulterius inhabitare noluerint, secundum leges terræ dominis suis prædicent & relignent & satisfaciant & liberi recedant secundum leges terræ ab eisdem. 22. item officiales Regis non debent aliquem citare nisi ad justa placita nec coram se convenire. 23. item nullus pro delicto terram suam amittere potest nisi pro crimine læsæ Majestatis quis convictus fuerit per denominatorum ordehelde neffn cum juramento excepto casu de literis Regiis expedito. 24. item nullus apud clausstra clericos vel laicos hospitet indiscrete, sed contentus sit his quæ domesticus habuerit & voluerit sibi dare. Si vero ulterius attemtaverit aliqua violenter rapiendo liberam habeat potestatem si clericus fuerit violentiam hujusmodi per causam herrewerck rapinæ vel excommunicationis prosequi, si vero laicus per viam herrewerck vel rapinæ. 25. item ut mercatores & burgenses in regno Daciæ habitantes libere utantur suis mercaturis absque aliquibus gravaminibus & theloniis novis imponendis & absque quacunque quota mercimoniorum suorum ducant extra regnum quæ vendenda sunt.

VII. Constitutio Olaui Regis Daciæ.

Omnibus præsens scriptum cernentibus 1377.
Olauus Dei gratia Danorum Slavorum Gothorumque Rex, Margaretha eadem gratia Sveciæ & Norwegiæ Regina, Nicolaus miseratione divina archiepiscopus Lwndensis Sveciæ primas, Johannes Ripensis, frater Jacobus Vibergensis, Olauus Arusiensis, Nicolaus Roskyldensis, Sweno Burglanens. & Woldemarus Ottonienss. eadem gratia ecclesiarum episcopi & Dni. Henningus de Podebusk dapifer, Everhartus Molthing dapifer two Galenus præfectus Scaniæ, Petrus Mwnck, Boecius Hogh, Nicolaus Storstanni, Nicolaus Eyssen, Cristiernus Vendelbo, Andreas Offess, Laurentius Offess, Nicolaus Erici, Johannes Andreæ, Cristiernus Kaas, Petrus Alberti Lago, Johannes Nicolaus Lycke, Erlandus Kalff, Petrus Grwbbe, Olauus Biornis, Jacobus Olauui, Olauus Johannis, Olauus Petri, Thuro Kanuti, Olauus Lwnghe, Henricus Johannis, Boo Dyre, Barnum Erici, Ficko Molthingh de Liwse, Manno Basse, Steno Basse, Benedictus Bingh, Andreas Jacobi, Holgerus Gregorii, Tolbernus Petri, Lodwicus Andreæ, Andreas Pepp, Nicolaus Thwess, Johannes, Nielss, Johannes Absolonis, Deynerus Buggehaffn, Jo-

hannes Stawerskow, Ebbo Pygh, Johannes Petri de Bellinghe, milites, Albertus Andreæ, Jacobus Anchelſen, Johannes Rwndh, Ywarus Lycke, Nicolaus Ywari, Lodowicus Yuan, Johannes Offeſs, Andreas Offeſs, Nicolaus Bratze, Thuro Booſs, Johannes Eskilli, Ago Oſtradi, Johannes Gloob, Petrus Gloob, Andreas Gloob, Olauus Olefffs, Yvarus Thrane, Themo Limbeck, Chriſtiernus Kaas, Eſgerus Froſth, Kanutus Erici, Marquardus Wnſteen, Lago Dws, Jacobus Lageſs, Gotſcalcus Nielſs, Johannes Frys, Nicolaus Erici de Awensberg, Johannes Pele, Johannes Mws, Themo Nielſs, Ericus Nielſs, Acho Pudhr, Criſtiernus Pudhr, Magnus Johannis, Ywarus Petri, Petrus Hwas, Ywarus Nielſs de Truheltorp, Nicolaus Ebbiſſen, Gerboo Thwn, Nicolaus Sleth, Nicolaus Beenwaben dictus Nicolaus Molthingk, Conradus Moltike Senior, Ericus Nielſs de Hyringhrholm, Andreas Petri de Swaneholm, Eskillus Falk de Valloff, Boecius Falk, Petrus Falk, Hennekinus Moltike, Korth Moltike minor, Petrus Baſſe, Ericus Pilemann, Petrus Offeſs, Johannes Offeſs, Andreas Svenſen, Henningus de Langen, Torkillus Nielſs, Jacobus Abſolonis, Henricus Joſepſs, Nicolaus Joſepſs, Eſgi Brock, Petrus Brand, Johannes Hanſs, Nicolaus Hack, Andreas Davidſs, Nicolaus Andreæ, Henricus Andreæ, Nicolaus Gagge, Andreas Johannis, Boſſo Paris, Tuko Pudhr, Ericus Geedh, Abſolon Ketilli, Petrus Nielſs de Skioldenes, Thuo Nielſs, Johannes Petri, Petrus Bajer, Nicolaus Mathiſen, Johannes Johannis, Otto Strangonis, Joſep Falſter, Nicolaus Thomæ, Nicolaus Johannis de Udſtorp, Rickmannus de Lancken, Ago Staar & Petrus Aſſelſen dictus Reping, armigeri. Æternam in Domino ſalutem quam ab omnibus & ſingulis Prælatis, nobilibus militibus militaribus ceterisque aliis regni Daciæ incolis pro nunc in parlamento Danorum Nyburgh celebrato convenientibus communi voto & voluntate concordi omnium ſtatutum eſt & juramentis ſingulorum ſalubriter ordinatum quod omnes & ſinguli ipſius regni Daciæ incolæ in quacunque terra regni commorantes pace firma fruantur juriumque legum & libertatum ſuarum inviolabiliter gaudeant firmitate. Nos ſtatuto tam ſalubri aſſenſu toto præbentes animo promittimus firmiter in his ſcriptis ſub noſtris fide & honore omnia jura leges & libertates & conſuetudines licitas & honeſtas a domino Woldemaro legifero recolendæ memoriæ quondam Rege Danorum ceterisque aliis Regibus Daciæ clericis & laicis quibuscunque in hunc diem datas & conceſſas firmiter tenere & inviolabiliter in perpetuum obſervare. Inſuper obligamus nos ſub obſervatione fidei noſtræ & honoris quod ſi contingat aliquos clericos vel laicos contra leges terræ per quoscunque injuſte opprimi vel gravari & ad hujusmodi injurias vel gravamina repellenda atque emendanda juxta conſilia conſiliariorum juratorum regni in illa terra regni commorantium in qua nos requiri contingat per Dnos. dapiferum & marſcalcum ſeu præfectum requiſiti fuerimus, ex tunc ſine omni dilatione & contradictione quacunque ad hoc convenire & vita pariter atque bonis ad hoc nos efficaciter exponere debemus. Pro quorum omnium firma & inviolabili præmiſſorum obſervatione nos omnes & ſinguli ſupra ſcripti ſigilla noſtra præſentibus litteris duximus apponenda. Actum & datum ut ſupra Anno Dom. M. CCC.LXXVII. infra Octavas Johannis Baptiſtæ.

I. Chriſtiani III. Regis Dan. Receſſus Coldingenſis 1558.

Liber II Danico juris 155

Kahmen twe echte Lüde thosahmen in Gemeinschop, und eine davan stervet, so schal de witlicke Schuld, Begræbnis und Kinder-Gelder, so darbaven is, van den samtlicken Gude bethalet werden, so wibt alse beide Geld und beweglich Gudt reken kan, und wat dar nicht tho reken kan, dat bethale ein jeder, de erve entfangen na antahl, so vele ein jeder van dem Erve genahmen hefft.

54. Wo men Schuldt mahnen schall.

Item, Wert dar wol vor Geldt edder schuld sacke, tho Hardes-Landes-oder Bircke-Ding verordelet, und wil nicht bethalen syne Schuldt, so schal de Hardes-Vaget, in welckeren Harde se synd, mit 2. oder 3. frame Hardes-Lüde, in demsülven Harde, hen rieden tho synen Huse oder Have, oder in andere Stede, wor men syn Gudt finden kan in dem Harde, und dar van den besten Güdern Uhtwarderen, so vele sick de Schuldt belopen kan, und dartho syn velsmahl de enen verwunnen hefft, und hefft dar nicht mede verbracken Hußfrede, Gardefrede oder Herrewerck, wert dar ock befunden, dat de dar verordelet is, syn Gubt verföret hefft in ein ander Harde oder in einer Kopstadt also dat he dar nicht hefft tho bethalende in dem Harde oder in dem Bircke, dar he verordelet is, den schal de Vagt in demsülven Harde gelicker Wyse verplichtet syn, ehm tho rechte tho helpende, aller gestalt alse effte he in den Ohrte werde verordelet, werd he dar besocht mit dem Dome und rechte, dat dar aver ehn uhtgahn is tho syn egen Hardes-Ding, und wil de Bunde den andern darümb schlaen und sich wehren, so schal men ehne verfolgen mit sodahn rechte alse thovorn schreven steit, und kricht de Bunde den schaden daraver, dat beholt he vor sich sülvest.

55. Wat vor Ambtlüde up den Dörpern wahnen mögen.

Item so scholen alle Ambtlüde, de up den Dörpern wahnen, in den Kopsteden theen, und dar wahnen und buwen, sonder Grofschmede, Timmerlüde, Müermeister, Peltzere, Schmieder de dar Watmel neyen, de mögen up den Dörpern wahnen, und nene Schomacker scholen wahnen up den Dörpern, und verkopen Schoe tho vorprange.

56. Dat Bürgermeister und Raht in den Kopsteden, holden scholn gude Policyen und Handwercks Lüede in eren Kopsteden.

Und scholn Bürgermeister und Rahtmanne in jeder Kopstede, verplichtet syn, tho holdende gude Policy in eren Kopsteden, so dat dar gude Handwerckes-Lüde befunden werden, und jedermænniglich vor temlicken wehrt bekamen kan, Hoppen, Solt, Stael und Steveln, Schoe und anders, wes de Hußluede up dem Lande bedarff hebben, alse sick des behöret tho finden in den Kopsteden.

57. Nemand mag de Schipbracken Lüede veruntruen.

Wer dar nimbt und rovet van den Schipbrackenen Lüden, den schal men verfolgen als strabtenroff.

58. Umme Brüggen und gemeine Heerstraten.

Item so scholen alle des Königs Vagde und Ambtlüde, und ein jeglich besonderlich, und alle de Brüggen hebben in Vertehnung, und alle de dar hebben jæhrlich Brodts inthokahmende ehre Leben laten ferdig macken, alle Brüggen mit guden starcken Stændern und guden starcken Bredern wol thogeschlagen mit guden Nageln, und dat de Brede up beiden Sieden wol averlangen, wente des

Winters, wenner dar vele Waters upſteidt, ſo kan men dar nicht wol overkahmen ahne fahre, ſo ſcholn ſe de Brügge verlengen latben ſo vele deſto længer, edder latent upfüllen mit Grueß und Steinen an beiden Enden, dat men dar wol averkahmen kan ahne ſchaden, ſchüet dar Verſüemeniſſe aver, ſo ſcholen ſe dem Könige darvor tho rebde ſtahn, und kumt dar Klage aver, ſo ſchöln de de Brügge macken ſcholden, gelden den de daraver farende Krege. Idt ſchöln ock des Königs Vagde und Ambtlüde desglicken eren flieth dartho dohn, und thoſehen, dat de Brügge, de etliche Carſpel plegen ferdig tho holden, in Vortiden ock wol gemacket und by Macht geholden werden, und dat ein jeder Dorp, gude Brüggen und Wege holden, in und by den Dörpern, dar ſe inne wahnen, by der vorgeſchrevenen Straffe, und efft te dar werdt Verſüemniſſe hierin befunden, ſo ſchal ein jeder ſyner Herrſchop darvor tho Rechte ſtahn, und beteren den Schaden, den de reiſende Lüde daraver kriegen, und wor ock arge und depe Putten und Faerlicheit in den Fahrwegen ſyn, da ſcholn des Königs Lehnslüde, ein jeder thoſehn in ſinen Lehn, und laten de Hardes-Lüde thoſeggen, und ſcholn dar möhten up eine beſtemte Tidt mit Perde und Wagen, und laten dartho föhren Steen und Grueß, und wat dar mehr tho bedarff is, tho füllen und ferdich tho macken, ſodahne quade Kutzen und fæhrlicke Wege, und ſchal ein jegliche Harde oder Carſpel de dar twiſchen liggen, deſülvige betern und ferdich macken, ock ſchal des einen nicht mehr als des andern geſchoniet werden, doreh Gunſt, verdrieſtiget ſick ock wol bierentjegen und komt nicht up de beſtemte Tidt, ſo brickt he 3. Marck tho ſyner Herſchop, und ſo ſchal de Lehnsmann des Jahrs tho tween Tiden, alle Brüggen und Wege beſehen laten, und verordenen, dat ſe ferdich gemacket, und by macht geholden werden, ſo ferne ſe nicht willen tho rechte ſtahn vor ehrer Herrſchop, als thovorn geſchreven ſteith.

59. Umme Hoppen-Kuhlen tho leggen, und Wicheln ſtacken tho ſetten.

Item *ſo ſchal ein jeder Bunde alle Jahr leggen 10. Pile oder Wichelſtacken und 5. Hoppenſtacken, Appel- und Behr-Böme ſo he dar ruhm tho hefft, na Gelegenheit, und de dat verſüemet, de ſchal brecken tho ſyner Herſchop 1. Marck vor itzliche Verſümnis.*

60. Umme Ehebreckery und Jungfrowen ſchændent.

Welcker echte Mann, de dar hefft ſyn Frow, und welcker Frow de dar hefft eren echte Mann levendig, und wert begrepen in apenbahrer Ehebreckery, und is bewiſslich, ſo ſchölen ſe thom erſten mahle geſtraffet werden mit Gelde und Gude, na eren böchſten Vermögen, und ſchüedt edt tho dem andern mahle, ſo ſchal he echter geſtrafet werden, mit Geld, und dartho uht dem Lande gewieſet werden, und ſchüet dat tho dem drüdden mahle, und is bewiſslich, ſo ſchal de echte Mann de ſo befunden wert, ſin Lieff verbracken hebben und gekoppet werden, und desglicken ock de Frow de tho dem drüdden mahl befunden wert, ſchal in einen Sack verdrencket werden, wenn averſt Horery ſacke jemandes averwieſet werden vor den Capittul oder andern böerlicken Doemen, ſo ſchal de Dömer plichtig ſyn, dat dem Ambtmann, Herſchop, oder andern, dem dar behöret tho ſtraffen, tho erkennen geven, de ſcholn darumme geſtrafft werden, alſe vorgeſecht is, desglicken welcker ock befunden wert, dat he ein Junckfrowen - Kræncker is, und kan men dat aver er bewiſen, ſo ſchal he betern tho ehren Rechten Vormünder 9. Marck und 40. Marck tho ſyner Herſchop.

61. Van Bunden Fiſch-Garne.

Item *ſo ſchal dat ock geholden werden, thom erſten ſchal nene Bunden Garn edder Nette geſettet werden, oder Rüſen van Hagedub, alſe dar licht by Obekloſter und tho Halſswede, ſo ferne alſe de König datſülve uhtwiſen hefft, ſo ſchal ock neen Bunden Garn oder Rüſer geſettet werden up Kornholm oder in Hegedubbe nicht neger alſe de ſchede ſtahn twiſchen Dockedall und Egerſehe, ſondern in andern Steden, alſe im Liehmförde mögen ſe brucken Rüſer und Bunden Garn, dat ſe nicht de Lepe tho nahe ſetten, dat ſe Segelatien hindern, ock ſchal ein Schille gemacket werden oder Nedbor und ſchal gehenget werden up alle Rahthüſer in alle unſer Kopſteden by Lienfordt, darna ein jeder ſchal weten tho binden ere Bunden Garne, Rüſer, Nedgarne, ſo men mag hebben, alſe deſülven ſchille uhtwiſet, gebrucket werden in Linfordt, und in neen andere ſtede över dat gantze Rieck Dennemarck, ock ſchal nemands brucken Pulſsgarden in Linfohrt, twiſchen St. Johannis und Bartholomeus Dage, und in neen andere Tiden des Jahrs thovorne und ock na.*

62. Van Bettlern.

Nademe ſo vele Pracher und Bettler hier im Riecke ümblopen und Almoſen bidden, und doch etlicke friſch und geſund ſin, averſt in de Gewahnheit geraden, dat ſe nicht arbeiden willen, und ehr Brodt vordehnen, So willen Wy, dat in jeder Kopſtadt, Bürgermeiſter und Rabt gude Acht hebben ſcholn, up ſodahne Dröge, und Betlerſe, edt ſindt Manns- oder Fruens-Perſohnen, de von Kranckheit und Olders halben nicht mögen arbeiden; oder verarmet, und wahnen oder gebahren ſind in der Stadt, den ſchal ein Teckengeven werden und thogelaten tho biddende und tho ſamlende in der Stadt Gades Almüß, und de geſund und tho paſſe ſind, und vermögen tho arbeiden, den ſchal nicht thogelaten werden, tho biddende, men ſe ſcholen verwyſet werden tho arbeidende, oder thor ſtadt uht, offt ſe nicht arbeiden willen, werden ſe darna betlende befunden, ſo ſchöln ſe uht der Stadt mit Juer billicker ſtraffe verwyſet werden, doch de junge Perſohnen ſind, de dar leren, und thor Schole gaen willen, und nene andere Upentholdinge hebben, den ſchal thogelaten werden, ümb Brodt tho gahn.

63. Nemand ſchal uphauen oder uptehen, wes dar waſſet an den Seehe-Kantten, Dæniſch Klittentag genohmet.

Wol dar befunden wert, de dar uphauet, upthüet oder vernichtet und verdervet Marckholm, is lange Strob, dar men de Fiſche mit bindt, widen rohden Sener Klittetag hielme Schly, oder andere

dere thorn, so wassen up des Strandes Ufer, und jegen dat Westerhoff, so schal de sodahnes deit oder dohn let, gestraffet werden alse ein Deeff, ahne alle Gnade, und schal dartho verplichtet syn, allen Schaden wedder upthorichten, de darvan kumpt, wert ock befunden sodahne Widen reten Senner Klittetag bielmschly oder andern thorn so gewassen synd up vorgeschrevenen Ousteden, so schal desülve de damit befunden wert, verplichtet syn, darvor tho rechte tho stande, als vor ander gestohlen Gudt, und mag ein jedermann wol dar wil rechtlick ansprecken denjennen, de sodahnes deit, dohn let, oder by dehme es gefunden wert, ein so jegen recht gedahn hefft, und de sodahnes mit recht verfolget, mag alle de Bröcke nehmen, de daraff fallen können, glick alse were he syn egen Dener, de sodahnes gedahn hefft, und nicht angesehen werden, wes Dener he sy. Wert ock wol befunden, in sodahner Sacke, und mag dessen averwiset werden, de schal nicht thogelaten werden, weder tho Ede edder Tücheniſſe na dem Dage, idt sy den, dat he des Königs Ehr Brefe uhtbringe.

64. De Bunden mögen kopen ehr Buw-Timmer, und Holdt tho Füeringe, in welckerem Haven es geföhret wert, den menen Mann tho kopen.

Nadehme Wy in Erfahrunge gekahmen, dat Unse Undersatten up den Landes-Dörpern, groten Mangel und gebrecken hebben an Buw-Timmer tho eren Hüsingen, und anderer Haves Behoff, desglicken tho Füeringe, mögen se unverbindert tho erer Hußbuwinge, Wagen, Plöge, Füerholdt und nohtdürfftigen Timmer und Hold, kopen, van denen de idt tho Schepe in föhren. vor de Kopstede, oder in andere klene Haven, dar schlicht Feld is, und wedder daran geven, wat se vor Have oder Gudt hebben, dar se edt mede bethalen können, und nemand van Unsen Börgern schal ehnen dat verbeden, jedoch schal nemands sodahnes kopen und verkopen tho jenig Vorprang oder Vorkope, uhtgenahmen, wat ein jeder Bunde tho syner egen Behoff und Nohtdurfft bedarff hefft, Idt schal ock na dissen Dage neen Führbold upgeschepet und uhtgeföhret werden uht dem Ricke, sondern wol hefft tho Kope, de schal dat bringen tho den Kopsteden, im Ricke, und nirgend anders.

65. Wor Zegen mögen geholden werden.

Desglicken mögen ock Zegen fry geholden werden, wor Heide is, desglicken wor Hege Höltinge syn, und neen Underholt is, und de Zegen könen geholden werden ahne der Höltinge schaden, und wor men se up egen holden kan, jedermænniglich ahn schaden.

66. Van Wocker.

Nadem Wy berichtet, und in Erfahrung kamen sind, der groten Mißbruckung und unchristlicken Handels so hier im Riecke sick manck den Adel so wol, als den Geistlicken, Börgern und Bunden, mit den Wocker also, so dar wohl uhtlehnet Geld, letb sick nicht nögen mit der geringen Rente und Vordeil darvan, sondern sick nicht schæmen und tho nehmende von Hundert, 6. 8. 10. ock ein part, den einen Penning up den andern, also, wor ein Bunde einen Dahler lehnet, gifft eine Tonne Korns davan thorente, lehnet he ehne Tonne Korn, gifft he davon thorente ein Tonne Korn. Up dat nun sodahne Unchristlicke und unbillige Rente mögen abgeschaffet und nedder gelegt werden, hebben Wy Unss mit Unsen leven getrüen Dennemarckes Rieckes Raht, ock mit etzliche Hochgelehrten berahtschlaget, wowol edt sick nicht geböhret, und wedder Gades Befehl is, Rente oder Wocker vom Gelde edder Gude so uhtgelenet wert, tho nehmen, und disse Handel doch nicht wol mit all kan affgelecht werden, und up dat so wenige Wocker-oder Rente-Brefe, im Gerichte kahmen, dat men weten möge, wo men darup richten schal, is sodahner Handel darup gemacket, dat wol na dissen Dage Geld, Korn oder ander Gudt, up Rente hinweg lehnen und uhtdohn wil, schal he dar nicht mehr tho Rente und Vortheil nehmen des Jahrs, als dat twintigste parth werth is, dat men weglehnet, als gesettet van 100. thlr. 5. thlr, wollen jenig Eddel oder Uneddel, Geistlich oder ander Personen, na dissem Dage wat weg lehnen, Geld, Korn oder ander Guht tho rente, und findet sick, dat he dar mehr affnimbt thor Rente, alse vorgeschreven steit, so schal de sodahnes verbracken hebben, den gantzen Hövetstoel, de Helffte tho Unss, und de ander Helffte tho deme, de darup klaget, doch willen Wy nemand hiermede Ohrsacke geven, jenigen Wocker tho brucken, sondern ein jeder bedencke sick, und handele hierinnen, alse he syne Conscientien entfryen wil, und nicht dohn jegen des Almechtigen Gades Befehl und Gebot.

67. Umme Jagd.

Nenen hemlicken Krupenden (als de Dænschen idt nöhmen) Schütten, schal gestadet werden, tho lopen up ere egene Hand, oder de Jagd tho verderfen, wird dar jenig sodahner Schütt befunden, de entweder Edel oder Hochwild oder jenig ander Wild, groht oder klein, scheten, so schal ein jeder, de se averkahmen kan, fry syn, se gripen, binden, und tho dinge föhren tho laten, und laten ehnen de Ogen uhtstecken, wor se befunden werden mit frischer Daht, wert averst jenniger sodahner krupender Schütter befunden, und schütt van wegen eines andern, de schölen geschicket werden tho den Ambtmann, hefft he den einen hehter und affnehmer, so andtworde desülve, so ehm solckes geheten und befahlen hefft vor siene Daht, und stah davor tho rechte, wert idt ock befunden, dat jenig Riddermetich Mann, befehlet jemand tho scheten an andere Ohrten den up syn egen, so betere he darvor vor jedesmahl 100. Marck penninge tho deme so dat egendohm thohöret.

68. De Mene Mann mag neen Wildt scheten.

Wy willen ock ernstlick befahlen hebben Unsen Vagden, und Ambtlüden, dat ein jeder in synen Leben oder Amte, gude achtinge darup hebben, dat de Bunden oder Börger nicht scheten oder schlagen jenig Wildt, klein oder groht, desglicken ock de Probste, Prester, Hardes-Voigde, Ridefaegde, Börger oder Bunden nicht holden schöln jenige Winde oder Stöver, oder Wild scheten laten, klein oder groht, wol dar kan averwyset werden, dat he sodahnes deit, de schal davor gestraffet werden, als vor ander Devery,

wert dar ock befunden, dat de ein mit dem andern ſolckes hemlich holdt, ſcholn ſe thoglicke geſtraffet werden, als de dat gedahn hefft, doch Wulff-Jagd bliefe by macht. Idt ſchal ock nemand dem andern verloven tho jagen oder tho ſchieten up ſynen egendohmb, ſondern allein in ſyn Seermarcken, wil jemand ſyne Jagd und Fryheit brucken, dat he Lodt und Deel hefft, und nicht is ſyn egen Seermarck, ſo ſchal he ſülveſt jagen oder ſyn egen Volck. Idt ſchal ock nemand einen andern Verlöff geven tho jagen up den Holtingen edder egendohm, dar he allein Lodt und Deel hefft, werd dar wol befunden, de hier entjegen deit, und dat Wild vermindert, Rehe, Haſen oder Vöſſe, dar he ſülveſt neen Lodt oder Deel in hefft, ſo mag ein jeder Lodteger, ſo Lodt und Deel hefft in dem Egendohm, dar he up jagt, den-ſülven de ſodahnes deit, deelen up 100. Mk.

69. Umme Brudlachs Koſt und Kindel Eier tho dohnde.

Nadehme bethero vele Beſchwerungen befunden worden, ümb ſchaden, Nadehl und Unkoſtunge ſo gedahn werden up Brudtlacht, iſs dar ein ordnung upgemacket, de hiernamahls ſchal geholden werden: Thom Erſten, wenner ein Conſul, Senator *oder* Mercator *in den Kopſteden, ſyne Brudtlacht dohn wil, ſo ſchal he de dohn in ſynen egenen Huſe, und bidden dartho 24. Paar Volcks mit eren Kindern und Döchtern, darmede ſcholen ingereckenet ſyn de Frouen, ſo vor dem Diſche gahn, und mag ock bidden 12. Junge Geſellen, de ſcholen thoſamen kahm, und na older Gewahnheit, dem Brüdigamb und Brudt thor Kercken folgen, und des Middags kahmen in des Brüdigams Huſs thor Mahltidt, und des Abends up de Compagnie thom Dantze, und ſchal hieræver neen Bekoſtunge mehr dohn, wil averſt de Brüdigamb des Dingestages etlicker ſyner fründe bidden tho ſynen Huſe des Middags-oder thor Abend-Mahlt, dat ſchal tho ſyner egen Kölr ſtahn. Ein Amtsmann oder Handwercksmann ſchal ſyn Koſt ock dohn in ſynen egen Huſe, und ſchal bidden 12. Paar Volckes thor Koſt, mit eren Kindern und Döchtern, darunder ſcholen gereckent werden de Fruwen, de vor dem Diſche gahn, he mag ock bidden 6. Junge Geſellen, de ſcholn tho glicker mahte dem Brüdigamb und Brudt thor Kercken folgen, und kahmen den tho des Brüdigams Huſs thor Mahltidt, entweder des Middages oder des Avendes, wenner de Brüdigamb wil, des Mandages kahmen ſe ock in ſyn Huſs, entweder thom Middags-oder Abends etende, und daraver ſchal men nene bekoſtinge mehr dohn. Up den Land Dörpern ſchal edt ſo geholden werden, dat neen Bunde ſchal tho ſyner Brudt-Lacht mehr bidden alſe 12. Paar Volckes, mit ehren Kindern und Töchtern, wil wol ringer bidden, dat ſtah ehm ſülveſt fry. Nademe ſick ock befindet, dat grote bekoſtinge ſchüedt, wenner ein ehrlicke Frow kombt im Kindelbedde, und dat Kind gebahren wart, beſonderlick in den Kopſteden, ſo ſchal ſodahnes affgeſchaffet ſyn, und biernamals geholden werden na older gewahnheit, verdrieſtiget ſick wol hierentjegen, entweder mit Brudtlachts Koſt oder Kindelbiere, ſo ſchal he darmede verbracken hebben 40. Mk. dem Könige, und 40. Mk. der Stadt, effte idt in den Kopſteden is, und up den Land-Dörpern 40. Mk. tho ſyner Herrſchop.*

70. Wat ein jeder Handwercks-Mann dohn ſchal, wen he kombt in ein Lach.

Nademe ock vacken by Unſs geklaget is worden, wenner jenig Handwercksmann, de ſyn Handwerck gelehret hefft, und wil ſik neddersetten, und vor ſick ſülveſt arbeiden, ſo wert ehm dat verbaden van den Olden, in ehr Lach und Amt tho kahmende, ringer, alſe he tlovorn vor ſyn Meiſterſtück gegeven hefft, und daraver wert beſchweret mit Goſtebaden und andern groten Beſchwerungen, ſo ehnen upgelecht werden, und darümb werden in dem Ricke gar wenig Handwercks-Lüde befunden, de wat können. So willen Wy, dat hernamahls ſo geholden hebben, dat neen Amt-oder Handwercks-Mann hiernamals ſchal beſchweret werden, Meiſterſtücke tho doende, ock nicht geven im Ambt mehr als einen Gülden, und ſchal hiernamahls nicht verhindert werden, int Ambte tho kahmen, ſo ferne he ſynes Ambtes ein Meiſter is. Gegeven up Unſerm Schlotte Koldingh-huſen am St. Lucien-*Dage, welcker is de 13te Dag Decembr. im Jahr 1558. Under Unſern* Signet.

II. Chriſtiani III. Regis Receſſus Comitialis Hafniæ an. 1559.

Nos CHRISTIANUS Dei gratia electus Rex 155
Daniæ & Norvegiæ, Dux Sleſvici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorſt: Et nos Magnus Göye, Aulæ Magiſter, Johannes Friis, Cancellarius, Tycho Krabbe, Mareſcalcus, Predbiornus Podebuſch, Avo Lunge, Axelius Erahe, Magnus Munck, Ericus Banner, Olaus Roſenkrantz, Holgerus Ulfſtand, Canutus Bilde, Trudo Ulfſtand, Canutus Rud, Claudius Bilde, Axelius Ugerup, Claudius Podebuſch, Ericus Krummedige, Magnus Gyldenſtiern, & Canutus Gyldenſtiern, Daniæ Regni Conſiliarii: Et nos infra ſcripti, Magnus Bilde, Petrus Ebbonis, Axelius Roſenkrantz, Manderupius Holck, Andreas Scheel, Axelius Gyldenſtiern, Enwaldus Juel, Gundæus Lange, Georgius Gyldenſtiern, Ivarus Juel, Thomas Galskytt, Henricus Stampe, Nicolaus Lange, Otto Claudii, Georgius Juel, Johannes Juel, Ludovicus Munck, Palno Banck, Chriſtiernus Faſſi, Petrus Grön, Severinus Marquardi, Splido Bang, Magnus Juel, Ivarus Juel, Petrus Ivari, Nicolaus Glambeck, Jacobus Wagni, Johannes Thomæ, Ericus Grön, Ivarus Munck, Joannes Spend, Nicolaus Juel, Chriſtiernus Krabbe, Laurentius Andreæ, Magnus Spend, Chriſtiernus Magni, Nicolaus Friis, Andreas Rytter, Joannes Spend, Petrus Galskytt, Andreas Spend, Bertilus Juel, Joannes Grön, Joannes Magni, Martinus Grön, Nicolaus Laurentii, Johannes Laurentii, Ericus Skram, Erafinus Skade, Chriſtophorus Bang, Chriſtiernus Spliid, Nicolaus Claudii, Hartvicus Skram, Nicolaus Scheel, Henricus Wind, Ivarus Wind, Georgius Skowgaard, Claudius Albertius, Ivarus Scheel, Petrus Chriſtierni, Chriſtiernus Petri, Olaus

Olaus Petri, Claudius Petri, Nicolaus Petri, Chriſtiernus Petri, Tordo Glambeck, Nicolaus Chriſtierni, Petrus Skram, Martinus Andreæ, Laurentius Andreæ, Chriſtiernus Andreæ, Eccardus Henrici, Nicolaus Henrici, Petrus Henrici, Benedictus Abbelgaard, Paulus Abbelgaard, Georgius Abbelgaard, Albertus Scheel, Nicolaus Krag, Thomas Styge, Petrus Harbo, Johannes Brun, Vitus Brun, Paulus Brun, Claudius Lymbeck, Gundæus Lange, Chriſtophorus Munck, Chriſtiernus Steen, Chriſtiernus Krabbe, Andreas Grön, Laurentius Grön, Chriſtiernus Grön, Joachimus Lykke, Chriſtiernus Sommer, Eilhardus Hardenberg, Laurentius Weſteny, Georgius Weſteny, Marquardus Laurentii, Andreas Jacobi, Nicolaus Munck, Petrus Kruſe, Enwaldus Kruſe, Henricus Biornonis, Laurentius Lonow, Ericus Juell, Axelius Juel, Nicolaus Roſenkrantz, Nicolaus Pauli, Chriſtiernus Steen, Henricus Steen, Georgius Roſtorp, Johannes Roſtorp, Georgius Stygge, Chriſtophorus Stygge, Stycho Stygge, Ericus Stygge, Petrus Stygge, Nicolaus Joannis, Laurentius Simonis, Laurentius Munck, Sveno Petri, Thorkillus Petri, Nicolaus Skade, Ericus Nicolai, Andreas Chriſtierni, Maltho Laurentii, Avo Petri, Otto Gyldenſtiern, Georgius Nagel, Georgius Gundæi, Ivarus Lykke, Petrus Lykke, Hartvicus Thomæ, Jacobus Friis, Globus Krabbe, Andreas Glob, Andreas Skowgaard, Nicolaus Friis, Splido Faſſi, Gabriel Gyldenſtiern, Chriſtiernus Friis, Chriſtophorus Roſenkrantz, Ivarus Krabbe, Laurentius Scheel, Envaldus Joannis, Ericus Steen, Michael Nicolai, Ericus Hög, Munckius Elbeck, Bartholomæus Horby, Petrus Munck, Nicolaus Elbeck, Severinus Munck, Martinus Röd, Nicolaus Joannis, Laurentius Nicolai, Joannes Nicolai, Nicolaus Brun, Ivarus Friis, Petrus Hwaſs, Jonas Matthiæ, Matthias Jonæ, Henricus Nicolai, Michael Nicolai, Albertus Malthonis, Balthaſar Malthonis, Chriſtophorus Malthonis, Chriſtiernus Harbo, Andreas Pauli, Chriſtophorus Kruſe, Matthias Grön, Johannes Baggo, Jacobus Brun, Chriſtiernus Stygge, Magnus Juſti, Olaus Glob, Melchior Glob, Hanſus Powisk, Nicolaus Joannis, Enwaldus Stygge, Thomas Thomæ, Jaſparus Thordonis, Sveno Matthiæ, Willebrordus Thomæ, Thomas Canuti, Magnus Kaas, Nicolaus Winter, Albertus Muus, Enwaldus Erici, Johannes Pors, Claudius Ivari, Nicolaus Torlovi, Joannes Marquardi, Georgius Splid, Nicolaus Magni, Joannes Hanſi, Otto Nicolai, Lucas Krabbe, Joannes Torlovi, Magnus Petri, Georgius Bilde, Canutus Bilde, Torlovus Bilde, Severinus Hög, Olaus Laurentii, Joannes Munck, Mauritius Juſti, Godſcalcus Spend, Nicolaus Kaas, Joannes Thomæ, Matthias Jaſpari, Franciſcus Dyre, Eccardus Dyre, Joannes Hwaſs, Gerhardus Thomæ, Ketillus Krabbe, Ericus Blick, & Martinus Svenonis, univerſa Nobilitas & Equeſtris Ordo per totam Jutiam borealem: Et Nos, Acho Sparre, Jacobus Trolle, Mauritius Olai, Hanſus Skowgaard, Byrgerus Ulfſtand, Gerardus Ulfſtand, Laurentius Knob, Byrgerus Trolle, Ketillus Bing, Canutus Gedde, Joachimus Geed, Georgius Brahe, Otto Brahe, Gregorius Ulfſtand, Paulus Körning, Gerardus Körning, Joachimus Bing, Axelius Andreæ, Georgius Urne, Claudius Urne, Holgerus Skallere, Ericus Daae, Jacobus Sparre, Jacobus Myre, Jacobus Falck, Thago Ottonis, Jacobus Thordonis, Axelius Claudii, Biorno Stenonis, Matthias Skallere, Joannes Tielovii, Joſephus Falſter, Wernerus Parsberg, Otto Andreæ, Claudius Claudii, Canutus Knob, Petrus Storloff, Arildus Griis, Olaus Joannis, Jonas Svecus, Laurentius Ragnaldi, Olavus Laurentii, Magnus W, & Claudius Gagi, Univerſa Nobilitas & Equeſtris ordo per Scaniam, Hallandiam & Blekingiam: Et nos Chriſtophorus Ravensborg, Joannes Roſengaard, Claudius Roſengaard, Axelius Urne, Matthias Böller, Ericus Krabbe, Nicolaus Lunge, Canutus Sparre, Claudius Erici, Marquardus Tigmand, Ericus Böller, Ericus Daae, Ericus Chriſtophori, Sigvardus Grubbe, Nicolaus Ficconis, Georgius Grubbe, Baſſo Chriſtophori, Emmico Ottonis, Olavus Skinckel, Laurentius Joannis, Chriſtiernus Pors, Petrus Godſche, Magnus Godſche, Joachimus Beck, Nicolaus Marquardi, Chriſtophorus Hack, Otto Thinhuus, Hanſus Rud, Ericus Matthiæ, Petrus Weyeri, Laurentius Nicolai, Joannes Laurentii, Johannes Urne, Benedictus Bilde, Torbernus Bilde, Corfitzius Bilde, Benedictus Bilde, Axelius Göye, Eſchillus Göye, Albertus Göye, Claudius Ulfeld, Axelius Arnefeld, Henricus Arnefeld, Torbernus Arnefeld, Laurentius Ivari, Georgius Rud, Jacobus Torberni, Georgius Wenſtermand, Petrus Falſter, Arildus Ulfſtand, Magnus Falſter, Canutus Göye, Andreas Göye, Petrus Avonis, Ericus Magni, & Draco Laurentii, Univerſa Nobilitas & Equeſtris Ordo per Siælandiam, & Inſulas minores: Et nos Georgius Quitzow, Canutus Urne, Johannes Walckendorp, Nicolaus Bildt, Johannes Brockenhuus, Michael Brockenhuus, Eilhardus Rönnow, Jacobus Hardenberg, Jacobus Norby, Chriſtophorus Palnonis, Dietericus Quitzow, Andreas Emmiconis, Claudius Daae, Canutus Ebbonis, Canutus Ottonis, Petrus Norby, Jacobus Brockenhuus, Axelius Ficconis, Magnus Claudii, Georgius Urne, Claudius Marquardi, Petrus Brock, Jaſparus Daae, Antonius Bryske, Gerardus Bryske, Claudius Bryske, Wernerus Bartholomæi, Olavus Norby, Johannes Bernardi, Claudius Brockenhuus, Axelius Nicolai, Eildus Nicolai, Johannes Skinckel, Johannes Dragi, Antonius Antonii, Johannes van Melen, Johannes Stigoti, Buſchius Schenck, Nicolaus Steen, Matthias Henrici, Ericus Petri, Chriſtophorus Hwitfeld, Reynholdus Heidenſtorp, Corfitzius Hardenberg, Ebbo Munck, Chriſtophorus Gyldenſtiern, Uldaricus Bildt, Matthias Lud, Petrus Laurentii, Claudius Daae, Henningus Ulſtorp, Jacobus Borre, Jaſparus Gregorii, Joannes Hwaſs, Joannes Georgii, Petrus Georgii, Ivarus Munck, Johannes Conradi, Nicolaus Jacobi, & Johannes Jacobi, Univerſa Nobilitas, & Equeſtris Ordo per Fioniam & Langelandiam: cum univerſa Nobilitate & Equeſtri Ordine per totum Daniæ Regnum: Atque itidem

nos

nos infra memorati cives urbani omnium Civitatum per totum Daniæ Regnum, quæ sunt, primo in Jutia boreali, Ripæ, Coldinga, Hoterſineſia, Wedela, Warda, Holſtepontum, Lemovicum, Ringkopia, Tiſtadium, Nycopia Morſiæ, Hioringa, Sæbua, Scaga, Aalburgum, Mariagria, Hopontum, Niba, Randruſium, Aarhuſium, Viburgum, Schevia, Grenovia, Pomagrium, Rya: in Scania, Lunda, Malmogium, Landiscorona, Helſingburgum, Engelholmia Falſterboa, Scanora, Trelleburgum, Yſtadium, Aahuſium, Wæa, Tomerupium, Cimbrishafnia, Kotnebua, Wardberga, Halmſtadium, Falckenberga, Gaaskilium, Kongisbackium, Laholmia, Elleholmia, Auskera, Lyckavium, Solvisburgum: In Siælandia & inſulis minoribus, Ringſtadium, Hafnia, Roskildia, Coagium, Neſtuedia, Calundiburgum, Orthenga, Helſingora, Slagloſia, Schelfiskora, Cruciſora, Preſtoa, Heddinga, Holbecum, Nycopia in Odsherreda, Slangendorpium, Soburgum, Stega, Nycopia Falſtriæ, Stubbecopia, Naſcovia, Saxocopia, Nyſtadium, Mariæboa, & Rutibua: In Fionia, Othonia, Middelfartum, Bogneſia, Cartemunda, Neoburgum, Swineburgum, Faaburgum, & Aſneſia: cum delegatis, plena auctoritate inſtructis ex omnibus civitatibus & pagis (vulgo Herredis) per totum Daniæ Regnum, ad hæc præſentia Comitia, Hafniæ congregatis. Notum omnibus facimus, & aperte declaramus, tam noſtro quam heredum noſtrorum & ſucceſſorum in hoc Daniæ Regno nomine, quod, quandoquidem Omnipotens, optimus ac miſericors DEUS, (poſt exceſſum FREDERICI glorioſæ memoriæ Regis, propter peccata noſtra, pravam vitæ & gubernationis rationem, ac præſertim quod Epiſcopi Regni noluerint juſto tempore Regem eligere & ſubrogare) hoc graviſſimæ animadverſionis & indignationis ſuæ exemplum in nos regnumque hoc edidit, ut, nobis, tota ſcilicet plebe & multitudine, contra magiſtratum, proprios dominos noſtros & univerſam Nobilitatem ſeditioſe concitatis atque rebellantibus, nobis autem, qui ex Senatu regni & Nobilitate ſumus, viciſſim contra ruſticos & plebem commotis; ſecutum ſit illud, quod in nos nuper deſæviit bellum, miſerum, lamentabile & funeſtum, incendiis, cædibus, rapinis, urbium, arcium & caſtrorum vaſtatione & excidio, ſanguinis effuſione, ſtupris, & nuptarum pariter ac innuptarum mulierum pudicitia per vim expugnata, plurium denique ad triſtiſſimam viduitatem redactarum conjugum, & orbatorum parentibus liberorum calamitatibus, jam (proh dolor!) ante omnium oculos obverſantibus, foedum & luctuoſum; Et quod illuſtriſſimus & potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS, Dei gratia Electus Rex Daniæ &c. Clementiſſimus Dominus ac Rex noſter, ante memorati defuncti Domini & Regis noſtri filius vicinusque noſter, viſis ac animadverſis ingentibus miſeriis, cladibus, cædibus, damnis, excidiis, ſanguinisque effuſione, in quibus deplorandum adeo miſerandumque in modum preſſi verſabamur, quippe cum ipſe in talibus regni anguſtiis & diſcordiis eſſet a Senatu in Regem, regno præficiendum, electus, commotus tot malis, & miſericordia noſtri captus, ex hoſtium noſtrorum manibus, & ab ejusmodi miſeriis, calamitatibus, inteſtinisque regni diſſenſionibus, non ſine permagnis Celſitudinis ſuæ ſumptibus, in numeroſas militum peregrinorum copias factis, nos liberavit & eripuit, ac ita ad pacem tranquillitatemque reduxit: Atque, ut regnum Daniæ, jam graviſſime bello afflictum, vaſtatum propemodumque everſum, poſthac ſalvum, incolume, & ab ejusmodi ſeditione, ſanguinis effuſione, incendio, cæde, aliisque id genus peſtibus & excidiis defenſum conſervetur, regnique incolæ & cives ſub legum, juris & æqui tutela & præſidio ſecuri degant & protegantur, revocato in regnum pacis & tranquillitatis ſtatu, inter nos porro ſervando & confirmando; Denique ut conſtans, Chriſtianis moribus conſentaneum, & ſincerum imperium juſta & æqua legum & ſanctionum forma ordinetur, & ordinatum conſtitutumque in regno retineatur & vigeat; Nos, CHRISTIANUS, Electus Rex Daniæ &c. prædicti Danici Regni Conſiliarii, Nobiles, Civitates, Ruſtici, & univerſa multitudo incolarum regni, ex omnibus provinciis, inſulis & præfecturis per totum regnum, nominatim ex Jutia boreali, Scania, Siælandia, Fionia, Langenlandia, Laalandia, Falſtria, Mona, Hallandia, Eleckingia, & omnibus aliis terris majoribus & minoribus, Regio Danorum imperio comprehenſis, generalem Comitiorum regni diem, Hafniæ celebrandum, hoc ipſo anno, ad diem Dominicum, a feſto S. Dionyſii jam elapſo proximum, conſtituimus & indiximus, inque eodem, plurimis inter nos agitatis beneque deliberatis conſiliis, plurimis colloquiis & conſultationibus habitis, Dei Opt. Max. & Spiritus Sancti numine præſidioque innixi, in Divinæ & Sacroſanctæ Triadis nomine, clementer, amice & benevole transegimus, convenimus, pactique inter nos ſumus de momentis ac rebus, quæ ſequentibus capitibus continentur & exhibentur. Quæ quidem capita Nos & heredes noſtri ac ſucceſſores in Daniæ regno ita accepta & approbata eſſe ac fore volumus pro generali regni conſtitutione, decreto & pragmatica Sanctione: eadem nunc quoque approbantes, literisque & communi conſenſu noſtro rata habentes, dictamque Conſtitutionem, decretum & pragmaticam Sanctionem, pro nobis modo, & pro ſucceſſoribus noſtris, pro Regibus, regni Senatoribus ſeu Conſiliariis, Nobilitate, equeſtri ordine, civitatibus, civibus urbanis, ruſticis, totaque multitudine tam eccleſiaſtici quam ſecularis ſtatus, vigore præſentium literarum noſtrarum, ratam, firmam omnique modo inviolabilem perpetuo ſervaturos eſſe, nihilque omnino de eadem detracturos, aut ullo modo derogaturos, promittentes. Primo, volumus Nos CHRISTIANUS &c. nosque Danici regni Conſiliarii & Nobiles, omne illud odii, acerbitatis, invidiæ & ſuſpicionis, quod quocunque modo erga civitates, cives urbanos, ruſticos & plebem habuerimus; & nos pariter Civitates, Cives urbani, ruſtici & univerſa plebs, omne illud, quod quocunque modo, quo-

quocunque demum nomine appellandum, in Regiam Majestatem Clementissimi Domini nostri, vel in Regni Danici Senatores & Nobilitatem gesserimus, utrobique & undiquaque sopitum, depositum, finitum, penitusque totis animis eliminatum, condonatum, amicissimaque concordia persanatum fore: Et nos posthac, utpote quibus regnum hoc incolere, habitare, ac mutua opera tueri, defendere & conservare summum studium erit, Regie, amice, fideliter, summaque, & perfecta benevolentia invicem acturos, alteramque partem alterius commodis & saluti consulturos esse: Atque, si forte periculum ingruat, ac necessitas & tempus flagitet, singulos & unumquemque nostrum vitam suam & facultates omnes in id impensuros, ut hanc nostram patriam regnumque ab omnis generis aggressione, & exterorum æque ac indigenarum infestatione, inprimis contra Imperatorem Romanum, contra Christiernum Regem, ejusque partium studiosos, nec non omnes alios quicunque demum fuerint, aut esse potuerint, summa opera defensuros esse; neque nos invicem a nobis separari aut divelli unquam passuros. Si quis etiam, cujuscunque ordinis aut status, sive nobilis sive ignobilis fuerit, deprehendatur in adversa studia proclivis, seque patiatur ad aliquam seditionem aliamve ejusmodi noxam induci & concitari, vel si cognoscatur sive secretis sive apertis nuntiis aliquid hostibus indicare aut quodcunque aliud commercium cum iis habere, illum patriæ suæ proditorem judicandum, habendum, & digna tanto scelere poena afficiendum fore. Idcirco volumus Nos, omnes, singulos, & unumquemque in regno, sive magnum sive humilem, sive divitem sive pauperem, sive nobilem seu ignobilem, legibus teneri, jurisque & æqui eadem norma, eodem tutamine & beneficio gaudere; quemadmodum &, ex officio nostro Regio, volumus omnes & singulos ab injuria & violentia tutos præstare, defendere ac protegere. Nosque vicissim, Consiliarii regni, nobiles, civitates, cives urbani, rustici & universa plebs, volumus Regiæ Domini nostri Majestati adhærere, ipsi omnem devotam, honestam & debitam obedientiam operamque præstare, & exhibere, atque in eodem erga Regiam Majestatem devotæ mentis affectu, obedientia & obsequio permanere, quamdiu Regia ipsius Majestas & nos vixerimus; a Regia Majestate neutiquam separari, ullove modo per aliquam, sive externam sive domesticam, vim aut violentiam divelli nos, passuri: Verum apud Eandem, prout cordatis, honestis, sinceris & erecti animi viris subditisque dignum est & conveniens, vitam nostram & bona, cum omnibus facultatibus, cuicunque periculo & discrimini, pro Regia ipsius Majestate regnoque patrio, exposituri. Et quoniam nobis omnibus & singulis per hoc regnum certum & exploratum est, omne illud incommodum, damnum & excidium, cum sanguinis effusione, cædibus, incendiis &c. ceteraque regno exitiosa mala, quibus in tertium usque annum conflictatum, præsertim inde fuisse derivata, quod inter Episcopos, eorumque partibus addictos & Nobilitatem discordiæ & dissensiones exstiterint, quodque Episcopi hujus regni justo tempore, prout par erat, ac prout ipsos facere merito oportebat, Regem non designaverint, verum potius hoc ipsum ne ab excessu Regis Frederici fieret, summa opera impediverint: neque per eos licuerit isto tempore, propter immanem eorum potestatem, vim, auctoritatem, clientum numerum, insolentiam denique & libidinem, ad ordinandum reipublicæ statum Regiumque constituendum imperium, quo jus & æquum omnibus præstaretur, pervenire; quemadmodum nobis hoc ipsum universis & singulis cum antea notum, tum in præsenti, plurium capitum recitatione, indicatum: quæ quidem capita sufficientia veroque sunt nobis visa consentanea, nimis autem longa, quæ hoc loco denuo repetantur; Itaque Nos universi & singuli, post tempestivam deliberationem, consulto judicatoque, animisque & voluntatibus nequaquam dubiis, sed certis, constitutum, ordinatum, sancitum decretumque volumus, & jam vigore præsentium litterarum constituimus, ordinamus, sancimus ac decernimus, ut ab hoc usque tempore in perpetuum iidem illi Episcopi, ob ejusmodi jam memorata crimina & facinora depositi, nunquam ad Episcopalem suum dominatum, aut ad dioeceses & dioecesium bona sint redituri; neque ulli ipsorum similes, aut alii pro Episcopis se gerentes, ad imperium ecclesiasticum in regno exercendum accipiendi, proponendi, eligendi, aut admittendi sint; sed omnino ac prorsus exsistant & maneant abrogati. Attamen alii pii & Christianorum morum Episcopi seu Superintendentes, (quorum officium esto, multitudinem instituere, cœtusque sibi commissos sacrosancti Evangelii & verbi Divini expositione ad rectam Christianæ fidei cognitionem perducere,) ordinantor. Si quis vero, nobilis sive ignobilis, indigena sive alienigena, ecclesiastici sive secularis ordinis, hisce jam dictis se opponere, aut aliquid adversum suscipere, proprio ausu, aut aliorum opera, sustinuerit, vel si quis contra hæc agere, moliri aut machinari clam vel palam in animum induxerit, is gravissima capitis & fortunarum poena, ut quidem antea dictum, afficiendus esto. Quod ipsum etiam nos omnes singulique nostrum concorditer & sine ullo animorum dissensu volumus, cum vitæ, bonorum omniumque virium & facultatum nostrarum periculo defendere & arcere, neque, ut ullo tempore eveniat, unquam permittere. Et quoniam Episcopi in hoc regno existentes, in hunc usque diem Divino verbo & Evangelio restiterunt, atque ne idem cœtibus & multitudini pure & incorrupte anunciaretur, impediverunt; insuper vitam munere Episcopali dignam, docendo & plebem divino verbo ac doctrina animabus salutari imbuendo, neutiquam egerunt; potius autem secularem fastum & pompam sunt consectati, usque adeo ut in toto regno ægre duo fuerint inventi, qui appellationem ab officio suo saltem admittere aut Episcopale nomen gerere voluerint; Neque minus, quod, ut dictum, causa nuperæ seditionis exstiterint, unde ob hæc delicta tam gravia, omnium nostrum suffragiis,

giis, voluntatibus, consensu & sanctione abrogati sunt, nec vel ii, vel alii eorum similes Episcopi cum ejusmodi potestate & dominatu posthac admittendi erunt: Igitur, quo Corona regni & Rex Daniæ virium accessione augeatur, atque, si forte aliqua vis hostilis, sive ab exteris sive a domesticis excitata, in regnum incumbat, ei tanto melius occurri queat obsistique, neque adeo necessum sit amplius, temporibus gravibus vel casu quodam imminente, universos regni incolas tributis, sicut jam factum, onerare; unanimes & communi consensu decrevimus & sancivimus, ut omnia diœcesium Episcopalium bona, arces, villæ, castra, prædia fundique rustici, quorum possessione, usu & fructibus Episcopi sunt gavisi, posthac cum omnibus reditibus, proventibus & ceteris quæ ad ea pertinent, in Regis sustentationem publicumque regni commodum & emolumentum cedant, & in perpetuum Coronæ Danicæ subjiciantur. Nemo etiam, quicunque fuerit, licentiam ullo modo habeat, ab hoc die, ex iis, quæ vel ipsi, vel eorum majores Episcopatibus & Dioecesibus legaverint, aliquam partem repetendi, actionemve eo nomine instituendi. Ceterum, si quis, nobilis seu ignobilis, actionem competere sibi arbitratur in aliquam eorum partem, quæ ad Episcopatus & dioeceses pertinuerunt, sive de fundis aut limitibus agrorum sive de aliis id genus agatur; huic licitum esto Regem, aut Advocatos Præfectosque Regis, quorum curæ & tutelæ prædia demandata, compellare, jurisque & legum beneficio integro uti & gaudere: Regi vero, ejusque Advocatis & Præfectis, eadem bona lege defendere ac tueri, quemadmodum antea Episcopis, permittitor & competito. Itidem in omnes Præsulatus, beneficia, dignitates Ecclesiasticas, aliaque id genus feuda, quorum concedendorum potestas antehac penes Coronam regni, Regem & Episcopos fuit, jus patronatus posthac Rex habeto, possideto & retineto. Pariter Nobilitas & equestris ordo ad templa & feuda ecclesiastica jure illo patronatus, quod sibi legitime competere & hucusque ad se pertinuisse litterarum & sigillorum fide possint commonstrare, utuntor fruuntorque. Hoc tamen ita amplius intelligendum, ut homines feuda ejusmodi clientelari jure tenentes, eisdem, quoad vixerint, fruantur, post excessum vero hominum, beneficia ecclesiastica dicto jure possidentium, cuicunque equestris ordinis viro aut nobili in hoc regno liberum sit, prædia illa & fundos recuperare, quorum legitimos se heredes esse sufficientibus litterarum & sigillorum testimoniis confirmare possint. Omnia autem coenobia, omnesque præsulatus, dignitates & beneficia, canonicatus, ceteraque Ecclesiarum feuda, hisce non expressa, in statu suo conservantor, donec Rex & Senatores regni Daniæ, cum aliis sapientibus doctisque viris, in consilium istud advocandis, aliter de iisdem constituerint; cuicunque tamen jure suo salvo & integro prorsus manente. Monachis liberum concessumque esto, ex Monasteriis exire, quotquot in iis nolunt ulterius ætatem degere: Qui vero porro cupiunt ibidem commorari, superioribus suis, Abbatibus, Prioribus aut Præpositis monasteriorum obedientes & obsequentes sunto, vitamque monasticam agunto, castitate & integritate, Christianis hominibus digna, conjunctam; aut monasteriis exeunto: Ii etiam, qui intra claustra coenobiorum ætatem sunt traducturi, divinum verbum, publicis ibi concionibus exponendum, audiunto. Neque utique illis licentia aut facultas posthac esto, sine Regis & Senatus regni suffragio, voluntate, ratihabitione & consensu, aliquid prædiorum, fundorum & possessionum, ad monasteria pertinentium, abalienandi, vendendi, vel oppignerandi. Et quoniam plebs & commune rusticorum se gravatum supra modum sentit variarum rerum exactionibus ac tributis, quæ sub diversis nominibus, muneris Episcopalis, avenæ, oblationis butyri aliorumque esculentorum, frumenti pro aratione, & similium, ab ecclesiasticis imposita, eisdem consueverunt pendi: de eo inter nos convenit, ut rustici & universa plebs per totum regnum posthac decimam quamque mergitem, tritici, siliginis, hordei, avenæ omnisque generis frumenti, quod divino beneficio ex agris provenit, recte & absque dolo pendant ac repræsentent, decimam etiam ex pecoribus, veteri ex consuetudine: In Hallandia vero, Blekingia, atque Listria, ubicunque frumenti decimæ non præstantur, butyrum aut aliud, quod antiquitus apud eos obtinuit, decimarum loco adferant: Neque alio quocunque onere, sive oblationes esculentorum & butyri, sive cetera id genus, supra recitata, fuerint, a pastoribus ecclesiarum graventur. At vero, Episcopis nunc depositis atque abrogatis, quoniam omnino opus futurum, cum viros quosdam constitui, singulari doctrina præditos, quorum officium erit animadvertere ac attendere, ut omnes paroeciarum sacerdotes per totum regnum conciones habeant, iisque verbum Dei & Evangelium coetus suos doceant, tum ut ludi aperiantur conserventurque, ubi adolescentes in latina aliisque linguis instituantur, ne desideretur in regno virorum eruditorum copia. Talibus autem viris doctis alendis & sustentandis volumus prædictam decimam per totum regnum attribui, in tres utique partes dividendam. Primam ejus partem sacerdos paroeciæ obtineto: secunda ædi sacræ dator: tertia Regi cedito, quippe cujus erit memoratis viris doctis de alimentis vitæque necessariis prospicere. Rustici singularum paroeciarum decimas istas frumenti, in manipulos colligati, ad horreum templi advehunto: ubi tum tripartita illa divisio manipulorum seu decimæ, sicut jam scriptum, instituitor: ac eodem die rusticis, decimam advehentibus, cibi & potus quantum satis dator, communi trium decimæ acceptorum impensa parandum. In omnia Hospitalia seu valetudinaria, quæ in hoc regno, sive extra sive intra civitates, aut alibi, quocunque demum loco fundata & instituta, tantus ægrorum numerus recipiatur, quanto commode alendo reditus loco assignatus sufficiat. Neque illa posthac beneficiario jure cuiquam tribuuntor, ceu hucusque factum.

ctum. Et honesti quidam, providi ac probi viri constituuntor, quo valetudinariis præsint, ægrorum hominum curam acturi, fructusque ac reditus locorum, nec non eleemosynam, quæ ex piis largitionibus accesserit, in pauperum amictum, victum, aliasque res necessarias insumturi. Iidemque præfecti Regi, aut cuicunque ipsius mandato ad hoc instructo, rationes omnium hoc modo in pauperum usus acceptorum & expensorum quotannis edunto. Qui vero supra illum numerum, cui recipiendo & alendo sufficere queant valetudinaria, egentes & ægri existunt, his stipe precaria victitare ex recepto more permittitor. Ceterum nemini sano & valenti, nulloque morbo aut ægritudine divinitus afflicto, eleemosynam petere aut stipem emendicare in hoc regno licitum, verum sub pœna capitis interdictum esto. Quocirca in unaquaque civitate certo homini id muneris dator, ut ejusmodi ægrorum hominum corpora, utrum valentia sint, ac ferendis laboribus apta, nec ne, diligenter inspiciat. Atque cum summa imperii in hoc regno maxime Regi ipsi incumbit; idque imperium Rex haud omne solus gerere & administrare valet, ideo Rex semper tres administros, Aulæ nempe Magistrum, Cancellarium & Marescalcum, viros ex Danica prosapia & in hoc regno natos, habeto: atque hi Regi, cum ceteris regni Senatoribus in negotiis causisque regni, ad imperii Regii conservationem præsto & adjutores sunto. Atque, si forte contigerit a Rege aliquem civium præter modum gravari, sive nobilis sit, sive ignobilis, sive urbanus, sive rusticus, huic & unicuique, a Rege injuria se affectum putanti, licitum esto ac liberum, id Regni Aulæ Magistro, Regis Cancellario, & Marescalco significare, perque eos Regem, ut a proposito tali desistat, admonendum curare. Si vero tum nolit Rex relinquere locum admonitioni, (quod tamen Nos certe, quantum ad nos attinet, facturi sumus,) statim certus a Rege ipso judicialis dies nominator, quo coram Senatu Regni & nonnullis ex Nobilitate, itidem a Rege ad hoc vocandis & arcessendis, ipse accusatori ex lege respondeto, & coram eisdem judicibus actioni cujusvis civium, qui aliquam adversus ipsum habeat, obnoxius, secundum ea, quæ publicæ & scriptæ leges definiverint, justa obtineto & præstato. Et quoniam in hoc regno magnus juris & judiciorum fuit & adhuc deprehenditur abusus, tantus quidem, ut pauperes æque ac divites muneribus jus suum redimere fuerint coacti, vixque aliter illud consequi potuerint; eum penitus volumus sublatum, atque in posterum hunc morem servatum, ut & Consiliarii nostri, Præfecti, Cancellarius Regni, Judices provinciarum, Consules & senatores urbium, tam inpræsentiarum existentes, quam posthac futuri, jurejurando Regi se obstringant, pagani vero judices nostris territoriorum Præsidibus pari modo obligentur. Istius autem jurisjurandi hæc forma esto: Ego N. promitto & spondeo, me in causis, meæ decisioni oblatis, sive ad vitam, sive ad bona vel famam spectaverint, juste judicaturum, neque ad cujusquam vim, potentiam, cognationem, amicitiam, munus largitionemque, odium, offensam vel invidiam ullo modo respecturum esse; sed tantummodo Deum & justitiam ante oculos habiturum, secundum legem Regis Waldemari, ceterasque regni bonas & laudabiles constitutiones & consuetudines justissime sententias dicturum, atque tam pauperi, quam diviti, tam nobili, quam ignobili, tam peregrino, quam civi, idem juris beneficium & præsidium concessurum & procuraturum. Neque etiam, vel ante vel post sententiam pronunciatam, clam vel palam, ipse, vel per alium quemcunque, aliquid doni, muneris, largitionis, sive aurum fuerit, sive argentum, seu pecuniam, aut res pretio pecuniario æstimandas, ut eapropter cuiquam partium litigantium aliquid juris sui decedat aut detrahatur, sumam, accipiam, vel admittam. Ita me Deus juvet, & sanctum ejus verbum. Et quicunque dehinc fuerit deprehensus muneris & largitionis aliquid pro dicundo jure accepisse, pœnas tanti facinoris luet debitas. Etenim par est omnino, ut vir talis pœna afficiatur. Et quoniam animadvertimus & recordamur, ingentia illa in regno dissidia, cum seditione, damnis, pernicie, bello, cædibus, incendiis, sanguinisque effusione, quæ nuper sævierunt, ex aliis non fuisse causis orta, quam quod, ab obitu Regis FREDERICI, Episcopi noluerint Regem, futurum Regni caput, eligere, designare & subrogare: Hinc, ut ejusmodi malo tempestive occurratur, neve ejusmodi damnum & pernicies alias atque sæpius in regno oriatur, nos Regni Daniæ Senatores concordibus inter nos suffragiis decrevimus & ordinavimus, ut, vigente adhuc imperio ante nominatæ Regiæ Majestatis Domini nostri Clementissimi, ipsoque superstite, Regiæ ipsius Majestatis primogenitus Dux FREDERICUS in Dominum & Regem regni Danici eligatur & designetur, post excessum Parentis regnum aditurus; atque ut jam ab hoc usque tempore, Principis Daniæ nomine, quoad Dominus Parens ipsius vixerit, appelletur; post obitum autem Regiæ Majestatis, Electus Rex salutetur, donec Regium diadema publica inauguratione susceperit. Atque, si omnipotentis Dei consilio & decreto evenerit, ut Dux FREDERICUS ante excessum Regiæ Majestatis, dilectissimi & clementissimi Domini nostri, fatis concedat, Divinæque benignitati & providentiæ placuerit Regiæ Majestati alterum filium donare; tum & nos Danici Regni Consiliarii obstricti erimus, eundem Regiæ Majestatis filium eligere, designare & nominare, futurum ab obitu Domini Parentis sui Dominum Regemque nostrum. Sin vero, (quod avertat Deus!) idem alter filius ex hac vita decesserit, neque ullum amplius superstitem filium Regia Majestas habuerit, nos regni Daniæ Consiliarii, ex Regiæ Majestatis Clementissimi Domini nostri consilio, voluntate & scientia, eum statim, qui futurus Rex erit, & post Regiæ Majestatis e vita excessum regno Daniæ imperaturus, eligemus, & electum nominatumque palam declarabimus. Semper etiam hoc modo electus Principis Daniæ appellatione, quoad superstes Regia Majestas fuerit, gaudebit. Attamen idem, qui post Regiæ Majestatis obitum regno est admovendus, idem

zugelassen seyn, den Unflath so aus dem Hause, Hoff oder Stall gebracht worden, vor der Hauß-Thür auff der Gassen længer als drey Tage liegen zu lassen, unter drey Marck Straffe dem König und der Stadt. 78. Niemand mag ein heimliches Gemach næher als eine Elle so wol von der Stadt-Gassen als seines Nachbahren Haus haben, und muß solches in die Erde gegraben seyn, auch soll kein Unflath, weder auff der Stadt Gassen, noch auf des Nachbahren Hoff-Platz außstiessen, wer solches thut, soll dem König 3. Marck, der Stadt 3. Marck und seinem Nachbaren 3. Marck büssen, dafern er darüber angeklaget wird; Und muß noch über dem wieder aufgebrochen werden, was zu nahe gebauet ist. 79. Es muß auch keiner seinem Nachbahren mit bauen oder Steinbrücken zu legen, næher kommen, als der Vogt, Burgermeister und Rabt es für recht und billig befinden; wer solches tubt, muß dem König 3. Marck, und der Stadt eben so viel geben, auch was er solcher Gestalt gebauet hat, wieder aufbrechen. 80. Der Vogt, Burgermeister und Rabt sollen vollkommene Macht haben, derjenigen Güter, so ausserhalb der Stadt bürtig seynd, mit Arrest zu belegen, wann solche oder einige Bürger dieser Stadt mit Recht etwas von ihnen zu fodern haben, so lange biß sie ihre Bezahlung bekommen, die jenige aber ausgenommen, so in der Herrschaft Dienste sich befinden. 81. Nach St. Dionisii Tag mag ein jeder Bürger frey Hering fangen, und darff er nichts davor geben, weder wann er ein- noch außsegelt. 82. Der Schloß-Vogt, Burgermeister und Rabt sollen nach altem Gebrauch einen Stadt-Vogt erwehlen, damit keine Streitigkeit zwischen dem Schloß und der Stadt seyn möge. 83. Alle Bürger zu Kopenhaven (Helsingör) sollen jetzo und allezeit Zollfrey seyn, innerhalb des Reichs; zu Schanör, Falsterboe, Malmö, Dragoe, und an andern unsern Fischerey Ortern sollen sie aber von St. Bartholomæi biß St. Dionisii Tag den Zoll erlegen. 84. Niemand soll in der Stadt ein sicher Geleit, ohne des Vogts, Bürgermeisters und Rabts Consens haben. Des Königes Geleit gehet aber allen vor. 85. Wer in Dænnemarck, Schweden oder Norwegen unfrey erklehret ist, soll auch in Kopenhaven unfrey seyn, da man solchen findet, es sey dann daß er vom Könige Friede und Geleit sich zu wege bringen kan. 86. Wer mit falscher Elle, Gewicht, Scheffel, Pfund und anderen dergleichen Dingen betroffen wird, der soll das erstemahl dem König drey Marck, und der Stadt drey Marck, das ander mahl einem jeden 6. Marck geben, das dritte mahl hat er seiner Haab u. Güter sich verlustig gemacht, und muß er dazu noch die Stadt verlassen. 87. Der Rabt soll ein Hauß haben, worinnen richtiges Pfund und Schal-Gewicht beygelegt, und einem jeden sich darnach zu reguliren anbefohlen werden soll; was solches jærlich einbringt, gehöret dem Rabt, wie von Alters her gebræuchlich gewesen. 88. Wir haben aus sonderbarer Gunst und Gnade unsern Bürgermeistern und Rabt zu Kopenhaven, wegen ihrer Mühe und getreuen Dienste jæhrlich schatzfrey zu seyn vergönnet, jedoch andere Dienste, so sie uns zugleich mit der Stadt zu thun schuldig seynd außgenommen. 89. Wann ein Mann, Frau oder Knecht, so keine Erben allhier in der Stadt oder auffm Lande in der Næhe hat, in Kopenhaven stirbet, so soll der Rabt in des Vogts Gegenwart und mit seinem Wissen, dessen Güter in Verwahrung nehmen, so lange biß die rechte Erben mit richtigem Beweiß sich innerhalb Jahres Frist einstellen, und alsdann sollen ihnen solche Güter in des Vogts Gegenwart frey und ungehindert überliefert werden, die Erben aber dem König nur drey Marck geben, fals solche im Reich wohnen, so sie aber ausserhalb Reichs bürtig seynd, erlegen sie dem König, wie oben gemeldet, drey Marck und dem Rabt den zehenden Pfenning. Im Fall aber innerhalb Jahres Frist keine Erben sich einfinden, alsdann ist der König der Erbe, und sollen selbige Güter des Königes Vogt, oder welchen der König dazu verordnen wird, überliefert werden. Jedoch behælt der Rabt, wie oberwehnet, den zehenden Pfenning.

VI. Von denen, welche etwas verbrechen, oder ungebührlich leben.

90. Erstlich, wann jemand in der Stadt, wo es auch seyn mag, von einem Einwohner derselben, oder von einem, so anders woher bürtig ist, wider Recht geschlagen, gestossen oder gezogen wird, so sollen die nechste Nachbaren, dafern sie solches erfahren, es sey bey Tag oder bey Nacht, die Uhr mag seyn, was sie wolle, eilends zulauffen und den Unschuldigen erretten. Ist jemand unter den Nachbahren der solches wol weiß, und doch nicht retten wil, der soll dem König 5. Marck und der Stadt eben so viel geben. 91. Wer Straffe zu geben condemnirt ist, der muß zuerst dem, so den Schaden bekommen, darnach dem König und der Stadt, nach Beschaffenheit der Sachen, solche erlegen. 92. Wann man gewahr wird, daß eine Gefahr oder Verræhterey wider das Schloß zu Kopenhaven in oder ausserhalb desselben obhanden, so sollen alle Bürger und Gemeine von stund an mit ihrem Gewehr færtig seyn, umb das Schloß mit aller Macht zu entsetzen; fals jemand, der frisch ist, solches unterlæsset, so soll er dem König und der Stadt den halben Theil seiner Haab und Güter verbrochen haben. Gleichergestalt soll der Schloß-Vogt auch der Stadt, wann sie dessen benöhtiget seyn solte, mit seinem Volck zu Hülffe kommen, doch so daß er unterdessen das Schloß als woran am meisten gelegen, wol in acht nehme. 93. Wer einem Bürger mit Worten oder Schlægen dræuet, und mit Recht sich nicht wil vergnügen lassen, der sol Bürgen und Versicherung stellen, daß er, weder durch sich selbst, noch durch andere, demselben Schaden tuhn, noch zufügen lassen wil. Fals er aber keine Bürgen stellen wil, so sol er in der Stadt Gefængnüs gesetzet werden, so lange biß er sich eines bessern bedencket, dafern er vor dem Vogt und Burgermeister desfals verklagt wird. 94. Wann jemand sich in der Stadt versündiget, und ohngestraffet weggehet, so soll dessen Nahme in das Stadt-Buch geschrieben werden, und darin so lange bestehen bleiben, biß er wegen seiner Unthat geziemende Straffe außgestanden; Wird ein solcher aber ergriffen, so soll er, nachdem er viel oder wenig verbrochen hat, gestraffet werden. 95. Es soll kein Testament außgefærtiget werden, noch eher gültig seyn biß des Verstorbenen Schuld denen, so mit Recht etwas von ihm zu fordern gehabt haben, bezablet worden. 96. Wer eine Manns- oder Frauens-Persohn in der Stadt erwürget, der soll Leib für Leib, wo und wann

er ergriffen wird, lassen. 97. Wer jemand mit einem Degen, Messer oder andern Gewehr verwundet, der soll dem, so eine Ohrfeige bekommen sechs Marck, und dem so eine trockene Mund-Wunde empfangen. 12. Marck, dem König und der Stadt jedem auch so viel zur Straffe geben; fals aber die Wunde tieff oder groß ist, sol der Thæter, nach einiger Bieder-Mænner Gutdüncken, gestraffet werden. 98. Dafern auch ein Verwundeter wegen seiner Wunde oder Schlæge grosse Schmertzen empfindet, soll es vom Vogt und Bürgermeister consideriret und der Thæter nach ihrem Gutbefinden gestraffet werden. 99. Wann ein thörichter Mensch etwas verbricht, und nichts davor zu bezahlen hat, der soll vom Vogt, Bürgermeister und Raht, seinem Verbrechen nach, gepeiniget und gestraffet werden. 100. Wer im Zorn und mit Vorsatz jemandes Hand oder Fuß abhauet, oder ein Auge austicht, der hat seinen Hals auch Haab und Gut dem König verbrochen. 101. Wer einen andern mit einem Stück Holtz, Steinen, mit einer Keulen oder Knochen schlæget oder wirfft, doch so daß er nicht verwundet, noch an seinen Gliedern verletzet wird, der soll dem, so den Schaden bekommen, sechs Marck, dem König und der Stadt jedem auch so viel geben. 102. Wann jemand dergestalt mit Schlægen zugerichtet wird, daß er sich zu Hause tragen lassen muß, so soll der selbigen 40. M. dem König und der Stadt aber jedem 20. M. zur Straffe geben. 103. Wann jemand einem andern Nasen-Stieber giebet, in die Haare ziehet, oder auf die Nase, Backen oder anderwerts auf seinem Leib hart angreiffet, und dessen Kleider mit den Hænden zerreisset, oder mit einem Degen und Messer zerschneidet, oder ihn in den Kobt stosset, und im Zorn übern hauffen wirfft, so soll er dem, so den Schaden bekommen drey Marc, dem König und der Stadt jedem auch so viel geben. 104. Wann über doppeln und spielen Schlæge oder Ohrfeigen außgetheilet werden, so soll der, welcher die Schlæge und den Schaden bekombt, keine Erstattung haben, der Thæter aber dem König und der Stadt nach seinem Verbrechen büssen. Wer über doppeln und spielen erschlagen wird, der soll unter dem Galgen begraben werden, der Thæter aber Leib für Leib lassen. 105. Wer in eines frembden Mannes Hauß oder Hof mit diesem Vorsatz gehet, um den Wirth oder die Wirthin, einige vom Gesinde oder sonsten jemand von denen, so im Hause sich aufhalten, zu schlagen, der hat seinen Hals auch Haab und Gut dem König verbrochen. 106. Wer in eines andern Hause oder Hoff mit einem Armbrust schiesset, oder wirfft Spiesse, Beilen, Steine oder dergleichen Sachen, damit man Leuten Schaden zufügen kan, hinein, und beschædiget damit jemand, der hat seinen Hals verbrochen. Selbiges Recht soll auch, wann jemand in seinem eigenen Schiffe verwundet oder todt geschlagen wird, gehalten werden. 107. Wer einem andern mit Vorsatz und im Zorn ins Wasser stosset, der soll demselben sechs Mark, dem Könige und der Stadt jedem auch so viel geben. 108. Wer einen Ubelthater auff seiner Flucht ergreiffet, und solchen in des Vogts Hænde liefert, der soll einen Theil von den Straff-Geldern, für seine Mühe haben, und zwar so viel als Bürgermeister und Raht ihm zulegen werden. 109. Wer den Marckt-Frieden bricht am Tage, wann selbiges gehalten wird, der soll dem, so darüber zu kurtz komt, viertzig Mank, dem König und der Stadt jedem so viel geben, und solcher Friede soll von der Sonnen Aufgang biß zu derselben Untergang wæren. 110. Alle Diebe, so in der Stadt gegriffen werden, sollen biß an den nechsten Gerichts-Tag in des Vogts Verwahrung bleiben, und soll der Vogt von jeder Mannschafft, so in Kopenhagen wohnet, vier Pfenning davor einzufodern haben. 111. Wann ein Gast, oder einer so ausserhalb der Stadt bürdig ist, einen Dieb von dem er bestohlen worden, in Kopenhagen ertappet, so mag er ihn allda richten lassen, und sich selbst alda Richter erwehlen; will er ihn aber mit sich weg führen, so kan ers auch thun, jedoch daß es mit des Vogts und des Rahts Erlaubnis geschehe. 112. Wer überzeuget worden, daß er bey Nachtzeit des Königes und der Stadt Wæchter mit Vorsatz geschlagen, der hat seinen Hals auch Haab und Gut dem König verbrochen, kan er aber dessen nicht überzeuget werden, und man doch Argwohn auf ihn hat, so soll er sich durch zwölff Mænner Eyd purgiren. 113. Wann auch ein Wæchter jemand ohne Ursache geschlagen, so soll er gleiche Straffe zu gewarten haben. 114. Wann der Wæchter nach neun Uhren in der Nacht jemand auff der Strassen findet, so soll er selbigen nach seiner Herberge begleiten, hat er aber keine, so soll er Bürgen stellen, oder in der Stadt Verwahrung gesetzet werden, biß an den Morgen, und alsdann Rede und Antwort geben: Warumb er so spæt auff der Gassen gegangen. 115. Wann die Wachtklocke gezogen wird, so sollen alle Wæchter an ihrem Orte fertig seyn, und ein jeder seine Wacht woll verrichten, biß dieselbe Wachtklocke des Morgens wieder geleutet wird, und alsdann sollen die Stadt-Ffortner sich bey den Pforten einfinden und dieselbe biß sie des Abends wieder geschlossen werden, warnehmen. Wer nun solches nicht thut, und schlaffend gefunden wird, der sol der Stadt 3. Mk, und da ein Feind vor derselben ist, dem König 40. Mk. u. der Stadt auch so viel geben. 116. Wann ein Mann oder Knecht eine Frau oder Jungfer nothzüchtiget, so hat er seinen Hals verbrochen. 117. Wer jemand im Zorn oder beym Trunck einen Schelm nennet oder auf andere Weise ausschilt, der soll demjenigen, welchen er schilt 3. Marck, dem König und der Stadt jedem auch 3. Marck geben. 118. Wann ein Mann oder Frau einen Biedermann, Knecht, Frau oder Jungfer einen Dieb, Verræther oder dergleichen so die Ehre angreift und er doch nicht beweisen kan, ausschilt, so soll er demjenigen, welchen er gescholten hat, zweymahl 40. Marck geben, und Abbitte thun, auch dem König 40. Marck und der Stadt eben so viel geben. Hat er aber das Vermögen nicht so viel auszugeben, so soll er am Pranger gestrichen werden, oder auch sich auf andere Manier, wie er mit dem Vogt, Burgermeister und Rath einig werden kan, davon frey machen. 119. Wann auch jemand auf obberührte Manier, diejenige, so wegen solcher Dinge offenbahr berüchtiget seynd, ausschilt, und er doch solches nicht beweisen kan, der muß solchen berüchtigten Leuten 3. Mk. dem König und der Stadt jedem eben so viel geben, so lange biß die ausgescholtene sich deßhalber gebührender massen purgiret haben. Thut jemand solches hernach, so soll derselbe solche Straffe, wie obstehet, völlig leiden. 120. Wann auch ein böses Weib einem

nem Biederman oder einer ehrlichen Frauen übels nachredet, welches sie keines weges beweisen kan, so sol solche Verlæumbderin am Pranger gestæupet werden, und darnach Steine aus der Staat tragen, auch ihre Güter dem Könige und der Stadt verfallen seyn. (*) *12. Alle diese vorgeschriebene Articuln haben Wir, vorgedachten unseren lieben getreuen Bürgermeistern, Rahts-Verwandten, Bürgern und Gemeinen in Kopenhaven* (Helsingor) *gnædigst vergönnet und gegeben, damit diese unsere Residentz (Stadt) dadurch in Auffnehmen gerahten möge, jedoch wollen Wir vollkommene Macht behalten, solche Freyheiten zu verbessern, zu vermehren und zu vermindern, nachdem Wir solches für rahtsam erachten werden; Verbieten demnach allen und jeden, wer die auch seyn mögen, insonderheit unseren Vögten, Ambtmænnern, Verwaltern, wie auch vorgedachten unsern Bürgermeistern und Rahtsverwandten, Bürgern und Gemeinen, wider diese unsere gegebene Freyheiten und Gnade zu thun, noch in einige Wege verhinderlich zu seyn, daß solchen nicht in allen Puncten nachgelebet werden möge, bey Vermeidung unserer Ungnade und willkürlicher Straffe.* Datum in castro nostro Hafnia Anno Dn. millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, ipso die beati *Calixti Papæ & Martyris*, nostræ MAJESTATIS sub sigillo, anno vero regnorum nostrorum *Dacie* quarto, *Svecie* tertio, *Norvegie* secundo. d. 16.

(*) Codices MSC. Statutorum Helsingoræ numerant quidem articulos saltim CXVIII. sed continent tamen plena Statutorum Hafnienſium argumenta.

XXV.

LEGES PROVINCIALES TERRÆ SCANIÆ A WALDEMARO I. REGE DANIÆ A. 1163. SANCITÆ E DANICO LATINE REDDITÆ AB ANDREA SVNONIS DE KNARDERVP F. PRODEVNT E CODICE HVITFELDIANO, ACCEDENTE COLLATIONE CVM *JVRE CIMBRICO* VVLGO *JVTISCH LOWBVCH*, CVJVS PRIMARII FONTES SVNT LEGES *SCANIÆ* ET *SEELANDIÆ*.

Lectorem. Cum ante aliquot annos undique hic in regno investigarem de documentis & antiquitatibus quæ ad Historias Danicas ornandas & conscribendas usui esse possent: Eaque de causa, tam publicas quam privatorum Bibliothecas lustrarem, reperi quoque vetustum hunc legum SCANIÆ in membrana manuscriptum codicem, quem ante annos 400. ex danico Latinum fecit Archiepiscopus Lundensis ANDREAS, non quidem verbum verbo reddens, sed sensum & materias sub certis titulis comprehendens. Fuit is SVNONIS de Knarderup Filius, pronepos ex fratre ABSALONIS illius omnis ævi celeberrimi qui SORENSE monasterium condidit, ejusdemque in Archiepiscopatu successor. SAXO in præfatione librorum suorum quos eidem dedicavit, ait eum sigilli Regii custodem, sive a secretis Regi CANVTO fuisse, atque da id doctrinæ faltigium perveniſſe quod publicam Lutetiæ professionem faceret. Sane non vulgaris doctrinæ fuisse ostendit præter hoc opus: etiam aliud ipsius Hexaemeron sive de creatione mundi carmen Heroicum elegantissimum, quod suo tempore quoque in lucem dabitur. VALDEMARO II. Regi pro Christianæ relligionis propagatione & implantatione in Æstonia belligeranti adfuit, non saltem ut miles, Dux & Consiliarius, quemadmodum & cæteri ante ipsum Episcopi, more sæculi istius, reges in bello subsequebantur, sed etiam tanquam flamen & in istis Regionibus sacrorum ordinator, unde etiam nunc apostolus apud ipsos nuncupatur. Monasterio SORENSI XIV. pagos contulit, constructisque in area inferiore nonnullis lapideis ædificiis egregie ornavit, ne & ipse de Republica & relligione Christiana minus sollicitus esse videretur quam cognatus, utque hoc pacto perpetuum extaret monumentum laudis, memoriæ & parentelæ eorum. Post diuturnos tandem functionis & militiæ labores, morbo quoque incurabili accedente, Archiepiscopatum resignat, solitariam vitam in insula *yffoo* deligens, ubi paulo post mortuus: corpus LUNDIAM transfertur in Beatæ Marthæ sacellum, ubi etiam nunc in parietis muro sepultura conspicitur. Ut vero ad præsens opus Legum revertar, neque de authore plura recenseam, id qua potui diligentia revidi, nonnullis etiam in locis ubi necessum fuit emendavi atque restitui. Exemplar enim quod nactus eram multis in locis depravate scriptum erat. Ac tametsi jus hoc in multis hodie non obtineat, quin in nonnullis articulis novis Regum constitutionibus, præcipue vero CHRISTIANI III. recessu, pro temporum & rerum nunc præsenti statu immutatum atque adauctum sit: Edendum tamen in vulgus putabam, ut vel hoc documento sit illud etiam seculum doctos homines habuisse, hasque aquilonares regiones non ita barbaras, ut quorundam fert opinio, fuisse: cum tamen vicinis in locis magna ubique tum temporis fuerit Barbaries. Tum quoque ut exteræ nationes (si forte has pagellas aliquo exportari contigerit) intelligant, quo jure quibus legibus res Danorum antiquitus steterit. Quin etiam ut nostrates verum & genuinum legum sensum ex hac antiquissimi authoris versione assequantur si forte perperam hactenus leges in quibusdam intellexerunt: quo enim author propior fuit origini, Legislatori & primævæ majorum institutioni atque observationi: tanto majorem veræ translationis & genuini sensus fidem retinet. Porro triplici provinciali jure in DANIA utimur. Alio enim in SCANIA gaudent Alio SELANDI LOLANDI FALSTRII & MEONES utuntur, tertio Cymbri in utraque JUTIA boreali, nimirum & meridionali, qui & SLESVICENSIS ducatus dicitur, quod etiam jus FIONIS commune est. Verisimile autem est introducta apud nos Christiana relligione & nondum Academia constituta homines nostros exteras Regiones tam studiorum quam scientiæ & experientiæ causa adiisse, qui cum Leges decreta & instituta exterorum principum Christiani orbis diligenter expendissent, demumque in patriam rediissent, ubi alii Episcopi alii Prælati alii aliis conspicui dignitatibus extiterunt, eosdem tanquam primarii consilii viros,

viros, authores fuisse regibus ad suam rempubl. multa transferendi atque mutuandi quæ Leges cum diversis constitutionibus comprehenderentur, atque sub diversis regibus subinde emanarent, VALDEMARUS primus tandem cognomento Magnus circiter annum Domini 1163. de consensu ordinum provincialium SCANIÆ primus has scripto publico in ordinem redegit, ut in tanta constitutionum & edictorum varietate certum & congestum aliquod corpus extaret, quod subditi sequerentur, retentis saltem iis Legibus & consuetudinibus veterum quæ Christianis moribus inconvenientes non essent. Extant namque constitutiones CANUTI Magni DANIÆ & ANGLIÆ Regis, ERICI Cyprii cognomento boni aliorumque Regum, Legibus hisce multo antiquiores, ut non plane sine Legibus ante vixisse manifestum sit. VALDEMARUS autem II. CANUTI frater paternum imitatus exemplum An. 1240. Cymbricas leges comitiis VORDINGBORGENSIBUS protulit, præsentibus filiis ERICO ABELE, & CHRISTOPHORO, Ducibus UFFONE Lundensi, IVARO Othoniensi, JOHANNE Slesvicensi, GUNARO Ripensi, PETRO Ahrhusiensi, GUNARO Viburgensi, JOHANNE Burglaviensi Episcopis, cæterisque Regni consiliariis. Selandicas Leges alii VALDEMARUM secundum eodem Anno quo Cymbricas condidisse, alii ERICO filio ipsius eas adscribunt. Ego potius VALDEMARUM primum authorem existimaverim, & errore Typographi vulgus adductum ut Legislatorem VALDEMARUM II. faceret, qui eandem præfationem Cymbricarum sub dato eodem tam SELANDICIS quam SCANICIS præfixit, quasi VALDEMARUS II. Omnibus provinciis nostris uno & eodem tempore, Leges dedisset. Cum tamen manuscriptis in Membrana antiquis Codicibus præfatio prædicta desit. Falsam vero eam esse opinionem quod Scaniæ leges uno & eodem tempore cum Cymbricis conditæ sint, non tantum ex Annalibus & Chronologiis nostris constat, (quæ habent VALDEMARUM I. Anno 1163. Leges SCANIÆ condidisse,) sed inde etiam manifestum est quod UFFO Archiepiscopus condendis cymbricis VALDEMARO II. adfuerit, ANDREA tum mortuo. Non enim vertere in latinum potuisset qui ante UFFONEM vixit nisi ante UFFONIS tempora extitissent. Tamen VALDEMARUS II. (cujus etiam tempora ANDREAS contigit) quemadmodum & CANUTUS frater ipsius & antecessor nonnullis constitutionibus Jus hoc adjuverunt, quæ etiam in hunc Codicem relatæ sunt sed multo ante tempore quam Cymbricæ Leges ederentur. Certum itaque manet supputatione Annalium facta, Leges SCANIÆ 80. Annis antiquiores Cymbricis esse. Præterea Cymbricæ Leges utpote posterius conditæ cæteris omnibus Legibus provincialibus nostris præstant, tam æquitate quam forma & modo procedendi atque ut ita dicam præ cæteris perfectionem quandam habent, quæ perfectio etiam SELANDICIS deest quod legenti & intelligenti facile dijudicatu erit. Ut vel hinc, etiam adducar credere VALDEMARUM I. Selandicarum authorem fuisse: alias nobis eas tam perfectas ut sunt Cymbricæ reliquisset. Nihilominus non inficias eo VALDEMARUM II. easdem Selandicas subditis denuo confirmasse, & filium ejus ERICUM in multis auxisse. Cymbricæ ergo Leges perfectione forma & modo lites persequendi & decidendi præstant. Scaniæ & Selandicæ antiquitate illa simplici gaudent. Atque id vel maxime in Scanicis vituperandum est, quod pleræque causæ purgatione sacramentalium decidantur, cum Cymbricæ Leges testimonio & judicio causas evinci volunt. Omnes tamen hæ Leges magna ex parte originem habent ex jure SAXONICO, quod cuivis facile deprendere licet cui eas cum libro *Saxenspiegel* vulgo dicto contulerit. Quod si quis in uno Regno tantam Legum provincialium admiretur diversitatem, advertat quoque diversas provincias diversis uti consuetudinibus, antenominatas quoque provincias sub diversis aliquando Regibus vixisse, qui cum diversas Leges conderent, iisque assueti essent homines, non magis illis quam moribus avitis adhærebant, adeo ut Sacramento Reges, in singulis eorum inaugurationibus ad earum observationem adigerent. Namque ut superiora secula non memorem, VALDEMARI primi tempore triumviratus erat in Dania: SVENO enim Scaniæ, CANUTUS Selandiæ, prædictus VALDEMARUS Cymbriæ imperabat antequam CANUTO postea nefarie in convivio a SVENONE occiso, SVENONE a VALDEMARO acie in *Gratemose* cæso, VALDEMARUS solus Daniæ Monarchia potiretur. Necessarium porro fuit primis Legislatoribus in quibusdam cedere consuetudini susceptæ, cujusque provinciæ, quod feroces homines ævi istius qui diversas ante Leges tulerant, tam subitam innovationem vix ferre potuissent. Optandum sane esset, quoniam sub uno Rege degimus, uno utimur regni Senatu, unum est supremum regium forum, ad quod ultimo appellatur, Unis quoque nos Legibus vivere & Cymbricas tanquam præstantiores in universum obtinere, additis quæ Recessu antedicto, corriguntur & aliis postea constitutionibus sancita sunt, ut perfectum juris corpus tandem extaret, quod omnibus in patulo esset. Mores nostri post tam longam cohabitationem sub unis regib9 facile id deinceps tolerabunt. Nec is nunc est fervor nostrorum hominum qui fuit istis seculis, nec ea nunc sunt tempora vel pericula quæ antiquis Legislatoribus erant pertimescenda. Adde quod Recessus CHRISTIANI III. qui in omnibus provinciis observatur, antiquis Legibus in multis derogat nosque fere in maximis, sub unis legibus coalescere tacite facit, quin unica ἀμνηστία impositis iis controversiis & causis quæ hactenus alio jure decisæ essent, omnibus legitiis ansa præscindi posset, quæ suboriri possent, ut vel nihil hinc incommodi, imo plus utilitatis & concordiæ ad nos redundaturum esset. Cogitaveram ego quoque initio hisce Legib. nimirum Scaniæ notas adjungere, quibus in paragraphis correctionem admiserunt per recessum antedictum, quibus in articulis obsoletæ essent, postea mutato consilio privata id attentare authoritate non accedente publica, supersedi, interim benevole Lector hisce utere fruere & Vale, ex Museo nostro Tryggeveldiæ 12. Novembr. Anno 1589.

ARNOLDUS
HUITFELDIUS.

Lib. I. C. 1. De ventre in possessionem transmittendo: & quæ portio uxorem superstitem contingat: & cujus sit defensio, Si quæstio oriatur de partu, an sit vivus procreatus, an baptizatus, an parenti supervixerit. Marito defuncto sine liberis, si se uxor illius asserat imprægnatam: ob spem futuræ sobolis, indivisæ debet hæreditati, cum *suo legitimo defensore viginti septimanarum* spatio providere. Quo transacto tempore, si veracium matronarum intuentium ventrem testimonio, spem futuræ prolis inanem fuisse constiterit, omnia quæ in hæreditate sunt mobilia, vel se moventia, vel immobilia, pretio, tempore matrimonii comparata, æquis sunt partibus dividenda: medietate hæredes defuncti proximos, cum prædiis, quæ propria ipsius fuerant: & uxorem altera cum suis prædiis contingente: Probatione per duorum testimonium, cum duodeno nominatorum XII. ab adversario de probantis progenie juramento, semper affirmante, non negante, partum post viri obitum procreatum, aut adeptum baptismatis sacramentum, si super aliquo istorum casuum oriatur quæstio, incumbente. Non uxore, sed ejus defensore, jurisjurandi religionem exhibente.

2. *Qui non regeneratus est baptismatis sacramento, hæreditatem consequi non potest.* Non regeneratus baptismatis sacramento, ac si nunquam fuisset generatus, nullum potest hæreditatis commodum obtinere.

3. *De bonis avitis, quæ portio contingat nepotes post obitum filii familias.* Filius familias in sacris paternis constitutus cum uxore: si sine definitione certæ quantitatis, bonis patris addiderit bona, quæ ipse habuit cum uxore: quotcunque fuerint filii, de communi substantia, etiam prædiorum, post contractas nuptias comparatorum, cum avo & aliis consortibus post obitum patris, viriles & æquales accipient portiones, per priorem gradum ab aliis prædiis excludendi. Si vero in mansione patris, bona, quæ habuit cum uxore, fuerint definita: illa sola, si vivente avo pater obierit, filii, quæcunque fuerint, obtinebunt.

4. *Quæ portio contingat privignum vel privignam post obitum novercæ, & quæ facienda sit divisio: & qualiter hæreditates compensandæ.* Patri familias non habenti liberos vel habenti, si mulier nupserit, & ad eum cum liberis vel sine liberis, cum bonis suis transierit: si non fuerit determinatum, quæ portio quemque contingat, quantumvis dispar fuerit bonorum collatio: partes tamen omnes pares, cum a communione recesserint, obtinebunt, salva sexus prærogativa, *ut masculus duplo magis quam fœmina consequatur,* nisi uxor fuerit vel mater, quæ marito vel filiis adæquatur: & tum consortii masculini gratia, præfertur filiabus. Huic divisioni tantum mobilia & immobilia subjacent a tempore nuptiarum pretio comparata: Alia prædia, novaque hæreditas, quæ post contractas nuptias alteri accessit conjugum, suos semper dominos comitantur: Nisi patrem ad bonorum omnium, tam immobilium quam mobilium vocet consortium, superstes procreata soboles, maternorum: Matre tamen ad paternorum prædiorum participium nullatenus aspirante, sed solo patre, propter laboriosæ provisionis onera illud sibi privilegium vendicante. Et nisi hæreditatem, licet uberiorem vel hæreditates prævie objectas habeant, primo objecta hæreditas, haud tribus marcis exilior (exceptis immobilibus) ad partitionis rationem pertrahit: ratione eadem, quotcunque e novo sibi e contra delatæ occurrerint hæreditates, numero pares licet censu sint impares compensantur. Si quæ tamen pars numero concurrentium hæreditatum excreverit, absque divisionis minutione, id ei (nisi quid ex ea etiam ad communes usus consumptum fuerit) permanebit.

5. *Quid Juris sit, si bona uxoris alienata fuerint a marito, nulla prole suscitata aut superstite.* Nulla prole suscitata vel superstite, alienare non debet prædium uxoris maritus. Si tamen alienaverit, stabit alienatio per uxorem (cui non convenit de viro suo conqueri) nullatenus infringenda vel infirmanda: Sed ab eo, jure divino, vel ab ejus hærede, quamvis communi filio: si duro mortis imperio soluta fuerit ipsa vel ejus hæres: terræ suæ, quam constat alienatam fuisse, in terra, vel si terra defuerit, in rebus quibuslibet, juste æstimatis, recipiet recompensationem. Marito vel ejus hærede, probante quantitatem distractæ terræ, si super ea orta fuerit dissensio, negationem etiam si negaverit alienationem, duodeno suo & bondonum duodecim qui suo nomine possident terras, juramento. E contra marito, cui pro libito suis est uti licitum: si quid in quoscunque usus distraxerit: non recompensabitur ab uxore, vel ejus hæredibus ab hujus hærede. Si quid tamen de pretio mariti remanere constiterit inconsumptum, ipsi vel ejus hæredi relinquitur indivisum.

Jus Jut. L. I. c. 35.

Jus Jut. L. I. c. 40.

6. *Quod aurum vice prædii fungitur in divisione.* Aurum patrimoniale licet sit mobile, patrimonialis tamen prædii vice fungitur in divisione. Sed quæ prædia etiam auro fuerint comparata, quantum ad divisionem mobilium naturam imitantur. Quicquid tamen ex auro consumptum fuerit, ex parte neutra restituatur.

7. *De trina citatione.* Si quis ad jus citatus venire contempserit, in duabus oris erit adversario pro qualibet citatione: & in tribus marcis Regi: tandem pro citatione tertia condemnandus. Post hoc si se præsentaverit. & se non noluisse sed non potuisse venire, vel minus legitime, vel minime citatum fuisse, duodeno docuerit juramento, omnem evacuare poterit condemnationem, principalem litem iterum subiturus.

8. *Quoto juramento fidem facere debeat, qui negat totalem hæreditatem vel partem.* Si quis delatam alii hæreditatem ad se negaverit pervenisse: licet tribus marcis nihil amplius continentem: ut fidem & robur obtineat sua negatio, 36. bondonum requitur juramentum. At si quid se confessus fuerit accepisse, ad ipsius solutionem, dum tamen minus non fuerit una ora nummorum, cum duodeno bondonum juramento, quod nil amplius ad eum pervenerit, a petitione se poterit liberare.

9. *De communis consortii lucro vel damno.* Universos contingit de communi consortio, quicquid vel culpa amittitur vel industria conquiritur singulorum.

10. *Qualiter emancipatio fieri debeat, vel quid juris sit si fiat.* Volens emancipare filium in jure, coram omnibus proteſtetur, quod eum a ſua liberet poteſtate, & quod nolit de factis ejus de cætero reſpondere, Nulli de cætero reſponſurus de ſuis exceſſibus præter reatum Homicidii, interdum etiam a cognatis emendandum. Probaturus etiam emancipationem ſi ſuper ea re oritur quæſtio, duobus teſtibus teſtificantibus, quod interfuerint in communi jure ipſius legitimæ promulgationi. Et e contra, ſi pater emancipationem voluerit diffiteri: audietur negationem ſuam duodeno corroborans juramento, ut ſemper adverſus filium patri defenſio deferatur. Nec cogendus eſt pater, emancipato aliquid de ſuis bonis ſupra ſuæ voluntatis beneplacitum aſſignare. Nec de bonis maternis quicquam filium poſt mortem matris contingentibus contra voluntatem filii retenturus.

Jus Jut. L. I c. 7. §. 1. in f.

11. *Quid juris ſit, defuncto filio familias, vel emancipato, vitrico vel noverca quantum ad ſucceſſionem.* Patre & matre ſuperſtite, defunctus filius familias nullum habet ac ſi nunquam fuiſſet genitus, ſucceſſorem. Emancipato *ſine poſteritate defuncto ſolus pater ſuccedit*, excluſis *fratribus*, *tam emancipatis quam in poteſtate* patria conſtitutis quam ex matre tantum conjunctis, licet ipſi ad bona vitrici non debeant aſpirare. Partem facit defuncto vitrico, vel noverca, relictus privignus vel privigna, in communione cum filiis vel filiabus perſonæ mortuæ, ipſis tantummodo relinquendam. Poſt patris obitum, cuicunque ſine poſteris diſcedenti filio, cum matre ſuccedunt ſorores pariter & fratres. Emancipati tamen ad communia bona cum fratribus partienda, nullatenus admittuntur, niſi reportaverint quæcunque eis prius a patre fuerunt deſignata. Regi quoque in tribus marcis iidem ſunt condemnandi, niſi ſtatuto die in communi jure quicquid acceperint, parati fuerint reportare, facienda fide duodeno Sacramento, ſi ſuper quantitate referendorum fuerit dubitatum. Poſt viri obitum, uxore relicta, relictisque filiis quibusdam, communibus quibusdam privignis uxoris, non eſt defuncto portio de bonis communibus facienda quæ uxori penitus auferatur, & ſolis filiis relinquatur.

Jus Jut. L. I c. 9. §. 1. ſq.

12. *De iniqua differentia tollenda anteriorum & poſteriorum in ſucceſſione matris.* Iniqua differentia ſublata anteriorum & poſteriorum: ad defunctæ matris hæreditatem in omnibus tam mobilibus quam immobilibus dividendam: æque admittuntur filii priores ex maritis prioribus, ut poſteriores ex marito noviſſimo ſuſcitati.

13. *Quod illi hæredes potiores habeantur in defenſione, qui commune aliquid dicunt, quam qui proprium allegant.* Illis vocatis, ad ea quæ poſt mortem alicujus relicta ſunt dividenda, qui terram aliquam allegant pretio comparatam, & ſic ad omnes conſortes pariter pervenire, cum duodeno deferri debet defenſio ſacramento. Non illis qui patrimonialem dicentes eam ſibi ſolis cupiunt vendicare. Idem obſervatur inter hæredes tantum ex altero parente conjunctos, ut illis tantum defenſio deferatur, qui ad omnes ex quacunque cauſa contendunt aliquid pertinere. Vel utraque pars ex uno tantum parente conjunctorum, ſibi diſſidentium: de communi ſex viros nominet parentela, ut illi duodecim nominati (ſacramento prius præſtito, quod a juſticiæ non velint tramite deviare), determinando quæ terræ patris fuerant & quæ matris, & quæ pretio comparatæ, omnem eis amputent ſuper diviſione facienda materiam litigandi. Pari modo inter fratres ex utroque parente conjunctos ſuper partitione bonorum eſt omnis controverſia ſopienda.

L. II. C. 1. Qui quibus in ſucceſſione præferuntur. Naturali ſtatutum eſt æquitate, ut excluſis aſcendentibus & transverſalibus, primo hæreditas ſolis deſcendentibus deferatur, ſalva graduum prærogativa: ut priores in gradu ſemper poſterioribus præferantur. Succedentes ergo in primo gradu filii & filiæ viriles accipiunt portiones, ſervato tamen ſexus privilegio, ut *ſemper filio duplo major quam filiæ pars hæreditaria relinquatur.* Deficientibus primi gradus liberis, admittuntur neptes & nepotes non viriliter ſed in ſtirpes, ut ex illis quiquam nihil amplius obtineant, quam parentes eorum ſi viverent, obtinerent. Puta unica neptis ex Filio defuncto relicta, duplo majorem recipiet portionem quam nepotes & neptes quotcunque fuerint ex defuncta filia procreati: Inter illos tamen qui ex uno parente prodeunt, ſexus differentia cuſtodita. Ceſſantibus duobus primis gradibus, pronepotes & proneptes, absque ſexus differentia, omnes æqualiter admittuntur, eodem jure in cunctis gradibus ulterioribus obſervato. Ceſſante linea deſcendente, & deficientibus patre & matre in linea aſcendente, & fratribus ac ſororibus in linea tranſverſali, Avus paternus & avia paterna, avus maternus & avia materna, patruus & amita, avunculus & matertera: fratris & ſororis filii & filiæ, omnes æquales partes, excluſa ſexus differentia, conſequentur.

Jus Jut. c. 5. §.

2. *Quid ſeculo renunciantibus, monaſterio conferri poſſit a ſano vel ægro, a tranſeunte ad religionem vel non tranſeunte.* Cui licet & libet mundum relinquere: licet quoque cum bonis omnibus ipſum contingentibus, ſi ſanus eſt, & incolumis, religionis cauſa monaſterium introire. Si vero propter gravis morbi periculum, de rebus ſuis diſponere urgeatur, medietatem tantum portionis ipſum contingentem, conferendi habet monaſteriis ſive extraneis quibus voluerit facultatem: medietate reliqua non ad uxorem ſed ad filios tantum & filias pertinente. Ipſum vero contingens portio nominatur, quæ diviſione facta, inter filios & filias ac ipſum, & alios ſi qui fuerint communium bonorum conſortes, ſibi ſoli competere comprobatur. Si vero ſolus ſit & absque liberis: cuncta quæ poſſidet, ipſum ſunt contingentia, ut de illis ſicut determinatum eſt, ordinandi habeat poteſtatem. Ad religionem converſus, velut mundo mortuus, ad nullum habet de cætero ſucceſſionis commodum aſpirare: niſi quid ei religionis vel alterius favoris intuitu conferatur.

3. *Quantum liceat patri nepotibus conferre viventibus filiis & eorundem nepotum patruis.* Licet cuique poſt mortem filii, quantum ipſi deberet, ſi viveret, ejus filio nepoti conferre, cui ſi ſuper

super collatis possessionibus imperatur: defertur defensio possidenti duodeni juramenti, & duorum assistentium per scotationem ab avo factæ legitimæ dationi, probatione tantum duodeni juramenti. Si nepos non possideat, hæredi proximo concedenda, quod ab avo terræ de quibus agitur, nullatenus scotatæ fuissent.

4. *De transeuntibus pro alimonia in alterius potestatem.* Si quis propter rerum penuriam, vel propter corporis debilitatem ex torpore senii, vel languoris angustia precedentem: vel ob alia miserabilia fortunæ gravamina, sibi non sufficiat vitæ necessaria procurare, cum hæredibus suis conveniat, ut inter eos, bona quæ possidet, partiatur: ab eis per vices circumeundo singulos vitæ necessaria recepturus, in communi jure facta coram omnibus protestatione, ne sic legitime facta conventio vel valeat immutari vel in dubium revocari. Si vero singulos ita noluerit circumire, in divisione bonorum unam sibi retineat portionem, & cum ea ad quem voluerit hæredum accedat. Illo ad quem accesserit partem illam, si tantum tres marcas vel minus valeat obtinente Si quid vero super tres marcas excreverit, decrepito defuncto, dividendum universis hæredibus attinebit. Si vero nullus cognatorum ei voluerit necessaria ministrare, in jure dies præfigatur, in quo si cognati cum eo noluerint convenire, libertatem habeat cum bonis suis, ad extraneum quem voluerit, transeundi. Transeuntem pro alimonia in alterius potestatem, quicquid lucri vel damni, pro suorum excessuum satisfactione, si sui juris esset, respiceret, hoc ad suscipientem eum similiter pertinebit. Unde suscepto vel occiso vel alium occidente, qui suscepit vel partem tertiam satisfactionis recipiet, vel præstabit duobus tertiis remanentibus ad suscepti cognatos tam paternos quam maternos pertinentibus. *Novo tamen jure* præstabit, totam solus, decrepitum suscipiens, satisfactionem. In jus alterius pro alimentis susceptus, si conqueratur, quod exilem tolerare non valeat procurationem: qui alimoniam promisit duobus testibus & duodeno fidem faciat juramento, quod sufficientem præbens alimoniam, nihil minus unde querimonia moveri possit, exsolverit, quam promisit: vel in jure viri probi de provincia nominati mittantur ad investigandum, si necessaria ministrentur. Et injusta querimonia deprehensa, si non potuerint iratum placare, sed a suo recedat contra sanum consilium provisore: si bona quæ secum attulit non deferat: sciat non injusticiæ provisoris sed fatuitati suæ potius adscribendum.

L. III. c. 1. Quibus prohibitum sit alienare prædia sua usque ad certum tempus. Bona maris impuberis, donec quartum decimum annum compleverit, & fœminæ quamdiu innupta permanserit, alienationi, juris censura prohibet subjacere: Nisi forte *propter famis urgentis necessitatem, quæ legem non habet in Jure, ne fraus in occulto fiat.* Tunc autem fraus deprehenditur adesse: quando retentis bonis mobilibus, immobilia distrahuntur. Licite autem alienantur, vel quando provisor ipse asserat se pro iis comparasse alimonia, & judicentur propter alimoniam distrahenda: vel non forte per patrem ad utilitatem filiæ, terra sua in alteram commutetur. Quæ vero secus quam dictum est lege alienata fuerint prohibente, refuso pretio, si super ejus quantitate moveatur quæstio: duodeno addito juramento quod nihil remaneat de suscepto pretio, revocantur. Tribus annis post transcursum tempus, quo alienatio perhibetur facta: si super alienatis nulla quæstio moveatur, vel ejus qui detinet possessio nullo modo fuerit interrupta: Omnis excluditur revocandi facultas. Orta probabili dubitatione super alienatione, utrum in pupillari vel legitima ætate fuerit celebrata: Est prastanda defensio ætatem legitimam alleganti, cum duobus testibus & per *Neffininger* de placito ubi bona vendita sunt. *Matrona quælibet seu vidua circumspecto freta legitimi provisoris consilio, de bonis suis alienare quæ voluerit, non vetatur.* *L. I. c. 36 §. 6.*

2. *Utrum licet alicui prædium avitum alienare proximis inconsultis.* Ob hoc solum non est venditio dissolvenda, quod cum extraneo fuerit celebrata: & tamen venditor in tribus marcis suo satisfacere tenetur proximo, quod cum excluserit per emptorem extraneum a prædii quod progenitorum suorum fuerat emptione, vel petitionem satisfactionis elidat, excipiendo quod oblatum sibi ante prædium pro justo pretio idem suus proximus recusaverit comparare, exceptione sacramento duodeno roborata. Quorundam tamen judicio, sic emptum prædium, emptor non potest aliter retinere, nisi venditor duodeno fecerit fidem juramento, quod idem suus proximus, qui emptionem accusat, oblatum sibi prædium renuerit pro justo pretio comparare. Sed prior sententia roborabilior & rationabilior a prudentibus æstimatur. Quin autem prædium possit pro prædio invitis consanguineis commutari, dummodo non majus tribus marcis nummorum pretium adjungatur, non oportet in dubium revocari. *Jus Jut. L. I. c. 34. §. 1 sq.*

3. *Qualiter divisio sit inter fratres facienda.* Fratres inter quos facta est hæreditatis divisio: assignatas sibi sortis judicio portiones, & legitimo possessas tempore, manu duodecima defendentes easdem, quam diu vixerint adæquare (si ab eorum aliquo inæqualitatis moveatur querimonia) tenebuntur, ratione inæqualitatis nullatenus recompensationem obtinere valente, qui prius suam alienaverit portionem, Et ad eandem fratrum defunctorum filiis non cogendis qui quæcunque patres eorum quiete & pacifice mortis tempore possediisse noscuntur, duodeno sacramenti titulo pro hærede sibi defendere permittuntur. Si quis vero fratrum in deterioris partis compensationem se dicat additamentum aliquod accepisse: contradicens ei æqualitatis funiculum offerendo, falsum esse quod asseritur, duodeno probare permittitur juramento. Sortes vero mittendæ sunt pro numero personarum, non pro numero portionum, nisi forte sibi unus plures comparat portiones pro pluralitate sortium, in locis pluribus, ut eas possit ad vexationem aliorum earundem portionibus immiscere. *Jus Jut. L. I. c. 16.*

4. *De Tutelis.* Ad tutelam impuberis, tutor legitimus invitatur in conjunctione sanguinis ei quicunque proximus invenitur. Si se ipsum tamen & alium possit defendere & provisor esse velit non dissipans devastator: ut onus sentiat in defensione, qui emolumentum respiceret post mortem impuberis in successione. Inter plures vero *Jus Jut. L. I. c. 28. §. 1. sq.*

æque conjunctos, & ex una parte tantum in subeunda tutela, semper *præfertur antiquior juniori inter* æque conjunctos. Sed *ex utraque parte agnatus licet sit junior cognato præponitur quamvis etiam seniori: ut avus paternus avo materno, & patruus avunculo.* Avus tamen maternus quia majorem affectum habere creditur ad nepotem: licet agnatum patruum antecedit. Tutor de bonis impuberis pro delictis ipsius, tenetur satisfacere eis: qui vel in rebus ab eo damnum, vel in corpore perpessi sunt læsionem. Nequaquam enim eorum multum interest, ab infante potius quam adulto damnorum molestiis aggravari. Regi vero vel pontifici pro illius ætatis excessibus, quæ causam investigare non sufficit satisfactionis: æquitatis ratio non permittit eum aliquid emendare.

Jus Jut. L. I. c. 29. §. 1. sq. 5. *De tutela materna.* Juris permittit æquitas, & suadet ratio pietatis: ob maternum affectum, mortis imperio mariti consortio viduatam, justo solatio filiorum cum bonis eorum omnibus, maternæ custodiæ mancipandorum, quamdiu novos amplexus aspernata fuerit, recreari, conjunctorum filiis proximorum consilio, provisioni fœmineæ supplente. Matre vero ad secundas nuptias convolante, bona statim reservanda tutoris fidei committuntur. Infans vero donec septimum annum impleverit provisioni relinquitur pietatis maternæ. Et quoniam ad illud tempus usque a matre pro amore filii delicatius infantiæ crepundia & necessaria solent affectuosius exhiberi: mater etiam requirit satisfactionem & a tutore bonorum custode, singulis annis valens dimidiam marcam, nutritium est susceptura, nisi propter uberiorem rerum copiam & generis claritatem plus gratis fuerit erogatum.

6. *Qualiter tutor valeat deprehendi suspectus.* Ad iniquæ fraudis & siniſtræ suspicionis omnem materiam removendam: vel ad communionem redigenda sunt omnia sapienti consilio propinquorum, ut habeantur pro indiviso quæcunque tutoris aut impuberis fuerint bona in rebus mobilibus constituta: ut in illis aut lucrum aut damnum quodcunque contigerit, non unius proprium, sed pro toto parti cuique commune sit utrinque vel tutor impuberis bona omnia tali conditione recipiat æstimata, ut in restitutione bonorum nihil diminuere de quantitate valeat æstimationis. Tutor vero qui de rebus pupillaribus hanc recusaverit præstare cautelam, a tutela velut suspectus poterit removeri, locum ejus, secundum leges, proximo subeunte.

Jus Jut. L. I. c. 30. §. 4. 5.

7. *De filiis concubinariis.* Diversis temporibus, a diversis regibus, diversa sunt jura prodita, super concubinarum filiis quibus ad incerti patris hæreditatem conditionibus vocarentur. Exegit quandoque juris censura, ut talis *filius patrem sibi per candentis* ferri indicium declararet. Sed iniquum visum est processu temporis ut talis filii pater invitus quispiam constitueretur. Unde constitutum est, ut naturalis filii pater, non nisi voluntarius haberetur, qui se *patrem quoque in jure coram communi audientia fateretur:* Et ibidem scotaret quæ vellet immobilia, vel non habens immobilia, quæ conferre vellet, de mobilibus aperiret. Nec prodesset omnis ista solennitas, nisi reperiretur in morte patris aliquid de paterna munificentia posidere. Illud totum & solum de paterna substantia retenturus. Et per illud (licet modicum) in futuris successionibus fratris vel sororis vel alterius conjunctæ personæ cujuslibet tanquam legitimus portionem integram habiturus. Solennitate paternæ professionis, scotationis vel alterius donationis per ipsum patrem, & non per aliquam personam suppositam adimplenda, Hoc jus suis temporibus observatum, novo jure in multis articulis est immutatum. Novum quippe jus quod nunc obtinet, hoc solum exigit, ut in jure *tantum per patrem professionis*, scotationis vel *alterius donationis solennitas celebretur*. Et quamvis nihil possideat de paterna largitate, mortis tempore, in jus succedet naturalis filius (si solus in gradu fuerit) universum. Si vero filii legitimi secum in gradu fuerint: Illud solum quod mortis tempore de paterna collatione possidet, obtinebit. Si vero filius naturalis diffiteatur se collationem paternam recepisse in sacris paternis ante & familia usque ad patris obitum constitutus, Ne a majori hæreditaria portione per collationem modicam excludatur, duobus testibus probatis suam negationem, & duodecim juramentalibus audiatur. At si nihil possideat quamvis pater, quando legitimorum spem non habuerit filiorum ei scotaverit universa. *Suscitatis postea legitimis duplo minorem partem quam legitimus, vel si talis persona filia naturalis fuerit, duplo minus quam filia legitima obtinebit.* Post receptionem vero (quamvis partis exiguæ) de bonis paternis naturalis in successione fratris vel sororis vice fungitur hæredis legitimi portionem integram consequendo. *A matris vel fratrum vel sororum ex matre conjunctarum hæreditate nullatenus excludendus, quamvis se patrem nullus voluerit confiteri.* Patrem vero ut quispiam se fateatur, naturalis potest persuadere ratio pietatis & spes in bonis filii succedendi naturæ turbato ordine, si fortassis patrem præveniat moriendo, ad hæreditatem ipsius nullatenus admittendum, nisi legitime se prius patrem esse protestetur. Nec prodesse hoc potest filio naturali sine memoratæ solennitatis interventu, quod ipsius pater putativus matrem suam duxerit in uxorem. *Nec idcirco minus post mortem mariti, bonorum omnium tam mobilium quam immobilium, quæ funguntur vice mobilium,* uxori sine liberis derelictæ, medietas attinebit, quod maritus tandem post cohabitationem habitam cum uxore legitima, confessus fuerit se habere filios naturales, qui tamen si duobus testibus & duodeno bondonum juramento, professionem paternam probare voluerint contractas nuptias præcessisse: audiendi sunt, ut inter novercam & ipsos hæreditas pro virilibus portionibus dividatur. Majorem pro filio naturali aut servo proprio ex ancilla propria procreato, quam pro alio servo quolibet, non præstabit pater vel dominus satisfactionem.

Jus Jut. L. I. c. 21. §. 1. sq.

8. *Quid Juris sit, si aliquis pro alio cœperit respondere.* Pro absente qui in Judicio quicquam cœperit respondere, non absentiam excusando, sed ne condemnetur absens justitiam offerendo, Si promissam Justiciam reus non exhibuerit principalis: Responsalis debet *eam quamvis in candentis ferri consistit judicio exhibere:* Temeritati suæ imputaturus & stulticiæ, quod pro ingrato voluerit respondere.

Jus Jut. c. 49. 4

L. IV. Cap. 1. De distributione per funiculum facienda. Communis universorum, & privata de-

depoſcit utilitas ſingulorum, ut ſint in villa qualibet quædam communia, viæ videlicet & plateæ, & quædam propria ſervientia pro dominio quarumlibet perſonarum uſibus earundem, in quibus omnem Injuſtam occupationem debet æquitatis funiculus emendare. Cujus dimenſione tota villa in æquales redigitur portiones quas materna lingua vulgariter *Boel* appellant, & nos in latino ſermone Manſos poſſumus appellare, earum fundis inter ſe, prædiisque inter ſe, fundis ipſis adjacentibus adæquandis.

2. *Qualiter univerſitas quod in loco publico factum fuerit, poterit demoliri.* Ad demoliendum ædificium vel opus aliquod quod injuſte quis in loco publico poſuerit univerſitati, duorum teſtimonium cum duodeno ſufficit juramento. Sed author operis ſi de fundi ſui anguſtiis conqueratur, & debito minorem alleget per funiculi beneficium pro ſuæ partis exigentia obtinebit debitam quantitatem, illum in tribus marcis regi condemnando, qui ſtatuto tempore *metiendi juſti* funiculi contradixerit æquitati.

3. *Qualiter univerſitas poſſit impeditum tramitem ad viam publicam reſtaurare.* Villæ cujuslibet incolarum tranſitus ad ſtratam publicam impeditus, per eosdem eſt cum duodecim juramentalibus & duobus teſtibus ſtatuendus.

4. *Qualiter tranſitus conſtitui debeat provincialibus ad civitatem vel ad nemora vel ad mare.* Ad conſtituendum tranſitum provincialibus ad civitatem vel ad nemora vel ad mare coram rege vel Antiſtite: vel in Iure ſunt duodecim bondones de prudentioribus totius provinciæ nominandi. Quorum in tribus marcis ſunt regi ſinguli condemnandi niſi ſtatuto die, cum duobus teſtibus viam publicam ſacramento ſuo parati fuerint declarare.

5. *De tranſitu parochianorum ad Eccleſiam.* Ad expediendum iter Eccleſiæ de parochianis duodecim coram Antiſtite nominati: Si quod juſſi ſunt ſtatuto die noluerint adimplere: Mulcta trium marcarum de ſingulis ad Epiſcopum pertinebit.

6. *De poena publicam viam inutilem facientis.* Qui ad tranſeundum inutilem viam fecit publicam, vel ſepe poſita vel foſſato facto, vel alio quovis opere fabricato: ad trium marcarum regi tenebitur ſatisfactionem. *Jut. L. I. 56.*

7. *Qualiter cogendi ſunt conſortes bonorum communium ad diviſionem faciendam.* Si quid pro indiviſo ab incolis villæ cujuslibet habeatur commune: volentibus ad agriculturam redigere partes ſuas, ſi diviſionis ratio denegetur: In jure diviſionis faciendæ dies cunctis conſortibus præfigatur. Quo contumaciter prætermiſſo qui diviſionis judicium expetebant, pro parte ſua nihilominus bonis communibus, quibus modis voluerint excolendis, utendi liberam habeant facultatem. Nec cogendi ſunt de cætero ab adverſariis ad partitionem aliquam faciendam, donec ipſi partes ſuas converterint in culturam.

8. *Qualiter ſopiri debeat controverſia ſuper limitibus duarum villarum vel ſuper terra quæ Hornomme vulgariter appellatur.* Ad ſopiendam controverſiam exortam ſuper limitibus duarum villarum, quamvis unam ex alia conſtet originem habuiſſe vel ſuper terra quæ *Hornomme* vulgariter appellatur, quam quaſi præcipuam ad diviſionem venire cum aliis non permittit privilegium dignitatis eligendi ſunt *in Jure duodecim de prudentioribus totius provinciæ*, quos *Oldungebonder* natale nominat Idioma, ut ipſi terminos demonſtrent, Et ſuper terra quæ privilegiata dicitur, an ita ſit, ſeu quanta ſit, omnem aperiant veritatem: per juriſjurandi religionem affirmantes, quod nec alicujus odii cauſa, nec favoris gratia, confingant aliquam ſuper expediendis negociis falſitatem: *& quod credunt eſſe verum quod aſſerunt, & quod idem & relatu ſuorum anteceſſorum ſeniorum & prudentum didicerunt antiquorum.* Si qui vero ad emptionis vel alterius acquiſitionis ſe converterit allegationem ne bonis careant quæ aliorum villæ ſic oſtenſum eſt adjacere his qui tali remedio poſſeſſionis commodum ſunt adepti, ſacramentum defenſionis per ſe ipſos ſingulos primo permittuntur inchoare. Deinde ſemel tantum per undecim quos *Odelbonder* lingua materna nominat adimplere. Si quis vero jurare noluerit, ipſius partis reſtitutio non volenti jurare præjudicium generabit. At ſi quis abſens fuerit præſtandi tempore Sacramenti, per duos teſtes ipſius abſentia approbata, cum reverſus fuerit, admittetur iterum ad jurandum. *Jut. L. I. 46.*

9. *De tempore diſtributionis per funiculum faciendæ, & de poena funiculum denegantis.* Si ſuper inæqualitate manſorum querimonia moveatur antequam ſemen ſolo fuerit commendatum, de ſua ſtultitia conqueratur ſi ſementem amittat, qui ante funiculi menſurationem & poſt factam ſibi prohibitionem præſumpſerit ſeminare. Si vero poſtquam ſeminatum fuerit ſuſcitetur querimonia: metiendi judicium donec ſeges collecta fuerit differatur. Ad metiendum vero unius tantummodo partes manſi, non refert quando querimonia moveatur, nec eſt ad commodum ſeminantis incaute menſurandi ratio prohibenda. Qui vero non admiſerit menſurationem vocatus ad Jus, ſi ſe contempſerit preſentare: Tam pro prima quam pro ſecunda citatione in duabus oris adverſario: pro tertia vero tam regi quam adverſario in tribus marcis erit ſecundum Juſticiam condemnandus. *Jus Jut. L. I. c. 49.*

10. *Utrum quis poſſit per fundum caput videlicet prædia revocare, non obſtante præſcriptione, an ſe tueri in prædiis poſſit quis per præſcriptionem non inſpecta fundi dignitate.* Ratione fundorum veluti digniorum non adjacentium prædiorum quæ fundis velut membra capitibus obſequuntur, penſiones redduntur, & quæ debentur procurationi regiæ perſolvuntur, Et in quibusdam locis, quæ requirit expeditionis neceſſitas aſſignantur. Unde quibusdam prudentibus & Juris peritis viſum eſt, eſſe conſentaneum æquitati, ut fundi Dominus & poſſeſſor de prædiis adjacentibus alienatos agros, quantocunque tempore dignoſcuntur eos alii poſſediſſe, interventu duodeni juramenti valeat revocare, Si tamen cum fundo anno quolibet ſaltem unus ager retentus fuerit ad culturam. Alioquin per membra ſi cuncta pariter alienata fuerint, poſſet caput ipſum ſcilicet fundus tanquam ſine membris inutile revocari. Ita quoque membra poſſunt per caput repeti, ſi

non alia demonſtrentur prædia, quæ pro membris fuerint commutata. Indirecta quoque ſic aſtruunt ratiocinatione, ut ſi *trium annorum* præſcriptio vel diuturnior revocationem valeat impedire, Nil vel parum utilitatis videatur habere funiculus diſtributionis, cum poſſit quilibet quantumcumque deprehenditur poſſidere, per præſcriptionis beneficium retinere. E contra probare nituntur alii, quod ſemper *ſit duodeni juramenti* defenſio deferenda iis, qui in quæcunque prædia quoſcunque agros legitime poſſident. Alioquin prædia quæ auferri ſibi per juſticiam poſſe cognoſceret, nullus de facili compararet, & ſic rebus ſuis uti libere ad ſuum commodum, ad vitam miſeram ſuſtentandam, ad neceſſaria conquirenda per iniquæ legis prohibitionem non concederetur, tacita videretur dominii adempta facultas. Nec oportet (ut aſſerunt) æquitatem funiculi propter præſcriptionis commodum expirare. Cum ibi debeat ſibi locum funiculus vendicare, ubi quisque ſupra ſextantem vel trientem vel quadrantem vel ſemiſſem vel dodrantem vel aliam partem hujuſmodi, quam ſcitur ab aliis & fatetur ſe jam habere exiſtimatur aliquid uſurpaſſe. Huic autem poſteriori ſententiæ tanquam magis favorabili, communis conſenſus promeruit confirmationem.

Jus Jut. L. I. c. 47.

11. *De præſcriptione.* Appellari poteſt præſcriptio ſecundum has leges definiti lege temporis in poſſeſſione continuatio, propter quam per præſtationem *duodeni ſacramenti* deferri debet defenſio poſſidenti.

12. *Quid ſit tempus definitum. Definitum tempus trinas agriculturas complectitur, quæ tribus annis exercentur.* Unde ſolet trium annorum præſcriptio nominari, licet minus tempus ſufficiat cum tres agriculturæ duobus vel paulo majori ſpatio concludantur. In agricultura debet quoque fructuum ſegetisque collectio comprehendi, ſicut ex vulgari noſtro quod *Trennebalma* dicimus, evidenter apparet. Alioquin cum agricultura ſemel exerceatur in hyeme, bis in vere, unus annus vel paulo prolixius tempus ſufficeret ad præſcriptionis hujusmodi conſummationem. Nec prodeſſe poterit iſta præſcriptio, niſi in pace continuata *fuerit & quiete, non turbata querimoniis, nec quovis alio modo civili vel naturali ex parte illius, qui terras illas quæ poſſidentur vendicare nititur interrupta.* Nam qui non metuit violenter & injuſte rem quamlibet occupare: veriſimile eſt ut in defenſione non magis metuat perierare. Cum præſcriptione ſemper requiritur ſacramentum. Nam cum nullius tractus temporis, nullus annorum numerus poſſit quemquam ſine facto vel delicto vel conſenſu proprio rerum ſuarum dominio ſpoliare: & incertum ſit utrum actor ſit dominus vel poſſeſſor. Hoc in ſe commodum habet præſcriptio, ut ipſius *intuitu non actori ſed poſſeſſori permittatur ſuo & undecim Bondonum ſacramento ſe dominum declarare.* Cui *ſtandum eſt ſacramento, cum credendum non ſit*, quod ſalutis ſuæ ſic debeant eſſe immemores: ut præferre velint ei rem quamlibet temporalem. *Non ſine ratione, præſcriptionis tanta brevitas eſt inducta: quia dominia rerum eſſe diu non expedit in incerto.* Et conſultum videtur tempeſtive radicem malorum antequam ex ea contingat pullulare noxia, reſecari. Quandocunque affirmat actor eum qui ad defenſionem præſcriptionis convolat, nullo modo vel minus legitime poſſediſſe: eligendi ſunt de vicinis duodecim prudentes Bondones, de quibus præſumi poſſit ut non velint etiam in cauſa propria perierare: ut exortam ſuper poſſeſſione quæſtionem, ſuo dirimant ſacramento: Illi defenſione cui poſſeſſionem adjuraverint concedenda. Propter paternam tamen poſſeſſionem quantumlibet brevem, pacificam & quietam, & ad patris obitum continuatam, filio jure conceditur duodeni defenſio juramenti in hac forma exhibendi. Quod pater rem de qua agitur juſte poſſedit, & ad filium ſic jure hæreditario ſit devoluta, ut ſibi cum proprietate poſſeſſio debeatur. Nec cogendus eſt acquiſitionis paternæ titulum indicare, qui ſibi nititur pro hærede rem quamlibet vendicare: niſi querimoniam in vita patris ſuper ea re fuiſſe conſtiterit ſuſcitatam. Dubitari ſolet utrum in tali juramento debeat quoque ſcotatio quæ ad translationem dominii præterquam in hæreditaria ſucceſſione ubique requiritur comprehendi. Sed cum ex hæreditaria ſucceſſione, nulli alicujus rei dominium acquiratur: niſi & ille cui quis ſuccedit pariter dominium habuiſſet, vel hæreditario Jure vel ſcotationis beneficio, prædicti videtur forma ſufficere juramenti: licet nullam ſuper ſcotatione vel hæreditaria ſucceſſione faciat mentionem, cum eorum neutra intercedente perjurium incurratur, quamvis earum neutra nominetur. Ubi vero pater negatur in obitu poſſediſſe nominandorum Bondonum duodecim ſicut jam dictum eſt, ſuper hoc exigitur ſacramentum. Reperitur & alius caſus, in quo ſufficit quantumlibet brevis poſſeſſio, ad defenſionem hujuſmodi obtinendam, qua munitur emptor contra proprium venditorem, quibusdam pro jure volentibus obſervare: Quod ſtatim *dimiſſo pallio poſt factam ſcotationem, non poſſit venditor convictus duobus* legitimis teſtibus qui præſentes fuerunt, quod factum fuerat defiteri, ſed cogatur potius adimplere. Ex adverſo aliis aſſerentibus, quod habere locum ſemper poſſit negatio venditoris, donec exceptione præſcriptionis legitime repelli valeat ab emptore. Sed eſt communi conſenſu plurium quodammodo mediam viam eligentium approbatum: ut munitus duobus teſtibus qui ſcotationis ſolennitatibus adfuerunt, propter brevem quantumlibet poſſeſſionem, juſtam tamen pacificam & quietam, ſe tueri poſſit emptor contra proprium venditorem. Licet præfinito præſcriptionis tempore, ſemper indigeat contra quamvis extraneum petitorem. Nam ante præſcriptum præſcriptionis terminum, nulla facultas emptori permittitur ſe tuendi: ſed incumbit ut eam defendat neceſſitas venditori. Alioquin ſi res evicta fuerit, reſundet pretium vel terram reſtituet, ſi commutatio celebrata fuerit ſatisfactione trium marcarum inſuper adjungenda. Completa vero præſcriptione legitima, non habet emptor neceſſe ad authoris ſui

sui patrocinium convolare: ne si per malitiam venditoris defensio denegetur, ut emptor re sibi vendita defraudetur. Sed adhibitis sibi duobus scotationis testibus, duodeno bondonum doceat juramento, quod a justo domino comparaverit terram illam, & quod eam tempore legitimo ad præscribendum possederit. Et idcirco eam ipse solus & non alius teneatur justo dominio retinere. Si tamen de sua causa diffidat, petat auxilium venditoris, ut ad ipsum regressum habere valeat, si forte ceciderit a defensione, ab eo cum emendatione trium marcarum, vel precium si confessus fuerit vel duodenum juramentum si negaverit venditionem, est recepturus. Quando vero cadit a defensione qui possidet, petitori ad vendicandum sibi duodecim bondonum juramentum sufficit.

13. *Quid sit Scotatio.* In venditione *terrarum ad translationem dominii*, est necesse, ut interveniat quædam solennitas in qua terræ modicum, *emptoris pallio extento manibus assistentium*: qui si factum revocetur in dubium perhibere possunt testimonium veritati. Apponit *venditor qui designatam terram* quam distrahit in emptorem *ipsius se transferre* dominium profitetur. Hæc autem solennitas ex vulgari nostro producto vocabulo, competenter satis *potest Scotatio nominari.*

14. *Quid Juris sit si quis promissionem super venditione terræ noluerit adimplere: vel si quis voluerit a venditione resilire.* Qui promissionem super venditione alicujus terræ noluerit adimplere, duas oras secundum quosdam, si nudam & simplicem promissionem fecerit, & sex oras communi Judicio, *si contactu manuum roborata fuerit*, aut tres marcas si scotationis solennitate interveniente, aliena terra vendita quod promisit effectui mancipare non poterit, emendabit. Sin autem propria terra vendita quam præstare poterit, resilire voluerit, nullatenus audiendus est volens factum proprium irritum facere, & propriam inconstantiam allegare, licet trium marcarum offerat satisfactionem. *Jut. L. I.*

15. *Quid Juris sit, si duorum uterque eandem terram ab eodem domino comparaverit.* Si duorum uterque ab eodem se contendant idem prædium comparasse: Ille debet omnimode obtinere, cui coram Rege vel Antitiste vel in Jure irrevocabilis suffragatur confessio venditoris. Verum in alio quovis loco, licet in conventu incolarum vel parochianorum facta professio non præjudicat, quin possit denuo si velit, venditor venditionem factam alii protestari, priorem confessionem duodeno negaturus, si super ea conventus fuerit, sacramento.

16. *Qualiter quis possit vel debeat terram suam possessam ab alio revocare.* Qui super possessione terræ impetitur alienæ, si nolit acquiescere petitori, vocetur in Jus, & ibi dies præfigatur in quo vel suo nomine rem defendat, vel actori deferat Jus defensionis. Quoties autem citatus, venire contempserit, in duabus oris adversario, Regi tandem in tribus marcis in citatione tertia condemnetur. Deinde diem Juridici præfigant actori, in quo cum *duodecim terram* suo nomine possidentibus, ad terram de qua agitur accedens una cum eis duodeno declaret sacramento, & *mutuis intricatarum contractibus manuum sibi dominium attinere.* Deinde quarta vice hoc feciſſe se testetur in Jure, & tunc illius terræ defensor legitimus indicetur. Ubi si adhuc reus comparuerit, & duobus testibus & duodeno docuerit juramento, se minime vel minus legitime citatum fuisse, propter *justam absentiam peregrinationis vel investigationis suorum animalium amissorum vel ægritudinis impedimentum*: A cunctis latis prius in eum sententiis absolvatur. Et sic de novo vel terram defendat, ut dictum est, vel defendere permittat actorem.

17. *Quod illi potius sit defensio deferenda, qui scotationem dicit Jure perpetuo factam, quam ei qui hypothecæ nomine factam asserit temporalem.* Qui scotationis solennia confitetur, non auditur si se tantum hypothecæ nomine scotasse asserat, donec debitum solveretur: Si possessor legitimus duobus testibus & duodeno bondonum docuerit juramento, scotationis alienationem jure perpetuo celebratam fuisse. Si vero impetitor nec perpetuam nec temporalem fateatur scotationem: semper possidenti, ut supra, cum duobus testibus, & duodecim bondonum juramento, est defensio facienda.

L. V. c. 1. De homicidio & homicidii emendatione, & emendationis divisione, compositione, distributione & temporibus faciendæ satisfactionis. Instigante humani generis inimico, quia proni semper fuerunt homines in nostris partibus ad homicidium perpetrandum, pacem angelicam deferentes, & seditionem diabolicam amplexantes, diversis temporibus diversa sunt jura prodita super tanti reatus per mulctam pecuniariam castigatione, quatenus & tantus excessus aliquatenus refrenari, & amissionis damnum quoquo modo posset satisfactionis pecuniariæ tristi solatio compensari. Hæc autem mulcta non excedit summam quindecim marcarum argenti. Sed occurrunt multa considerandæ super ipsius pecuniæ divisione, compositione, distributione, in quibus temporibus, & a quo, cui debeat assignari.

2. *De divisione.* Satis liquet omnibus divisionem in tres partes æquales videlicet in tres tertias faciendam, quarum quælibet ob frequentem usum, speciali nomine, in *vulgari nostro Saall* meruit appellari.

3. *De compositione.* Ante tempus novissimæ constitutionis, occisori vel ejus hæredi semper incubuit, primam tantum de *propriis bonis* componere portionem. Deinde licuit ei *secundam exigere ab agnatis, & tandem tertiam portionem ultimam a cognatis.* Verum quia plerumque a plerisque agnatis vel cognatis plus debito petebatur, & ab invitis per violentiam diripiebatur, ne maleficium esset cuiquam questus occasio congregandi, & hominem quemquam ad maleficiendum ulterius cupiditas lucrandi provocaret: Sapienter occurrit tantæ malitiæ felicis memoriæ Rex CHANUTUS, instituens, quod pro tali furto vel rapina, tanquam verus fur vel latro posset quispiam conveniri pariter & puniri, & in tribus marcis *Jur Jut. L. II. c. 28.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

marcis Juri regio condemnari. Obligatum autem conjunctione sanguinis, & tamen satisfacere renuentem, ad satisfaciendum ab agnatis & cognatis per exactorem vel jus regium induci debere, occisori collecta pecunia non tradenda, ante diem vel horam in qua coram agnatis vel cognatis, eam emendationis causa persolvere tenetur. Hæc autem in institutione regia comprehensa licet aliquantulum fraudibus malignantium obviarent: Ad extirpandam tamen omnem fraudem, & pronitatem occidendi minuendam, præsertim cum exigua portio totius videlicet emendationis tertia incumberet tantum occisori, minus sufficientia sunt inventa. Et idcirco authoritate Regis VALDEMARI fratris prædicti regis CHANUTI, prudentiores Scaniæ tali lege noviſſime decreverunt tantam malitiam reprimendam: *ut solus homicidia de bonis propriis teneretur ad totam pecuniam pro reatu homicidii persolvendam.* Nihil ab invitis agnatis exigens vel cognatis, ne pro facto nocentis, innocens gravetur. Et ut solus delinquens pœnam suo delicto debitam sustineret, & solus author pro suis excessibus puniretur. Statuerunt præterea reum homicidii ad beneficium emendationis nullatenus admittendum, nisi primis tribus diebus continuis post perpetratum homicidium, quibus ad audiendas querimonias in generali Jure per totam Diœcesim homines congregantur, instanter offerret pro excessu suo per se vel per alium, si venire non possit in persona propria, satisfactionem. Hoc autem si facere recusaverit, Sic indignus pace & patria & conversatione hominum censeretur, ut quicunque ei contra justiciam communicare præsumeret, Regi trium marcarum debitor redderetur. Et haberet quilibet infligendi sibi necem, absque metu emendationis cujuspiam potestatem, non patente sibi evadendi tantarum calamitatum pericula facultate, nisi se priusa notis & patria exilium elongaret, nunquam de cœtero rediturum, nisi a consanguineis interfecti, & rege pariter promereri posset licentiam redeundi. Quicunque vero principali reo Justiciam offerente, vel contra Justiciam infra Dioeceſin remanente, de quovis consanguineorum ipsius sumeret supplicium pœnæ consimili subjaceret. Ipso autem in exilium migrante propter ipsius absentiam una satisfactionis tertia deperibit, duabus residuis portionibus tunc primo incumbentibus agnatis & cognatis, hoc ordine ad solvendum ut effugere possint periculum ultionis. Post receſſum occisoris primis tribus diebus continuis, ut ante diximus, ad audiendas querimonias deputatis, ipsius proximus de agnatis, & proximus de cognatis, vel eorum curatores vel procuratores si fuerint impuberes vel juniores tanti negocii non capaces, offerunt suam emendationis singuli portionem lege definito tempore persolvendam. Quo facto, quicunque de ipsis vindictam sumpserit, pœnam sentiet supradictam. Sin autem hoc exequi supersederint, & de ipsis fuerit vindicatum, de sua negligentia conquerantur. Quia sic vindicantes, admitti possunt ad commodum emendationis. Harum duarum hoc modo fieri debet compositio portionum: tam agnati quam cognati, suis gradibus computatis, tali æstimationis moderamine imponerent semper duplo majorem partem priori gradui quam posteriori, ut utraque tertia pars per suos gradus valeat consummari. Cum autem ad decem denariorum summam perventum fuerit; ultra ipsa computatio non descendat. Frater autem occisoris ex utroque parente conjunctus, tam cum agnatis quam cum cognatis, ad istam vocabitur rationem. Tantum autem ex altero parente conjunctus, suæ partis onera sublevabit, Eodem judicio in gradibus ulterioribus observato. Interdum etiam occisori conjunctus, isti non subjacet emendationi, puta quando conjunctior est occiso. Verum æqualiter utrumque consanguinitatis linea contingente, nullatenus excusantur, nisi forte *secundum antiquas leges dandi recipiendique* consuetudines mensura eadem, in iisdem, locum habere persuadeat compensationem. Post perpetratum homicidium quicunque natus fuerit, invitus minime satisfactionis gravamini subjacebit.

4. De sacramento juratoriæ cautionis, & juramento æqualitatis. Statim post exhibitam *emendationis tertiam*, exhiberi debet pariter & tertia *juratoriæ cautionis* quam lingua patria *Trygeed* appellat: In qua tantum quatuor nominati de consanguineis interfecti jurant, de iis qui satisfecerunt, vindictam de cœtero cessaturam. Nam plenam & integram cautionem duodecim constituunt nominati, habituram tunc demum locum, cum postremam emendationis tertiam reus exhibuerit principalis. Quam cautionem semper debet præcedere Sacramentum *quod Jeffniteed*, in lingua patria nominatur, Virorum duodecim nominatorum de consanguineis occisoris, qui non sacris reliquiis, sed sacro coram posito tacto libro jurant in suas animas, & sic sibi deum futurum propitium deprecantur, quod pro consimili delicto consimilem ad interventum consanguineorum & amicorum, ab adversariis suis sumerent satisfactionem. Quando vero tantum quatuor admittuntur ad juratoriam cautionem, ad æqualitatis quoque juramentum, tantum sunt quatuor admittendi. Æqualitatis autem tanto diligentius semper exigitur sacramentum, quod per ipsum læsis lædentibus adæquatis auferri videatur contemptus, qui perpessis injuriam ex oppressione solet inferentium suscitari. Pluris enim semper prudentes faciunt integritatem famæ & honoris debiti restitutionem, quam pecuniariam satisfactionem.

Jus Sial. L. V. c.

5. De distributione. *Secundum antiqua Jura*, sic est persolutæ pecuniæ facienda distributio. Ut unaquæque tertia principalis, in tres tertias principales divisa, per vices singulas, *una semper partialium cedat in commodum hæredis occisi, & agnatis secunda, cognatisque tertia debeatur.* Sic per agnatos omnes & cognatos distributione pecuniæ facienda, *ut semper prior gradus duplo majorem partem quam posterior consequatur.* Si tota cederet hæredis dominio satisfactionis pars tertia principalis, hæres ipse minus intenderet duabus aliis acquirendis: Et sic contingeret agnatos & cognatos sibi debitis portionibus defraudari. Frequenter enim negligentius alia negocia, quam propria procurantur. Nec libenter

benter ibi quiſpiam fatigatur, ubi vel modicum vel nullum commodum expectatur.

6. De temporibus faciendæ ſatisfactionis. Nunc videndum quibus temporibus ſit emendatio facienda. Igitur ab illo tempore, quo ſucceſſor occiſi ad conſentiendum oblatæ inducitur ſatisfactioni, *debet annus in æquales* tres dividi portiones, ut in trium partium anni, terminus tribus ſatisfactionis, totius partibus perſolutis, ſimul totus annus & tota ſatisfactio conſummentur. Nec prætereundum quod ab adhibiti conſenſus tempore teneatur occiſor ſummopere præcavere, ne ſe ſuorum ſic ingerat adverſariorum conſpectui, ut propter ſuam præſentiam offendantur, ſed a domo & eccleſia & a via, in quibus adverſarios ſuos eſſe deprehenderit, non ſuperſedeat cum ſuis proximis declinare, donec tota fuerit ſatisfactio cum ſuis ſolennitatibus adimpleta. Eſt enim conſentaneum rationi ut curatis per contraria contrariis, per humilitatem quisque ſtudeat emendare, quod præſumpſit per ſuperbiam irrogare. Poſtremo ſciendum, quod occiſor ipſe cum ſuis conſanguineis, vel ſi defunctus fuerit hæres ipſius proximus, vel tutor, aut curator ejus, ſi fuerit impuber aut minor, expetita prius licentia per conſanguineos & amicos vel viæ ſocios, Ut ſi poſſit in jure hominum quorum univerſitatem in ſubtractione partis offendit conſpectui præſentare, ſatisfactionem teneatur offerre, & ſuis temporibus ut diximus exhibere, ipſius occiſi proximo ſucceſſori conſanguineorum ſuorum conſortio communito, ne fraus interveniat in pannorum & animalium æſtimatione, frequenter in partibus noſtris ſupplentium argenti defectum. Et ut plures ſint hinc inde teſtes ad perhibendum teſtimonium veritati, ſi forte fuerit factum in dubium revocatum: Et ne illi quos tangit negotium, ſi excluſi fuerint, indignentur, & ſopitum malum nec ad plenum extinctum, ſuſcitare per conceptam in corde ſuo moliantur malitiam. Efficaciores ſunt multotiens ad nocendum homines quam juvandum, præſertim in malo jam accenſo, quod ex levi flatu edacis invidiæ magnum frequenter ſuſcipit incrementum. Hæres occiſi quando ad conſentiendum oblationi præſtandæ ſatisfactionis inducitur, vel ad diem præfigendum in quo juxta conſilium conſanguineorum ſuorum, ſuper hoc debeat reſpondere, debet adverſariis ſuis interim pacem promittere, & eandem in ſignum indiſſolubilis firmitatis, contingendo manu ſua manum alterius alicujus roborare. Et hoc facto ad majorem ſecuritatem aliquis de prudentioribus debet pacis illius, dominum, cuſtodem & fautorem cum ſanctis omnibus, cum Apoſtolis, cum Rege & pontifice, cum juſtis omnibus invocare: execrari vero & anathematizare quemlibet, qui promiſſæ paci præſumpſerit obviare. Non eſt hoc etiam tranſeundum quod quotcunque vulnera inflixerit, aut quotcunque fuſtium ictus intulerit, qui occiſus fuerat, occiſori tantum unam marcam argenti, tantum unius vulneris ratione, fide prius facta duodeno juramento quod inflictum fuerit ei vulnus ab occiſo, vel tantum duas marcas argenti propter unum ictum fuſtium, inde prius fide facta, per viginti quatuor hominum juramenta: In exhibitione tandem partis ultimæ ſatisfactionis occiſor ſibi poterit retinere. Hæc autem locum habent de uno vulnere, vel uno ictu illato interfectionis tempore. Sed ſi ſuper vulnere vel ictu alio illato tempore vel ſuper pluribus vulneribus aut ſuper vulnerum & verberum deformitatibus accuſare voluerit interfectum, hæres ſi noluerit ut ſatisfaciat confiteri ſecundum impoſiti ſibi menſuram criminis cum juramentalibus ſe defendet, vel ante poſtremæ tertiæ ſolutionem, ut inter eos omnes ſimul querimoniæ ſopiantur vel poſt omnem præſtitam ſatisfactionem. Hæres quoque occiſi, ſi de ſatisfactione conqueratur aliquid remanere, occiſor ſe totum aſſerens exſolviſſe, ſemper quamlibet trium marcarum petitionem duodeno elidet virorum negantium juramento, donec duodenarius numerus juramentorum fuerit triplicatus. Deinde non augebitur juramentorum numerus, quantumcunque ſupra novem excreverit marcarum petitio debitarum. Quidam tamen volunt in odium homicidæ, ut de cujuslibet tertiæ totalis ſatisfactionis ſolutione cum duobus teſtibus & juramentorum duodenario triplicato, fidem facere teneatur, ut ſi hæres occiſi conqueratur de ſatisfactione nihil penitus exſolutum, & occiſor e contra ſe totum aſſerat exſolviſſe: Occiſor ad faciendam fidem aſſertioni ſuæ, primo die ad hoc a Juridicis conſtituto, producat duos teſtes, & juramentalium triplicatum, pro primæ tertiæ ſolutione, & tam ſecundo quam tertio die tam teſtes totidem quam juramentales tam pro ſecundæ quam pro tertiæ partis ſolutione producere non omittat. Ut uno autem & eodem die ſex teſtes producat, & novies duodenum exhibeat juramentum, Lex non præcipit tamen, ne potius propter impoſſibile vel nimis difficile legis præceptum, quam propter injuſtam cauſam ſuccumbere compellatur. At in aliis caſibus univerſis, ſufficit duodenarius triplicatus, licet ſumma centum marcarum vel plurium requiratur propter ſolum homicidium pro facto nocentis, innocentes conſanguinei ſatisfacere compelluntur. *Si corpus occiſi veſtimentis* ſuis vel armis, quod crimen *Wallroff* in lingua patria nominatur, accuſetur aliquis ſpoliaſſe, Si diffiteatur factum accuſatus, confirmet negationem ſuam manus duodecimæ juramento. Si vero fateatur, res ablatas reſtituat, & tres marcas inſuper emendet hæredi. *Jus Jut. L. III. c. 24.*

7. De homicida qui certam non habet habitationem. Homicida non habens certam aliquam habitationem & præſertim incognitus, ſic dabit operam emendationi, ut & amicorum obtineat intuitum ad offerendum ſatisfactionem licentiam apparendi & eorundem fidei juſſione. De ſatisfactionis exhibitione mereatur, ut ſua petitio ſortiatur effectum. Uno vero confeſſo legitime & in jure ſuper homicidii perpetratione, non debet alius ſuper eodem homicidio conveniri. Accuſatus ſuper homicidio, ſi quod imponitur ſibi confiteatur ſuum mancipium perpetraſſe,

tribus juramentalium duodenis se post studeat expurgare. Deinde pro delicto servi sui condignam exhibeat satisfactionem. Si tamen in præsentia patrisfamilias ad hoc cooperantis vel facto vel præcepto servus homicidium perpetraverit, & hoc constiterit per ipsius patris familias confessionem vel alio modo legitimo: Ipse paterfamilias non pro servo, sed pro suo vel filii sui nomine ad plenam homicidii tenebitur emendationem. Ipse quidem qui cooperatur servo & authoritatem ad hoc præstat ut plenarie pro se satisfaciat, feciſſe videtur.

8. De homicidio quod facit servus. Pro servi homicidio semper cum sex marcis nummorum ad arbitrium & electionem Domini, vel noxæ est dandus servus ipse, vel tribus marcis nummorum noxæ deditio redimenda. Secundum quorundam sententiam ubicunque liber homo ex facto proprio ad XL. marcarum constringitur emendationem. Ibi ad satisfactionem novem marcarum, vel sex marcarum cum noxæ deditione servi, ex facto servi dominus obligatur. Sed rex VALDEMARUS noluit consentire ut ultra trium marcarum satisfactionem, nisi quando perimitur liber homo, pro servi facto in liberum suus dominus obligetur.

9. De satisfactione pro mancipio interfecto suscipienda. Tribus marcis nummorum pro mancipio interfecto secundum *antiqua Jura* domino persolvendis, *secundum nova Jura tantum* debet occisor apponere, ut secure duodeno possit astruere juramento, interfectum mancipium nihil ultra satisfactionis pretium valuisse, post exhibitam tamen hujusmodi satisfactionem, nullum *cautionis vel æqualitatis requiritur juramentum.*

10. Quod duplo minor satisfactio præstatur pro libero quam pro ingenuo. Duplo minor pro homicidio liberti ab eo vel in eo commisso præstatur satisfactio, quam pro homicidio ingenui ex ventre libero procreati, ab eo recipienda vel præstanda, qui eum cum in Jure libertate donaretur, suo generi sociavit, & se pro factis ipsius annuit responsurum. Satisfactionis tamen illius tantum tertia vel bonis ipsius adjicienda, vel de bonis præstanda, ipsi liberto reliquis duabus tertiis vel ad retinendum attinentibus vel præstandum. A quo (si non potest alias satisfacere) tribus annis continuis universa quæ possidebit, usque ad cingulum auferantur. Aut si talem tolerare recusaverit satisfactionem, vitæ suæ consulere per fugæ præsidium non omittat. Et hæc emendatio in vulgari nostro *Lindebood* appellatur. Ad idem quoque tenebitur, sibi soli toto satisfactionis onere incumbente, puta, cum nec liberum quemquam habet consanguineum, nec ab aliquo (sicut ante diximus) in consanguineum est susceptus. Ubi vero quisquam super hoc conventus fuerit, quod libertum in cognatum susceperit, negationi suæ duodeno fidem faciat juramento. At ubi aliis inficiantibus hoc de se quispiam confessus fuerit, aut quod sibi attineat ex conjunctione sanguinis satisfactio pro liberto, assertioni suæ debet duobus testibus, & duodeno fidem facere juramento.

11. Si arbor succisa quempiam occiderit. Arbor cæsa si quempiam ad mortem oppresserit, incisores hæredi proximo tribus marcis nummorum hujusmodi eventus infortunium emendabunt. At si casu fortuito lignum lapsum de manu cujuspiam, quemquam ad mortem percusserit, qui tenebat ad integram homicidii tenebitur emendationem.

12. Quid juris sit, si quis in puteum alicujus specialem, vel communem omnibus lapsus fuerit. Si quis in puteum lapsus vitam finierit, trium marcarum solutio ad dominum ipsius putei pertinebit. Si vero puteus universorum civium communis fuerit, nihil erit hoc nomine persolvendum. *Jus Jut. c. 37.*

13. Quæ sit Juris distantia, utrum ferocis an mitis naturæ animalia agrestia, sed tamen domita alicui vulnus sive mortem intulerint. Pro illata morte ab animalibus quadrupedibus vel volatilibus, quæ cum essent indomita & naturaliter vitarent hominum conversationem, assumpta sunt tamen ad domandum, tantum assumens *secundum antiquas leges* persolvere tenetur, quantum si facinus in persona propria commisisset. Pro morte autem illorum cuiquam illata, si soluta incederint, nihil esse penitus exsolvendum. At si hujusmodi animali detento in vinculis, mors a quolibet inferatur, animalis domino tantum ab occisore contemptus pretium deberetur. Secundum novam vero regis VALDEMARI constitutionem, pro illata morte ab illis animalibus quæ atrocis sunt naturæ, ut ursus, lupus, aper, aquila & hujusmodi, tantum novem marcæ nummorum ab eorum domino sunt præstandæ, & tres marcæ pro vulnere, si ab eorum aliquo illud constiterit inflictum fuisse. Cæterum pro morte illata, vel inflicto vulnere, ab illis quæ mitiorem habent naturam, ut cervus & accipiter, tantum tres marcas dominus eorum persolvet. *Jus Jut. c. 36.*

14. Si bos, vel equus vel canis hominem occiderit. Pro morte cuiquam illata, vel a bove, vel equo vel cane, vel quovis alio, quod mansuetam naturam & cum hominibus conversationem habeat animali, tres tantum marcæ denariorum domino præstabuntur. Quicunque vero tale aliquod factum negare voluerit, negationem suam probet *manus duodecimæ* juramento: Confessus vero, eo nomine regi vel Antistiti nil persolvet. *Jus Jut. III. c. 33. L. II. c.*

15. De occulto Homicidio. Nullo volente reatum homicidii confiteri, hominis occisi proximus, tribus diebus Juridicis in communi audientia coram omnibus in Jure de criminis inquirat authore, & eum sibi depoſcat instantius indicari. Qui si non fuerit indicatus, ex communicationis gladio percellatur. His peractis, duobus diebus, iterum in Jure coram omnibus, illum quem suspectum habuerit, reum deferat homicidii perpetrati. Deinde in Jus faciat eundem citari, sibi tertio die Juridico super homicidio responsurum, ibique ad minus sex testibus fulciatur, duobus qui super legitime facta citatione possint testimonium perhibere, duobus qui testificentur diem illum esse tertium illorum

rum quibus in Jure fuerit accusatio celebrata, duobus qui suo affirment testimonio, accusatum vere sibi crimen impositum commisisse. Ubi si reus factum inficiando comparuerit, negationem suam probare tantum ferri candentis judicio permittatur, quod in lingua patria *Skersiern* inde meruit appellari. Quod ipsum postquam vestigiis novem processerit, jactare portitor teneatur. Si vero citatus noluerit comparere, accusator obtineat, ut pacis commodo, suus adversarius communi judicio denudetur. Ac ut judicium istud ferri subeat accusatus, accusatoris oportet præcedere juramentum, super impositi homicidii veritate, quod *Aafuoren hed*, in lingua patria nominatur. Post hæc, si præsentiam suam adhuc quarto die juris exhibeat accusatus, accusatore non habente testes ad probandum, celebratæ in prioribus diebus ordinem accusationis, duodeno fidem faciens juramento se venire nullatenus potuisse, vel minus legitime citatum fuisse, pacem obtineat quam amisit. Si vero testes habeat accusator, amissam pacem restitui sibi reus nullatenus sine prædicti *candentis ferri* judicio mereatur. Et si per ferrum candens pacem obtineat, pro causa tamen principali subire iterato ferri prædicti judicium compellatur, quamvis non debeat accusatoris, ut prædictum est, præcedere juramentum. Sin autem prioris ferri candentis judicio convincatur exustus, in principali causa succubuisse pariter censeatur. At si reus obtinuerit, utrobique permittatur hæres adhuc octo viros eodem ordine singulos singulis vicibus accusare. Postremo si nullus eorum convictus fuerit, decimum eodem ordine accusatum, hoc modo ad *calcandum vomeres ardentes* compellat, Ut juret cum viris duodecim quod nec lucri nec odii causa ei, homicidii reatum imponant. Sed quia vere sciunt eum illud homicidium perpetrasse, illorum duodecim ad minus, quilibet sex marcas in suis facultatibus habere tenetur, Ut si calcatis vomeribus inculpabilis & innocens apparuerit qui calcavit, ad solvendum tres marcas illi, & tres marcas Antistiti, eorum quilibet compellatur.

16. Quod non solum Homicida, sed etiam qui comites extiterint, pecunia mulctentur. Non solum homicidii principales authores, verum quoque comites rex CHANUTUS, sua dignum duxit persequi constitutione. Sic animadvertens in quemvis homicidæ comitem, ut pro comitatu solo in tribus marcis regi, & in tribus marcis hæredi occisi, comes quilibet quamvis consanguineus occisoris, satisfacere teneatur. Quicunque vero deneget comitatum, negationem suam duodeno corroboret juramento. Si quis vero comitum accusetur, quod vulnus inflixerit interfecto, si duos super hoc testes habeat accusator, *accusatus tantum ferri candentis judicio se defendat.* Si vero testes deficiant falsum esse quod imponitur sibi probet tribus juramentalium duodenis. Si vero inflictionem fateatur vulneris, tantum tres marcas emendet regi, sed hæredi pro vulnere novem marcas.

17. Si quis occiderit aliquem in domo propria, vel aliquo loco in campo, ubi sibi quietis hospitium elegerit. Si quis aggrediatur aliquem violenter, & occidat eum vel in ejus domo, vel in agricultura, vel in campo, ubi vel fixa lancea vel sella posita, vel erecto clypeo, sibi hospitium quietis elegerit, præter justam homicidii satisfactionem, quadraginta marcas regi, & quadraginta marcas de bonis propriis persolvet consanguineis interfecti. At quisque comitum tres marcas Regi, & tres marcas consanguineis emendabit. *Jus Jut. L. III. c. 22.*

18. Quid Juris sit, si quis domum cujuspiam violenter confregerit. Si quis cum comitibus quinque, & armis quinque quæ *Flock-Waben* in lingua patria nominantur, alicujus domum violenter confringat, & inde quidlibet asportet, Si super hoc cum testibus duobus fuerit accusatus, *tantum candentis ferri judicio se defender.* Si vero testes defuerint, factum cum tribus juramentorum inficiabitur duodenis. Si vero defensio justa defecerit, vel reatum reus sponte confessus fuerit, tam Regi quam adversario in quadraginta marcis obligabitur persolvendis. *Jus Jut. L. III. c. 39.*

19. Qui sunt excessus, quorum autores perpetua pace privantur. Quorundam excessuum magnitudo deposcit, ut eorum authores pacis perpetuo quiete priventur, puta, si post homicidium quis offerre renuat satisfactionem: Si post præstitam emendationem fumatur vindicta: Si per homicidium cæmiterium violetur: Si turbata pace coram omnibus in Jure mors offeratur cuiquam: Si sponsa cuiquam per violentiam auferatur: Si conjunx cujuspiam vel mater vel soror, vel filia ob stupri turpitudinem rapiatur: Si hospes a domino, vel ab hospite in domo propria dominus domus occidatur: Si quis voluntate ignem imponat domui alienæ, ut ad injuriam & damnum domini, domus incendio consumatur: Si præsente Rege & in Dioecesi commorante, quis præsumat homicidium perpetrare, secundum novam a Rege VALDEMARO editam constitutionem. Verum pro vulnere tunc inflicto, quadraginta marcæ Regi, & quadraginta marcæ præstandæ sunt vulnerato.

20. Quod omnia mobilia delinquentis, privati pace, ad regem pertineant, vel etiam immobilia, si læsæ crimen imponitur majestatis. Ubicunque propter reatum suum, a Juridicis in Jure pacis commodo privatur delinquens, ad Regem pertinet quicquid de mobilibus delinquentem contingit. In quodam tamen casu etiam immobilia bona cum mobilibus adjudicanda sunt Regiæ Majestati: puta, Quando quis ad impugnandum Regem, regnum ejus hostiliter intrare præsumit.

21. Quæ iniqua consilia, quibus emendari debeant. In tribus tantum casibus, potest quis pro iniquo consilio conveniri: puta, Si reus deferatur, ut ille de cujus morte agitur ipsius consilio fuerit interfectus: Aut quod funiculo ignominiose consilio ipsius fuerit quis ligatus: Aut

quod ad invadendum, poſſeſſiones alicujus injuſte ad diripiendum bona ipſius dives & præpotens inductus fuerit, cui non eſſet tutum reſiſtere, aut propter generis claritatem, aut officii dignitatem, qualem *Hetwarth emand* in lingua patria nominamus. In primo caſu novem marcis reatum conſilii emendabit, aut accuſationi tres juramentorum objiciet duodenas. In utroque poſteriori caſu aut tres marcas perſolvet, aut duodeno ſe negabit dediſſe conſilium juramento.

22. *De verberatione & vulneratione, Injuriis & aliis moleſtiis quæ infliguntur libero homini, a ſervo vel bruto aliquo animali.* Propter varietatem vulnerantium & varietatem vulneratorum, & varietatem vulnerum, & modos varios infligendi, & varietatem inſtrumentorum lædendi, variari neceſſe eſt, pro vulnerum inflictione ſatisfactionem pariter & defenſionem.

Jus Jut. L. III. c. 27 29.30.32.

23. *Quid Juris ſit, ſi liber homo lædat liberum hominem, aut aliquam injuriam inferat.* Igitur liber homo vulnerat liberum hominem, vulnerat ſervum aut brutum animal, eodem modo ſervus vulnerat hominem liberum, vulnerat ſervum, vulnerat animal brutum. Eodem modo brutum animal vulnerat liberum hominem, vulnerat ſervum, vulnerat & animal brutum. Quando ergo liber homo vulnerat liberum hominem, interdum vulnus infligitur ſine membri cujuslibet amputatione, interdum membrum etiam amputatur. Ubi vulnus *infligitur ſine membri detruncatione*, aut deſcendit in concavum, & ad interiora penetrat, aut non. *Si non deſcendet*, quod vulnus in lingua patria *Waadeſaar* appellatur, trium marcarum exigit ſatisfactionem. Et ſi vulnus negetur, confirmabitur per *duodenum negatio juramentum.* Si vero deſcendet ad interiora, puta, in capite uſque ad cerebrum, in pectore uſque ad jecur vel pulmonem, in ventre uſque ad viſcera quod vulnus *Hulſaar* dicitur in vulgari, duplo majorem & ſatisfactionem exigit & defenſionem. Idem obſervandum eſt, ubicunque telum ita pertranſit partem aliquam, quod in carne duas faciat aperturas. Hæc autem locum habent, niſi caret accuſator teſtibus. At ubi duos teſtes habet inflicti vulneris, ſecundum novam Regis CHANUTI felicis memoriæ conſtitutionem, accuſatus tantum *ad candentis ferri* judicium admittetur. Sciendum præterea, quod pro quolibet oſſe quod fuerit extractum de vulnere, donec quinque oſſa extracta fuerint, præter vulneris emendationem, ſunt triginta denarii emendandi. Hoc quoque ſciendum eſt, quod vulnerum hujuſmodi accuſatio, ſolutis quinque marcis argenti, vel quindecim marcis nummorum, quotcunque fuerint inflicta vulnera, finiatur. Et quia ſæpe monetæ pretium variatur, & modo vilior, modo carior reputatur, ſtatutum eſt, ut ſemper pro tribus marcis nummorum quæ nominantur in ſatisfactione, ſit una marca argenti, vel ipſius æſtimatio in ſolutione, in ſuperiori vel inferiori ſumma ſemper eadem proportione inter argentum & denarios obſervata. Hoc tamen ad Epiſcopale jus vel Regium non procedit, ubi ad ſummam nummorum debitam minuendam, ſupplicationibus potius quam allegationibus eſt utendum. In *membrorum* abſciſſione refert, quod membrum fuerit amputatum. Quorum enim amputatio, majorem generat deformitatem, ampliorem requirit etiam emendationem. Unde cum *amputatio naſi* plurimum hominem dedeceat & deformet, ſtatutum eſt, ut *homicidio in emendatione* debeat adæquari. De linguæ quoque qua carere plurimum eſt damnoſum, idem eſt judicium, amputatione. Item eadem quæ pro homicidio ſatisfactio eſt præſtanda, ſi ambo oculi eruantur: Si ambæ manus abſcindantur: Si ambo pedes cuiquam amputentur: ſi *virilia reſecentur.* Duplo *autem minus pro* unius tantum, quam duorum præſtabitur amputatione. Eſt tamen unum de virilibus, cujus abſciſſio debet homicidio comparari. Multi enim magis mortem eligerent, quam poſt amiſſionem membrorum, vitam ducerent ignominioſam. Unius item manus abſciſſio, in emendatione homicidio duplo minor eſt, amputatione pollicis duplo major. Item pollicis ſatisfactio, duplo major indicis ſatisfactione. Sed ulterius iſta ſubduplatio non procedit, ne pro vulnere minor quam trium marcarum nummorum, vel unius marcæ argenti ſatisfactio debeatur. Licet autem uno ictu plures digiti vel plures partes corporis vulnerentur, uniuscujusque tamen digiti vulnus, quantumcunque modicum trium marcarum exigit emendationem. Ubicunque autem ipſo vulnere major ſecundum prudentium virorum æſtimationem, a die vulneris poſt annum & diem factam, deformitas judicatur: Ibi ſolius deformitatis æſtimatio eſt præſtanda. Ex *eo autem articulorum & aurium minor debet deformitas judicari, quod operti pannis & crinibus, oculorum aſpectibus ſubtrahuntur.* Duplo minus pro manu vel pede vel quolibet membro tali præſtabitur, licet prorſus inutili ex inflicto vulnere, ſi qualitercunque corpore dependens adhæreat, quam ſi penitus a corpore ſeparetur. Item a libero, ſi liber homo, fuſte aliquo verberetur, ictu quamvis unico feriatur, locum habebit emendatio ſex marcarum. Aut negatio duplicato juramentorum duodenario confirmata. Major enim *verberatum ex verbere, quam vulneratum ex vulnere ſolet infamia comitari, quapropter merito corporali* læſione gravior judicari. Et *idcirco verberato ſatisfactionem majorem depoſcit ratio deberi præſtari.*

Jus Jut. L. III. c.

Jus Jut. L. III. c.

24. *De appellatione fuſtis.* Fuſtis autem appellatio virgam & baculum, haſtam, ſecurim, malleum, clavam, & vaginatum gladium comprehendit. Item a libero, ſi liber pugno vel oſſe vel lapide feriatur, vel irato animo ad terram trahatur, vel tractis crinibus affligatur, trium marcarum præſtabitur emendatio, vel accuſationem elidet duodeni negatione juramenti. Eſt ſciendum præterea, quod emendans ſolus in iſtis caſibus ſolum æqualitatis juramentum debeat exhibere, & in illa forma in qua dictum eſt, illud pro homicidio cum viris duodecim exhibendum. Item ſi quis ad nocendum alii arma ſua con-

conceſſerit, aut in tribus marcis ſatisfaciet vulnerato vel ejus hæredi, forte lethali ſuſcepto vulnere, aut conceſſionem negabit manus duodecimæ juramento. Item ſi quis detentus fuiſſet cum in alium inſultum facere conaretur, aut pro reatu ſuo tres marcas perſolvet ei cui nocere voluit, aut reatum conaminis duodeno inficiabitur juramento.

25. *Si caſu quis alium vulnerabit.* Si quis non voluntarie ſed caſualiter cuiquam vulnus inflixerit, non idcirco minus integram vulneratus recipiet emendationem, cujus dolorem lenire non novit caſus potius quam propoſitum infligendi. Nec ipſius multum intereſt, & caſu potius quam ex propoſito læſum eſſe. Ex caſu tamen hoc beneficium præſtatur authori, ut nihil eo nomine Regi vel Antiſtiti debeatur, quorum non eſt caſum inopinatum (quem nullus poteſt hominum prævidere) in aliquo caſtigare, ſed iniquam punire potius voluntatem, quatenus metu poena illicita & iniqua de cœtero caveantur. Si tamen vulnus, quod author aſſerit caſuale exactor Regis vel pontificis voluntarium conſtanter affirmet: aſſertioni ſuæ author vulneris primo ſuo fidem faciat juramento. Deinde vulneratus ipſe idem comprobet juramento. Poſt quos tandem decem viri, quales inveniri poterunt, ad complendum juramentorum duodenarium admittuntur. *Et hic eſt caſus unicus in quo pro Jure regio unius nominati viri, puta, ipſius vulnerati requiritur juramentum.*

26. *Si plura poenalia ſimul concurrerint.* Quando plura poenalia concurrerint opera eodem tempore perpetrata, actor adverſus quem perpetrata ſunt debet eligere, quo pro uno ex omnibus poenalem exigit ſatisfactionem, niſi forte occiſi cadaver armis & veſtibus ſpolietur. In quo caſu hæres occiſi ſimul & pro homicidio, & pro ſpoliatione juſtam recipiet emendationem, vel niſi ſimul plura vulnera infligantur, quorum poenales emendationes nullatenus ſe conſumunt, donec quinque marcæ argenti fuerint perſolutæ. Quibus ſolutis nihil erit pro pluribus ultra vulneribus perſolvendum. Excluduntur etiam interdum propter unius tantum vulneris emendationem cœterorum vulnerum ſatisfactiones, puta quando proptor deformitatem abſciſſionis unius membri, ut manus, vel pedis, quinque marcas argenti excedit emendatio perſoluta. Nihil enim ſuper aliis vulneribus deformitate carentibus perſolvetur. Si vero in membris pluribus plures deformitates fuerint, ſicut contingit manibus ambabus abſciſſis, vel ambobus pedibus amputatis, plures præſtabuntur etiam emendationes. Ita tamen ut ſatisfactionem homicidii non excedant. Si quis igitur ſimul & ab eodem fuerit verberatus & vulneratus & ſpoliatus rebus ſuis, vel via publica, vel quamvis aliam paſſus injuriam, equo ejus vel bove vel tali quovis alio animali verberato vel etiam interfecto in ejus aſpectu: Si primo ceperit pro verberatione requirere ſatisfactionem, nihil pro vulneratione poſtea vel ſpoliatione vel quovis alio poenali opere obtinebit. Res tamen quibus ſpoliatus fuit, poterit vindicare, & ad reſtitutionem æſtimationis agere damni dati. Eodem modo per electionem alterius actionis poenalis, omnes aliæ perimuntur.

Lib. VI. Cap. 1. Si liber homo ſervum læſerit, quæ ſatisfactio ſit præſtanda. Nunc videndum quæ ſatisfactio ſit præſtanda ſi ſervum membris mutilaverit aut vulneraverit aut verberaverit liber homo. Igitur ſicut ſe habet occiſio ad membri amputationem: Ita ſe debet habere occiſionis ſatisfactio ad amputationis ſatisfactionem. Verbi gratia. Sicut tribus marcis emendandis pro ſervi cujuslibet interfectione, tantum debet apponere interfector ut poſſit cum *manu duodecima* ſecure jurare, quod occiſi mancipii valorem omnem illa ſatisfactio comprehendat: Ita marcæ & dimidiæ pro abſciſſa manu, vel amputato pede, vel oculo tantum uno eruto, emendandis, Tantum author debet addere, ut ſecure ſuper hoc duodenum exhibeat juramentum, quod omne damnum amputationis, in illa ſatisfactione domino compenſetur. Pro duorum autem illorum membrorum amiſſione, eodem modo & ordine quamvis duplo major emendatio eſt præſtanda. *Verum pro ſervi vulnere, vulnerator duas oras domino emendabit, preciumque inſuper præſtabit medici, & operarum quibus interim fraudabatur dominus, æſtimationem & nihil amplius niſi forte ex vulneratione vel verberatione fuerit exorta deformitas,* ſecundum prudentium virorum æſtimationem, quæ tamen tres marcas non exceſſerit, emendanda. Si tamen mancipium vulneratum vel verberatum fuerit in aſpectu domini: major contemptus præſentiæ, juxta quorundam ſententiam, majorem videlicet trium marcarum exiget ſatisfactionem.

2. *Quid Juris ſit, ſi liber homo brutum animal læſerit.* Liber homo ſi brutum animal manſuetæ naturæ, equum puta, vel bovem, vel pecus, vel quodcunque tale animal vel verberando vel percutiendo læſerit, Omne damnum inde proveniens domino reſtituet animalis juxta damni æſtimationem cum juramentalibus ſuis de damni fidem faciens quantitate. Si ſuper ea fuerit dubitatum, duas oras nummorum inſuper contemptus precium emendabit, vel contemptum cum juramento manus tertiæ denegabit. Si læſi dominus animalis conqueratur damnum datum ex injuriandi animo & contemptu, Eodem jure circa læſionem & interfectionem hujuſmodi animalis, quantum ad omnis damni reſtitutionem & duarum orarum emendationem per omnia conſervato. Nec miretur aliquis, ſi quod præſtandum eſt pro hujusmodi animalis læſione vel interfectione, juxta damni æſtimationem, interdum excedat homicidii ſatisfactionem, continentem eandem ſemper in omnibus quantitatem. Cum ab ea multo minus continendo frequentius excedatur. Locum autem contemptus emendatio non habebit, niſi duas oras nummorum ad minus valens in abſentia, vel quantumcunque vile in præſentia, & aſpectu domini vel

interficiatur animal vel lædatur. Si quis præterea equum equitaverit alienum contra domini voluntatem, duas oras nummorum, si non pertransierit ejusdem dominii villæ terminos. Attamen dimidiam marcam si per secundæ villæ loca processerit, & sex oras si adhuc ultra progressus fuerit emendabit.

3. Si servus liberum hominem læserit, quæ satisfactio sit præstanda. Quocunque modo vulnerando vel percutiendo servus in ingenuum manum miserit violentam, tres marcas dominus emendabit, aut negationem suam juramentorum duodenario confirmabit. Et si servus unius, servum alterius vel quodcunque animal mansuetæ naturæ vel vulneraverit vel verberaverit, vel quovis alio modo læserit: lædentis dominus, læsi domino damnum omne tenebitur resarcire: fidemque facere super damni quantitate cum sufficienti juramentorum numero, juxta damni, quod datum dicitur, æstimationem: vel dando servum noxæ, se ab omni poterit, tam damni quam juramenti præstatione penitus liberare.

4. Quid Juris sit, si brutum animal lædat liberum hominem, vel servum, vel brutum animal. *Jus Jut. L. II. c. 35.* Nunc videndum quid Juris sit, si cuiquam damnum detur a quadrupede mansuetæ naturæ. Et revera sive liber homo sive servus lædatur a quadrupede, bove vel equo, vel cane, vel apro, vel tali quolibet mansuetæ naturæ: precium pro curatione læsi medico dabit lædentis dominus. Insuperque precium operarum quæ domino deperibant propter mancipii læsionem. Et si quæ deformitas exorta fuerit vel in ingenuo vel in servo, juxta prudentium virorum æstimationem emendabitur. Ita tamen ut pro damno dato, ab hujusmodi animali satisfactio facienda tres marcas nummorum, vel unam marcam argenti, computatis omnibus non excedat. At omne damnum quod infra summam istam contigerit est præstandum, Nec quicquam amplius licet equus valens viginti marcas vel amplius, vel a cane, vel quovis alio quadrupede perimatur, vel inutilis omnino reddatur. Illius autem qui debet satisfacere, est, cum suis juramentalibus secundum æstimationem damni, super damni dati fidem facere: si super ea dissensio generetur.

5. Qualiter libertas debeat servo dari. Quando libertas mancipio, a domino vel confertur vel venditur vel relinquitur causa mortis, ut libertas irrevocabilem habere valeat firmitatem: debet in Jure dominus libertatem vel collatam vel venditam protestari, & renunciare priori coram omnibus servituti. At illius qui relinquit causa mortis suo mancipio libertatem: debet hæres per se vel per alium coram cunctis, qui ad tumulandum defunctum conveniunt, relictæ libertatis beneficium propalare. Frequenter etiam sacerdos coram conventu parochianorum in Ecclesia, sic datam pronunciet libertatem. Statim autem post factam protestationem libertatis, & renunciationem pristinæ servitutis: habet authoritas consuetudinis approbatæ, ut ingenuorum aliquis sic adeptum libertatem suo generi conjungat, eum in suum consanguineum eligendo, & pro factis ejus se spondeat responsurum. Et hoc facto, pro parte tertia præstandæ satisfactionis onus sentiet, vel pro parte tertia recipiendæ satisfactionis lucrum percipiet cum liberto: duplo minore semper liberto quam ingenuo satisfactione pro homicidio attinente. *Matris conditionem sequitur semper partus, ut sit liber partus ex libero ventre procreatus: licet pater servilis conditionis onere premeretur. vel sit servus ex ventre servili progenitus: quantumcunque pater inter ingenuos nobilitatis genere præfulserit.*

6. Duplo minor pro liberti occisione, quam ingenui præstanda est satisfactio: licet patrem ingenuum habuisset. Si redemptus ab ingenuo patre a miserabili servitute in favorabilem libertatem, ancilla matre progenitus perimatur, tamen dimidiam satisfactionis homicidii portionem præstabit occisor parenti libero, & ex eo conjunctis consanguineis attinentem.

7. Casus in quo pro occisione servi integra est præstanda satisfactio. Si redemptus ab hostibus utroque parente libero procreatus, licet ab emptore detentus in miseria servitutis, occidatur ab aliquo, agnatis & cognatis integra summa præstabitur satisfactionis. A quibus tamen a totali satisfactione, redemptori, redemptionis pretium est præstandum.

8. Qualiter liber homo possit fieri servus. Liber homo in enormi maleficio deprehensus, sicut in Jus adductus ad suspendium vel ad membrorum detruncationem, vel aliam quamvis corporis læsionem poterit condemnari: sic quoque poterit adjudicari miseriæ servitutis, ut tamen onera servitutis tantum in Regis perferat mansione. In nullius alterius unquam dominium transiturus. Verum ibi vel vitam miseram finiturus: vel ad statum ingenuitatis pristinæ rediturus. Hic si servus existens, fuerit interfectus, non ad agnatos vel cognatos, sed ad Regem vel ipsius exactorem, talis pro servo satisfactio pertinebit.

9. Qualiter quis possit servo consanguineo suo libertatem obtinere. Secundum *Jus antiquum* licuit unicuique filium suum vel consanguineum existentem servum, ex ancilla matre progenitum, fide prius facta, duobus testibus & duodeno juramento super conjunctione sanguinis, tribus marcis quamvis invito domino, ab onere servitutis, in honorem redimere libertatis. Quod nulli *permittitur novo jure*, sed oportet, ut ad hoc domini *sufficienti pretio inclinetur* voluntas.

10. Qui petit aliquem in libertatem, qualiter liberum probare debeat. Si quis existentem in possessione servitutis alleget liberum, & injuste mancipatum indebitæ servituti: duobus testibus hoc idem asserentibus, & duodecim juramentalibus suam corroboret allegationem: & sic is de quo agitur, libertate debita perfruatur. Etiam si

si mulier est cum matre, proles etiam libertatis beneficium consequatur.

11. Quod domino licet ubique comprehendere servum suum. Ubicunque dominus servum suum invenerit fugitivum, quamvis in præsentia Regis vel pontificis: eum juste licet violentis manibus comprehendere. Requirendi quoque servum suum in quacunque domo vel loco voluerit, non debet ei licentia denegari.

12. Qui fugit a possessione servitutis, redire debet ad dominum, ut ibi cognoscatur de causa sua. Si quis a possessione servitutis fugienti, affirmet coram domino competere libertatem: Requisita prius fideli cautione ne vel ei propter fugam a Domino noceatur vel Judicio subtrahatur, permittat eum ad domini potestatem redire. Et tunc duobus testibus & duodeno juramento, ei si potest obtineat libertatem.

13. Quid Juris sit si peratur quis a possessione libertatis in servitutem. Si quis in possessione libertatis conversatus ad servitutem ab aliquo requiratur: aut fides in mobilibus quæ possessa nullo modo relinquere habeatur: Aut pro se sufficienter fide jubentem producat, ut legitimum causæ finem debeat expectare. Et vel sibi die statuto duobus testibus & duodecim juramentalibus libertatem defendat: vel petentis dominium recognoscat.

14. Quantum pretium consequi debeat, qui servum fugitivum reddit domino suo. Si quis detineat servum a domino fugientem, ut suo domino reddat eum, si non egressum terræ terminum suæ: duas oras aut dimidiam marcam nummorum: si jam egressum terra sua detineat. A domino cum eum sibi restituerit, retentionis pretium consequatur.

15. Semper eundem habent dominum, mancipium & bona mancipii. Nihil sic potest esse mancipii alicujus, quod non sit illius domini, cujus est mancipium, ut de ipso pro libito suo sibi liceat ordinare.

16. De jure postliminii. Reverso ab hostibus, jure postliminii debent restitui quæcunque tempore quo captus fuit, constiterit ipsius fuisse. Et quæcunque injuste sibi subtracta fuerunt: tunc juste potuit revocare. Et tempore reversionis poterit nulla præscriptione sibi præjudicium generante.

L. VII. C. I. De furto. Quicunque statim a furti tempore perpetrati, rerum suarum furem persequitur, comprehensum *cum rebus suis & manibus in tergum ligatis in Jus deducat*, ibi fide prius facta duobus testibus, quod in furto fuerit deprehensus pro modo criminis condemnandum. Verum quando amissum a priore tempore bovem vel equum vel quamcunque rem aliam in possessione alterius recognoscit: Non statim manus injiciat possessori, sed qui pro eo sufficienter caveat, ut vel in jure provinciali compareat, vel in domo sua Justiciam exhibendo, fidejussorem sibi postulet assignari, pro quo habendo eum ad villam proximam, & de prima similiter ad secundam, & deinde ad tertiam prosequatur. Et si nec sic haberi valeat fidejussor, tunc quem cepit cum rebus suis ad domum deferat vel invitum, ibique compedes tradat, quos suis pedibus superponat. Aut nolentem sibi hoc facere comprehensum: eisdem vinciat comprehensor in Juris executione nullam injuriam committendo. At sic capto, nec licet ei trunco pedes infigere, nec manus vinculis colligare. His peractis sic captum non ligatum manus funibus, sed vinctum pedes compedibus, ad Jus provinciale convenientibus repræsentet. Ubi si nullus offerat pro eo justiciam: compeditus ipse, vel domum habitationis suæ nominet, vel actorem a quo rem pro qua captus est comparuit, quo vel proficiscatur actor ipse causa justiciæ obtinendæ, vel per nuncium experiatur, utrum quis de ipsius curare voluerit liberatione. Et si nec sic possit justiciam obtinere: deducat eum in jus generale, ad quod universi de terra conveniunt, audito rerum gestarum ordine, pro voluntate convenientium judicandum.

Jus Jut. L. II. c. 87. II c.

2. Si scrutinium negatum fuerit. Si volenti sibi rem furto sublatam in domo requirere alienа, scrutinium a domino domus denegetur: adducantur duo vel tres testes qui possint super justicia denegata testimonium perhibere. Deinde super hoc in Jure ab actore munito duobus testibus accusetur, & vel neget factum accusatus, negationem suam duodeno corroborans juramento, vel confiteatur & tres marcas Regi, & tres marcas pariter emendet actori, & tunc furti, quanti voluerit actor eum reum deferat perpetrati. Et si super summa petita, dissensio generetur, in detestationem furti quantitatem probare convenientibus juramentalibus non reo conveniet sed actori. Absente vero domino domus, si quid per scrutinium inventum fuerit, non licebit inventori, domino domus manus injicere violentas, sed a convocatis civibus fide jussionis recipiet cautionem, super non alienandis rebus inventis, quousque dominus domus revertatur, & vel sibi res illatas defendat vel assignet actori cum sufficientibus juramentalibus vendicanti.

Jus Jut. L. II. c. 97.

3. Quid Juris sit si scrutinio facto res inventa fuerit. Si quis ut avertat a scrutinio requirentem in domo sua furtivam rem asserat non haberi: si facto postea scrutinio ibidem res fuerit inventa, inventor de Jure poterit pro fure capere domus illius dominum & ligare, & cum re propria quam invenit duplum ejus sumat non de sola patrisfamilias portione, sed de bonis communibus quotcunque fuerint cum patrefamilias in communione. Nam cum omnes lucrum respicerent in retentione, non est mirum si damnum in eiusdem rei contingat omnibus restitutione. Deinde sola & tota ipsius patrisfamilias *capitalis portio* ad Jus Regium pertinebit, non uxoris non filiorum aut filiarum, nisi forte quid de furto possit sub secunda vel tertia in uxoris custodia reperiri. In quo casu sicut maritus suus & uxor furti nomine capietur: sic & illi filii quos & ætas tenera non excusat, & qui eiusdem furti rei & conscii possunt certissime deprehendi. Videtur tamen quibusdam iniquum ob hoc solum

Jus Jut. L. II. c. 97. in fine.

lum pro fure quempiam comprehendi, quod in domo ſua negaverit eſſe rem furtivam, ibidem per ſcrutinium poſt repertam, cum hoc de fiducia bonæ conſcientiæ potuiſſet negari. Verum licet ei (quamvis ante negaverit) cum *duodecim juramentalibus*, quales habere poterit ſe tueri: ſi dimidia marca nummorum minus valeat res furtiva. At ſi dimidiam marcam aut magis valeat, nominatos aſſumat duodecim de ſua parochia. Et ſi non ſufficit ipſa ſola parochia, de proxima aſſumat purgatores quorum ſi vel unus defecerit, hoc ſolum ei ſupereſt auxilium, ut candentis ferri judicio ſe committat. In hoc caſu tamen adverſarii Sacramento, quod in lingua patria *Aſſuoren Eed* nominatur minime præcedente, Et ſi *manus exuſtione*, reus ſibi impoſiti criminis convincatur: Non tamen ſubito capietur, licet ſtatim ejus bona, ſicut dictum eſt, capi poſſint: ſed ut ſibi per fugam conſulatur: vel quovis alio modo provideatur, unius tantum diei inducias obtinebit: *alioquin pauci candentis ferri judicio conſentirent.* Poſt hoc in jure coram communi audientia, enarrato prius rerum geſtarum ordine, ſuus obtineat adverſarius, ut expers pacis & dignus patibulo judicetur, Et ſi repertus fuerit ab illo tempore pro ſui reatus exigentia punietur impune.

4. Quid juris ſit, ſi animal ſuum quis in poſſeſſione alterius deprehenderit: vel quomodo recuperabit homo animal ſibi ablatum injuſte. Quando ab aliquo ſuus equus vel bos vel quodcunque tale animal in domo & poſſeſſione alterius repe-
Jus Jut. L. II. c. 105. ritur: poſſeſſor præſtet cautionem fidejuſſoriam petitori, ut judicio ad jus convenientium: primo die juridico ſe præſentet, quo cum perventum fuerit: quintus dies præfigatur a juridicis poſſeſſori, in quo adverſus petitorem ſic in domo propria ſe defendat, ut vel ipſe vel author ſuus a quo rem quæ petitur comparavit fidem faciat duobus teſtibus & duodecim juramentalibus, quod animal habens calumniam in ſuo dominio & poſſeſſione fuerit procreatum. Aut ſi poſſeſſor hoc nequeat adimplere: petitor ibidem tantum ſex virorum exhibeat juramenta, quod idem animal vel violenter ſibi ſublatum fuerit vel furtive: Et ſic obtineat ſuum animal quod invenit. Sed ſciendum quod terminus interdum brevior, interdum prolixior, quam diximus, præfigi poterit poſſeſſori. Propter enim alienigenam petitorem & a remotis partibus venientem, ne mora diuturna crucietur: ſecundum quoſdam tantum trium dierum eſt ſpacium præfigendum. At ubi poſſeſſor primo ſuum nominat venditorem die juridico quem conſtat in remotis partibus habitare (Non tamen a nobis per influentis maris ſpacium ſeparatum, puta in Suecia) ſive alienigena ſive indigena ſit petitor, poſſeſſor quindecim dierum inducias obtinebit. At ſi maris intercapedo illum a nobis ſeparet, quem ſibi nominat venditorem, præſtabitur unius menſis. Verum ſi terra & regno egreſſum conſtet eum, ut viſitet ſanctorum limina: unius anni & ſex ſeptimanarum ſpacium præfigatur.

5. Si res non viva nec dum uſui præparata in domo alterius reperitur, utpote ſecuris ſine manubrio. Quando res non viva ſed alia reperitur, ſi non dum eſt uſui neceſſario præparata, puta ſecuris nondum ſuo manubrio maritata, vel gladius vaginatus, cui nondum baltheus eſt affixus, vel veſtis nondum ad uſum neceſſarium informata: poſſeſſor tantum duodecim juramentalibus fidem faciat, ſe rem illam expoſitam: ad emendum juſto precio comparaſſe. At ſi ſecuris habeat manubrium vel mucro tinctorium alligatum, vel veſtis ſit formata: oportet ut poſſeſſor ſuum nominet venditorem vel fidejuſſorem, ad defendendum ne res evincatur, vel ſi res evicta fuerit ad ſolvendum ſibi pretium obligatum, ut eorum alteruter ei ſtatuto die ſi poterit rem defendat, cum præfixus dies advenerit, ſi prædictum fidejuſſorem actor neget antea nominatum: poſſeſſor probet *duodecim juramentalibus* eundem eſſe quem antea nominavit. At ſi nec venditor nec fidejuſſor ſtatuto die comparuerit, poſſeſſor producat ſi poterit duos teſtes qui teſtificentur eum juſte rem de qua agitur comparaſſe. Quo facto nihil præter rem ſuam actor valeat obtinere. Sed ſi non teſtes comparuerint, licebit actori cum re ſua duplum accipere & pro fure comprehendere poſſeſſorem. Quando rem quamcunque venditam a fure condicit venditor ab emptore: emptor fide facta duobus teſtibus & juramentalibus rei convenientibus æſtimationi, quod juſto precio rem eandem comparaverit, ab eodem adverſus ſuum ſe tuebitur venditorem.

6. Si ſuſpectum qui habet alium pro re ſibi furtive ſublata. Quando quis ſuſpectum habet a- *Jus Jut. c. 108.*
lium quod furtive ſibi ſubripuerit rem amiſſam, in Jus progrediens provinciale nominando eum deferat furti reum, ibique ſtatuatur ut ab actore citetur ad proximum diem juridicum reſponſurus. Et ſi non venerit ſicut prius, iterum ei proximus dies juridicus præfigatur, & ſi non tunc advenerit, Regi eum in tribus marcis, actorique in reſtitutione amiſſæ rei vel ejus æſtimatione juridici condemnabunt, & ut nullus ei communicet per totam provinciam indicabitur ſub poena trium marcarum, Juri regio ſolvendarum, quod *judicium Madtband*, lingua patria nominare conſuevit. Quo jure ſi contentus noluerit actor eſſe, vel adjudicatum ſibi non potuerit obtinere: In jus generale procedat, & rerum geſtarum ordine univerſis ſub bonorum virorum teſtimonio recitato, reo nondum comparente, obtineat ut a Juridicis talis ſententia proferatur, ut & a reo Rex tres marcas accipiat, & actor non ſolum æſtimationem ſed duplum pariter æſtimationis, & ut ipſe reus communis pacis expers ab omnibus habeatur, quam *lingua patria Fredloſs* appellat. Et tam verbis quam colliſione armorum & contactu evidenter exprimitur, ut eum cuilibet cum armis invadere ſit permiſſum. Verum ſi tunc reus tandem quarta vice comparuerit, vel citatus vel ad ſuam innocentiam comprobandam licet nullum præcedere actoris debeat juramentum, quod *Aaſuoren Eed* dicitur: tamen ad candentis ferri judicium admittetur, quod *Skierſiern* lingua patria nominatur. Et ſi manus exuſtione convictus fuerit, per

per omnia juridicorum proximo supradictæ sententiæ subjacebit. Si vero per illæsam manum innocentiam suam poterit declarare, a cunctis in eum latis sententiis absolvetur. Sed actori de novo licebit adversus eum furti judicium instaurare.

7. Quod citatus in Jus duos mittere debet qui testentur eum legitima causa præpeditum. Ci- *Jut. L. II.* tatus in jus, licet justam causam habeat residen- 10. di, debet tamen pro se duos transimittere, qui non tacto sacro libro sed contactu *manuum utraque sex* manu sua manum alterius contingente, testificentur eum ne veniret, causa legitima præpeditum. Nam propter infirmitatem ei quindecim dierum inducias impetrabunt. Quibus finitis, si non convaluerit, supplebit aliquis proximorum ipsius absentiam & defectum ipsum, licet per candentis ferri judicium defendendo. Ita tamen ut ex illæsa manu gestantis ferrum, non gestantis innocentia comprobetur. Et si manus exusta fuerit gestatoris, solus non gestans furti reus impositi convincatur. Si tamen reus priusquam ferrum gestatum fuerit moriatur, ejus hæres si voluerit negare, poterit defunctum vel aliquem pro eo ferri judicio consensisse, negationem suam manu duodecima juramentalium confirmando. Et si actor in accusatione defuncti perseveraverit, hæres hoc inficians, tamen cum duodecim juramentalibus se defendat. Quando vero si citatus non venit, propter absentiam excusatur, multum refert in quibus commorari partibus doceatur. Quippe si fuerit in vicino, tribus diebus juridicis sibi continuis (sicut prius dictum est) convincetur. Si vero transierit ad loca partium remotarum, dabuntur inducie dierum quindecim, aut unius mensis aut unius anni & unius diei secundum jam dictam diversitatem distantiæ spaciorum.

8. Si de furto accusatus, primo vel secundo die Juridico apparuerit. Accusatus de furto, si compareat primo die juridico vel secundo & pro se offerat per Jurisjurandi religionem, defensionem *virorum duodecim*, quos actor voluerit de tota provincia nominare: oportebit actorem juri acquiescere nominationis. Et cum duodecim viri fuerint nominati, licebit reo tantum tres viros inimicitiæ causa sibi suspectos recusare de nominatis duodecim, in quorum locum actor statim tres alios nominabit. Quo facto vel eodem die si omnes præsentes fuerint, & in hoc omnes consenserint, vel proximo die juridico nominati duodecim, ab injuncto negotio se absolvent. Et si omnes liberum juraverint, accusatus consequenter innocens comparebit. Sin autem vel unus jurare noluerit, reus habebitur pro convicto, nisi *candentis ferri judicio* se committat. In quo casu tamen, non debet actoris exigi juramentum, sicut exigeretur si statim ab exordio ferri judicio consensisset. Quando vero ad consequentem diem juridicum nominatorum defensio prorogatur: Si statuto die tantum tres viros nominatorum numero deesse contingat, uniuscujusque trium vel duorum testimonio de numero nominatorum reus absentiam excusabit, & tunc actor alios in locum absentium nominabit. *Licet autem* reus prius consenserit, si tribus diebus vel duobus ante præfixum diem nominationi renunciet, audietur: ut *actoris præcedente juramento per ignisti ferri judicium* se defendat quod *Tryg sern* in lingua patria nominatur. Hæc est forma juramenti quod candentis ferri judicium antecedit, ut affirmet actor sub jurisjurandi religione, quod non *odii causa, non lucri gratia reo imposuerit furti crimen:* Sed quia scit eum veraciter rem ad minus valentem dimidiam marcam nummorum sibi furti vicio subtraxisse.

9. Si sponte quis confessus fuerit se rem invenisse, quæ furtive subtracta putatur. Si quis *Jus Jut. L. II.* priusquam de furto fuerit accusatus sponte con- *c. 112.* fessus fuerit crimen suum, vel jam accusatus sibi fidem fecerit ad secundam vel tertiam citationem in judicio: *Duobus testibus & duodecim juramentalibus* quod rem illam quæ ab eo requiritur, coram civibus & parochianis, & omni cœtu populi cui eum contigit interesse, se pronunciaverit invenisse: ut ad noticiam veri domini ejus inventio perveniret, a furti crimine se mundabit, & ab actoris se petitione pariter liberabit cum rem restituerit, & duodenum exhibuerit juramentum quod nihil amplius habuerit, vel cum ea restituere teneatur si super inventæ rei fuerit orta dissensio quantitate.

10. Si coram multis furti crimen imponitur, quod nequit probari. Si quis in Jure coram com- *Jus Jut. L. II.* muni audientia furti quemquam accusaverit: ni- *c. 109.* si furti causam fuerit prosecutus, & ad tres marcas Regi, & ad tres marcas persolvendas obligabitur accusato.

11. De condemnatione furis. Furis condemnatio juridicorum non exactoris subjacet potesta- *Jus Jut. L. II.* ti, pro minore autem quam *dimidiæ marcæ num-* *c. 88. 90.* *morum* furto, ad amissionem vitæ non debet aliquis condemnari. Sed aut detruncationem membrorum, aut impressi faciei stigmatis notationem in signum & memoriam deprehensionis, aut servitutem in regis curia tolerandum, aut per verbera castigationem, condemnationis sententia comprehendet. Licet autem furtum committat, qui etiam unum denarium domino contrectet invito: pro minori tamen quam *quinque nummorum furto non est* quispiam vinciendus. Interdum etiam magnitudo sceleris, non solum in amissionem vitæ, sed in exquisitum genus diræ mortis, acerbam sententiam justæ dirigit condemnationis: ut vel Ecclesiarum effractor, qui manus sacrilegas in res sacras extendere non veretur, in furto sacrilegium exercendo: vel sicarius qui ut possit prædam & spolia per latrocinia obtinere, vitæ non parcit bestiarum more, tanquam humanæ societatis im- *Jus Jut.* memor alienæ, vel *incendiarius qui consuevit* *L. III. c. 66 67.* *turpis lucri gratia domos* incendere alienas, *in rota dissento corpore suspendatur, vel lapidibus obruatur, vel incendio concremetur.* Sciendum præterea quod furem quem Juridici morte noluerint vel suspendio condemnare, si noluerit Regis exactor, solvere, de Juridicorum sententia juste qui cepit eum, rumpet vel scindet vin-

vincula colligati, ut non possit super hoc ab actore regio conveniri.

12. *Quantum uxori jure alienare permittitur.* Jus permittit uxorem *alienare rem valentem quinque denarios, & nihil amplius ignorante marito.* Verum quia frequens alienatio quamvis exiguæ rei, tandem immensam poterit adferre jacturam, & abundantiam in penuriam commutare, licet marito suspectam habenti uxorem suam super alienatione frequenti, in jus procedere, & uxori omnem alienationem efficaciter prohibere: Ut si uxor postea aliquid de facto præsumpserit alienare: maritus possit idem tanquam non alienatum fuerit, revocare. Licet pretium quod uxor accepit refundere non cogatur. Eodem modo licet patrifamilias quod filius familias vel filia familias de bonis suis alienaverit, non refuso pretio, revocare. Licet autem qui cum talibus personis lege contrahunt prohibente, quæ mercantur restituere compellantur, furti tamen infamiam non incurrunt: Sed si rem quamlibet ab ignorantis domini *præsumunt mancipio*, vel mercenario comparare, non tantum restituere sunt cogendi, sed & nomine de furto poterunt accusari.

Jus Jut. l. III. c. 44.

13. *Si quis super furto servi sui conventus fuerit.* Quando quis super furto servi sui convenitur, si confiteatur, quantum voluerit persolvendum proponat, & quod major non fuerit illius furti quantitas, *duodeno sidem* faciat juramento: Insuperque pro suo libito vel ad cædendum servum suum virgis, actoris subjiciat potestati, vel triginta denariis ipsius redimat verberationem. Nequaquam ad alterutrum obligatus, si compertum servi sui furtum prius indicare curaverit, quam conveniretur. At si diffiteatur dominus furtum servi: manum ejus subjiciat, *ferri candentis judicio*: *Nullo tamen præcedente adversarii juramento.* Et si manus convictus fuerit ustione, quantum voluerit persolvat dominus, & quod nihil amplius persolvere teneatur duodenum exhibeat juramentum. At si minus dimidia marca nummorum furti nomine requiratur: ferri *judicium si voluerit evitando* poterit quod impositum est servo suo cum suis juramentalibus denegare, At minus cum duodecim, secundum quosdam propter furti detestationem quantumcunque modicum requiratur. Secundum alios cum juramentalibus convenientibus æstimationi ut duas oras vel minus, triplici neget juramento atque seno si transcendat in aliquo actoris petitio duas oras ne sic pro facto alieno servi sui, sicut pro proprio gravaretur.

14. *Quid facere debeat, qui alienum servum in furto deprehenderit.* Si quis in furto servum deprehenderit alienum, in Jus deducat ligatum, dominoque denunciet ut occurrat, & oblato quod debetur, fideque facta duodeno juramento, quod pro furto illo nihil amplius debeatur, probationeque facta duobus testibus quod in fuga constitutus commiserit furtum illud: recipiat servum suum. Sic tamen ut vel ab actore sicut dictum est verberetur, vel triginta nummis verberatio redimatur. Si vero dominus vocatus noluerit advenire, probato furto duobus testibus servum illum juridici, juxta furti magnitudinem condemnabunt.

15. *De judicio candentis ferri.* Gestaturus ferrum lota manu nihil debet contingere priusquam ferrum levet, nec caput nec crines nec aliquod vestimentum, ne per tactum alicujus succi vel unguenti per fraudem potius quam per innocentiam ferri candentis effugiat lætionem. *Triplex autem ferri judicium quod usus recipit inventur.* *Unum quod* in duodecim *ignitis* vomeribus calcandis consistit, quibus personis conveniat, qualiterque debeat exerceri, sufficienter credimus declaratum. *Est item aliud* ferri judicium illi soli conveniens, qui *pro furti crimine* convenitur, quod *Trygsiern* in lingua patria nominatur, ab alveolo, qui per duodecim pedum vestigia debet a baculis quibus ferrum superponitur elongari: Quod accensum prius præstito ab adversario juramento, quod *Asuoren Eed* appellatur sumptum a baculis in ipsum alveolum nuda manu debet immittere reus ipse, & immissum, si forte resilierit vel extra ceciderit, resumet iterum & projiciet donec ipsum ibi contigerit contineri. *Est item tertium ferri* judicium illis gestaturis ferrum attinens, quibus prædicta judicia non incumbunt, quod ignitum sumptum a baculis reus ipse donec processerit novem vestigiis deferre tenetur. Et tunc primo a se jactare, a quo jactu ipsum lingua patria *Skudsiern* appellat, & si dicatur ab adversario insufficienter vel minus legitime detulisse, probet duobus testimoniis se deferendi modum legitimum observasse. Hoc est autem circa quodlibet ferri judicium observandum, ut nullum eorum debeat in septimana quæ diem festum habeat exerceri. Duobus quidem primis diebus in secunda videlicet tertia feria, reus in pane & aqua & vestimentis laneis jejunabit, & in quarta subibit judicium. Hoc completo in continenti, vel pedes, si vomeres calcati fuerunt, vel manus, si ferrum gestatum fuerit; panno aliquo involventur, cui diligenter astricto, sigillum etiam apponetur, ne quid adveniat fraudulenter, quod vel possit extinguere ustionem, vel auferre saltem apparentiam ustionis. Hoc velamen in pedibus vel manibus usque ad sabbathum permanebit. Eodem die coram actore adversario usque ad solis descensum post meridiem expectando. Et si nec tunc advenerit, coram astantibus auferendum, qui statim cum nudam manum vel pedes conspexerint, vel innocentem reum, vel culpabilem judicabunt. Et si fuerit innocens judicatus, persolvet laboris sui precium sacerdoti. Si vero culpabilis ad actorem illius mercedis solutio, juxta ecclesiæ vel provinciæ consuetudinem pertinebit. His de causis statutum est, ut septimana candentis ferri nullum habere debeat diem festum, ne diei festo aliqua videatur injuria per jejunium vel hujusmodi operibus irrogari. Præter hoc etiam sciendum est, quod in detestationem furti, solum medium ferri judicium exerceri valeat, non extrema duo in illis temporibus in quibus debet pax Ecclesiastica conservari. A vigilia videlicet

S. Olai

S. Olai martyris usque ad festum S. Michaelis & proximum diem sequentem. Ab Adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ. A Septuagesima usque post festum Paschæ, & diebus Rogationum & septimana Pentecostes. In quibus quoque temporibus licet super aliis causis cuncta silere debeant juramenta, Licet cuilibet ut possit res suas injuste sublatas repetere, vel a fure aut latrone condicere, juramenta præstare, ne mora diuturnior detrimentum aliquod vel jacturam inferat expectanti.

Lib. VIII. Cap. 1. Quod omnes pisces quire-
pertiuntur in littore maris, usui conceduntur in-
venientium præter Sturgionem & totum cetum.
Omnes pisces sive sint mortui sive vivi, si casu versus terram appulsi, ut manus hominum non possint effugere, occupantibus conceduntur, præter Sturgionem qui juri Regio, a quocunque repertus fuerit totus cedit. Præter quoque cetum de quo quicunque primo advenerit, si pedes venerit fascem suis sufficientem humeris, Si eques, onus equi, si auriga, quantum currus suus trahere poterit, Si nauta cum navi venerit, quantum navis sex remorum deferre poterit, deportabit, Eventumque rei, exactori Regio nunciabit. Alioquin tres marcas nummorum persolvet, vel duodeno suam inventionem inficiabitur juramento.

Jut. L. I. c. 62. I. 2. 3.

2. *De rebus per mare ad terram propulsis.* Licet cuique rebus suis quibuslibet per mare ventorum rabie vel quovis infortunio propulsis ad terram, pro earundem collectione vel quavis alia dispositione adjutores quoscunque voluerit vel habere poterit, prece vel pretio advocare, nullatenus obligato ad auxilium exactoris Regii declinare, ne afflicto major super addatur afflictio, inchoata gravis auxilii comparatione. Quando vero tales res suas domini derelinquent, desperantes aliquod sibi super eis auxilium profuturum: per legem ad earum dominium Rex vocatur, ut eas subito exactori suo liceat vindicare. Quando vero rebus ad terram projectis earum Dominus non compareat: Inventor earum debet eventum hominibus nunciare, ut super rebus suis certioratus dominus sex juramentalibus prius de dominio fide facta rebus suis potiri libere permittatur. Si vero dominus nusquam compareat, *per annum & diem res recte* in Regii exactoris custodia servabuntur, & si vel dominus, vel ipsius hæres intra tempus illud adveniat, res amissas secundum prædictum modum, probato prius dominio, & in eis factis utiliter restitutis sumptibus consequatur.

Jut. L. I. c. 63.

L. IX. Cap. 1. De agraria defensione & circa
agros de sepibus faciendis. Tam communis universorum quam privata deposcit utilitas singulorum agros tantæ securitatis munimine roborari, ut quæ dei solius munere producunt beneficia ad utilitatem suorum pervenire valeant dominorum. Quapropter provida constitutum dignoscitur ratione, ut post sementem soli visceribus commendatam, diem sibi præfigant uniuscujusque villæ incolæ universi: In quo quicunque pro parte sua agros sepire noluerit seminatos, unam oram denariorum pro sua negligentia puniendus emendet. Itemque alius præfigatur in quo si sepire noluerit, duabus oris satisfacere teneatur. Tertioque dies tertius statuatur, in quo si nec tunc paruerit, ad persolvendam marcam dimidiam obligetur. Deinde si parere nolens in sua persisterit obstinatione, in jus cum sua querimonia procedentes cæteri talem a Juridicis deportent sententiam, ut eis impune liceat per subtractionem bonorum, adversariorum suorum contumaciam utilitati communi contrariam castigare.

Jut. L. III. § 57.

2. *Quod ad agrorum vel pratorum Dominos*
bona propria tueri pertinebit. Agris & pratis unius villæ conjunctis, alterius villæ pascuis solis animalibus deputatis, onus faciendarum sepium non ad pascuorum animalium ratione, ne damnum inferatur: sed ad agrorum & pratorum dominos ut bona tueantur propria pertinebit.

3. *De satione & custodia siliginis.* Si seratur siligine totum illud terræ spacium quod antea fuit hordeo seminatum, sicut ante sepes sunt ab omnibus ejusdem terræ possessoribus faciendæ. Veruntamen parte aliqua totalis spacii sementem siliginis admittente tantum partis illius domini eam includentibus studebunt sepibus faciendis.

4. *Quod nulli licet sepem propriam vel alienam*
a custodia agrorum vel pratorum removere, donec
segetes & fœnum collecta fuerint. Sepes fiunt agrorum vel pratorum ad arcendum animalia & fœnum vel segetes conservandum: Unde non licet cuiquam donec fœnum vel seges collecta fuerit, & ab agris omnes manipuli deportati, alienam sepem vel propriam ab agrorum vel pratorum custodia removere. Si quis autem ante, ut in curru vel equo per agrum vel pratum incedat vel alia quavis causa alienam sepem demoliri præsumpserit aut auferre, præter omnis damni restitutionem duas oras nummorum pariter emendabit: aut hoc se feciſſe, terno inficiabitur juramento. Sunt & sepes quarum demolitio vel ablatio, trium marcarum exigit satisfactionem, puta, quibus fundus includitur & munitur ædificiis deputatus.

Jus Jut. L. III. c. 47.

5. *Quod pro furto unius manipuli, fur possit*
ligari. Ex quo propter annonæ periculum violatores mulctantur sepium, ratione suadente, multo sunt atrocius puniendi non verentes rapinam vel furtum in ipsa annona custodienda sepibus exercere, Quapropter qui de agro vel unum furatur manipulum, licet forte non valeat unum denarium, de jure comprehendi poterit & vinciri, & vinctus in jus adduci pro reatu tali a juridicis condemnandus. Licet pro furto commisso in rebus aliis quod quinque denarios non valeat, nullus sit legis licentia vinciendus.

6. *Qualiter puniantur qui animalia sua tollunt*
iis, qui ea in agro suo vel prato comprehenderunt.
Ad arcendum animalia pastum affectantia licet sepium profit custodia non tamen sufficit usque-

cunque niſi cuſtodiæ ipſorum animalium cura diligentior impendatur. Et idcirco ut ſtudeat unuſquisque animalia ſua diligentius cuſtodire ne damnum inferant annonæ ſuſtentationi hominum conſervandæ: utilitate communi perſuadente, lege conſtat indiſſolubili conſtitutum, ut unicuique *liceat animalia compræhendere* quæ in *meſſe ſua repererit aliena*, & *impune donec per ea* damni *fiat reſtitutio, retinere.* In violatores hujus conſtitutionis pro varietate præſumptionis pœna quoque varia conſtituta. Ut ſi quis animalia compræhenſa manu ducenti rapuerit, tres marcas nummorum: Aut ſi a propellente ipſa coram ſe abigendo fugaverit, duas oras: Aut ſi a domo comprehenſoris vel curia jam incluſa extraxerit: tres marcas etiam nummorum emendet, aut duarum orarum cum trino reatum, & trium marcarum cum duodeno *deneget juramento.*

Jus Jut. L. III. c. 49.

7. *Qualiter dominus animalia ſua redimere debeat, & quomodo præter reſtitutionem damni dati tenetur ſatisfacere & quantum.* Multum refert quot animalia, & utrum domini voluntate, an domino neſciente in agrum vel pratum veniant alienum. Siquidem æſtimationi damni dati tres marcas nummorum adjunget dominus ſi gregem ſuum, aut equitium ad minus duodecim capitibus conſtitutum, in agrum vel pratum cum paſtore & cane dirigat alienum, vel conſenſu ſuo damnum datum duodeno inficiabitur juramento. Si vero caſu præter domini voluntatem conſtet a tot animalibus damnum datum, dato prius pignore, quod dimidiam marcam nummorum valeat, ſuper æſtimatione damni dati præſtanda, facta a duobus vel tribus & probata trium hominum juramentis, a damnum paſſo, dominus animalia quæ damnum intulerant conſequetur Si vero numerus animalium minor fuerit, ſolius domini, ſi concivis fuerit, damnum paſſi, ſuper æſtimatione damni ſufficiet juramentum. Si vero cum animalibus damnum inferentibus villæ alterius inhabitator fuerit, duobus ſociis indigebit, ut ſuper æſtimationis damni quantitate fidem trino faciat juramento. Eodem quoque ſociorum & juramentorum numero ſe defendat, ſi damnum in præſentiarum paſſus, ſe damnum ſæpius ab ejus animalibus conqueratur perpeſſum. Si vero dominus contendat animalia ſua non in agris vel pratis cujuslibet, ſed innoxia compræhenſa, damnum paſſus quod ea juſte ceperit, trium hominum probet juramentis, aut animalia cum duarum orarum nummorum redimat emendatione. Excepto primo caſu nihil addendum eſt æſtimationi, niſi accuſetur dominus animalium ea furtive in agrum vel pratum alterius induxiſſe. In quo caſu vel duas oras nummorum addet dominus æſtimationi vel trium hominum juramentis a furti vicio ſe purgabit.

Jus Jut. L. III. c. 58.

8. *Inter Regem vel Epiſcopum & alios, item inter Regis vel Epiſcopi villicum & alios quæ ſit differentia & quæ convenientia in Jure compræhendendi vel redimendi in quantitate ſatisfactionis vel æſtimationis præſtandæ vel ſumendæ.* In jure compræhendendi aliena, & propria redimendi animalia & in quantitate ſatisfactionis vel æſtimationis præſtandæ vel ſumendæ inter exactorem vel villicum Regis vel Epiſcopi, & quemvis alium nihil differt. At in manſione ſua vel Rege vel Epiſcopo exiſtente, ſi ſibi damnum in ſuis agris inferatur ab animalibus ſcientis domini & videntis, æſtimationi damni dati, propter contemptum præſentis Regis vel præſulis honorificentiam, in tribus marcis nummorum contemptus precium adjungetur. Si vero caſu domino ignorante fuerit damnum datum, nihil præter æſtimationem damni dati trino probandam juramento, licet præſens rex vel Epiſcopus obtinebit. In hoc autem ſolo exactor vel villicus regis vel Antiſtitis differt ab aliis, quod ſi taliter ſibi damni dati ad multorum audientiam in Jus deferat accuſationem, aut trium marcarum ſatisfactionem ab adverſario præter æſtimationem ſi confeſſus fuerit: aut duodenum juramentum ſi negaverit conſequetur.

9. *Quid Juris ſit ſi damnum paſſus, perimat animalia damnum inferentia.* Licet licite poſſint animalia in alienis agris damnum inferentia compræhendi, non tamen perimi ſed ſervari, donec æſtimatione præſtita liberentur. Verum ſi quod propter talis damni jacturam animal occidatur, poſt omnis damni præſtitam ſatisfactionem, probatam manus tertiæ juramento, licet concivis fuerit occiſoris, dominus animalis, occiſor præſtabit precium animalis occiſi, probatum, juſtum & ſufficiens, tribus trium hominum juramentis. Deinde contemptus pretium duas oras nummorum videlicet emendabit, ſi duas oras nummorum ad minus valens in abſentia: vel quantumcunque parum valens, in domini præſentia & aſpectu fuerit interfectum, nec confeſſo interfectionem licebit in hoc caſu contemptus pretium diffiteri, niſi juret occiſor cum duobus ſociis occiſum animal abſente domino, duas oras nummorum minime valuiſſe, in quo caſu nihil præſtabitur ratione contemptus ſed tantum precium animalis occiſi, fide facta trino juramento ſuper ſufficienti precii quantitate. Si vero ſuper occiſione accuſatus ſe deneget occidiſſe per jurisjurandi Religionem, aut cum duobus ſociis, aut cum quinque, aut cum undecim defendet ſe, puta vel trino vel ſeno vel duodeno hominum juramento, juxta quantitatem precii animalis quod dicitur interemptum: Trino, ſi duarum orarum nummorum vel minus: Seno, ſi ſex orarum vel minus quantumlibet uſque ad duas oras, duodeno, ſi ſex oris majus precium opponatur. Et eſt caſus in quo ſpecialitas interfectionis quæ *Gornithings-Werck*, in patria lingua nominatur, puta quando ſic lancea vel quovis alio inſtrumento nocendi ad minus dimidiam marcam valens animal perforatur, ut horrende per vulnus viſcera emanare cernantur, trium marcarum nummorum exigit ſatisfactionem, præter occiſi precium animalis, de cujus juſta fidem facient quantitate æſtimationi animalis convenientia juramenta. Si vero hujusmodi denegetur interfectio, negationi duodenum fidem faciat juramentum. Si quis *dicat alium* furtive ſuum animal occidiſſe dimidiam marcam valens juramentum exhibeat, quod *Aſuoren*

Jus Jut. L. III. c. 52.

Jus Jut. L. III. c. 53.

ſuoren Eed, patria lingua dictum eſt appellari, & ſic reum ferri candentis judicium ſubire compellat, & ſi reus manus convictus apparuerit uſtione, pro reatu ſuo juſto animalis precio duplum addat.

10. *Quod animalia compræhenſa non debeant poſt oblatam juſticiam retineri.* Non licet etiam damnum paſſo, animalia compræhenſa poſt oblatam ſibi juſticiam retinere, poſtquam enim dominus in compenſationem damni dati annonam obtulerit exhibendo, & de ſufficienti compenſatione ſuum præſtiterit juramentum, ſi noluerit eum damnum paſſus in reſtitutione animalium exaudire, ejuſdem villæ aliquot inhabitatoribus convocatis, dominus proteſtetur coram eis, a damnum paſſo ſibi juſticiam denegari. Deinde cum teſtimonio convocatorum civium, unus deferat querimoniam ſuam ad juridicorum audientiam, ibique in accuſatum feratur ſententia, ut adverſario ſuo pro negata juſticia vel trium marcarum offerat ſatisfactionem: vel quod illud non egerit, duodenum exhibeat juramentum. Item ſi poſt juſticiam denegatam animalia moriantur, præter eorum precium injuſtus detentor, vel tres marcas nummorum emendet, vel injuſtæ detentionis accuſationi duodenum objiciat juramentum.

11. *Quod dominus teneatur redimere animalia ſua.* Non licet quoque domino, nolle animalia ſua redimere compræhenſa. Nam eo nolente, compræhendens eum ut redimat primo die miſſis duobus hominibus deprecetur. Idemque tam ſecundo die miſſis aliis duobus hominibus quam die tertio. Miſſis quoque tertio novis duobus hominibus operetur, eo perſeveranter redimere recuſante. Deinde procedens in jus cum ſuis teſtibus univerſis, univerſum rerum geſtarum ordinem coram omnibus proteſtetur, talemque contra ſuum adverſarium latam a juridicis reportet ſententiam, ut in nullo teneatur ei de cætero de illis animalibus quicquid de ipſis contigerit reſpondere. Si vero ſuper injuſta comprehenſione vel detentione detento rem dominus inſtanter accuſet, juramentorum numero convenienti animalium æſtimationi detentor probet, quod dominus animalia ſua juſte capta redimere ſuperſederit, poſt prædictam ternam legitimam admonitionem. Si vero deficiat in probatione, tantum animalia ſi poſſit, vel ſi non poſſit, precium eorum reſtituat, poſt damni dati præſtitam æſtimationem, ab omni alia ſatisfactione propter aſſertionem ſuorum teſtium excuſatus.

12. *De tempore quod animalium cuſtodiæ deputatur.* Non eſt totus annus animalium cuſtodiæ deputatus. Verum illud tempus totum & ſolum quod a Vigilia Pentecoſtes inchoatur, & in vigilia S. Michaelis Archangeli terminatur. Unde alio quocunque tempore ſi reperiantur in agris & pratis, non poſſunt animalia compræhendi, ſed abſque aliqua læſione depelli. Quippe ſi per nivoſa & lutoſa loca propulſa vitam finierint, propellentes ſimul omnes omne damnum reſtituent, & ſuæ præſumptionis injuriam expiando tres marcas præſtabunt inſuper ſatisfactionis. At ſi factum maluerint diffiteri quemcunque ſuper hoc damnum paſſus detulerit furti reum, præmiſſo juramento quod lingua *patria Aafuoren Eed* nominatur, candentis ferri judicium ſubire compellit, & a convicto per manus uſtionem præter omnis damni reſtitutionem tres marcas ſatisfactionis nomine reportabit.

Lib. X. Cap. 1. De nemorum defenſione. Ne ſylvis ſuis domini quotidianis uſibus valde neceſſariis defraudentur, Juris cenſura prohibet alienum nemus ſuccidi contra domini voluntatem, in ſuccidentem quantitati ſuccifionis pœnam conſtituens competentem. Ut ſi ligna ſuccifa vel uno curru vel duobus, tribus, vel pluribus, donec occurrat duodenarius deferantur, præter reſtitutionem lignorum duas oras nummorum domino ſuccidens perſolvat, vel ſuccifionem terno deneget juramento. Si vero duodecim currus vel plures lignorum fuerint ſucciforum: & ligna reſtituat, & tres marcas præſtet nomine ſatisfactionis, vel accuſationi duodenum objiciat juramentum. At ſi reum in ipſa ſuccifione dominus deprehendat, de ſex orarum emendatione præſtanda pignus ab eo ſuſcipiat, ne conventus ex poſt facto ſe diffiteri valeat debitorem. Non dato pignore, ſi oblatam ſatisfactionem exactus voluerit diffiteri: trinum ei ſufficiet juramentum. Si nihil ſecum ad impignorandum habeat, deprehenſus ad villam proximam profectus, cum domino ſuccifi nemoris, procuret ei vel pignus vel fidejuſſorem, ut oblatæ fidem habeat ſatisfactioni. Eo vero neutrum procurante, ibidem dominus proteſtetur, omnem ſibi juſticiam denegari, & cum voluerit iſtam injuriam, in ſolenne jus deducat, querimoniam accuſationis ut trium marcarum obtineat ſatisfactionem, niſi ſuæ ſaluti rem præferens temporalem, & affectans in anima puniri potius quam in pecunia: illam adverſarius accuſationem duodeno præſumat elidere juramento. Eodem dominus utatur remedio proteſtationis, ad villam procedens proximam, ſi cum poſſit nolit ſuccifor lignorum ei rem ſuam pignori obligare: ne rem ei per violentiam auferendo, & jus ſibi dicendo, non ad minus adverſario quam ſibi ſuus adverſarius ob illatam injuriam obligetur. Cum extractis corticibus neceſſe ſit veluti ſuccifæ fuiſſent, creſcentes arbores deperire, de ſubtractione corticis & ſuccifione arboris, idem erit juris judicium obſervandum: Ut jacturæ quantitati juxta capacitatem curruum æſtimatæ: prædicto modo reſpondere pœna debeat emendationis. Idem quoque obſervabitur ſi ad paſtum animalium alieni nemoris contra domini voluntatem arbores ſuccidantur, licet nullis curribus deferantur.

2. *De iis quæ ſumi licite poſſunt ex nemore alieno.* Humanæ ſocietatis liberalitas quædam concedit ex nemore alieno, licet domini conniventia non accedat, ut quotquot axes frangantur in curribus per nemus tranſeuntium alienum: tot ex ipſo poſſint nemore reſtaurari. Si quid tamen præter ipſos axes ex lignis ſuccifis

fuerit deportatum: duarum orarum exigit emendationem, vel succisum esse de nemore alieno, terno negabitur juramento. Licet quoque de fructu nemoris, puta, de nucibus, avellanis, vel aliis dum transit edere transeunti. Licet quoque deferre, sed quantum pugnus vel sinæ capiunt chirotecæ. Pro iis autem quæ sinu suo vel ora vestis suæ deportaverit, duas oras tenebitur emendare, vel factum per jurisjurandi religionem cum manu tertia diffiteri. At si curru vel equo detulerit, æstimationem damni præstabit, vel factum inficiabitur juramentis convenientibus æstimationi.

1691. *Demnach vor einigen Jahren bræuchlich geweſen, daß die ſo genandte* Bauer - Sprache, *wornach ſich alle und jede hieſige Bürger und Einwohner zu achten, und derſelben gehorſahmlich zu bezeigen haben, bey Wiedereröffnung des Gerichts der verſambleten Bürgerſchafft ſo öffentlich vorgeleſen worden, ſo haben Bugermeiſter und Raht auch ſolches anitzo berichten wollen, nachdem dieſelbe vorhero nothdürfftig revidiret, in einigen Stücken, wie es der Zeiten Umſtände erfodert, verändert, und mit etlichen Neuen Verordnungen, ſo nach und nach folgender Puncten. 1) Wird hiemit Iedermänniglich erinnert, daß er ſich vor muthwilligen Sünden und Laſtern hüte, alles Fluchen, Schweren, und Gotteslæſterung vermeide, am Sonntage Gottes Wort und die Predig fleißig anhöre, und ſolchen Tag weder durch Freſſen und Sauffen noch ungebührliche Handt-Arbeit entheilige, wie denn abſonderlich das Torff- Heu-und Korn-einführen am Sonntag Krafft dieſes durchaus verboten iſt, ſo daß wenn jemand darüber betroffen wird, derſelbe nicht nur in Brüche geſetzet, ſondern auch das Korn und Torff jedesmahl nach dem Armen-Hauß gebracht werden ſolle. Desgleichen ſoll 2) an andern Feſt-und Beth-Tagen unter der Predig das Fahren gæntzlich eingeſtellet bleiben, auch den Krahmern hiemit ernſtlich anbefohlen ſeyn, ihre Buden am Mittewochen unter der Predig verſchloſſen zu halten, und keinem er ſey auch wer er wolle, etwas zu verkauffen, oder abfolgen zu laſſen bey 2. Rthlr. Brüche. Dieweil 3) hieſige Stadt* mit dem Lübſchen Recht *von langer Zeit her begnadiget iſt, ſo ſoll ein jeder Bürger, vermöge* ſeines Bürger-Eydes *ſich daran* vergnügen laſſen, und kein ander Recht ſuchen, noch ſeinen Gegenparth deſsfalls muthwillig umb-oder anderswohin zu ziehen ſich unterſtehen. *Wer 4) vor hieſigem Stadt-Gerichte zu handeln hat, ſoll des Morgens præciſe Glocke 8. auf dem Rathhauſe erſcheinen, hernach auf beſchehenes Ruffen, ſeiner Sachen Nothdurfft mit Beſcheidenheit vortragen, vor Gericht ſich alles Gezänckes und Scheltens enthalten, im wiedrigen wird derſelbe, entweder abgewieſen, oder auch nach Befindung in verdiente Straffe genommen werden. Alle 5) die hier wohnen und ſich aufhalten, und deſto mehr diejenige, welche unbewegliche Güther an ſich erhandeln und beſitzen wollen, ſollen das gewöhnliche Büger-Eydt, an Burgermeiſter und Rabt ablegen, und darauf allen denjenigen Verordnungen, Gebothen und Verbothen ſchuldigen Gehorſam leiſten, welche entweder bereits ergangen, oder noch gemachet werden möchten. Geſtalten auch 6) niemand albier geguldet werden ſoll, der nicht eine ehrliche Handthierung oder Handwerck, davon er ſich und ſeinige zu ernehren weiß, gelernet, oder des Vermögens iſt, die Bürgerliche Pflicht und Onera abzuhalten; Solten nun gleichwoll in den Buden hin und wieder etzliche einſchleichen, ſo ſoll der Bürger und Haußwirth in deſſen Buden oder Wohnungen ſie aufgenommen ſind, die Stadt-Pflicht vor ſie zu bezahlen, angeſtrenget werden. 7) Kein Bürger ſoll ſeinen Mitbürgern in Handel und Wandel überſetzen, oder Wucherſüchtig bevortheilen, noch jemanden der etwas zu kauffen vorhabens iſt, in den Kauf fallen, oder durch Uberbieten die Waare ſteigern, wer deswegen beklaget, und überwieſen wird, ſoll allemahl in willkührlicher ernſtl. Straffe verfallen ſeyn. 8) Kein Einheimiſcher Bürger ſoll mit Frembden in Maßkopy treten, und ſeinen Mit Bürgern zum Verfange, und dem Frembden zum Vortheil Korn oder einige andere Waaren abkauffen, wer dawieder thut, ſoll alß ein, ſeines Bürgers Eyd Vergeſſener geſtraffet werden. Immaßen auch zum 9) kein Frembder befugt iß, einig Korn, Zimmer, Kohlen, Häute, Felle, und andere Waaren, in-oder außerhalb der Stadt zu kauffen; ſondern dieſe und dergleichen Waaren müßen von den Bürgern erhandelt werden, wo nicht ſo wohl der Känffer alß Verkäuffer in die desfalß geſetzte Straffe verfallen wollen. 10) Alle Handlungen und Contracte, es ſey Tauſch, Häuer, Miethe, Kauf oder Verkauf, ſollen ſchrifftlich verfaſſet, und dem Gerichte zur nöthigen Wißenſchafft inſinuiret werden, würde nun ein heimlich geſchehener Winckel-*

ckel-Contract hernach offenbahr werden, so sollen nicht nur beyde Contrahenten deswegen in Brüche gesetzet, sondern auch die Handlung, zumahl da der eine Theil solchen, zu vollziehen nicht gemeinet, vor null und nichtig erkandt werden. 11) Kein Bürger der einen Staven-Kirchenstand oder Begräbniß zu seinem Hause besitzet, ist befugt den Staven oder einige deßen pertinentz Stücke, wie auch Kirchen-Stände und Begräbniß davon zu separiren und zu verkauffen, ohne Vorwißen und Bewilligung Bürgermeister und Rahts. Und soll auch anneben alles waß eigenthümblich verkauffet wird, vermöge Lübschen Rechtens öffentlich lach gebothen und Gerichtlich verschötet werden, damit niemand an seinem Rechte daran verkürtzet werde; sondern seines Beyspruchs genießen möge. Wie es zum 12) noch jüngsthin publiciret worden, daß kein Bürger vor den Thoren aufpaßen, den Wagen entgegen geben, und das zur Stadt kommende Getrayde aufkauffen soll, also wird solches anitzo zum Uberfluß wiederholet, und daß hinführo alles, es sey an Rocken, Garsten, Haber, Maltz, Torff, Koblen, Obst, und in was Waaren und Victualien es immer bestehen mag, auf freyen öffentlichen Marckt zu jedes Mannes Kauff ungehindert gelaßen werde, nochmahls alles Ernstes gebohten. Damit auch zum 13) bey dieser Gott Lob! wohlfeilen Zeit, unnöthige Theurung, durch allzu große Gewinnsucht nicht beursachet werde; So sollen die Beckers hinführo das Brodt, nach dem auf dem Rahthauß hangenden öffentlichen Anschlag, jedesmahl backen, die Brauer auch das Bier düchtig brauen, und umb billigen Preiß zu verkauffen schuldig seyn, daß deswegen keine Klage entstehe, wie dann auch zu dem Ende der Cämmerer, nebst denen so es beykomt, alle Monaht deswegen genaue Nachforschung halten, und die sie wieder die gemachte Verordnung zu handeln betreffen werden, zu gewisser Brüche setzen sollen. 14) Diejenige welche Waaren verhandeln, sollen untadliche Maße Ellen und Gewicht gebrauchen, aud wird hinführo keine Tonne, Maße oder Schip passiren, welches nicht vorhin kampet und gezeichnet ist, darumb auch nunmehro die Anstalt geschehen, daß alle verhande Tonnen, Schippe und Maase binnen 14. Tagen aufs neue gekämpet werden sollen, wornach sich denn einjeder zu richten hat, und in solcher Zeit seine Maße aufs Rahthauß bringen kan. 15) Ein jedweder Bürger zumahl der mit brauen und backen umbgehet, soll allenthalben, sonderliche fleißige Acht haben, auf das Feuer, daß es keinen Schaden thut, und die Nachbahren nicht in Gefahr setze, wie denn deswegen die Quartier-Meister und Cæmmerer, alle halbe Jahr die Schorstein und Feuerstede besehen, und da sie es nötbig befinden, die Enderung in ein und andern anordnen werden, deme dann bey Vermeidung mehr nachdrückl. Einsehens jederzeit nachgelebet werden soll. 16) Wer ein eigen Hauß bat, soll darin 2. Leddern Ammer, einen Boßhacken und einen Leiter von 16. biß 20. Fuß haben, und in Zeiten der Noth dieselbe entweder beytragen, oder unweigerlich auslieffern, auch sonsten bey entstehenden Feuers-Brunsten, sich also bezeigen, wie die biesige Feuer-Ordnung in allen Punkten und Stücken anordnet und befiehlet. 17) Alß es der Stadt nicht nur eine Unzier giebet; sondern auch die Feuers-Gefahr mercklich mehret, wann hin und wieder die Häuser und Stælle mit Strob beleget sind, so wird die desfallß offt ergangene Verordnung Krafft dieses erneuert und ernstlich verbothen, hinführo kein Gebäude mehr mit Strob decken zu laßen; Im wiedrigen, die darauf gesetzte Straffe, unabläßig exeqviret werden wird. 18) Die Söde auf der Gaßen, sollen von denen, die darzu geleget sind, jederzeit im guten Stande gehalten werden, bey Straffe Eines Rthl. so offt bey der Besichtigung ein Mangel oder Untüchtigkit, in einem oder andern befunden wird. Da sich auch jemand unterstehen würde, an den Soden etwas muthwillig zu vernichten, zu zerbrechen, oder die Söde verunreinigen, der soll mit höchster Straffe deswegen angesehen werden. 19) Dieweil auch die Straßen sowoll, alß der Marckt mit vielen Mist, und andern Unflath öffters angehäuffet befunden werden, so soll hinführo solches durchaus nicht mehr geduldet werden, sondern jedermann schuldig seyn, vor seiner Thür reine Straßen zu halten, und keinen Unflath auf den Marckt zu schütten, oder durch sein Gesind ferner dahin bringen zu laßen, immaßen, daferne künfftig jemand durch die dazu bestellte Aufmercker betroffen wird, derselbe sofort, ohne alle geltende Gegenrehde deswegen Einen Rthlr. Brüche erlegen soll. 20) Die, welche Staven Ländereyen besitzen, sollen die Graben neben dem Lande zu rechter Zeit aufschießen und reinigen laßen, damit das Wasser seinen ungehinderten Lauff behalte, und keine schædliche Uberstäunung verursache, den sonsten die Reinig- und Aufwerffung der Graben durch den Stadt Cämmerer geschehen, und die Kosten, nebst der gesetzten Brüche, diejenige erstatten und bezablen sollen, welchen solche Länderey gehören. Letzlich und zum 21) Jederman soll sich ehrbahrender geziemender Kleidung befleißigen, und über seinem Stande und Vermögen sich nicht heraus brüsten, noch solches den Seinigen zu thun gestatten, den sonsten der oder dieselbige, in die in der Policey-Ordnung determinirte Straffe verfallen, werden sich anbey auch nicht beschweren mögen, wenn aus ihrer Kleider Kostbarkeit, Anzeige ihres Vermögens genommen würde, und deswegen eine mercklicbe Höhung in der Schatzung erfolgen solte. Dat. Tunderæ in Curia 1691, d. 10. Dec.

47) Pri-

47) Privilegia Rendsburgenſia Regis Chriſtiani V.

1692. *Wir Chriſtian der Fünffte &c. Thun hiemit jedermänniglich kund und zu wiſſen, alß wir zu mehrer Sicherheit Unſerer Fürſtenthümer, Schleßwig, Holſtein, und deren incorporirten Landen Unſere Veſtung Rensdesburg zu weitern für gut befunden, ſo haben wir auch zugleich zu derſelben und deren jtzigen und künfftigen Bürgern und Einwohnern deſto mehrem Aufnahme Flor und Wachsthumb gedachte Unſere Stadt und geſambte Bürgerſchafft mit nachfolgenden Privilegien und Freyheiten allergnädigſt verſehen und begnädigen wollen. 1) Soll allen und jeden, welche ſich in Unſere Stadt und Veſtung Rendesburg häußlich niederlaßen und daſelbſten Häuſer aufbauen wollen, dazu bequeme Plätze und Oehrter ohne Entgeld angewieſen, und dieſelbe mit einigen Grund-Schatz oder Erd-Häuer desfalß zu keinen Zeiten beſchweret werden, maßen wir dann auch die Verfügung thun wollen, daß die drey und dreyßig und ein halb Reichsthaler, ſo die Armen von denen Einwohnern in vindezier ratione ihrer Häuſer vor dieſem jährlich zu genießen gehabt, denſelben anderwerts angewieſen und gutgethan werden ſollen. 2) Sollen diejenige, ſo ſich innerhalb 2. Jahren a dato Publicationis dieſer Privilegien dahin zu wohnen begeben und in der neuen Veſtung auf ihre eigene Koſten und ohne Unſern anderweitigen Zuſchuß, Häuſer aufbauen werden, auf eine gewiſſe Zeit von Jahren von allen Schatzungen, Contributionen und andern dergleichen Auflagen frey und exempt ſeyn, auch in währender ſolcher Zeit mit keiner Einquartierung beleget, noch beſchweret werden. Wie aber ſolche Freyheit billig nach der Beſchaffenheit und Gröſſe der Häuſer einzutheilen, alſo ſoll ein Hauß von Fachwerck à 1. Stock hoch, breit Straßenwerts 20. 24. biß 28. Fuß, Stender hoch 9. biß 10. Fuß, lang 6. biß 7. Fach 20. Jahr. Ein Hauß von Fachwerck à 2. Stock hoch breit Straßenwerts 24. 28. biß 32. Fuß, Stenderhoch 12 und 8. Fuß, lang 6. 7. bis 8. Fach 30. Jahr. Ein Brandgemauertes Hauß à 1. Stock hoch, breit Straßenwerts 20. 24. bis 28. Fuß, 30. Jahr. Ein Brandgemauertes Hauß à 2. Stock hoch, breit Straßenwerts 24. 28. bis 32. Fuß, hoch 12. und 8. Fus, lang 43. 50. bis 57. Fuß, 50. Jahr angeregte Freyheiten zu genießen haben. 3) Ferner ſollen die Bau-Materialien, als Holtz, Steine, und Kalck und wie ſie ſonſten Nahmen haben mögen, denen dieſelbe zu Erbauung ſolcher ihrer Häuſer benöthiget, bey der Einführung à dato in zwey Jahren Zollfrey paſsiren, ſodann geſambte Bürger, und Einwohner in Rendesburg von allen Licenten und Acciſen, es ſey von Victualien oder andern Wahren und Kauffmanſchafft allerdings eximiret und befreyet ſeyn. 4) Aller Bürger und Einwohner in Rendesburg eigene Schiffe, oder wann die Helffte davon ihnen gehörig, und der Schiffer in Rendsburg wohnhafftig iſt, ſollen in Unſern Königreichen und Landen alß Einheimiſche aller Orten tractiret und mit ihnen ſich gleicher Freyheit in der Fahrt und den Zollen zu erfreuen haben. 5) Es ſollen auch biß auf 3. Meilen incluſive neben der Stadt auf dem Lande in Unſern Gebiete keine Kauffmanſchafften mit Ellen und Gewicht, auch keine andere Handwercker (dann nur allein Grobſchmiede, Rademacher, Böttger, Schuſter und Schneider) geduldet und geſtatet, und wegen des Maltzens und der Brauerey, es bey denen alten und von Unß confirmirten Privilegien der Stadt allerdings verbleiben, und denſelben ſtricte nachgelebet werden. 6) Soll allen denen, ſo durch Unglücks-Fälle dergeſtalt in Abgang ihrer Nahrung gerathen, daß ſie von andern Obrten entweichen müßen, falß ſie ſich nacher Rendesburg reteriren, und alda alß Bürger häußlich ſich niederlaſſen werden, hiemit Schutz und Freyheit gegen dero Creditoren und alle andere ſo einigen Anſpruch an dieſelbe haben möchten ertheilet und gegeben ſeyn. 7) Wie dann ebenmäßig allen und jeden fremden Religions-Verwandten, wie auch den Juden, darinnen zu bauen und zu wohnen zugelaſſen, das publicum exercitium Religionis aber keinem als der Evangeliſchen Gemeine der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion vergönnet werden ſoll. 8) Mit der Wahl des Stadt-Magiſtrats, wie auch Adminiſtration der Juſtitz, ſoll es bey dem alten Herkommen, doch daß die Neun Bürger mit dazu gezogen werden, unveränderlich gelaſſen, auch in Gerichtlichen Sachen nach dem daſelbſt* eingeführten Lübeckſchen Rechte, ſo wohl in der neuen als alten Stadt geſprochen werden (*), dergeſtalt jedoch daß die Appellationes von denen Urtheilen, ſo in Sachen derjenigen Bürger und Einwohner, ſo auf dem Schloſs-Grund und bey dem Schleſswigiſchen Thore diſſeits der Eyder wohnen bey dem Stadt-Magiſtrat abgeſprochen werden, nicht an das vier Stædte-Gerichte, ſondern an Unſer Ober-Ampt-Gericht immediate geſchehen ſollen. 9) Damit auch dieſer Obrt zu den Commercien und der Handlung ſo viel mehr aptiret werden möge, ſo wohl niemanden, alß denen Rendesburgiſchen Schiffern auf der Ober- und Unter-Eyder zu fahren, auch dieſen die Fiſcherey darauf, ſo weit ſie bißhero befuget geweſen, weiter ungehindert zu treiben verſtattet ſeyn. 10) Es ſollen auch über die in der alten Stadt angelegte ordinaire drey Jahrmärckte, in der neuen Außlage beym Schleßwiger Thor in der Norder-Weſter- und Süder-Straße drey Pferd- und Viehe-Märckte, und zwar das erſte vier Tage vor Galli-Tag, und die ander auf den beeden erſten nachfolgenden Freytagen gehalten werden, jedoch auch den Verkauffern unbenommen ſeyn, ihr Viehe in

in die alte Stadt zu treiben und zu verkauffen. 11) Alle geſchloſſene Zünffte und Aembter, wie die Nahmen haben, und unter was Vorwand ſelbige auch errichtet ſeyn möchten, ſollen hiermit gæntzlich aufgehoben und eine jede Zunfft oder Ambt, diejenige neue Burger ſo ſolches verlangen, nach producirten Beweis, daß dieſelbe ihr Handwerck ehrlich erlernet, gratis und ohne Entgeld mit auf- und anzunehmen gehalten ſeyn, mit dieſen Anhang jedoch, daß, welche ſich in ſolche Zünffte und Aempter begeben, ſich denen Ampts-Articulen ſo weit ſolche von Uns approbiret und beſtätiget ſeyn, gleich andern conformiren ſollen, denjenigen aber, ſo ſich in kein Ampt oder Zunfft begeben wollen, oder auch dazu inhabiles ſeyn möchten, und zwar nach Unſerer jüngſten außgelaſſenen Verordnung, ihre Handthierung und Profeſſion pro perſonis ſo gut ſie können, zu treiben zugelaſſen, mehr aber als einen Geſellen darauf zu halten, oder mehr als einen Stuhl neben ſich zu ſetzen, hiemit unterſaget und verboten. Schließlich werden auch hiedurch alle und jede der Stadt Rendesburg und ihrer alten und neuen Bürgerſchafft von Unß oder Unſern in Gott ruhenden Vorfahren ertheilte Privilegia und Begnadigungen ſo weit ſie in gegenwärtigen etwa nicht geändert ſeyn renoviret und beſtätiget, ſo dan nicht allein Burgermeiſter und Rath befehliget, ſondern auch Unſere p. t. Amptmämer und Commendanten zu Rendesburg ſpecialiter hiemit committiret und verordnet darob alles Ernſtes zu halten, damit dieſen und vorigen Privilegien in allen gebührlich nachgelebet, und da jemand, wer der auch ſey, dagegen etwas vorzunehmen ſich unterſtehen ſolte, ſolten alſo fort, Wandel geſchaffet, auch die Contravenienten alß Ubertretere Unſers allergnädigſten Willens und Verordnung, desfals zu gebührender Strafe gezogen werden mögen. Wornach ſich dieſelbe und Männiglich allerunterthänigſt zu achten. Urkundlich unter Unſern Königlichen Handzeichen und fürgedruckten Inſiegel. Geben auf Unſer Reſidentz zu Copenhagen den 19. Aprilis Ao. 1692.

(*) In reviſi ordinatione civica & politica Rendsburgenſi data Hafniæ d. 17. Sept. 1720. Cap. 3. §. 1. ita ſtatuitur: *Es ſoll beedes zum Ober- und Unter-Gericht regulariter alle vierzehn Tage ein öffentlicher bürgerl. Gerichts-Tag angeſetzet, und in denen darauf angebrachten Sachen nach den bißher eingeführten Gewohnheiten und Lübiſchen Rechten, nach wie vor geſprochen werden. Es wære dann, daß der vorkommende Caſus bereits ſeine anderweitige Deciſion durch eine Special-Verordnung empfangen hätte, oder auch noch künfftig nach Ihrer Königl. Mayt. allergnädigſtem Gefallen, erhalten mögte.*

XXXI.

DIPLOMATARIUM KILONIENSE.

Ao. 1257. — 1598.

RES SACRAS ET ECCLESIASTICAS COMPLEXUM.

I. Inſtitutio & Confirmatio Xenodochii S. Hoſpitalis Kilonienſis,

1257. 1271. In nomine Sancte individue Trinitatis Hildeboldus St. Bremenſ. eccleſie Archiepiſcopus, omnibus ad quos preſens pervenerit ſcriptum ſalutem in Domino. Literas predeceſſoris noſtri venerabilis Archiepiſcopi Gerardi recepimus, quarum tenor talis erat: In Nomine Sancte individue Trinitatis Gerardus Dei gratia St. Bremenſ. eccleſie Archiepiſcopus omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſalutem. Ad primum paſtoralis cure ſpectat officium, ut cum petitionis officio dignas audimus aures benevolas petentibus inclinemus maxime cum audiuntur petere, quod conſtat ad honorem divini nominis pertinere. Sane ſciant tam preſentes quam poſteri, quod cum dilecti nepotes noſtri Johannes & Gerardus, Comites Holtzacie ſuos ad nos nuncios deſtinaſſent cum Patris eorundem ſcil. fratris Adolphi hortati pariter & favore ſupplicantes humiliter & devote, ut hoſpitale, quod in civitate, que dicitur Kyl ad ſuſtentationem infirmorum & pauperum fundaverunt vellemus ſub noſtram protectionem recipere & in donis ſpiritualibus ibi neceſſariis promovere. Nos eorum petitioni deeſſe nolentes id hoſpitale & omnia bona nunc habita vel in poſterum rite habenda, ſub DEI omnipotentis & noſtram protectionem ſuſcipimus ſtatuentes, ut idem locus divino cultui ſit in perpetuum mancipatus & procuratores ejus honeſtum & domui utilem ibidem pro ſe procurent ſacerdotem, qui infirmis & aliis curam domus gerentibus, provideat in divinis & eccleſiaſticis ſacramentis. Inſuper ad conſolationem ibi manere commune cimiterium in eodem loco decrevimus dedicandum, ita tamen ut infirmi & tota ejuſdem domus familia ibi accipiant ſepulturam. Et nos ea tenore preſentium preſtantes autoritate metropolitanica confirmamus ſub interminatione divine ſententie prohibentes ne huic ordinationi noſtre preſumat aliquis aut nunc aut in poſterum contravenire. Ne igitur ſuper ſanctione tali poſſit proceſſu temporis dubietas aliqua ſuboriri, nos preſentem paginam conſcribi & ſigilli noſtri fecimus teſtimonio roborari. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLVII. Pontifi-

tificatus noſtri an. 39. Nos igitur venerabilis predicti Domini Gerardi Bremenſis Archiepiſcopi predeceſſoris noſtri devotionem in Domino commendantes gratiam infirmis domus hoſpitalis in Kyle gratam habentes in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti confirmamus nihilominus bona & perſonas dicte domus in noſtram protectionem recipimus contra invaſores & moleſtatores excommunicationis ſententiam proferentes. Datum Itzehoe, Anno Domini MCCLXXI. Pontificatus An. 12.

II. Regula & ordo obſervandus in Hoſpitali Sancti Spiritus in Kiel.

1301. In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Hæc eſt regula & ordo obſervandus fratribus & ſororibus ſancti Spiritus in Kyl diſpenſatione clericorum militum & Laicorum Kylenſium probatiſſimorum inſtitutus ad petitionem ſanctæ Congregationis ejusdem. Quisque ſe in eadem domo reddiderit & omnem pecuniam ſuam ſibi nihil proprietatis retinens, ibidem dederit, domus in veſtitu & victu eidem competenter providebit. Item juxta numerum ſeptem horarum divinæ laudis quæ celebratur in eccleſia dicet unusquisque frater & ſoror omni die dominicam Orationem pro qualibet ſeptem horarum ſepties pro benefactoribus domus: Hoc autem non prætermittent ullius negotii vel occupationis occaſione, excepta ſola infirmitate: infirmi autem ſi tamen linguam & labia movere poterint, triceſies dicent dominicam orationem, item in Adventu Domini bis diebus dominicis tertiis & quintis feriis ſemel utantur lacticiniis, ut eo fortiores exiſtant Orationibus & bonis operibus Domino ſervientes. In aliis feriis videlicet ſecunda, quarta & ſexta in ſabbatho jejunabunt in cibo, quadrageſimali in honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Item obſervabunt jejunium quadrageſimale & quatuor temporum & vigiliarum juxta inſtitutionem Sanctæ eccleſiæ. Jejunabunt etiam omnes ſextas ferias per revolutionem anni in cibo quadrageſimali. Item ſi cui major poenitentia injuncta fuerit, dudum pro delictis ſuis ex quo frater domus factus ſit, non aliam pœnitentiam obſervabit quam reliqui fratres ſui. Si quis ex debilitate ſenectutis vel laboris immenſitate hæc jejunia obſervare non poterit, vel nequaquam ſe ſatisfacere putaverit, pro nimietate commiſſi hoc ſacerdoti ſuo revelabit, & quod ei ſacerdos dictaverit diſcrete, de conſenſu & voluntate Magiſtri obſervabit. Item quilibet frater & ſoror debet legere tria Pſalteria ſi ſciant pro defuncto fratre & ſorore qui autem Pſalterium neſcit leget pro anima defuncti CCC. Pater noſter. Item nec Magiſter nec aliquis fratrum vel ſororum bibet vel alium potum quam Magiſter domus niſi poſſit omnibus dividi; ſi vero eis detur vinum quod non poſſit omnibus dividi, dabitur illis qui maxima neceſſitate eo opus habent. Item a natali usque ad quinquageſimam comedent carnes in decima & tertia feria & quarta ſcilicet a Paſcha usque ad adventum Domini. Item ſi quis fratrum neceſſitate domus exierit, & in hoſpitiis fidelium receptus fuerit, comedat quæ apponuntur ei. Item ad menſam ſedentes, comedentes, ſilentium teneant, excepto Magiſtro, aut inter ſe loquantur modeſte & quum neceſſitas expetit non autem ad comedentes. Siquis vero comedentium loquutus fuerit ad menſam, veniam petet coram Magiſtro & fratribus. Ultra tria fercula non habebunt ad comedendum ut propter ſacrum diem vel propter aliquam etiam miſſam fiat eis permiſſum. Item quia melior eſt obedientia quam victima, omnes ad obedientiam Magiſtro ſuo tenentur, & ſi quis fratrum vel ſororum contra præceptum ipſius vel cui vices ſuas commiſit, cauſa peregrinandi vel alia, in voluntatem propriam faciendi jam dictam domum exierit, introitum in eandem domum non habebit, de cœtero niſi digne pœnituerit & bonos habuerit interceſſores. Item ſi quis de novo ad fraternitatem hujus domus ſe contulerit per annum & unum diem in probatione ſit omnibus ſanctis, ſi deinceps manere in fraternitate domus pro certo duxerit, profeſſionem faciat & deinceps ei exire non licebit. Si vero poſt profeſſionem factam exire voluerit, nihil de rebus ſuis allatis recipiet. Si vero termino finito prædicto, in fraternitate domus non manere ſecum deffinierit, omnibus rebus ſuis receptis, ſolutis expenſis, eat, quo voluerit. Præterea ſi mores & converſatio ejus Magiſtro domus & Conſilio ejus non placuerit, non remanebit niſi voluerit. Item ſi peregrinus vel errans neceſſitate ductus, hoſpitium a domo requiſierit charitative recipietur una nocte tantum recepto autem in hoſpitio & non habenti quod commedat, charitas ejusdem domus ad comedendum ei providebit, item pauperes & imbecilles lecto accumbentes quos non detinet manifeſta & nominata infirmitas comedent de iisdem cibariis de quibus & fratres; illi vero qui adeo infirmantur, quod delicatioribus cibariis indigent, ea quæ deſiderant & neceſſitate cogente requirunt, dabuntur eis comedere, ſi ullo modo perquiri poterunt, ſi quis vero ex non infirmantibus appetitu viſorum vel odoratorum cibariorum delicatorum, commotus, ea importune & absque neceſſitate poſtulaverit vel aliquod turpitudinis verbum vel ſiniſtre inde dixerit, puniatur jejunio duorum dierum in pane & aqua. Eo modo puniatur, ſi quis cibum vel potum ſibi ad manducandum datum furtim collegerit ut illum

lum vendat, vel cuicunque amico ſuo furtim tribuat, & comprobatus fuerit, ſi vero deprehenſus pluries deſiſtere noluerit foras expelletur. Item ſi quis nominabili furto deprehenſus fuerit, quantumcunque parum fuerit, jejunio duorum dierum punietur. Pro majori furto ſecundum quantitatem culpæ æſtimabitur a Magiſtro quantitas pœnæ, tanta autem compunctio & emendationis exiſtimatio poterit in eo conſiderari quod relictus in domo emendationis experimentum expectabitur, alias foras expellatur ne domus per ipſum detrimentum patiatur. Item ſi quis fratrum vel ſororum alium turpibus contumelioſis verbis affecerit, vel aliquem infirmum male tractaverit, hanc pœnam disciplinæ ſuscipiet coram comedentibus fratribus in medio cœnæ ſuper oram ſcapulary ſui ad comedendum absque menſali afferretur ei integer panis cum cultello qualis ad menſam comeditur & ſcyphus aquæ & aliud nihil. Talem autem jejunium obſervabit quatuor diebus duobus in una ſeptimana & duobus in alia. Si quis in eadem Domo percuſſor inventus fuerit, & hoc quidem Vir, coram viris, mulier coram mulieribus, graviter verberabitur, idem, eodem modo ſedebit ad comedendum, & ſimili cibo & potu. Si quis fratrum vel ſororum carnali commixtione ſe polluerint ac deinde conficti fuerint per ſeptem ſeptimanas unaquaque ſeptimana tribus diebus fratres ſecunda quarta & ſexta pœnitentiam agent. Primo tamen ſi vir fuerit denudatus usque ad braccas genitulando ante Magiſtrum bene flagellabitur coram fratribus: Si fœmina fuerit denudatis ſcapulis flagellabitur coram aliis ſororibus. Item ſi qui conjugati vir & mulier ſimul ſe in fraternitatem domus conferre vellent, & more aliorum fratrum in domo habitare & ſervire voluerint, ſi in procreatione filiorum defecerint, nunquam ſe condormituros coram fratribus & ſororibus votum fecerint, ſi ſæpedictæ domui neceſſarii inventi, more ſolutorum recipi poſſunt, ita tamen ſi deinceps & continere, & inſuper altero mortuo alter caſtitatem ſovere voluerit aliter eis in domo cohabitare non licebit. Item fratres & ſorores veſtibus ordinatis videlicet albis & griſeis ſine colore quales ab ovibus ſumuntur poſtquam redditi fuerint utantur ſcilicet calceis vaccinis. Nullus fratrum vel ſororum ad invitationem alicujus quantumcunque ei fuerit propinguus vel amicus, extra ambitum domus intra villam Kyl manducare præſumat, niſi titulo eleemoſynæ fuerit invitatus vel in negotiis domus; & non ſecus, niſi de licentia Magiſtri domus ejusve permiſſione. Item ſi quis divitum virorum vel mulierum ad collegium ſeu fraternitatem domus ſe conferre voluerit, tali conditione quod recipiat præbendam ſuam, ſicut alii facti ſibi aliqua habitatione de ſuo juxta domum communis habitationis fratrum pro ſe habitet vel etiam cum uxore ſua data parte opum ſuarum in uſus domus, & parte ſibi retenta, vivat juxta lubitum ſuum; legitime tamen & quos voluerit amicos & notos de ſuo recipiat. Diſcretione prædicti Conſilii definitum eſt, hoc licenter fieri, ita tamen quod ſi alter conjugatorum prius altero mortuus fuerit, reſiduus deinceps & in caſtitate permanebit. Quicunque Magiſter in eadem domo fuerit conſtitutus, univerſaliter tam fratres quam ſorores etiam mancipia mandatis ipſius debitum exhibebunt honorem & obedientiam. Si qui vero quod abſit inobedientes inventi fuerint jejunio unius diei in pane & aqua punietur, mancipium vero e domo expelletur, famuli ipſius domus non nutriant comam, veſtes cultellatas non habeant intra domum honeſte converſentur, cantus illicitos & verba inhoneſta devitent, caſte ibidem vivant. Quodſi inter ſepta ipſius habitaculi fornicationem exercuiſſe comprobati fuerint, pro tanta enormitate non tantum foras expellentur; verum etiam mercedem ſuam, ſi qua eis debetur amittent. Item ſi quis infirmus ad domum veniet & miſericorditer ibi ſuſceptus in neceſſariis ſicut conſvetudo habet provideatur Maximo Deo ſatisfaciat & presbytero ipſius domus ſub ſtola reatum ſuum confiteatur & de conſilio ipſius pœnitentiæ formam ſuſcipiat. Res ſuas ſi quis de conſcientia & teſtimonio fratrum Magiſtro committat, easdem ſi convaluerit receptas, ſin minus pro remedio animæ ſuæ domui ad uſus pauperum remanebunt. Hæc regula & inſtituta legantur coram fratribus & ſororibus ſemel in menſe antequam ad menſam accedant, quilibet eorum pro benedictione dicat Pater Noſter & Ave Maria! & poſt menſam ſimiliter. Cum Magiſtrum domus mori contigerit fratres ejusdem domus, cum Conſilio proviſorum ac Conſulum qui ad hoc deputati fuerunt alium eligent quem Episcopus confirmabit, qui faciet Episcopo obedientiam & fratres & ſorores ipſi Magiſtro obedientiam repromittent: præterea Magiſter & fratres prædictæ domus nullum recipient vel eiicient & in cauſſis majoribus nihil diſponent, ſine conſilio prædictorum.

III. Confirmatio Papæ ſuper hoſpitale ſancti ſpiritus in Kiel.

Gyſelbertus Dei gratia ſanctæ Bremenſis 13
Eccleſiæ Archiepiscopus univerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt: Viſitare puppillos & viduas in tribulatione eorum & immaculatum cuſtodire in hoc ſeculo. Summam arbitramur relligionis conſiſtere ſuscipiendo & fovendo perſonas miſerabiles humano auxilio deſtitutas

tas maxime quos dominus probat in camino paupertatis & in fornace corporalis ægritudinis: & quia experti ſumus in hoſpitali ſancti ſpiritus in Kyl erga hujusmodi perſonas miſerabiles tam virorum & mulierum ibidem Domino & pauperibus ſuis ſervientium maxime ſervare devotionem & affectum. Nos in Noſtra protectione ſuscipientes ſpeciali nihil eis oneris duximus imponendum niſi quod *corporalem continentiam*, *proprierum abdicationem*, & *habitum religioſum*, & *obedientiam ſpecialiter Magiſtro hoſpitalis* teneantur generaliter obſervare. Hæc autem quatuor fratribus & ſororibus ejusdem hoſpitalis pro regula vivendi decrevimus obſervanda, autoritate Pontificiali eadem confirmantes, cetera vero quæ emergunt vel in pœnis vel in exceſſibus corrigendis relinquimus in diſpoſitione ſpiritualis Magiſtri hoſpitalis; Volumus etiam quod fratres & ſorores & familiares in eadem domo ter in anno ad minus vel pluries, etiam cum neceſſe fuerit confiteantur diſcreto Capellano domus qui abſolvat & liget eos auctoritate Noſtra & pœnitentiam injungat ſalutarem. Non licebit eis discurrere ad alium ſacerdotem niſi de licentia & conſcientia proprii Capellani de quo, ipſe prius a nobis vel a Succeſſoribus Noſtris hanc recipiat poteſtatem. In hujus rei teſtimonium & confirmationem præſentes litteras ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri Actum & confirmatum anno Dominæ incarnationis M. CCCI.

IV. Inſtitutio Scholæ Kilonienſis.

1320. Johannes Dei gratia Comes Holſat. omnibus preſentia viſuris & audituris ſalutem in Domino, Cum Mag. Henrico de Culmine nunc Scholaſtico in Kil de Schola ſeu Scholaſtica in Kyl in via permutationis jamdudum proviſum fuerit per honorabilem virum Mag. Regebandum Lubec. eccleſie Decanum cui plene & libere contulimus autoritatem noſtram faciendi quidquid in hac parte perſonaliter facere valeremus nos precibus ejusdem Mag. Henrici benevole inclinati eid. M. Henrico ob favorem & gratiam ſpecialem conceſſimus ut ratione predicte Scole ſeu Scholaſterie ad ſacros ordines ac ad perſonalem reſidentiam nullatenus teneatur. Volumus tamen, ut ſemper de perſona idonea provideat ibid. pro informatione debita parvulorum amplius, ut divina officja in eccleſia parochiali in Kyl eo ſolennius peragantur. Eid. Mag. Henrico conceſſimus ut in civitate noſtra Kyl nulla alia ſcola preter predictam ſcolam M. Henrici aliquatenus erigatur. Hujus rei teſtes ſunt Dn. Rotherus Roſa, Dominus Petrus dictus Paves Sacerdos ac noſtri capellani Dn. Joh. de Godendorpe ac Dn. Johannes de Görtze milites, ac Johannes Raphin & Henr. Raphim noſtri famuli, & alii complures fide digni ad hoc ſpecialiter vocati & rogati. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro Kyl Anno Domini MCCCXX. Dominica qua cantatur Invocavit.

V. Protectio Archi-Epiſcopalis Hoſpitali ad ſpiritum ſanctum data.

Univerſis preſentia viſuris Burchardus Dei 1328.
gratia St. Bremenſis eccleſie Archiepiſcopus ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Cum nos ex injuncto nobis officio teneamur Chriſti pauperes reſovere & ſubditos oneratos protectionis ſolatio conſolari. Hoſpitale St. Spiritus in Kylone Bremenſis diœceſis diverſis, ut audivimus in perſonis & rebus injuriis laceſſitum ſub noſtre protectionis clipe recipimus ſub pœna excommunicationis, quam in contrariantes mandantis noſtris fecimus in his ſcriptis precipiendo mandantes, ne quis de cetero predictum hoſpitale in rebus vel perſonis magiſtrum, fratres ac ſorores jura vel bona mobilia vel immobilia preſumat quomodolibet moleſtare. Ceterum volentes predictum hoſpitale amplexari donis gratie ſpecialis. Et ut Capella St. Spiritus ibid. congruis honoribus veneretur & animo fideli a populo jugiter frequentetur, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui ad ſtructuram capelle ſeu ad aliqua alia dicte capelle vel hoſpitali neceſſaria manum porrexerint adjutricem ſeu etiam qui predictam capellam devotionis vel orationis cauſa viſitaverint *cimiteriumque* ibid. quotiescunque *circuierint*, corpus Domini poſt communionem infirmorum ſecuti fuerint, miſſam de St. Cruce in ead. Capella ſextis feriis audiverint, de omnipotentis Dei miſericordia, beate virginis Marie & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli meritis & autoritate confiſi XL. dies indulgentiarum de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Dno relaxamus. Datum Anno Dni 1328. 14 Kal. Auguſti.

VI. Johannis Comitis Holſatiæ Privilegium ſuper Scholam Kilienſem.

Johannes Dei gratia Comes Holſatiæ & 1335.
Stormariæ &c. Honorabili viro Magiſtro Hinrico de Cholmine Clerico Lubecenſi ſalutem in Domino. Attendentes & deſiderantes merita & virtutes veſtræ perſonæ ac grata & accepta ſervitia, quæ nobis impendiſtis, digno & merito debemus ad gratiam vobis exiſtere liberales. Ea propter & ex nonnullis aliis cauſſis juſtis legitimis & rationalibus, quæ ad hoc merito nos inducunt vobis tenore præſentium quod Scholas in oppido Noſtro Kyl quæ ad noſtram ſpectant collationem quæque ex eis percipere poſſitis & quod ad reſidentiam in eisdem Scholis non teneamini nec depelli poſſitis & quod nulla alia Schola in oppido noſtro Kyl præter veſtram

veſtram ſcholam erigi valeat, de gratia concedimus ſpeciali. In cujus rei teſtimonium ſigillum Noſtrum præſentibus eſt appenſum. Hujus rei teſtes ſunt viri honorabiles & Domini Nicolaus & Yvanus dicti de Rewetlow m lites Noſtri. Bartramus de Kremon Capellanus noſter & quamplures alii fide digni ad hoc ſpecialiter vocati. Dat. A. Dni MCCCXXXV. in craſtino Sti Michaelis Archangeli.

VII. Confirmatio ſuper Hoſpitale ad ſanctum Spiritum in Kiel.

1338. In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem 1349. indictione ſecunda quarto die menſis Auguſti hora nona vel quaſi Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto ac Domini Noſtri Domini Cle entis Divina Providentia Papæ Sexti anno octavo coram Reverendo in Chriſto Patre ac Domino Domino Henrico Sleswicenſis Eccleſiæ Epiſcopo, ac mei Notarii publici infraſcripti teſtiumque ſubſcriptorum præſentia honorabiles viri Hartwicus Bogehuſen, Marquardus dictus de Hertbecke & Hartwicus de Bramſtede Pro-Conſules civitatis Kyl conſtituti Bremens. Diœceſ. quandam litteram non raſam, non cancellatam nec in aliqua parte vitiatam, quodam ſigillo oblongo filo duplici ſericeo videlicet ruſſo & glauco appendente ut apparuit. Reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Domini Borchardi ſancte Bremenſis Eccleſie Archi-Epiſcopi pie recordationis ſigillatam produxerunt, legi petierunt & fecerunt. Tenor vero litteræ memoratæ de verbo ad verbum fuit talis: In Nomine Domini Amen! Univerſis hanc litteram viſuris ſeu audituris Borchardus Dei gratia ſancte Bremenſis Eccleſie Archi-Epiſcopus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane, ex parte nobis in Chriſto dilectorum Conſulum municipii in Kyl noſtræ diœceſ. propoſitum extitit, coram nobis quod olim felicis recordationis nobiles viri Domini *Gerardus* & *Johannes* Comites Holſatiæ pro animarum ſuarum ſalute quoddam Xenodochium ſeu hoſpitale in dicto municipio ad colligendum, fovendum, & recipiendum ac nutriendum in eo pauperes debiles & infirmos fundaverunt & de bonis competentibus dotaverunt. Quam quidem fundationem & dotationem venerabiles Patres bonæ memoriæ Gerhardus *Hildeboldus* ac *Gyſelbertus* quondam Bremenſis eccleſiæ Archi-Epiſcopi, prædeceſſores noſtri ratas & gratas habentes eas, non ſolum auctoritate ordinaria confirmaverunt, verum etiam gratiis & privilegiis ſpecialibus extulerunt. His videlicet quod idem hoſpitale perpetuis temporibus Magiſtrum ſeu Rectorem Presbyterum habebit, nobis & noſtris Succeſſoribus immediate ſubjectum, qui fratrum ac ſororum & omnium in præfato hoſpitali degentium curam animarum geret, eisque miniſtrabit eccleſiaſtica ſacramenta, ipſorum quum mortui fuerint corpora in cimiterio apud dictum hoſpitale oraculum ſeu Capella in qua miſſæ & alia ad divinum officium pertinentia, per dictum Magiſtrum ſeu Rectorem & ſacerdotes alios Deo devotos omni tempore celebrentur. Ipſe etiam Magiſter ſeu Rector quotieſcunque voluerit, in eodem oraculo ſeu capella per ſe, vel alium ſeu alios viros idoneos predicet vel predicare faciat verbum Dei, exceptis tamen eis horis in quibus in Eccleſia Sancti Nicolai ibidem conſueverat predicari. Oblationes vero que intra miſſarum ſolennia ad altaria in dicto hoſpitali conſtructa vel conſtruenda deferuntur Magiſter ſeu Rector præfati hospitalis Rectori Eccleſiæ ſancti Nicolai prædictæ, qui pro tempore fuerit, tenebitur integre præſentare. Præterea Magiſtro ſeu Rectore dicti hoſpitalis defuncto, Conſules prædicti muuicipii & fratres ac ſorores dicti hoſpitalis virum idoneum presbyterum vel qui infra ex tunc proximum annum in presbyterum ordinari valeat, eligent, quem nobis & ſucceſſoribus infra tempus a jure ſtatutum præſentabunt, quem nos & etiam ſucceſſores noſtri inſtituere debebimus & ei curam committere animarum &c, &c. Datum in Hagene Anno Domini M. CCC. XXXVIII.

VIII. Confirmatio Papalis pro hoſpitali ſancti Spiritus in Kyl.

Clemens VI. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Rectoribus, Proviſoribus vulgariter appellatis hoſpitalis pauperum ſancti Spiritus in Kyl in quo fratres aliqui nunc exiſtunt Bremens. diœceſ. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacro-ſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſiduæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit & ne pravorum hominum malitiis agitentur, eos, tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrent aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo ſub communi vita degitis ſub beati Petri & noſtra protectione ſuscipimus, ſpecialiter autem terras, domos, prata, vineas, hortos, & alia bona veſtra ſicut ea omnia juſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem hoſpitali auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, diſtrictius inhibentes, ne quis de pratis, virgulis ſeu veſtrorum animalium nutrimentis decimas a vobis exigere & extorquere præſumat: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere vel ei auſu contrario contravenire: Si quis hæc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Ammoni. Non. Febr. Pontificatus anno octavo.

IX. Conſenſus Archiepiſcopi Bremenſ. ad faciendum novum Cimiterium & novam capellam Gertrudis & de 40. diebus indulgentiarum.

Godefridus Dei gratia ſanctæ Bremenſis Eccleſiæ

cleſiæ Archiepiscopus, univerſis præſentia viſuris & audituris ſalutem in Domino. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, rationis ordo exigit ac etiam vigor æquitatis, ut id per ſollicitudinem paſtoralis officii ad debitum effectum perducamus. Sane ex parte dilectorum nobis Conſulum & Univerſitatis oppidi Kyle noſtræ Diœceſeos propoſitum extitit coram nobis quod decedentium hominum corpora in cemeteriis ejusdem oppidi & præcipue in hoc mortalitatis ſeu peſtilentiæ tempore commode ſepeliri non valeant; Unde ad preces eorundem Conſulum de ejusdem loci Rectoris & omnium quorum intereſt, beneplacito & conſenſu propter evidentem neceſſitatem damus & concedimus plenam licentiam habandi nunc & in perpetuum juxta prædictum oppidum novum cimiterium ad ſepelienda mortuorum corpora, & ad erigendam & faciendam in eodem cimiterio *Capellam* in honorem beati *Fabiani & Sebaſtiani* martyrum & Antonii Confeſſoris & Gertrudis virginis conſecrandam. Damus non minus licentiam ſpecialem ut dictum cimeterium & Capella ejusque altaria per quemcunque Episcopum Romanæ Eccſieæ devotum autoritate noſtra poſſint conſecrari, & ut in eadem capella etiam ante ejus conſecrationem in altari portatili conſecrato divinum officium exerceri & miſſæ ſemper valeant licite celebrari. Præterea omnibus Chriſti fidelibus qui manum adjutricem dictæ Capellæ porrexerint & cimeterium ipſum circuierint, & pro ibidem defunctis Orationes Deo fuderint, & qui divinis officiis in diebus & feſtis præmemoratorum Sanctorum Capellæ & Altaris dedicationis inter fuerint vere pœnitentibus & confeſſis, quadraginta dies indulgentiarum ac unam Karenam quoties hoc fecerint de injuncta eis pœnitentia, autoritate omnipotentis Dei miſericorditer relaxamus. In quorum omnium evidens Teſtimonium ſigillum Noſtrum majus præſentibus duximus appendendum. Datum & actum Bremis in curia habitationis noſtræ ſub anno Domini M. CCCL. die nativitatis beati Johannis Baptiſtæ.

X. Senatus Kilon. vicariam ad S. Gertrudem confert Joachimo Köler.

1530. *Wy Borgermeiſtere und Rathmanne thom Kiele dhon hiermit kund offentlick vor uns und unſe Nakommelinge ock ſunſt vor jedermänniglick und als wemen dieſes unſes Breves Anſichtigern und ene leſenden hören, bekennende und betügende. Nachdeme dorch tödtlichen Fall und Afgang ſeeligen Jacobus Schulten ein Lehn zu Sunte Gertruden-Altar in der Kerken zu Sunte Gertrudis vor unſer Stadt belegen, entlediget und vacirt wurden, und darvon de Leen war tho uns wedder alſo wahrhafftigen Leen-Herren und Patronen gefallen und gekamenis, dat wy dorch ſonderlicke Gunſt unde Thoneginge de wy tho der Ehrſamen und vorſichtigen unſen Raths-Verwandten* Ahrend Köler *dragen ock umme mennigerleyen ſeelſoldigen getruwen Denſte willen ſo he uns und unſe Stadt offtmahls gethan und ertöget und noch in ahneſtanden thokünfftigen Tyden gerne thon und ertogen will, mit unſen fryen Willen Rade und Gemohte Wohlbedacht, ungenöthiget und ungedwungen ſinem Sohne dem Ehrhafftigen* Joachim Köler *mit genandten Lehne ſo boven angetoget Jacobus Schulte letztmals raublicken beſetten mit allem und islicken des vorbeſtemmeden Lehns tho gelegenen Rennten Upboringen, Innkünfften, Früchten, Fryheiden, Herrlichkeiden, Genete und Genütt ſo datſülvige Lehne vorben möge gehatt hebben wittlicken und günſtigen vorlehnet beſorget und beſtreven hebben, alſe dat genohmte Joachim Köler ſothan Lehn mit ſinem Rennten wie und wor de ſyn mögen ſunder Hinder fry und unbeworen alle de Tyd ſines Levendes gebruken und geneten möge. So wy ock wider hiermit gedachten Jochim verleenen beſorgen und verſcriven gegenwartigen in Krafft und Macht düßes unſes voriegelden Breves darumme van unſe Stadt Cammerern und andern Rahts-Perſohnen nu thor Tyd weſende und hier namals tho kommende, we de tor Tyd ſyn möchten fründlich begehrende, und einem jeden welchen tho gemeldten Leen, Rente ſchuldig ſyn mochten gütlick befehlende deme vielgenandten Jochim de Rennte und Upboringe ſo danes Lehns unvorkürtet und unvorringert willen folgen und werden laten. Eem ock by ſo thanes Lehn tho allen beſten fürdern und ock daby handhaven beſchüten und beſchirmen willen. Düßes allenthalven ungefährl. getrülich und in aller Machten wohl tho holdende hebben wy Borgermeiſtere und Rath mehrgedacht in Stadt Feſtinge der Wahrheit und tho mehrerer Verwahringe vor uns unde unſe Nakommelinge gegenwardigen Breff ohrkondlich mit unſer Stadt Secret hier unter anhanget vorſegelt laten. Gegeven und geſchreven thom Kiel am Tage Bartholomæi Apoſtoli 1530.*

XI. *Extractus teſtamentorum. a. 1353-1359.*

In Nomine Domini Amen. Anno Domini MCCCLIII. feria ſexta ante Dominicam qua cantatur Reminiſcere. Ego Henricus Velificator ſi morte fuero preventus in hunc modum preordino meum teſtamentum. *Primo do fratribus in Kyl III marc. & ibidem eligo meam ſepulturam.* Item do ad Stum Nicolaum in Kyl ad ſtructuram 1 marc. 1353.

In nomine Domini amen. Ego Detlevus Wode Conſul in Kyl &c. it. ad perpetuam miſſam inſtaurandam *per collegium beate Marie virginis* dum inſtaurabitur erogandas & non antea do, lego & aſſigno III marc. Item *do fratribus minoribus in Kyl I marc. pro memoria mea* habenda & facienda &c. 1354.

In nomine domini amen, anno nativitatis ejusd. *Eod. ann.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ejusd. M. CCCLIV. prima feria Dominicæ Oculi. Ego Radolphus Olde Conſul Kylon. Inſuper do & aſſigno X marc. cum centum marc in honorem Dei & anime remedium & ſalutem pauperibus in calceis & veſtimentis ſeu aliis neceſſitatibus per meos *teſtamentarios* largiter erogandas. Item do & lego ad collegium St. Marie virginis in Kyle, ſi ejus miſſa perpetuum habuerit progreſſum decem marc. de ſumma jam dicta earum centum marc. cum X marc. ſi autem non perpetualiter ex tunc III marc. do, collegio prenarrato. Item fratribus minoribus in Kyl do equum meum griſeum & ibidem cupio ſepeliri &c. In nomine Domini amen. Ego Marquardus Buldrian, civis Kylon. meum ordino teſtamentum pro hac forma. Primo lego II marc. ad vicariam Hartvici Hertbeken in capella Sti Spiritus, quas Hennecke filius Marquardi Hertbecke, ſenior mihi debitas exponere debet. Item do eccleſie St. Nicolai in Kyl I marc. ad ſtructuram & Domino Jacobo, Rectori ibid. VIII Sol. ut mei memoriam peragat, item capelle St. Gertrudis in Kyl I marc. ad ſtructuram.

1355. *Teſtamentum de bonis tantum acquiſitis vid. ad 1358. 1361.* De bonis mihi a Deo conceſſis & proprio *labore graviter acquiſitis*: In nomine Domini amen, Anno nativitatis ejusd MCCCLV. dominica die infra octavam beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ego Detlevus de Nienmunſter virium impotens, compos rationis meum ſicut ſequitur, ordino teſtamentum. Imprimis do lego & aſſigno fratribus minoribus in Kyl, ubi eligo ſepeliri ſi hic moriar X marc. ſin autem abili moriar aſſigno eis V marc. Item ad ſtructuram St Nicolai II marc. &c.

1356. In nomine Domini amen. Anno incarnationis milleſimo CCCLVI. Ipſa die Bartholomæi Apoſtoli. Ego Radolfus Braſche civis Kilon. viam peregrinationis ſeu loca extranea proponens viſitare & cum omne, quod carne creatum eſt de corpore in tempus exſpectat ſue necis horam, volens igitur anime mee & filiis meis ſalubriter proſpicere, teſtamentum meum conficio ſub hac forma. Primo do, lego & aſſigno ad ſtructuram beati Nicolai eccleſie in Kyl duas marcas, item do ad ſtructuram domus ſpiritus ſancti, ibid. I marc. Item do capelle *St. Georgii* I marc. item do ad ſtructuram beate *Gertrudis* prope Kyle I marc. item do & lego fratribus minoribus ibid. III marc. & ibid. meam eligo ſepulturam, qui me huc adducere faciant ſi infra partes iſtas, proprie *bynnenland*, morte preventus fuero. Item do ad collectionem beate Marie virginis in Kyl I marc.

1357. In nomine domini amen. Anno MCCCLVII. in Vigilia Elizabeth vidue, Ego Joh. Molner civis Kil. poſitus in agone & licet corpore debilis mente tamen compos. Primo do, lego & aſſigno fratribus minoribus in Kyl II marc. in anime mee remedium & ſalutare, & ibid. meam eligo ſepulturam &c.

1358. In nomine Domini, amen. Anno nativitatis ejusdem MCCCLVIII. feria quinta infra octavas Apoſtolorum beati Petri & Pauli. Ego Otto Enendorp, Proconſul Kylon. licet corpore debilis mentis tamen compos & rationis in hunc modum meum diſpono teſtamentum. Primo do, lego & aſſigno de bonis per *me ipſum acquiſitis* unum manſum quem libere habeo cum omni jure & cum jure hereditario ſitum in villa Swartebeke, prope Levensoue in honorem Dei, ita ut reditus inde provenientes debent dari pauperibus ſingulis annis & perpetue in calceis & veſtimentis in ſalutem anime mee & meorum parentum. Item do ad ſtructuram eccleſie beati Nicholai in Kyl V marc. & ibid. apud meum patruum & ſub ejus lapide ſeu prope eligo ſepeliri. Item fratribus minoribus in Kyl do X marc. Ob memoriam & ſalutem anime mee & parentum meorum. Item ad ſtructuram ſancti ſpiritus in Kyl II marc. Item fratribus Kalendarum in Kyl do IIII marc. Item illas XX marc. quas frater meus dederat Hennekeno filio meo ſpirituali illas volo, ut teſtamentarii mei ſibi de bonis meis dent & preſentent cum ipſis viſum fuerit expedire & non prius, it. do cuilibet ſacerdoti tum religioſo quam ſeculari in opido Kyl pro memoria IIII Solidos &c.

In nomine Domini amen. Sub anno Domini MCCCLVIII. ſecunda feria rogationum, ego Johannes dictus Wandſcherere. Primo lego fratribus minoribus meliorem meam togam & adhuc IIII marc. denariorum uſualium apud quos etiam eligo meam ſepulturam. Item lego Lectori fratrum Domino Henrico XX paria tenaclorum. Item exequutores mei dent cuilibet fratrum minorum actu ſacerdoti IIII ſolidos.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusd. MCCCLVIII. ſexta feria poſt feſtum beati Nicolai, Epiſcopi & Confeſſoris. Ego Johannes Syſt Conſul in Kyl. Item do Nicolao Syſt meo patruelo X marc. Lubecens. tali conditione, ſi in vita eſſe comprobatur, ſi autem in morte ad preſens reperitur ex tunc dicta pecunia ob ſalutem anime ſecundum voluntatem meorum proviſorum in honorem Dei debeat impertiri. Item do fratribus minoribus in Kyl III marc. Lubicens. & ibid. meam eligo ſepulturam. Item dictis fratribus IX Solidos in proxima Dominica, qua cantatur letare, pro quibus miſſas obſervaverunt.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCLIX. Ego Radolphus Braſche civis Kilon. ſanus mente &c. Imprimis animam meam commendo Deo & ſancte virgini glorioſe matri ejus. Poſt hec eligo meam ſepulturam apud fratres minores & fratribus do & lego die mee ſepulture II marc. Item do I marc. Domino Johanni Rectori eccleſie St. Nicolai, Item ad ſtructuram eccleſie St. Nicolai I marc. Item ad ſtructuram eccleſie in Elverhagen I marc. item VIII ſolidos ad ſtructuram eccleſie in Vlintebeke. Item VIII ſolidos infirmis & pauperibus ad ſanctum ſpiritum in Kyl preſentando eos ad manus eorum. Item, do infirmis ad ſanctum Georgium prope Kyl VIII ſolidos preſentando eos ad manus eorum &c.

In

1359. In nomine Domini, Amen. Anno incarnationis ejusdem MCCCLIX. in vigilia dedicationis ecclesie St. Nicolai in Kyl. Ego Johannes Langhe cerdo meum dispono testamentum hac forma. Primo do & lego fratribus minorum ordinum in Kyl I. marc. Lubecens. den. pro mea sepultura.

1359. In DEI nomine, amen. Anno Domini MCCC LIX proœmia feria quarta ante Martini. Ego Johannes dictus Wraghe licet corpore debilis mente tamen & ratione compos & sanus, si morte preventus fuero meum in hunc modum ordino testamentum. Primo do, & assigno fratribus minoribus in Kylone V marc. & ibid. meam eligo sepulturam. Item do ecclesie Sancte Gertrudis extra valvam Danicam VIII solidos ad structuram. Item do ecclesie Sti. Nicolai in Kyl III marc. ad structuram; item do Domino Johanni plebano ibid. nunc existenti I marc. Item do Domino Nicolao Gudemann VIII solidos. Item do Dno Johanni Capellano ibid. IIII solidos. Item Domino Johanni de Bruggen IIII solidos. Item do ecclesie Sancti Spiritus VIII. solid. ad structuram. Item do ecclesie in Elverschenhagen VIII solid. Item do ecclesie in Vlintbeke I marc. ad structuram. Item do ecclesie in Bardesholme II marc. ad structuram chori. Item do ecclesie in Slabbenhagene I marc. Item do ecclesie in Gellenbeke VIII solid. item do ecclesie in Vlemmegude I marc. item ecclesie in Ghettorpe I marc. &c.

1359. In nomine Domini amen. Anno incarnationis ejusdem M CCC LIX feria quinta ante Dominicam letare. Ego Johannes Pardole, civis Kilon. peregre intendens proficisci, propter diffortuitos instabilium naturalium rerum eventus, qui verisimiliter timendi sunt testamentum meum in hunc modum ordino & dispono. Primo do, lego & assigno fratribus minoribus in Kyl X marc. ad structuram ecclesie. Item do unicuique sacerdoti ibid. IIII solidos ad manus. Item do ad structuram ecclesie beati Nicolai in Kyl IIII marc. Item do plebano ibid. I marc. item do Capellano ibid. VIII solid. item do ad structuram ecclesie Sancti Spiritus II marc. Item do infirmis ibid. unam marcam ad manus. Item do ad structuram ecclesie beati Georgii II marc. Item do infirmis ibid. unam marcam ad manus. Item do ad structuram ecclesie beate Gertrudis II marc. Item do unicuique sacerdoti ibid. VIII solidos ad manus. Item do ad structuram ecclesie in Schonenkercken II marc. item do Plebano ibid. IIII solidos. Item do ad structuram ecclesie *in Vlintebeke* II marc. Item do plebano ibidem IIII solidos. Item do ad structuram ecclesie *in Brugghe* II marc. Item do plebano ibidem IIII solid. Item do ad structuram ecclesie in *Ghettorpe* II marc. item do plebano ibid. III solidos. Item do ad structuram ecclesie in *Ekernvorde* II marc. it. do plebano ibid. IIII solid. & Capellano IIII solidos. item do ad structuram ecclesie in *Gellembeke* (hodie Crusendorp) II marc. it. do plebano ibidem IIII solidos. Item do ad structuram ecclesie in *Slabbenhagben* II marc. item do Plebano ibid. IIII solid. Item do XXIV marc. penn. stipis in salutem & remedium anime patris mei & matris mee & Nicolai Heideby & anime mee. Item do & assigno XL marc. pauperibus & egenis vestibus & calceis pie erogandis in anime mee remedium salutare. Item do X marc. in honorem DEI, quos provisores seu testamentarii mei debent exponere de bonis meis. Item do vor Tanneken, quæ est in domo mea unam marcam. Item do, lego & assigno *cum consensu omnium meorum propinquorum* Christiano meo patruo centum marc. in hereditate mea sita in *platea pontis*, item do matertere mee Katherine uxori Emekini Tornorem L marc. in predicta hereditate mea. It. do, lego & assigno Domino Eghardo Itzeho sacerdoti avunculo meo XXX marc. in predicta hereditate mea. It. do filiis Osberni Tornoren Emekino & Brugghen XXX marc. in supradicta hereditate mea. Item do Margarethe uxori Johannis Hertbeken matertere mee cum filiis Nicolai Tuttendorpes & filiis predicti Johannis Hertbeken XXX in sepedicta hereditate mea. Item do Johanni de Schonekerken & filiis suis X marc. Item omnia bona mea ultra dona predicta remanentia assigno in honorem DEI distribuenda per testamentarios meos prout ipsis videbitur expedire & rationem reddere voluerint coram DEO. Testamentarii seu provisores hujus sunt honorabiles viri Emekinus Tornore Consul in Kyl & Christianus Perdole patruus meus civis Kyl. quibus plenam & liberam concedo potestatem monendi, solvendi, exponendi prout ipsis videbitur expedire. Testamentum istud ratum & gratum & firmum habere volo donec ipsemet *ipsum revocavero voce viva.*

Testes hujus sunt honorabiles viri Johannes Longus Proconsul & Hermannus Schregge & Johann Visch in *platea Vlemeschen*, & Johannes Visch filius Johannis Visches & Nicolaus Halveplogh, Consules in Kyl.

1359. P. P. Ego Johannes de Kolne. Imprimis animam meam commendo DEO & beate glorioſe matri ejus & sepulturam meam eligo ad fratres minores in Kyl & eisd. fratribus do & lego V marc. Item do & lego ad St. Nicolaum V marc. Item do & lego ad Sanctum Spiritum I marc. Item do & lego ad Sanct. Gertrudem I marc.

1359. In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusd. M CCCLIX in vigilia beati Johannis Baptistæ. Ego Johannes Vlogel civis Kyl licet corpore debilis tamen compos rationis testamentum meum in hunc modum ordino & dispo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſpono. Primo do, lego & aſſigno reditus caſarum mearum ſitarum in angulo *platee Danorum* ſuperſtes ultra meliorationem earundem ædificando & *ultra jura civitatenſia* in honorem DEI & ob ſalutem anime mee pauperibus erogandos. Item do Henniko filio patrui mei X marc. de debitis meis in quibus mihi tenetur Bolte & II lectos & II cuſſinos ac IIII ollas, que omnia ſibi preſentari debent cum *cum ad annos diſcretionis pervenerit videl. ad XVIII annum* ſi interim decedet extunc predicta in honorem Dei erogentur. It. do fratribus minor. in Kyl IIII marc. I ſolid. IIII pf. in quibus mihi tenetur *Conradus Tornator* (Dreyer). Item do ad ſtructuram St. Nicolai in Kyl I marc. ad St. Gertrudem VIII. ſolid. Item ad Sanctum Spiritum I marc. ad St. Georgium VIII. ſolidos & quodcunque de bonis meis reſiduum fuerit totaliter in honorem DEI & anime mee ob ſalutem diſtribuatur. Iſtud teſtamentum ratum habere volo donec revocavero viva voce.

In teſtamentarios eligo dans eis plenum poſſe de predictis omnibus faciendi & dimittendi Dominos Marquardos Hertbeken Proconſules Johann. Wragen, Henricum de Wedele, Johann. Langen morantem in platea pontis, Conſ. & Ottonem Polze civem Kil. quia omnia facere debent ſecundum Concilium Dominorum Conſul. qui & preficere debent alium aut alios proviſores aliquo aut aliquibus defunctis. Teſtes hujus ſunt Domini Johannes *Lange Proconſul*, Hermannus Screge, Hinricus Langelowe & Johannes Viſch morans in *platea Flamingborum*.

1359. P. P. Ego Johannes de Heyde Conſul in Kyl. Imprimis animam meam commendo DEO & beate Marie matri ejus virginis glorioſe & meam ſepulturam eligo ad fratres minores in Kyl & eisdem fratribus do & lego VI marc. die ſepulture mee. Item do & lego ad ſtructuram eccleſie beati Nicolai in Kyl VIII ſolid. Item do & lego Domino Johanni Rectori eccleſie beati Nicolai ibid. VIII ſolidos, item do ad ſtructuram capelle Sancti Spiritus in Kyl VIII ſolidos, item lego ad ſtructuram capelle St. Gertrudis prope Kyl VIII ſolid. Item do ad Capellam St. Georgii prope Kyl VIII ſolid. Item do & lego ad ſtructuram eccleſie in Vlintebeke VIII ſolid. it. II pannos griſeos ad diſtribuendum pauperibus in ſalutem & remedium anime mee.

1359. P. P. Ego Osbernus Tornore civis in Kyl. Imprimis animam meam commendo DEO & beate glorioſe matri ejus & meam ſepulturam eligo ad fratres minores in Kyl & eisdem fratribus do die ſepulture mee II marc. item do & lego ad ſtructuram eccleſie St. Nicolai in Kyl I marc. item do & lego ad Sanctum Spiritum in Kyl I marc. item ad capellam Ste Gertrudis prope Kyl I marc. item ad Capellam S. Georgii prope Kyl I marcam, item do & lego pauperibus II marc. in remedium anime mee, & ego Osbernus ſupradictus donationem ſupradictam ratam & firmam tenere volo donec viva voce revocabo &c.

Ego Marquardus, ſutor in *platea ſutorum*, 135
Civis in Kyl inprimis animam meam commendo DEO & beate Marie virgini & eligo meam ſepulturam ad fratres minores in Kyl & eisdem fratribus do & lego XX marc. Item do & lego ad Stum Nicolaum in Kyl II marc. item plebano Domino Johanni, Rectori Sancti Nicolai I marc. Item ad capellam Ste Gertrudis prope Kyl ad ſtructuram II marc. Item do & lego in eccleſia Vlintebek X marc. quas Gotſchalcus de Vellem morans in Buckwold, filius Gotſchalci debet expagare. Item do & lego in Elvershagen ad ſtructuram eccleſie I marc. it. do & lego Petro Notario meo II marc. Item do & lego Gerſteker ancille mee II marc. & IIIII vaccas & totam annonam, quam habeo in domo mea.

XII. Teſtamentum Emekini Tornoren.

In nomine Domini, Amen. Anno nativita- 13
tis ejusdem MCCCLXI. feria quinta infra octavas Pentecoſtes, Ego Emekinus Tornore, Conſul in Kyl partes longinquas proficiſcendo intendens viſitare *de bonis meis* mihi a Deo collatis & proprio *labore acquiſitis compos utrumque virium* meum ſic ordino teſtamentum. Primo do, lego & aſſigno eccleſiis St. Nicolai, fratrum minorum & ſancti ſpiritus intra civitatem Kyl & St. Gertrudis extra unicuique IIII ſolidos. Item do eccleſie St. Georgii extra Kyl duas marcas & St. Georgii in palude dicta Krempermarſch 2 marc. Item eccleſie in Vlintbecke 1. marc Et ſi in itinere morte prevenirer extunc do X marc. ad unam ſtipam immediate erogandam poſt ſcitum mortis mee. Item do filie fratris mei in Sedorp V marc. Item filie fororis mee in Stubendorpe V marc. Item filie fororis mee in Ratingſtorpe V marc. Item Becken filie Reimers X marc. Item Anneken in Itzeho ſanctimoniali II marc. it. do filio meo, quem dedit mihi Deus apud Yghghen X marc. quas teſtamentarii mei ſibi dare debent cum ſibi ſit utile & eisd. videbitur expedire. Item Monen do X marc. quas & teſtamentarii mei tempore utilitatis ſue ſibi dabunt; Item ancille mee, quam pro nunc habeo do I. marc. it. do cingulum meum argenteum ad unum calicem & in tantum de bonis meis addi dicitur, ut talis inde preparetur, quem do ad vicariam St. Gertrudis quam fundavit mater uxoris mee. Item oves meas, quas habeo in Schonenkercke & in Koningesvorde do & lego perpetue in honorem Dei ita ut quodcunque ex eis provenerit in honorem DEI, ubi expediens fuerit perpetue convertatur. Et ſimili modo do ſartaginem meam ut quodcunque venerit perpetue in honorem DEI convertatur & ea incipiente

ente pejorari de ſuis propriis reditibus reparetur ut hec dona, ut perpetua maneant deſideranter deſidero & affecto. Item in his debitis teneor obligatus Imo XV marc. ubi Dominus Johannes Lange & ego proviſores ſumus. Item teneor cuidam puelle in Schonenkerke X marc. minus IIII ſolid. ad perſolutionem iſtorum debitorum & omnium aliorum meorum debitorum aſſigno, & deputo caſas meas ſitas in platea caſtri cum talibus libertatibus & diſtinctionibus, prout eas emi propriis meis denariis prout *inſcripte ſunt in libro civitatis*. Quodquod vero reſiduum fuerit de predictis caſis ultra perſolutionem debitorum meorum detur in honorem DEI, ubi videbitur expedire. Item aſſigno caſas meas circa plancas ut ipſis venditis quodcunque inde venerit in honorem DEI, ubi neceſſarium fuerit & conſultum. Item do dilecte uxori mee domum in qua moramur cum omnibus libertatibus prout antiquitus fuit & cum omnibus utenſilibus ejusd. domus & ad hoc addo ei quinquaginta marcas & omnes vaccas meas aſſigno & do eidem uxori mee, item bovem meum do ei, quod eum nutrivit a juventute; Iſtud teſtamentum ratum habere volo donec revocavero viva voce. In teſtamentarios meos eligo & conſtituo Dominos Johannem Langhen, Proconſulem, Hermannum Scregen, Johannem Cruſendorp Conſules, Chriſtian Perdolen, Johannem Bremer & Detlevum Berch, cives in Kyl, dans eis plenum poſſe faciendi & dimittendi in predictis. *Actum coram Conſulibus.*

XIII. Obligation an das Capitel zu Lübeck, gegegeben vom Heil. Geiſt. Anno 1365.

1365. Nos Johannes, Præpoſitus Johannes Decanus totumque capitulum eccleſie Lubecenſis preſentibus recognoſcimus nos quasdam literas nobis per diſcretum virum Bernardum Stekemeſt, civem Lubicenſem preſentatas discretorum virorum conſulum juratorum & proviſorum domus Dei Sancti Spiritus in opido Kyl Bremenſ. dicœceſ. ſigillis ſigillatas recepiſſe & in literarum ac privilegiorum capituli eccleſie Lubicenſis reſervaculo & cuſtodia inter alias noſtras literas & privilegia tenere & habere, quarum tenor talis eſt:

Univerſis & ſingulis preſentia viſuris & audituris conſules jurati & proviſores domus DEI Sancti Spiritus in opido Kyl Bremenſ. dieceſ. ſalutem & ſinceram in Domino caritatem cum notitia ſubſcriptorum preſentium ſub teſtimonio lucide proteſtamur & recognoſcimus nos de Conſilio & aſſenſu omnium noſtrum, nec non omnium aliorum & ſingulorum quorum conſenſus ad hec merito requiri potuit & debuit, ad meliorationem ſeu augmentationem vicarie in eccleſia St. Petri Lubec. per discretum & commendabilem virum Bernardum dictum Stekemeſt, morantem ſupra Vodermarkede in dicta civitate Lubicenſi, Zelo pie devotionis accenſum, fundatam & inſtauratam, cujus quidem vicarie vicarius in dicta eccleſia Sancti Petri circa ortum diei ſonare ſolebit priorem miſſam, decem marcarum reditus perpetuos & perpetuis temporibus poſſidendos Lubicenſ. denariorum nunc uſualium in auro perſolvendorum rite rationabiliter & perpetuo ac juſto emptionis ſeu venditionis titulo vendidiſſe pro centum & ſeptuaginta quinque marcis Lubecenſ. denariorum predictorum nobis conſulibus juratis & proviſoribus dicte domus integraliter de primo denario ad ultimum per predictum Bernardum jam traditis numeratis & perſolutis & in nominatos uſus dicte domus penitus jam converſis quos quidem decem marcarum redditus nos & noſtri ſucceſſores de certioribus & melioribus redditibus & bonis omnibus ad predictam domum ſpectantibus ſingulis annis in perpetuum in feſto beati Martini exſolvere volumus, debemus & tenemur, debebunt & tenebuntur in moneta predicta vicario vicarie, qui pro tempore fuerit prelibate infra muros civitatis Lubicenſ. noſtris & noſtrorum ſucceſſorum curatorum & proviſorum predicte domus ſub laboribus & periculis & expenſis non obſtantibus Gwerris dominorum terre ſeu aliorum quorumcunque Dominorum eccleſiaſticorum & ſecularium inhibitionibus excommunicationum ſententiis mandatis arreſtationibus viarum discriminibus, obſtaculis & impedimentis. Renunciamus etiam expreſſe omnibus juribus legum canonici & civilis privilegio fori conſuetudini & ſtatuto beneficii reſtitutionis in integrum conſtitutionis de duabus dictis edite in concilio generali exceptioni non celebrati contractus & omni alii exceptioni doli mali non juſti non ſoluti pretii, & ſpecialiter exceptioni dicenti generalem renunciationem non valere, ac exceptionibus & defenſionibus quibuscunque. Nolumus etiam dictos decem marcarum redditus nec aliquem nomine eorundem quoad exactionem ſeu aliqua jura civitatis ſubjacere, ſed eos prorſus ab omni jugo & oneribus civitatis exemtos habere volumus & omnimode ſupportatos itta videlicet, quod dictos decem marcarum redditus integraliter & expedite ſolvere tenebimur in termino & aliis ſuis conditionibus, ut prefertur. Si vero quod abſit dicta domus Sancti Spiritus in exſolutione dictorum reddituum negligens eſſet, ut remiſſa ſeu aliquo modo deficeret in ſolvendo, quod avertat Deus ex tunc nos conſules predicti noſtrique ſucceſſores jurati & proviſores predicte domus Sancti Spiritus dictos decem marcarum redditus plenarie ſine dilationibus perſoluere volumus & tenemur ac ſub bona fide pro nobis & noſtris ſucceſſoribus promittimus per preſentes omnem defectum ſupplendo ſi quis futuris temporibus in

persolutionibus sepe dictorum reddituum eveniret protestamur etiam presentibus publice & aperte, quod si quod absit provisores & jurati predicte domus dictos redditus negligerent seu differrent in termino ut promittimus expedite persolvere ex tunc omnes sumtus & expensas, quas ratione hujusmodi neglecte seu retardate persolutionis passus fuerit vicarius vicarie, qui pro tempore fuerit easdem sibi nos consules predicti nostrique successores refundere tenebimur & volumus, si modo easdem legitimo docere poterit documento, preterea etiam protestamur publice per presentes, quod hujusmodi literarum tenorem libro nostre civitatis fecimus inscribi & plenarie registrari & in evidens testimonium omnium predictorum manus sigillumque nostre civitatis una cum sigillo dicte domus Sancti Spiritus ex certo scitu voluntate & jussu nostro ac omnium nostrorum & singularum personarum nostri consilii presentibus est appensum. Datum Kyl anno Domini MCCC. sexagesimo quinto Dominica die qua cantatur misericordias Domini. In cujus testimonium & evidentiam pleniorem sigillum nostri Capituli ad majorem presentibus est appensum anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto feria quarta proxima post festum beate Lucie virginis gloriose.

XIV. Mandatum Papæ ut bona a domo Sancti Georgii alienata revocentur.

1366. Urbanus Episcopus servus servorum DEI dilecto filio & Abbati Monasterii Sancti Michaelis in castro Lüneborg Verdens. diœces. salutem & Apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Rectoris & fratrum hospitalis pauperum Sancti Georgii extra muros oppidi Kyl Bremensis Diœceseos; precibus inclinati præsentium autoritate tibi mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipsius hospitalis alienata inveneris illicite, vel distracta ad jus ac proprietatem ejusdem hospitalis legitime revocare procures: Contradictores, ad censuram Ecclesiasticam postposita appellatione, compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Ammoni XIII. Calend. Maji. Pontificatus nostri anno quarto.

XV. Privilegium Archiepiscopi Bremens. pro hospitali Spiritus & Sancti Georgii.

1366. Omnibus presentia visuris seu audituris Albertus DEI & Apostolice sedis gratia Sancte Bremensis Ecclesie Archiepiscopus salutem in eo qui est vera salus. Cum nuper sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus *Urbanus* divina providentia Papa Quintus, nobis per litteras suas certi tenoris injunxisset, ut pia loca & maxime miserabilium personarum ubi infirmi & leprosi recipiuntur, visitare & inquirere deberemus, & utrum reditus & eleemosyne ad sustentationem pauperum deputate in usus debitos converterentur. Et maxime si constitutio Domini Clementis felicis recordationis Pape quinti super gubernationem dictorum locorum edita, debite servaretur, que incipit: Quia contingit, & ubi non servaretur, ipsam servari inviolabiliter faceremus. Nos vero tam ex officio Pastorali, quam ex mandato dicti Domini nostri Pape nobis injuncto, hospitalia Sancti Spiritus & Santi Georgii quod leprosorum dicitur in Kyl nostre Diœceseos diligenter visitari per personas idoneas fecimus, & inter cætera corrigenda invenimus quod licet dicta hospitalia ab antiquo & prima fundatione ipsorum consueverunt per personas idoneas Laicos per Consules dicti oppidi Kyl deputandos in temporalibus gubernari & pauperibus ibidem degentibus in necessariis provideri, & quæcunque per Antecessores nostros Archi-Episcopos Bremenses contra dictam consuetudinem nonnullis clericis secularibus sunt in perpetua beneficia assignata, de quibus dictis infirmis & ædificiis dictorum locorum magna damna pervenerunt. Unde nos volentes indemnitati dictorum hospitalium secundum mandatum nobis injunctum precavere, mandamus & presentibus statuimus, & mandamus autoritate Apostolica nobis injuncta, ut dicta hospitalia deinceps per viros laicos idoneos per Consules de Kyl assumendos in temporalibus perpetuo gubernentur, quo pauperibus ibidem degentibus, secundum facultates ipsorum necessaria valeant ministrare & quo possint seu debeant idoneos presbyteros & rectores Capellarum prædictarum assumere & præsentare; qui curam animarum infirmorum ac fratrum & sororum nec non totius familiæ ipsarum domorum habeant & eis ecclesiastica sacramenta ministrent more consveto & eos morientes in cimeteriis dictarum domorum Ecclesiasticæ tradant sepulture. Iidem vero Rectores sic nominati & præsentati a nobis vel successoribus nostris, qui pro tempore fuerint commissionem cure animarum recipiant, eisdem & mediate subjecti qui quidem Rectores si provisoribus seu procuratoribus ex aliqua caussa inutiles fuerint, seu displicuerint sine licentia nostra removeri & alii in locum ipsorum idonei subrogari. Predictis vero Rectoribus per provisores seu juratos dictarum domorum de congrua sustentatione debebit provideri. Insuper volumus & mandamus ne Rectori Parochialis Ecclesie in Kyl ex premissis aliquod prejudicium generetur; approbamus & confirmamus, privilegia prædecessorum nostrorum scilicet Gerhardi, Hildeboldi & Got-

& Gottofridi Archiepiſcoporum Bremenſis Eccleſiæ ſuper fundatione & dotatione prædicta domorum conceſſa & ea volumus in ſui roboris firmitate manere. Præterea ut fideles Chriſti ad meliorationem & conſervationem predictarum domorum devotius accendantur omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, eiſdem domibus vel infirmis ibidem manus pietatis porrigentibus XL. dies indulgentiarum miſericorditer elargimur. Ut autem omnia & ſingula præmiſſa futuris temporibus inviolabiliter obſerventur preſentes litteras appenſione noſtri ſigilli fecimus communiri. Datum in caſtro noſtro Verdis anno Domini M. CCC. LXVI. penult. die Menſis Julii præſentibus Nobili Viro domicello Erneſto Duce Brunſvicenſi, Domino Boldewins de Dalym milite, Domino Drochtlevo de Kolden & Hinrico de Bagedalt presbyterib. Capellanis Noſtris teſtibus in præmiſſis.

XVI. Urbani P. M. confirmatio privilegiorum Xenodochii Kilonienſis ad S. Georgium

1367. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum DEI, dilectis filiis proviſoribus ac fratribus hoſpitalis pauperum ſancti Georgii extra muros oppidi Kyl Bremenſis diœceſeos ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter in Domino filii dilecti veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſensu, omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive privilegia ſeu alias indulgentias vobis & hoſpitali veſtro conceſſas nec non libertates & exemtiones ſecularium exactionum a regibus & principibus & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & hoſpitali veſtro prædicto indultas ſicut eas juſte & pacifice obtinetis vobis & per vos eidem hoſpitali veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ammon. prid. Kalend. Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto.

XVII. Teſtamentum Henneke Vetel.

1368. In nomine Domini, amen. Anno incarnationis ejusdem M CCCLXVIII. ego Henneke Vetel, jacens in lecto egritudinis, quamvis corpore debili, tamen mente ſana & ratione teſtamentum meum in hunc modum facio. Si a medio hujus ſeculi ſublatus fuero primo do & aſſigno ad ſtructuram St. Nicolai in Kyl tres marcas & ibidem ſpeliri cupio, item ad Stum Spiritum duas marcas, ad St. Gertrudem duas marcas ad St. Georgium duas marcas, item ad capellam beate Catharine in Jellebeke unam marcam ad fratres minores in Kyl tres marcas, ut habeant me in memoria. Item do & aſſigno plebano Domino Johanni ad Stum Nicolaum in Kyl unam marcam & ſuo capellano VIII ſolid. & Domino Simoni VIII ſolidos, item ad ſtructuram eccleſie in Elvershagen unam marcam, item do Volbert Polleien XXX marc. Item do Wiben ſorori mee, uxori Bevenſe XXX marc. & ſuo filio Nicolao Viſch quatuor marc. Item do teſtamentarii mei infraſcripti debent dare ſtipam vel ene ſpenne pro ſalute anime mee & *illec* debet erogari cuilibet pauperi & panis & ſuisca & cuilibet pauperi unus denarius, & unum virum debent *mittere ad Romam* de bonis meis & unum virum ad *St. Theobaldum proprie Ennewald* & unum virum ad *S. Severinum in Jütland* & unum virum ad beatam virginem *in aquis* & unum virum ad *Civitatem Colonienſem* pro ſalute anime mee, & ille portabit & afferat ibidem dimidiam *libram livonienſem* cere. Item do Domino Nicolao ad Sanctum Spiritum II marc. ut pro me intercedat. Omnia alia bona mea reſidua debent teſtamentarii mei & executores teſtamenti mei videlicet Timo Bevenſe Swagerus meus, Henneke Sivekenſone avunculus meus; Tydeke Honendorp & Johann Viſch convertere in honorem DEI ſecundum voluntatem & conſenſum Wiben ſororis mee & non alias, ut coram ſummo Judice debent facere rationem. Scriptum & datum Kyle anno incarnationis prout ſupra ſub meo ſigillo infra appenſo.

XVIII. Privilegium Archiep. Bremenſ. ut Senatus Kyl. pro qualibet domo Sancti Spiritus & ſancti Georgii ſacerdotem aſſumere & dimittere poſſit.

Univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum 1375.
cernentibus *Albertus* DEI gratia ſancte Bremenſis Eccleſie Archi-Epiſcopus ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Paſtorale officium nobis a DEO commiſſum exigit & requirit ut ea reſpiciamus per que pia loca & miſerabiles perſone in ardore devotionis creſcant & ſalubriter augmententur: ſane intelleximus quod pauperes & debiles homines ad *ergaſtulum domus Sancti Spiritus intra*, & *leproſi homines Sti Georgii extra muros oppidi Kyl* Noſtræ Diœceſ. incluſi in tanta paupertate degunt & ſunt egentes, & ex *rapinis* & *incendiis* noviter ipſis proh dolor! per malorum hominum inſultus illatis, quaſi nulla propria, vel ſaltem modici valoris habentes; ſed de eleemoſynis fidelium exiliter viventes, quod Capellani perpetui, qui eis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrent, ſub aliquo beneficio eccleſiaſtico

mini-

minime poterint inſtitui vel aſſignari. Et attendentes quod impium eſſet afflictis ulteriorem afflictionem in carentiam ſacramentorum negligenter adjungi, Nos hinc, ad quos diſpoſitio & proviſio hujus modi defectus ſpectat, proviſoribus & juratis hujusmodi *Xenodochii* ſeu *hoſpitalis Sancti Spiritus* & *leproſorum prædictorum* per Conſules dicti oppidi Kilonienſis aſſumendis, qui pro tempore fuerint, ob præmiſſas cauſſas licentiamus & gratioſe concedimus, ut pro qualibet domo ſuum ſacerdotem ſibi aſſumere & ſine noſtra ſeu alterius cujuscunque requiſitione ac illum licentiare & dimittere, cum eis ipſe diſplicuerit ac alium ſeu alios reponere ſeu reaſſumere valeant ad eorum libitum voluntatis, toties, quoties eis utile & expediens videatur: & quod dictis infirmis Sacramenta eccleſiaſtica adminiſtrent dictisque ſacerdotibus certum quid pro victu ſuo exili adminiſtrando; ſalvo tamen *jure parochialis Eccleſiæ* in cujus limitibus dictum *Xenodochium*, *hoſpitale* & *leproſarium* ſituata ſunt & exſtructa. Et ut Chriſti fideles devotius ad largiendum dictis domibus ſuas eleemoſynas inducantur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eiſdem domibus & infirmis manus pietatis porrexerint *XL. dies indulgentiarum*, toties quoties his domibus & infirmis manus porrexerint adjutrices, miſericorditer indulgemus. In ejus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo Noſtro fecimus communiri. Datum in *Caſtro Noſtro Vördis* Anno Domini 1375. vigeſimo die Menſis Auguſti.

XIX. Confirmatio Archiepiſc. Bremenſ. ad duas vicarias in Capella Sanctæ Gertrudis.

1383. *Albertus* DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia ſanctæ *Bremenſis Eccleſiæ* Archi-Epiſcopus univerſis & ſingulis preſentia inſpecturis ſalutem in Domino & ſin eram in Domino caritatem. Paſtoralis officii noſtri cura nos admonet, ut quod ad Divini cultus augmentationem per Chriſti fideles inſtituitur, illud in quantum in nobis exiſtit, autoritate noſtra ordinaria confirmare: hinc eſt quod ad petitionem discretorum virorum *Pro-Conſulum ac Conſulum* Oppidi *Kyl* noſtræ *Bremenſis Diœceſ.* vicarias ſive beneficia unam videlicet in honorem ſancte & intemerate Virginis genitricis DEI *Mariæ*, aliam vero ob laudem & gloriam beatæ *Gertrudis* in *Capella beatæ Gertrudis* extra muros dicti oppidi Kyl fundatas, dotatas, & de novo inſtauratas autoritate noſtra ordinaria confirmavimus & preſentibus dicta auctoritate comprobamus & confirmamus. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus appendendum. Datum M. CCC LXXXIII. ipſo die beati Panthaleonis Martyris glorioſi.

XX. Mandatum Pontificis Romani ad Abbatem Stadenſem aliosque de cognoſcendo ſuper excommunicatione Nicol. Tungendorp Proconſ. Kilon. denuntiata.

Bonifacius Epiſcopus ſervus Servorum DEI 138
dilecto filio Abbati Monaſterii beatæ Mariæ extra muros oppidi Staden Præpoſito ac Decano Eccleſiæ Hamburgenſ. Bremenſis Diœceſeos ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Conqueſtus eſt nobis Marquardus *Tungendorp* Pro-Conſul oppidi Kilon. Bremenſ. Diœceſ. quod licet ipſe nullius eſſet excommunicationis ſententia innodatus, tamen Johannes de Rebele, Prior Eccleſiæ Ratceburg. ipſum ad inſtantiam Radolphi Dullen Presbyteri dictæ Diœceſ. mandavit & fecit excommunicatum publice nunciari. Adeoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi & auditis hinc inde propoſitis, quod *Canonicum fuerit* appellatione remota decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Quodſi non omnes his exequendis potueritis unus & duo Veſtrum nihilominus ea exequantur. Datum Romæ apud Sanct. Petrum IIII. Kal. Maji. Pontificatus anno primo.

Bonifacius P. P. VIII.

XXI. Litteræ Abſolutionis eccleſiaſticæ pro Senatu Kilon.

Nicolaus Egberti Præpoſitus in Eccleſia Bremenſi Judex & Conſervator Jurium bonorum & perſonarum Monaſterii ſanctimonialum in Heverdeshuſe Bremenſ. Diœceſ. discreto Viro Domino Rectori vel Vice-Rectori Parochialis eccleſiæ Kylon. ſinceram in Domino caritatem. Nuper ad inſtantiam honorabilis Viri Domini Hermanni in præſenti Proviſoris dicti Monaſterii omnes & ſingulos Pro-Conſules & Conſules Kylon. ſervatis de jure ſervandis excommunicavimus & excommunicari cum aggravationibus denunciari mandavimus; quos tamen a ſententiis excommunicationis & aggravationis per nos in eos latis de conſenſu dicti monaſterii Proviſoris præſentibus abſolvimus: mandamus vobis ut eosdem per manus Veſtræ impoſitonem in favorem Eccleſiæ abſolvatis & abſolutos publice nuncietis & nuncietiari faclatis injuncta prius eis & eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Datum Hamborg. Anno Domini M. CCC LXXXXVI. Menſis Martii die XV. noſtro ſigillo præſentibus ſub appenſo.

XXII. Detlevi Epiſcopi Raceburgenſis Indulgentiæ in honorem eccleſiæ S. Nicolai Kilon.

Detle-

1400. Detlevus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Razeburgenſis univerſis & ſingulis, ad quos preſentes litere pervenerint, ſinceram in domino Karitatem. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis & in majeſtate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentie nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa. Cupientes igitur ut eccleſia parochialis in Kyl Bremenſis dioc. in honorem ſancti Nicolai confeſſoris glorioſiſſimi intitulata, congruis frequentetur honoribus & eo liberius fideles ad conſequenda ſalutis ſue remedia donis ſpiritualibus invitentur. Omnibus igitur vere penitentibus contritis & confeſſis qui eccleſiam ipſam devotionis cauſa orantes intraverint, *& cruce lignum ſancte crucis continente*, in eadem exiſtente ſignati fuerint, ſeu ibidem devote oraverint aut ante *ymaginem beatiſſime virginis Marie* Dominum Jeſum crucifixum in ulnis comprehendentem ſe humiliter orantes inclinaverint, aut qui in anniverſario dedicationis aliisque diebus ſolempnibus ſeu feſtivis, per circulum anni occurrentibus, ipſam eccleſiam devote viſitaverint, vel ſermonem divinum audiverint, aut qui alias ad ſtructuram hujusmodi Eccleſie ſuas elemoſinas pias erogaverint, vel ſaltem ab aliis erogari procuraverint, toties quoties ea vel eorum aliquod fecerint, effective quadraginta dies indulgentiarum, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi, de injuctis ſibi penitentiis, dummodo ad hoc proprii Archiepiſcopi conſenſus & voluntas acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in curia noſtra Epiſcopali *Schonenbereh*. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo, menſis Octobris die XXV. Nos Otto, Dei & Apoſtolice ſedis gratia Sancte Bremenſis eccleſie Archiepiſcopus ad contenta in ſuperius ſcripta litera, ea ratificantes conſenſum noſtrum adhibemus, in cujus Teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Anno Domini MCCCI. menſis Julii die duodecimo.

XXIII. Abſolutio Senatus Kilonienſis a banno eccleſiaſtico ob ritus quosdam ſuperſtitioſos in indicando furto adhibitos contracto.

1416. Univerſis & ſingulis præſentes litteras noſtras inſpecturis Johannes Hillemanni Officialis curiæ Bremenſ. ultra Albeam ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino ſempiternam. Ad omnium univerſorum & ſingulorum ad quos præſentes Noſtras litteras pervenire contingerit indubitatam tenore præſentium notitiam deducimus quod nuper in oppido Kylon. Bremenſ. Diœceſ. quodam furto in magnis pecuniarum ſummis ad uſus pauperum, infirmorum ſpectantibus per certos iniquitatis filios a quorum oculis timor DEI receſſerat perpetrata, de quo nonnulli boni & legales Viri fuere non mediocriter diffamati. Honorabiles Viri Pro-Conſules, Conſules commune dicti oppidi ac Tymo Schütte Laici dictæ Bremenſ. Diœceſeos contra furtum hujusmodi pie commoti, cupientes, quantum in eis erat, pecunias ipſas ad uſum recuperare prædictum & tanquam Juris ignari hoc ſibi licere credentes, ſortilegium propter hoc confecerunt, & per alios fieri procurarunt, nonnullas *ceræ particulas quo univerſos* de furto *hujus furti reum invenirent*, *& immunes* a ſuſpicione hujusmodi relevarent. Propter quod honorabilis Vir quondam Dominus Henricus Knagerugge tunc Officialis curiæ prædictæ contra eosdem Pro-Conſules Conſules, commune ac Tymmonem excommunicationis & alias ſententias ac cenſuras protulit ac ipſos conſequenter propter hoc excommunicatos fecit publice nunciari. Et quia præfati Pro-Conſules, Conſules, commune ac Tymmo ad cor reverſi ab erroris ſemita declinantes cupientesque ad gremium ſanctæ Matris Eccleſiæ cum humilitate redire Nobis inſtanter ſupplicarunt, ut eos conjunctim & diviſim a præmiſſis excommunicationis ſententiis & cenſuris abſolvere dignaremur. Nos quia attendentes quod ſancta Mater Eccleſia conſuevit filiis poſt exceſſum humiliter redeuntibus ſe propitiam & benignam exhibere. Eapropter eosdem Pro-Conſules, Conſules, commune ac Tymmonem conjunctim & diviſim id humiliter petentes, ab hujusmodi excommunicationis & aliis ſententiis & cenſuris occaſione præmiſſorum contra eos promulgatis tenore præſentium abſolvimus & nunciamus abſolutos, injuncta eis & eorum cuilibet pœnitentia ſalutari; dictosque Pro-Conſules Conſules cummune ac Tymmonem ac ipſorum quemlibet ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium & unitatem repoſuimus. In cujus rei teſtimonium ſigillum Officiatus Noſtri præſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCCXVI. in profeſto Purificationis beatæ Virginis Mariæ.

XXIV. Indulgentiæ pro altari XII. apoſtolor. in Kyl.

Nicolaus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, 1424.
Archiepiſcopus ſanctæ Bremenſis Eccleſiæ, univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, in omnium ſalvatore ſalutem. Dignum profecto juſtum & ſalutare extitit, excellentiſſimum dominici corporis & ſanguinis ſacramentum præcipuis magnificandum præconiis, dignis exaltandum laudibus, cunctis honorandum ſtudiis, devotis proſequendum obſequiis, intimis alligandum præcordiis, & jugi meditatione ac celebratione ſedula recenſendum. Cupientes itaque populum reddere domino acceptabilem & Chriſti fideles ad com-

placendum ei, quasi quibusdam illectivis præmiis, donis videlicet spiritualibus invitare, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores, omnibus utriusque Sexus Christi fidelibus vere confessis & contritis, qui ad missam singulis quintis feriis in Ecclesia parochiali opidi Kyl, nostræ Bremensis diocesis, ad altare duodecim Apostolorum tempore matutinalis officii ab vivifici & sacrosancti corporis & sangvinis Jhesu Christi sacramenti reverentiam futuris perpetuis temporibus solempniter decantandam & eodem tempore hujusmodi præcelsum & venerabile Sacramentum in quadam monstrantia ad idem altare cum luminaribus & canticis ad hoc congruis reverenter & honeste deferendum devote concurrerint, quadraginta dies indulgentiarum, nec non, qui & manus pro hujusmodi Monstrantia comparanda porrexerint adjutrices, totidem dies indulgentiarum in Domino misericorditer indulgemus, ut per hac & alia pietatis opera, aqud eum, qui se dedit pro eis in pretium, tribuitque se ipsis in pabulum, tandem post hujus vitæ decursum eis se in præmium largiatur. Datum in castro nostro Vordis Anno domini Millesimo quadringentesimo, vicesimo quarto, in die decollationis Johannis Baptistæ sub sigillo *officialatus curiæ nostræ*, quo utimur ad præsens præsentibus appenso in fidem præmissorum.

XXV. Verglicks-Puncte van den vom Holm an dem Rade tom Kyl gesandt Ao. 1424.

1424 *Int ersten, dat wanne de Rath von dem Kiele eschet enen Kerckheren to hebbende, den mogen se eschen, de dem Kerspel nütte is unde dem Rade, den scholen se antwerden und gütlicken volgen laten; des schete wy uns vor ere besegelde Breve. Item, wann de Rad tom Kyle den Kerckheren hebben unde antwerdet is, so schall he holden to sick to Behof des Kerspels twe warlicke Presters vor Capellan, und nement ute dem Kloster edder Vicarien ute der Kercken to dem Kyle, des to wy in ere besegelde Breve, dar se nu vaken jegen dan hebben und noch doen. Item schal dat dem Rade van dem Kyle nicht to vorfangende effte Schaden wesen, dat se de Kercken to dem Kyle hebben to regerende unde groten Schaden vaken dan hebben der armen Kercken und Karspele, dat wy vaken dem Proweste und Capittel klaget hebben, und uns noch rechte effte Wandel wedderfahren mag, und sunderges van dem Offer to dem Buwete. Item scholen Kerckheren na Kerckheren* holden dem Karspel en Perd, *da de Capellan mag mede riden mit den Huslüden to den Kraneken, dat dat Kerspel vaken und mennelicken alle Jar beklagen vor dem - - unde jarlings allerlateste dar vaken grote Versummisse an schüt, scheen mach lichte, und leider vaken scheen is, dat de Capellan allene riden mut und gan, uns und dem Karspel weldiglieken vor jegben ere besegelde Breve. Darvor beft* de Kerckherre den Papenkamp *und den Tegenden van 14 Dorpen. Item, scholen se uns in allem Karspel-Rechte beschermen und beholden by aller Rechtigheit, dar unse Vorfahren by weset hebben und nicht holden Gode to Nadele und des armen Kerspels und erer egenen Seele. Item scholen de vam Holme*, und we Kerck-Here is tom Kyle, *alle Donnersdage singen laten under Meten ene Missen van dem billigen Lichame vor der 12 Apostel Altare, und dat Sacrament mit Lichten und Tortizen mit Gesange dregen up und af dem Altare, und de Prester, de de Messe singet, na dem Evangelio sick schall ummekeren und bidden apenbare vor dem Volcke, vör Margrethe Möllers, Reime Möller und Reimarus Möller und erer Kinder Seele, daför se upgeböret hebben 100 Mk. und 20 Mk. und kebret hebben in de Möle to Wittorp des the wy in ere besegelde Breve, und nicht holden, so se besegelt hebben. Item scholen se Nemand meer ute dem Kloster hebben to sittende, denn enen vor enen Kerckhern und neen Kloster buwen offte uprichten to dem Kyle, des the wy in ere besegelde Breve. Item, daß dise Artikeln war sint, the wy in eren besegelden Breve, und willen dat na bringen, hopen wy to Gode und to Rechte, dar dat noch is. Marquardus Brandt.*

XXVI. Danquardus Winoldi spolitatus omnes suas actiones contra Kylonienses spoliatores cedit Leonardo Munter.

In nomine domini amen. Anno nativitatis ejusdem Millesimo, quadringentesimo, tricesimo primo, Indictione nona, die vero decima septima Mensis Julii, hora vesperorum vel quasi, pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & domini nostri, domini Eugenii, divina providentia papæ quarti Anno primo, in mei Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus discretus Vir, *Danquardus Winoldi*, opidanus *opidi Wismarienſis*, *Razeburgenſis diocesis*, animo ut apparuit bene deliberato, ac maturo desuper præhabito consilio, non vi, metu, dolo, fraude aut quavis alia finistra machinatione circumductus, sed sponte & libere confitebatur, pro se & suis heredibus, donasse, dedisse & resignasse propter Deum & in subsidium studii & clericatus suffragii amico suo Leonardo Münter, clerico Bremensis diocesis tunc præsenti & acceptanti & suis heredibus, nunc vero innovando ad majorem cautelam eidem absenti similiter cedens donando dedit & resignavit donationem inter vivos, omne jus causas & actiones personales & reales, utiles & directas, quas habet contra & adversus proconsules & opidanos opidi Kil, ejusdem Bremens. diocesis tam & occasione ejusdem spolii, damnorum, expensarum & interesse *in publico mari*, ubi & in quo dum Kilonenses eundem Danquardum, ut

ut asseruit hostiliter, viarmata *navigando invaserunt*, cœperunt & quadam nave cum quatuordecim *lastis cerevisiæ Wismariensis*, *Tribus tunnis* calceorum, triginta duobus centenariis *Strumulorum*, triginta *tunnis panis bis cocti*, & pluribus aliis bonis in eadem nave existentibus in valore Quingentarum quadringentatum marcarum Lübecensium, salvo pluri valentium spoliaverunt, ac captum & spoliatum cum rebus & bonis præmissis secum ad opidum prædictum Kil adduxerunt & tenuerunt minus juste & de facto. Quapropter dictum Leonardum absentem omnibus modo, causa, jure & forma, quibus debuit & potuit melioribus, ponens in locum suum velut in rem propriam ac totius hujusmodi causarum & actionum constituit & habere voluit, ipsum Leonardum dominum irrevocabilem, generalem specialem, universalem & plenipotentem ad agendum defendendum & experiendum coram quocunque judice dato vel dando, sicuti ipsemet Danquardus posset deberet & valeret, si præsens personaliter interesset, usque ad plenam & integram satisfactionem omnium & singulorum præmissorum, Promittens nichilominus michi Notario publico infrascripto, tanquam publicæ & auctoritatæ personæ præsenti recipienti & solempniter stipulanti producto Leonardo omnia supradicta, rata, grata & firma tenere, attendere & observare, nec in aliquo contravenire vel contravenienti consentire, neque unquam alteri dedisse neque in antea temporibus affuturis alteri dare sub pœna & obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, volens desuper fieri per me infrascriptum Notarium publicum tot instrumenta publica, quot fuerint necessaria & oportuna. Acta sunt hæc Lubecæ infra chorum parochialem ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis Lübecensis, Anno, indictione, die, mense, hora & pontificatu & aliis quibus supra præsentibus ibidem honorabilibus viris domino Petro Vos, capellano ejusdem Ecclesiæ, Petro Voget, clerico Ottonienſis Diocesis & Hinrico Schulte Cive Lubecens. ac aliis quampluribus fide dignis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Nicolaus Mitzener clericus Verdensis Diocesis, public. imperiali auctoritate Notarius. Quia hujusmodi cessioni & donationi omnibusque aliis & singulis promissis, dum sic ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideoque hoc præsens publicum instrumentum per me fideliter conscriptum exinde confeci, subscripsi publicavi & in hanc publicam formam redegi, quam signo & nomine meis solitis & consvetis signavi, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

XXVII. Ratihabitio Archiepiscopi Brem. Nicolai, in causa Eliæ Münters.

Wy Nicolaus *van Godes Gnaden* Ertzebi-
1432. schopp to Bremen *bekennen openbare an desseme Breve, dat wy sodane vrüntlike schedinge, alse de Ersame Heren, Mester Nicolaus Sachow, Scholasticus to Lübeke, Herr Hinrick Rapesülver, Her Coord Brekewolt, unde Her Brun Warendorp, Borgermester to Lübecke hebben gemaket unde utgesproken in der Sake de wy de van dem Kile unde andere unse undersaten gestlick unde wertlick hadden mit Helia Münter, hebben angenamen unde annamen jegenwardigen in deseme Breve, unde willen de stede unde vast holden, unde hebben des to ener Betüchnisse unse Ingesegele gehangen beten to deseme Breve, de geven is na der Bord Christi verteynhundert jar, darna in deme twe unde dörtigesten jare, in deme hilgen avende Thomæ Apostoli.*

XXVIII. Mathiæ Fratrum minorum Saxoniæ Ministri Literæ ad domum Fratrum minorum in Kyl.

Omnibus DEO devotis universis & singulis 1434.
utriusque sexus de unione & fraternitate suorum famulorum *de domo fratrum minorum in* KYLIS frater *Matthias* sacræ Theologiæ Professor & *fratrum minorum provinciæ* SAXONIÆ *minister* & servus cum orationum suffragio salutaria omnium virtutum incrementa. Etsi ex debito caritatis omnibus illis cum longe amplius gratitudinis debito obligamur, quorum dilectionem & favorem certis beneficiorum indiciis frequentius & uberius comperimus: proinde piis vestris supplicationibus, cum ad salutem animæ pertineant, inclinatus, devotionemque quam ad ordinis sancti *patris nostri Francisci*, prout fratrum meorum pia relatione intellexi, in Domino commendans ac vicissitudinibus salutaribus recompensare desiderans, autoritate reverendissimi patris generalis nostri mihi gratiose indulta, vos omnes & singulos utriusque sexus præsentes & futuros, qui eandem vobiscum ad *nostrum ordinem ac vestram fraternitatem* habuerint devotionem ad universa & singula nostri ordinis suffragia invitari cupio pariter & a morte, concedens vobis præsentium tenore plenam participationem missarum, vigiliarum, orationum, jeuniorum, castigationum ac aliorum omnium generalium bonorum quæ per fratres totius nostri ordinis & sorores *Ordinis sanctæ Claræ* per totum orbem in bis mille centum octoginta sex monasteriis Domino digna famulantes operari dignabitur clementia Salvatoris: adjiciens insuper de gratia speciali, quod cum Domino placuerit de præsenti miseriæ exilio ad cœlestem patriam vos vocare obituque Vestro aut cujuscunque Vestrum nostro generali aut provinciali Capitulo, fuerit intimatus, pro vobis eadem sunt defunctorum suffragia, quæ pro fratribus nostri ordinis & nostris sinceris fautoribus & amicis ibidem requiri & ordinari consveverunt. Datum *Lübeck* Anno Domini M. CCCC. XXXIIII. in die Panthaleonis Martyris glorioſi. In cujus concessionis robur & firmitatem præsentium seriem mei officii dependenti sigillo duxi roborandam.

XXIX. *Atteſtatum de ceſſione quadam & donatione Eliæ & Leonardi Münter.*

1437. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo indictione IX. pontificatus Eugenii Papæ quarti anno primo, menſis ſeptembris die XII. hora quaſi meridiei *Helias Münter*, Syndicus & protonotarius Ramsloenſis, *Suerinenſis diœceſis* nomine Filii ſui Leonardi Münter Studioſi Peruſini hujusmodi retroſcriptam ceſſionem & donationem cuidam *Ottoni Kruſendorp* proconſuli, ac *Siffrido Hingk & Johanni Wulf, conſulibus Kilonienſibus*, Bremenſis Dioceſis ad hanc cauſam, ut apparuit, commiſſis inſinuationi notificationi & publicationi cum omnium circumſtantiarum declaratione. Quibus ſane expoſitis & bene idem Otto Kruſendorp proconſul, nomine ut aſſeruit ſuorum intereſſe præſentium reſpondit, ſibi bene conſtare hanc donationem & ceſſionem ac maturius præſens intellexiſſe additiones ſi componerentur, ſic aliis debitis & actionibus bene quidem oppidi Kil in hujusmodi cauſa & debito non poſſet deſtrui. Acta ſunt hæc in domo habitationis Hermanni Steen ſutoris, Hoſpitio eorundem proconſulum & conſulum civis Lubecens. Anno ut ſupra &c. aliis quibus ſupra præſentibus Domino Marquardo Brand vice Rectore opidi Kyl & notario civitatis Kyl. & quam pluribus aliis fide dignis teſtibus.

Notarius Eggardus Holſte,
ad promiſſa rogatus.

XXX. Donationes Senatus Kilonienſ. quibus hodieque perfruuntur pauperes.

